Tertio q̃ritur de differētijs gratie ꝑ q̇nqꝫ articulos. eo.
¶ Primus an gratia sit diuisibilis per differētias ꝭm aliquem modum. fo. eo.
¶ Secũdus supposito ꝙ sic. vtrũ ponenda sit gratia operans ꝛ cooperans. fo. 243
¶ Tertius vtrũ ponenda sit gratia preueniens et gratia subsequens. fo. eo.
¶ Quartus de diuisiõe per tres differentias scꝫ scire vel lex operari. fo. 244
¶ Quintus de differētia gratie quãtũ ad status ante et post peccatum: aute ꝛ post incarnationē in statu paruuli ꝛ adulti sub. §. suis. fo. 244
Quarto q̃ritur de subiecto gratie per duos articulos. eo.
¶ Primus quomodo habet fieri in subiecto. fo. 245
¶ Secũdus quomodo sit in subiecto ꝭm maius ꝛ minus: ꝭm intertionem ꝛ remissionem. fo. 247
Quinto querit̃ de cã gratie ꝑ quatuor articulos. fo. eo.
¶ Prim⁹ an ex ꝑte nr̃a sit causa meritoria gratie. fo. eo.
Secũdus an gratia cadat sub merito. fo. 248
¶ Terti⁹ an faciēti qđ in se est: necessario dat̃ gr̃a. fo. eo.
¶ Quartus an nõ facienti qđ in se est det̃. fo. 249

Questio.lxx.de effectibus gra
tie: habet sex membra. fo. 249
Primo queritur vtrũ proprij effectus gratie sint purgare illuminare ꝛ perficere. fo. eo.
Secũdo vtrũ proprij effectus gratie sint viuificare assimilare vel conformare ꝛ gratificare aĩam. fo. 250
Tertio vtrum affectus eius proprij sint iustificare excitare motus meritorios elicere. fo. eo.
Quarto vtrũ liberũ arbitriũ moueatur a gratia spontanee aut coacte. fo. 251
Quĩto vtrũ gr̃a faciat nos in ꝑsenti esse sine peccato. eo.
Sexto de ordine istoruꝫ effectuũ iustificare viuificare purgare illuminare. fo. 252

Questio.lxxj.de cognitõe gra
tie habet tria membra. fo. 253
Primo queritur de cognitione gratie in generali. fo. eo.
Secũdo de cognitioue gratie in speciali. fo. eo.
Tertio de cognitione gratie in particulari ꝑ tres articulos. fo. eo.
¶ Primus vtrum aliquis possit cognoscere per scientiã se habere gratiam. fo. eo.
¶ Scd̃s vtrũ ꝑ experimentã possit hoc cognoscere. 254
¶ Tertius vtruꝫ per reuelationem possit aliquis scire se esse in gratia. fo. eo.

Questio.lxxij.de gratia in cõ-
paratione habet quatuor membra. fo. 254
Primo queritur de cõparatiõe virtutũ donorũ fructuum ꝛ beatitudinum ad gratiam. fo. 255
Secundo de cõparatione ipsoruꝫ adinuicem per duos articulos. fo. eo.
¶ Primus de cõparatione donorum ꝛ virtutum adinuicem. fo. eo.
¶ Scd̃s de cõparatione virtutuꝫ ad fructus. fo. eo.
Tertio queritur que necessitas omnium istorum. fo. eo.
Quarto de ordine virtutum ꝛ donorũ adinuicem. fo eo.

Questio.lxxiij.de gratia gra-
tisdata ꝑpter se habet tria membra. fo. 256
Primo queritur an sit ponere gratiam gratisdatam nõ facientem gratum. fo. eo.
Secũdo q̃ritur quid sit gratia gratisdata in hac rõne. eo.
Tertio de differentijs gratie gratisdate ꝛ eorum sufficientia. fo. 257.

Questio.lxxiiij.de fide infor-
mi habet nouem membra. fo. 258
Primo queritur ꝭm quam acceptionem fidei dicatur fides informis. fo. eo.
Secundo vtrum fides informis sit donum dei hoc est habitus gratuitus. fo. eo.
Tertio supposito illo vtrum fides informis sit virtus. eo.
Quarto qua ratione dicitur informis. fo. 259
Quinto de effectu fidei informis in hominibus per duos articulos. fo. eo.
Primus de effectu interiori proprio qui est credere. eo.
Secundus de effectu exteriori communi qui est in faciendo aliqua de genere bonorum. fo. eo.
Sexto vtrum fides informis in hominibus adueniēte caritate fiat formata. fo. 260
Septimo vtruꝫ fides informis sit in demonibus. fo. 261
Octauo supposito ꝙ sic vtrũ fuerit eis data post lapsum. fo. eodem.
Nono de actu fidei informis in demonib⁹. fo. 262

Questio.lxxv.de spe ĩformi ha
bet tria membra. fo. 262
Primo queritur vtruꝫ spes possit esse informis. fo. eo.
Secundo supposito ꝙ sit. vtrum spes informis possit fieri formata. fo. eo.
Tertio de actu ꝛ certitudine spei informis. fo. eo.

Questio.lxxvj.de timore serui
li habet quatuor membra. fo. 263
Primo queritur de differentijs timoris. fo. eo.
Secundo vtrum timor seruilis sit donum spiritussancti. fo. eodem.
Tertio de actu timoris ꝯuilis: an sit bon⁹ vel malus. 264
Quarto de diferentia timoris seruilis ad alios. fo. eo.

Questio.lxxvij.de gratia gra
tisdata ad honorem dei ꝛ vtilitatem proximi: habet quatuor membra. fo. 264
Primo queritur vtrum gratia sermonis sapientie sciētie ꝛ fidei sit gratia vna vel differētes gratie. fo. eo.

Tabula tertie partis summe Alexādri de ales

Secundo vtrū detur vel subtrahatur ex meritis. fo.265
Tertio q̄ maior sit gr̄a sermonis: an gr̄a pphetie. fo.eo.
Quarto an sufficiat ad edificationem auditorum gratia sermonis. fo.eo.

Questio.lxxviij. de fide forma

ta ſm rem ꝛ diffinitionē habet sex membra. 265
Primo queritur an fides ſm rē sit necessaria ad salutē. eo.
Secundo supposito q̄ sic, an sit per rationes suasa vel approbata. fo.266
Tertio vtrum fides sit virtus. fo.267
Quarto supposito q̄ sic: vtrū sit virtus generalis an specialis. fo.eo.
Quinto quid sit fides ſm diffinitionem per duos articulos. fo.268
¶ Primus de diuersitate diffinitionum fidei ab autoritatibus. fo.eo.
¶ Secundus de diffinitione quā ponit apostolus. fo.eo.
Sexto queritur de actu fidei formali ꝛ materiali per sex articulos. fo.279
¶ Primus an credere dicatur vniuoce vel equiuoce. eo.
¶ Secundus quid sit credere ſm intentionē generalē. eo.
¶ Tertius quid sit credere prout est actus fidei formalis quod est assentire. fo.eo.
¶ Quartus de actu materiali: an in presenti sit aliter cognoscere deum q̄ per fidem. fo.271
¶ Quintus quid sit cognoscere per fidem. fo.eo.
¶ Sextus quid sit prius credere: vel intelligere. fo.eo

Questio.lxxix. de obiecto fidei

habet sex membra. fo.272
Primo q̄rit̄ vtrū obiectū fidei sit falsum aut tm̄ verū. fo.eo.
Secundo vtrū verū apparens sit obiectum fidei. fo.eo.
Tertio vtrū verū qđ est scitū possit esse obiectū fidei. 273
Quarto vtrum verū necessariū: an cōtingēs sit obiectū fidei. fo.eo.
Quinto vtrū obiectū fidei sit cōplexū an in cōplexū. fo.eo.
Sexto vtrū obiectum fidei sit verū creatū vel increatum: vel increatum tm̄. fo.274

Questio.lxxx. de subiecto fidei

habet quatuor membra. fo.274
Primo q̄rit̄ in qua vi aīe fides sit sicut in subiecto. fo.eo.
Secundo vtrum fides fuerit in angelis. fo.275
Tertio vtrum in adam ante lapsum. fo.276
Quarto vtrū in xp̄o ante passionem. fo.eo.

Questio.lxxxj. de passionibus

consequentibus fidem habet tria membra. fo.277
Primo queritur vtrū fides certior sit q̄ scientia. fo.eo.
Secundo vtrum fides profecit ſm temporis processum sicut cognitio. fo.eo.
Tertio vtrum fides sit fundamentū aliar̄ virtutū. fo.278

Questio.lxxxij. de articulis fidei ꝛ simbolis

habet quinq; membra. fo.278
Primo queritur quid sit articulus fidei. fo.eo.
Secūdo que sit ratio simboli. i. collectiōis articulor̄. 279
Tertio de sufficientia credibiliū ſm distinctiones temporum per duos articulos. fo.eo.
¶ Primus vtrum esset sufficientia salutis sine fide mediatoris. fo.eo.
¶ Secūdus vtrū necessarium fuerit credere omni tempore ea que credimus de fide mediatoris. fo.280
Quarto de sufficientia fidei q̄tū ad simplices p duos articulos. fo.eo.
¶ Primus de fide simplicium in generali. vtrū possit haberi fides vnius articuli sine alio. fo.eo.
¶ Secūs in speciali de fide cornelij. vtrū necessario fuerit fides distincta ſm determinationem tpis. fo.280
Quinto de distinctione ꝛ expositione articulorum p quatuor articulos. fo.280
¶ Primus qualiter distinguūtur articuli fidei in simbolo apostolorum. fo.eo.
¶ Secundus qualiter exponūtur articuli fidei in simbolo apostolorum. fo.281
¶ Tertius de simbolo patrū qui cantat̄ in missa. fo.283
Quartus de simbolo athanasij. fo.284

¶ Tabule finis.

Doctoris irrefragabilis Domi
ni Alexandri de ales anglici or
dinis Seraphici minoꝝ. Pars
tertia summe theologice. sum-
mo etiã q̃ ad hec vsqꝫ tẽpora fue
rit labore summaqꝫ diligẽtia ex-
cussa et reuisa.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶ Tertia pars summe diui Alexandri de ales: ir refragabilis doctoris parisiensis: ordinis minoꝝ obseruatissimi. xpi nomine inuocato incipit.

Questio prima de lapsu humane nature ꝛ eius reparatione.

Ota christiane fidei disciplina ptinet ad duo. ad fidem ꝛ intelligentiā cōditoris: ꝛ fidem atq; intelligentiā saluatoris. Unde Esa. ppha in psona dñi loquens dicit. xliij. vt sciatis ꝛ credatis mihi ꝛ intelligatis: q; ego ipse sum: ante me nō est formatus deus: ꝛ post me nō erit. Ego sum. ego sum dñs: et nō est absq; me saluator. Fides enī pncipaliter cōtinet duo. s. cognitionē substantie cōditoris: ꝛ cognitionē operis ꝑditoris. Cognitio substātie ꝑditoris ꝑsistit in cognitione diuine vnitatis: ꝛ eiusdem beatissime trinitatis. Cognitio ꝰo opis conditoris cōsistit in cognitione creationis: seu rerū formationis. vnde ppha signāter dixit. q̄rum ad cognitionem substantie intelligatis q; ego sum. Exō. iij. ego sum qui sum. q̄rum ad cognitionem operis subdit. ante me nō est formatꝰ deus: a quo fit principiū vniuerse creationis. ¶ Item fides et intelligentia saluatoris versat circa duo. s. circa psonam saluatoris: ꝛ circa opus saluationis. ¶ Persona autē saluatoris est persona filij dei. s. xp̄s. in duabꝰ naturis: diuinitatis. s. ꝛ hūanitatis. Deus enim ꝛ homo vnus est xp̄s. vnde ad significandū personam saluatoris in natura diuinitatis dicit. ego sum: cui. s. cōpetit nomen qō est Exo. iij. Qui est misit me ad vos. Ad significandum eandē personā in natura humanitatis. addit. ego sum dominus. vnde in Apoca. xix. Habet in vestimento suo ꝛ in femore suo scriptū rex regum ꝛ dñs dominantiū. Opus saluationis cōsistit in sacramētis salutis q̄ presentē gratiam: ꝛ premijs salutis q̄ futurā gloriam. Ad qō ꝛsignandum addit. ꝛ nō est absq; me saluator: a quo. s. sit principium ꝛ causa nostre saluationis. Dse. xiij. Deum absq; me nescies: ꝛ saluator nō est preter me. ¶ Inquisitio igitur catholica de his que pertinēt ad fidē quadripartita est. ¶ Prima pars pertinet ad cognitionē substantie diuine trinitatis ꝛ vnitatis. Secunda ad opera diuine ꝑditionis. Tertia ad psonam saluatoris in natura diuinitatis: ꝛ natura humanitatis. Quarta vero pertinet ad sacramenta salutis: ꝛ opera future glorificationis. ¶ Pertractatis igitur duabus primis partibus pertinētibus ad fidem cōditoris: nunc accedendū est ad inquisitionē eorum que pertinēt ad fidem saluatoris. Et primo circa personā filij dei: qui est caput nostre salutis per assumptionem nostre humanitatis. Deinde vero circa sacramēta nostre salutis: ꝛ opus glorificationis. ad quā rem sciētes vere q̄ dicit beatus apls. ij. Corinth. iij. Non q̄ sufficientes simus cogitare aliquid quasi a nobis. sed sufficientia nostra ex deo est: ex totis precordijs saluatoris gratiam imploremus. ¶ Adiuuante igitur sua gratia hoc ordine ꝓsequemur. ¶ Primo de incarnatione ꝛ assumptione. Secundo de conceptione ꝛ natiuitate. Tertio de gratia. sciētia ꝛ potestate ipsiꝰ. Quarto de merito ꝛ volūtate. Quinto de passione ꝛ morte. Sexto de descensu ad inferos ꝛ resurrectione. Septimo de ascensione ad celos ꝛ ad dexterā patris sessione. Octauo de aduētu ad iudiciū dei ꝛ hoīs iesu xp̄i. ¶ Circa primuꝫ primo queretur de necessitate incarnatiōis. ꝛ cōuenientia incarnationis. de predestinatiōe incarnationis. de actu incarnationis.

Fides duo cōtinet.

Fides ꝛ intelligentia saluatoris.

De q̄bus tertia ꝑs tractat

Primo quereꝝ vtrum humana natura sit lapsa ab illo statu in quo fuit cōdita.

Primo sic. ¶ Primo sic dicit enim. Anselmus. in primo lib. cur deus homo. Nequaq̄ crastinabis cōuenire deo vt creaturā quā fecit iustā ad beatitudinē sine peccato. miserā esse cogat. hominē autem mori miserū est. Si ergo deꝰ exigit mortez ab hoīe sub statu sub quo nūc est: ergo est sub culpa: ergo hūana natura lapsa ē a ꝓio statu in quo fuit cōdita. ꝛ hoc ꝑ culpam. ¶ Scōo sic. nihil ordinatum ad beatitudinē ꝑm q̄ hmōi: est ordinatuz ad miseriā. q; nihil ordinatū ad alterum oppositoꝝ ꝑm q̄ hmōi est ordinatū ad reliquū. Sed cois est cōceptio etiā ꝓbor. q̄ natura hūana in statu sub quo cōdita fuit. erat ordinata ad beatitudinē. In presenti aūt statu ordinata est ad miseriā. sicut patet: q; ad penalitatē ꝛ mortē. ꝛ non nisi per culpā: cū dicat ꝓuerbio. xiij. miseros populos facit peccatū. ergo sub statu sub quo modo est. nō fuit cōdita. ergo lapsa est a statu sue prime conditionis. ¶ Tertio sic. Nihil detestabile vel pudendus ꝑm rationē potest poni in operibꝰ cōditionis diuine. q; oīa facit creator ordinādo ad se. Sed in nobis sunt passiones carnales ꝛ multa alia detestabilia ꝑm rationē: ergo talia nō fuerūt cōdita in humana natura. Relinquit ergo q̄ est lapsa. ¶ Quarto sic. Sūma cōcordia siue summa pax nō est causa effectiua discordie vel rebellionis. Sed summa bonitas est summa pax ꝛ ꝓcordia: ergo nō est causa rebellionis in aliquo effectiua. Ab ipa igit nō est cōdita humana natura sub rebellione ꝛ discordia. Sed natura hūana ꝑm hunc statum est in rebellione ꝛ discordia vnde apls Ro. vij. Video aliā legē in membris meis repugnantē legi mētis mee ꝛc. Et gala. v. Caro cōcupiscit aduersus spm̄. ergo sub hoc statu non est cōdita a creatore ergo lapsa est a statu prime conditionis. ¶ Si forte dicat q̄ huiusmodi rebelliones fiūt nobis materia exercē de virtutis. ꝛ hoc modo ordinantur ad deū: ꝛ ad pacem. ꝓut dicit Aug. in li. de ci. dei li. xix. c. xij. q̄ hac intentione iustuz bellum geritur vt pax acquira-

Primo sic.

Scōo.

Tertio.

Quarto.

tur. Cōtra hoc nihilominus obīcit. q̄ sunt multe miserie in hūano genere ad nullū bonum: nec ad salutē ordinabiles: sicut sunt errores ꝛ ignorātie vnde Anselm. in .ij. li. cur deus homo. Ignorantia nunq̄ vtilis est sed semp nocet. ¶ Relinquit ergo q̄ sub istis miseriis non fuit natura condita.

¶ Itē a summa bonitate nihil efficitur qō nō sit magis inclinabile ad bonitatē q̄ ad maliciam: ergo in prima cōditione magis fuit hūana natura inclinabilis ad bonitatē q̄ ad malitiā: sed ſm statum presentē. promptior est ad malicias vnde. Beñ. viij. Sensus hois ꝛ cogitatio ppna sunt ad malum ab adolescētia sua ꝛc. ¶ Relinquit ergo q̄ est lapsa a statu sue prime cōditionis. ¶ Item in quodam li. de ebdomadibus. Creator nature nihil facit contra naturā: q̄ faceret cōtra se. fecit enim naturas ad se. si ergo conta humanā naturā est mors ergo creator humane nature mortē nō fecit: sicut dicit sapiētie. j. Quoniā deus mortem nō fecit: nec delectabitur in pditione viuor. Nō autem cōtra naturā sit mors patet. q̄ naturalis appetit⁹ aīe est: qui nūq̄ potest amoueri: vnionis ad corp⁹. vnde. ij. Cor. v. ¶ Nolumus expoliari sed superuestiri ꝛc. ¶ Si vero instetur q̄ cuilibet rei naturali vt patz in corpibus simplicibus ꝛ mixtis infirus est appetitus naturalis ad sui cōseruationē: ꝛ tamē corruptibiles sunt. pari ratione pōt esse appetit⁹ naturalis in hūana natura immortalitatis: ꝛ tñ nihilominus erit mortalis. Contra. ſnia phor. est. cū aliqua materia est sub aliq̄ forma nobili. nūq̄ appetit separi ab illa: ꝛ esse sub minus nobili. vt ptz in materia celi: q̄ nūq̄ appetit esse sub alia forma q̄ est sub forma nobilissima: q̄ ei possit puenire. s. forma lucis. Et inde est. q̄ celū est incorruptibile. nō autē sic in elementis ꝛ mixtis. q̄ licet appetāt sui cōseruationē: tamē materia appetit quodam naturali appetitu esse sub forma alia: cum nō sit sub forma nobilissima. Cū ergo corpus humanū sit sub forma nobilissima: q̄ est ratiōalis aia: nullo modo appetit ab ea separi sed sub eadem cōseruari. ergo q̄ naturā non erit homo corruptibilis vel mortalis. ¶ Ad oppositū arguit multis modis. primo sic. Omne cōpositū ex cōtrarijs est dissolubile: sicut dicit Auicēna. Cōtraria semper appetūt ire in regiones diuersas. Sz corp⁹ ade in statu pme pditionis fuit cōpositū ex ptrarijs: ergo q̄ naturā fuit dissolubile ꝛ corruptibile. Sz tale est mō corpus hūanū. ergo q̄ corruptibilitatez nō pbat status nature lapse. ¶ Itē omne ptinuus est diuisibile. sed corpus ade in prima pditiōe erat ptinuū. ergo diuisibile. ergo vt prius. ¶ Item erat sensificatū. ergo erat sensitiuū doloris. q̄ sicut dicit Aug. dolor est sensus diuisiōis impatiēs. erat igitur sensitiuū doloris. Nō igit sensus doloris ꝛ pene, pbat statū nature lapse. ¶ Itē dicit Aug. super geñ. ad litterā. q̄ adā nō māducauit de pomo eo q̄ crederet esse deus: sz ne suas delicias ptristaret. s. vxorē. sicut Salomō adorauit ydola. iij. reg. xj. ne contristaret vxores suas. ergo sciebat q̄ eua erat tristabilis in statu prime conditionis sed tristicia est passio affligens aniā. ¶ Relinquit ergo q̄ status prime pditionis est status passibilitatis anime ꝛ corpis. sicut ostēsum est prius. ¶ Item sicut dicit Job. Damas. cōcedit deus iustū incidere in calamitates propter multas causas. vna est vt eā que in ipso latet virtutē alijs manifestā faciat vt Job. j. Alia est vt nō ex recta pscientia excidat in supbiam vt in paulo. ij. Cor. xij. Alia ppter erudi tionē alior: vt alij erudiant. vt in Lazaro ꝛ diuite Luc. xvj. Alia ppter gloriā dei: nō ppter ppium aut parentū pctm. vt in ceco a natiuitate. Job. ix. Alia ppter zelum alterius siue imitationē vt glia eius q̄ passus est magnificata in pugna aliys passio fiat spes future glie vt in martyrib⁹ Hebr. xj. Relinquit ergo q̄ nō esset incōueniēs: etiaz si hō nō peccasset habere penalitates q̄ ordinarētur ad maiorē gloriā: ꝛ ad pdictas vtilitates. ¶ Item cū sensibilia bruta patiant: ꝛ sine peccato. cuz eēlis sit ei cura de oibus. Sap. xj. ergo pari rōne nō erit incōueniēs etiā si hō nō peccasset: q̄ haberet hmōi penalitates ꝛ miserias. Relinquit ergo q̄ p hmōi miserias nō pbat hūanā naturā esse lapsā.

¶ Item status pme pditionis ponēdus est talis q̄ magis sit ad vtilitatē hois. Scōm hoc arguit. Nō magis est ad meritū: magis est ad beatitudinē. Sed status patiēdi magis est ad meritū q̄ status nō patiēdi. q̄ sicut dicit. Jac. j. Patiētia op⁹ pfectū habet ꝛc. ꝛ. ij. Cor. xij. Virtus in infirmitate pficitur. Si ergo status nature condite fuit talis: q̄ magis est ad merendū beatitudinem. ergo fuit stat⁹ patiendi. ¶ Itē potior est stat⁹ q̄ magis dirigit ꝛ mouet ad deū. Sz stat⁹ patiēdi est hmōi Unde ps. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ: postea accelerauerūt. ergo status patiendi est potior in presenti. Si ergo cōditio nature fuit in statu potiori. ergo ꝛ in statu patiēdi. ¶ Itē potior est status: qui magis est ad coronā. Sed stat⁹ pugne et rebellionis est stat⁹ qui magis est ad coronā. q̄ sicut dicit apls. ij. Thi. ij. Nō coronabit: nisi q̄ legitime certauerit: ergo ꝛc. ¶ Itē potior est status in quo magis erudit hō. Sed status penalitatis est hmōi. vnde Hiere. vj. ſm aliā lram. Per oīne flagellum erudieris hierm. Et. Greg. Pena oculos aperit: quos culpa claudit. ergo ꝛc. ¶ Itē potior est status in quo magis hō preseruaꝛ a peccato. Sed status tēptatiōis ꝛ tribulationis est hmōi. vñ. ij. Cor. xij. Ne magnitudo reuelatōnū extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee ꝛc. ergo ꝛc.

Quintum.

Sextum.

Septimū.

Octauum.

Nonū.

Decimū.

Ad quesitū.

Hugo.

Solutio ad Arg. primū. ſm Hugo.

Responsio.

ſm catholicā veritatē pcedēdū est humanā naturaz esse lapsam: qō tñ phi ignoraverūt. vnde nec medicū quesierunt. ſm illud Hiere. x. Stultus factus est oīs hō a sciētia sua. ¶ Ad obiecta ꝛo pmo intelligendū est q̄ distinguit Hugo de san. victo. in li. de sacramētis tres stat⁹ hūane nature. Primus est nature a deo cōdite. scōs est nature lapse. tertius ꝛo nature beate. In primo statu habuit hō posse peccare ꝛ posse nō peccare: ꝛ hoc fuit prima arbitrij libertas. Et in eodē statu habuit posse mori: ꝛ posse nō mori. ꝛ hoc fuit pma humani corporis īmortalitas. In scōo statu hz posse mori: ꝛ nō posse nō mori. sicut ꝛ posse peccare: ꝛ nō posse nō peccare. qm̄ in hoc statu est peccādi ꝛ moriēdi necessitas. In tertio ꝛo statu habebit posse nō mori: et nō posse mori. sicut ꝛ posse nō peccare: et nō posse peccare. qm̄ ad hunc statū ptinet moriēdi ꝛ peccādi impossibilitas. Scōm hoc ergo dicendū est. q̄ sicut nō est ponere pueniēs bonitati diuine ꝛ sume q̄ pdiderit naturā in statu necessitatis peccandi: ita nec in statu necessitatis patiendi. qm̄ sicut ad impossibilitatē peccādi sequit impossibilitas patiēdi in statu tertio: ita ad possibilitatē peccādi ꝛ nō peccādi possibilitas patiendi ꝛ nō patiendi. sicut fuit in statu pmo. ita in statu moderno ad īpossibilitatē nō peccādi sequitur impossibilitas nō moriendi. Ex quo euidēs est naturā hois esse lapsam. ¶ Ad primū ergo obiectum dicendum est ſm Hugo. de sancto victo. in lib. de sacramentis Homo ante peccatuz natura mortalis ꝛ possibilis fuit. qui tamē ex bñficio creationis precedēte: et ppio

Opponitur Arg. primū.

Secūdum.

Tertium, Augu.

Quartū, Damas.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartū.

Ad quintū.

Ad sextum.

Ad septimū.

Ad octauū.

et ppio studio subsequēte facere potuisset vt nō moreret: nec in vita corruptionē pateret. Ex quo relinquitur q̄ in adā erat possibilitas ad dissolutionē ꝛ corruptionē: tamē cum potentia deuitandi omnē defectū ꝛ corruptionē. In statu ꝛo moderno est possibilitas cū necessitate ad dissolutionē ꝛ corruptionē: ꝛ ineuitabilitate. ¶ Ad secūdū dicendū ſm Hug. de sanctovicto. q̄ in pmo statu erat in homine cū diuino adiutorio omnē violentiam repellere. dicit em̄ ppterea rationi humane adiuncta est puidentia diuina. vt ratio humana ex vna parte vigilaret cōtra negligentiā: puidentia ꝛo diuina ex parte altera staret ptra violētiā. Ex hoc ergo patet q̄ quis homo in primo statu haberet corpus sensitiuū doloris: poterat tamen per rationem ppriā ꝛ prouidentiā diuinam cauere omnem dolorē. ¶ Ad tertiū iam patet respōsio q̄ quis haberet naturā tristabilem: nunq̄ tamē tristaretur: dum tamen ratio per negligentiam a proprio studio nō deficeret. vnde. Hugo q̄ homo naturā passibilem habuit cōtra passionē: ei custodia necessaria fuit. vt videlicet p rationē ppriam cōtra negligentiā cauendam excitaret: ꝛ p prouidentiā diuinam illesus seruaretur. ¶ Ad quartū dicendū. q̄ dama. loquit ſm statum nature lapse nō ſm statum nature simpliciter. Dicendū est ergo: q̄ oīs penalitas cōsequitur ad culpam originalē ꝛ actualē. vt si nō fuisset culpa vel originalis vel actualis nunq̄ fuisset pena. Uñ in martiribus ſctis ꝛ ceteris casib⁹ quos ponit dam. q̄uis nō cōsequatur pena ad culpā actualem. cōsequitur tamen ad culpā originalem. quia si non precessisset culpa originalis: nō ordinarētur sancti ad beatitudinē per sustinentiam alicuius passionis. nec etiā ipe dominus passus esset: nisi ppter culpā humani generis expiandā. ¶ Ad quintum dicēdum. q̄ nō est simile de brutis ꝛ hominib⁹. bruta enim nō ordinātur ad beatitudinem vite ppetue: sed rationalis creatura homo ordinat⁹ ex cōditione nature. Vel si forte hō nō peccasset vel bruta nō essent vel si essent: dissolutio eoꝝ non esset illis penalis. ¶ Ad sextum dicendū. q̄ magis esse ad meritum dicit dupliciter quēadmodum aliud dicitur melius alio. s. simpliciter ꝛ ſm qd. sicut vinum est melius aqua simpliciter. tamē aq̄ melior est ergo. Eodez modo dicendū. q̄ status patiēdi nō est melior nature humane sane: q̄uis sit melior nature hūane lapse. Similiter enim est melior status nō patiendi statu patiēdi. nec magis ad meritū est in statu nature bene institute status patiēdi. ¶ Preterea in statu nature lapse status patiēdi ꝛ non patiēdi se habent vt excedentia ꝛ excessa. Nam ei q̄ pnus est ad impatiētiā magis est ad meritū status nō patiendi. Et vero qui pnus est ad lasciuiā status patiēdi. ¶ Ad septimum dicendū est. cum dicitur q̄ status patiendi magis mouet ad deum. hoc est vez i natura torpēte. sicut modo est. Sed non est hoc vez in natura vigilāte ꝛ intēta ad deuz. immo hoc esset ei malū q̄ tū ad illuz statum. retraheret enim ipam a deo: duz ipa suis passionibus intenderet. ¶ Ad octauū dicendū. q̄ beatitudo eterna alibi dicitur corona. ꝛ alibi dicit denarius. Scōm q̄ dicitur denarius: cōsideraꝛ vt premium q̄ datur ad remunerationez operis. Scōm q̄ corona: cōsideratur vt premiū: qō datur ad gloriā honoris: q̄ pōt prouenire ex duplici ratione. vel ratione victorie victoꝝ ſm rationē pugne ꝛ temptationis ante peccatū: prout adam ꝛ eua in primo statu legūtur tēptati. Beñ. iij. Vel ratione victorie tentationis ꝛ pugne ſm statū illū qui est post peccatū. In primo enim statu pugna erat tentatio exteriox In scōo statu tentatio interior. Uterq̄z ergo statꝰ erat ad coronā ꝛ etiā primus status ſm se magis: q̄z magis ad victoriā. ¶ Ad nonū dicendum. q̄ cū dicitur. q̄ hō magis erudit in statu penalitatis. hoc verū est q̄tuz ad statū nature lapse. Sed hoc nō est vez quādo homo rectus est ꝛ in statu rectitudinis. sicut fuit in prima sui cōditiōe. ¶ Ad vltimū dicendū q̄ cū dicitur q̄ homo in statu tribulationis ꝛ tentationis magis preseruaꝛ a peccato hoc est verū q̄tum ad statū nature lapse. Uidem⁹ enim q̄ aliter pseruatur sanus q̄ eger. q̄z egro aliq̄d subtrahit ad preseruationē ipius: qō daretur sano. hic tamē idem datur vtriq̄z ad pseruationez ipox. Similiter dicendū. q̄ natura lapsa licet preseruet a peccato p tētatiōes ꝛ tribulatiōes: nō tñ sic est de natura in primo statu sue cōditionis.

Ad nonū.

Ad vltimū.

Membrum secundum.

Utrum sit lapsa repabiliter vel irreparabiliter.

Onsequenter supposito q̄ hūana natura sit lapsa querit vtrū lapsa sit reparabiliter: vel irreparabiliter. Et in pmis ostendit q̄ quelibet culpa mortalis sit irrepabilis siue irremediabilis generaliter. Scōo q̄ peccatū ade sit irremediabile.

Articulus primus.

Utrū quelibz culpa mortalis sit irrepabilis. Anselm.

Primū sic obīcit. dicit. Anselm in li. cur deus homo Scōm mēsurā delicti oportet satisfactionē esse. aliter inordinatum remaneret peccatū: qō esse nō potest. quoniā deus nihil dimittit inordinatum in regno suo. Sed omne pctm mortale habz quantitatē infinitā. s. culpam que est infinita. ergo ſm illud exigit deꝰ satisfactionē infinitā. Sz remissio peccati mortalis non est sine satisfactione. sicut dicit Anselm. ꝛ cōis alioꝝ cōceptio: ergo remissio peccati mortalis nō potest esse sine satisfactione infinita. Sed a nobis nō potest esse satisfactio infinita: ergo peccatū mortale in nobis est irremediabile. Nō autē quātitas culpe mortalis sit infinita: patet. quoniam mortali peccato debet pena eterna: q̄ est infinita. vñ deus punit pena infinita p ipa. ergo vel deꝰ est iniustus puniēdo sic. p culpa mortali vel ponetur q̄ quātitas eius sit infinita. quātitas aūt peccat attēditur ad reatū. ¶ Item ad idē ſm Anselm. in eodē li. Ubi nō pōt haberi satisfactio nō potest haberi remissio. Sed nō pōt haberi satisfactio: nisi fieri possit recōpensatio. ergo nō potest haberi remissio nisi possit haberi recōpensatio. Sed non potest fieri recōpensatio p peccato mortali. ergo non potest peccatum mortale remitti. Nō autem non possit fieri recompensatio p ipo: patet. Peccans enim mortaliter amisit infinitū bonum. sed nulla recōpensatione potest haberi qō pōderet ꝛ qō sit equale infinito bono. Et sicut dicit Anselm. Nō sufficit p culpa reddere qō ablatū est: sed pro iniuria illata plus redderc q̄ abstulit. vñ q̄ saltū ledit alterius: non sufficit si saltum restituat. nisi p illata iniuria aliquid recōpensetur. Ex quo relinquit. q̄ nō potest fieri recompēsatio ergo nec pōt fieri remissio de illo. ergo est irremediabile.

Articulus secundus.

Utrū peccatū ade sit irremediabile.

Ondsequenter ostenditur: q̄ peccatū ade sit irremediabile sic. Omne peccatū qō est in spiritū sanctum: est irremediabile. Dicit enim Greg. q̄ est peccare in patrē est peccare in filium: ꝛ est peccare in spīm̄ sctm. Et q̄z patri attribuitur potētia: filio sapiētia. ꝛ spū

sancto bonitas:peccatū in patrē est ex infirmitate.peccatū in filium ex ignorātia sed peccatum in spiritūsanctū est ex certa malicia. Sed peccatū ex certa malicia est irremediabile.ꝛ peccatuꝫ ade est hmōi.ergo est irremediabile.Qđ autē peccatum ade sit tale patet:qꝛ nō peccauit ex infirmitate.cū nullā haberet infirmitatē eum ad peccatū impellentē.Iteꝫ nec ex ignorātia.qꝛ nō erat ignorās:sed spūali mente preditus.sicut dicit. Aug. Unde bene sciuit se peccare ergo peccauit irremediabiliter ¶ Item hoc idē videt:cōparando peccatum hoīs ad peccatū angeli. Peccatū enim ade ꝛ peccatuꝫ angeli fuerūt ꝓportionabilia ꝛ in eodē genere. qꝛ vterqꝫ peccauit ꝑ superbiā.nā homo peccauit appetēdo scientiā diuinam. angelus vero peccauit appetēdo omnipotentiam. Unde dixit.Esa.xiiij. Ascēdā in celū.super astra exaltabo soliū meū ꝛc. ergo proportionabilia sunt peccatum hoīs:ꝛ peccatū angeli in genere peccati. ¶ Itē ſm circūstantias:que sunt libeꝝ arbitriū in vtroqꝫ:ꝛ auersio a deo ꝛ cōuersio ad cōmutabile bonū.Liberū enim arbitriū angeli nō excedit in infinituꝫ liberū arbitriū hominis. Similiter nec auersio auersioneꝫ: nec cōuersio cōnuersionē in infinitū excedit. ergo peccatū vnius nō excedit peccatū alterius in infinitū.Sed peccatū irremediabile excedit in infinitū peccatū remediabile.ergo si peccatū angeli est

Scđm.

irremediabile:videt ꝙ peccatū homis(cū proportionabile sit)similiter sit irremediabile. ¶ Item hoc idē ostēditur cōparādo effectū peccati hominis ad effectū peccati angeli.Effectus enim peccati angeli fuit nocere.qꝛ sicut dicit. Aug.in li.de natura boni.Malum nō dicit nisi quia nocet. Sed plus nocuit peccatū ade ꝙ pctm̄ angeli.ergo magis malū.ergo irremediabilius.Qđ autē peccatū ade plus nocuerit ꝙ pctm̄ angeli:probat sic. Ro. v.Per vnum hominē in omnes homies mors ꝑtrāsijt:in quo omnes peccauerūt.Omnibus ergo hominib⁹ nocuit peccatū ade sed peccatuꝫ angeli

Tertium.

nō nocuit nisi tantū vni persone.s.ipi persone peccantis:ergo peccatū hominis plus nocuit.¶ Itē hoc idē videtur:cōparando peccatum ad peccanteꝫ.Peccatū angeli dicitur irremediabile.Aut ergo qꝛ deus nō potest repare:aut qꝛ impossibile est eum repari. Nō qꝛ deus nō potest reparare ipm: qꝛ hoc dicere esset cōtumelia diuine potentie ergo hoc est qꝛ nō potest reparari.¶ Sed tūc obijcitur Nam sicut libeꝝ arbitrium hominis est ad bonū ꝛ ad malum.ita ꝛ angeli:ergo ita pōt penitere sicut homo.ergo nō est maior causa in angelo ꝙ in homie quare peccatū angeli sit irremediabile.ergo si est irremediabile:ꝛ pctm̄ hominis erit irremediabile.¶ Si dicatur.ꝙ hoc nō est veruꝫ.qꝛ liberum arbitrium in homine est ſm cōuersionem ad bonum:ꝛ reuersionē ad bonum post lapsum. liberum autē arbitrium in angelo est ſm possibilitatē conuersionis ad bonum:ꝛ non reuersionis ad bonum post lapsuꝫ propter qđ penitere nō potest.ꝛ ideo peccatū eius irremediabile est.Contra. facultas liberi arbitrij in angelo dignior est ꝙ in homine.quia est imediatius a deo. ꝛ etiaꝫ est an-

Quartum.

gel⁹ dignior statura ꝙ hō.Sꝫ si in libero arbitrio angeli nō possit esse potestas reuertendi ad bonū post lapsuꝫ:subtraheretur ab ipo dignitas li.ar. hoc enim est de dignitate li.ar.ꝙ sic habeat duplicē potentiaꝫ.Sed quicquid est dignitatis datum est angelo ꝛ etiam plusꝙ homini ergo est ponere istā duplīceꝫ potentiam in libero ar.angeli.ergo angelus post lapsum potest reuerti ad bonū.ergo culpa eius est remediabilis.¶ Si dicat ꝙ natura angeli est immutabilis:ꝛ similiter potentia eius.quia potētia sequitur naturā. ꝛ ideo quādo cōuertitur ad aliquid:immutabiliter se habet ad illud:nec pōt ipm detestari.ꝛ cum elegit malum: immutabiliter adheret illi.Et ꝑpter hoc peccatū eius est irremediabile.Ecōtrario vero est de hoīe. Sed ꝯtra hoc sic obijcitur.Quia sicut Aug.dicit. Eo sunt angeli imutabiles:quo ad deū ꝯuertunt. ergo ꝑ naturā ꝓpriā nō sunt immutabiles.

Circa solutionem

presentꝫ q̄stionis absqꝫ p̄iudicio sentētie melioris.notāduꝫ est plures causas ꝯcurrere ad irrepabilitatē angelice nature:ꝛ ad reparabilitatē humane nature He aūt videt accipi pluribus modis.Q̄tū ad ꝓprietatē liberi arbitrij.

Angelica natura irreparabilis ꝛ natura hūana repabilis q̄tū ad ꝓprietatē liberi arbitrij.

Q̄tū ad conditionē nature.Q̄tū ad qualitatē peccati.Q̄tū ad ordinē diuine iusticie.ꝛ q̄tum ad congruitatē misericordie.¶ Quantū ad proprietatē li.ar.ſm Aug.est facultas volūtatis ꝛ rationis. dupliciter cōsiderādo proprietatē volūtatis:ꝛ ꝓprietatē rationalis.Quantū ad ꝓprietatē voluntatis videbat ſm aliquos differre homo ꝛ angel⁹ qꝛ li.ar.hoīs ante electionē voluntatis ꝛ post electionē se habet mutabiliter.Liberū ar.angeli ante electionē se habet mutabiliter. post electionem vero se habet imutabiliter.Et hac ratione in summo gradu est li.ar in deo.in infimo aūt gradu est in hoīe.Si ergo est liberū ar.in angelo:necesse est vt sit medio modo se habēs.Et ita cū dicitur liberum ar.in deo immutabiliter se habere ad bonuꝫ ꝛ ante electionē ꝛ post:liberū arb.in hoīe mutabiliter ante ꝛ post.ergo liberuꝫ ar.angeli se habebit medio mō.s.mutabiliter ad bonum ante electionē:ꝛ imutabiliter post.Potest enim eligere. ꝛ nō eligere.sed quicq̄d illud sit:siue bonum siue malū nō pōt illud detestari postꝙ elegerit.Ex quo patꝫ ꝙ nō potest penitere siue per penitentiaꝫ culpam delere:que est detestatio mali.ꝛ ita relinquitur.ꝙ culpa ei⁹ nō potest remitti :sicut culpa hominis. ¶ Item q̄tuꝫ ad proprietatē rationis patet qꝛ in libero ar.est iudiciū de bono . sed differēter in homine ꝛ in angelo.qꝛ sicut dicit dyoni. Intellectus angeli deiformis est.ꝛ hoc est qꝛ supra tempus.Et ita accipit totū simul:ꝛ nō hoc post illud:vel hoc ex illo.ꝛ ideo dicitur angelus intellectualis substantia.Sed intellectus hoīs est in tpe.ꝛ ita cōferēdo accipit vnde non accipit totū simul:sed vnū post aliud ꝛ vnū ex alio sicut ex premissis accipit cōclusionē.ꝛ ideo homo dicit rationalis substantia.qꝛ ratio est virtus collatiua ex alio.Qualis ergo est cōparatio simplicis ad cōposituꝫ ꝛ puncti ad lineaꝫ in essendo:talis est cōparatio intellect⁹ angelici ad intellectū hominis in intelligendo et in iudicādo.Cum ergo iudiciū fiat ab intellectu: patet ꝙ angelus ſm statum sue cōditionis iudicat de re non in tēpore:ꝛ de re tota simul.ꝛ iudicādo de ipsa:videt eam totaꝫ simul. ergo certissime iudicat.Si ergo peccat in iudicando. patꝫ ꝙ peccat ex certissima malicia.nullo ergo modo pōt excusari.ergo eius peccatū est irremediabile. Non aūt sic est de homine.Unde cum totā rem non simul videat:potest decipi in suo iudicio.ꝛ ita cum peccatū eius aliquo modo possit excusari : nō est irremediabile.Unde geñ.vj.Non ꝑmanebit spiritus meus in homine.qꝛ caro est.¶ Item quantū ad cōditionem nature patꝫ.ꝙ angelus nō est reparabilis sicut homo. Unde Ansel. in lib.ij. cur deus homo.Homo per aliuꝫ hoīem qui nō esset sui generis:nō debuit repari.Et cuꝫ non sint qꝫs angeli vnius generis:patet ꝙ non fuit possibilis

Quantuꝫ ad cōditione nature.

hec reparatio

Quantuꝫ ad q̄litatē pcti.

hec reparatio in angelo:sicut fuit in hoīe. ¶ Iteꝫ q̄tum ad qualitatē pcti variat cōsideratio tripliciter. Attendendo genus peccati.Attendendo circunstantiā peccati.Attendēdo occasionē peccati. Attēdēdo genus:tam angelus ꝙ homo peccauit per superbiā.sed differēter.Homo enim peccauit appetēdo omnē scientiaꝫ dei.Geñ.iij.Eritis sicut dij sciētes bonū ꝛ malum. Sed angelus peccauit appetēdo omnipotentiam. vnde Esa.xiiij.Ascendam in celum ꝛc.In deo enim sunt duo.s.omipotentia ꝛ omisapientia.Omnipotētiam autē suaꝫ nunꝙ voluit communicare alicui creature.qꝛ ſm illā est principiū qꝛ ergo angelus appetijt esse ꝑncipiū:ꝛ similis esse deo in potētia:ꝑpter hoc appetijt id ad qđ nullo modo erat ordinat⁹. ꝛ propter hoc nō habet excusationeꝫ aliquam.ꝛ ꝑpter hoc peccatū eius est irremediabile.Scientiam autem oēm vult communicare creature.Ad illā enim est homo ordinatus in gloria.sed nō ad potētiā omniū.vnde ꝛ xp̄s ſm ꝙ homo: nō habuit omnipotentiā.sed habuit omiscientiam.Quia ergo summa ordinatio est appetere illud ad qđ nulla creatura est ordinata.homo aūt erat ordinat⁹ ad sciētiam quā appetebat:ideo peccatū hoīs est remediabile pctm̄ angeli non:qꝛ illud appetijt qđ erat propriū creatoris.Item attendendo circūstantiaꝫ peccati:patet differētia Nam in adaꝫ fuit aliqua ignorātia nā peccatum qđ erat mortale : credidit veniale.sicut dicit Aug.vnde nō tantum credidit peccare quantū peccauit.Angelus aūt nō habuit ignorantiā in peccādo.Intellect⁹ enim hoīs carne obūbratus erat vnde defecit a luce veritatis:ꝑpter illā obūbrantiā non poterat ita iudicare de facili.ꝛ propter hoc nō peccauit in spm̄sctm̄:sicut angelus .Itē habuit ꝓpositū penitendi :ꝛ petendi veniā de peccato:qđ credidit esse veniale. angelus aūt non:ꝛ ꝑpter hoc peccauit in spm̄sctm̄:homo nō.Et tale peccatū irremediabile est.Item attendendo occasionē peccati:similiter patet ꝙ homo non peccauit seipo:sed alio mediāte scꝫ vxore. Uxor similiter seipa nō peccauit:sed suasa a serpēte.Iustum ergo videt : vt qui ꝑ alium cecidit: per alium releuet Sed angelus per seipm peccauit. ꝛ ꝑpter hoc ꝑ alterum releuari non debuit.nec etiā seipo potuit.sicut dictū est.¶ Item q̄tum ad cō-

Quātū ad cōgruitatē diuine iusticie.

gruitatē diuine iusticie sumitur ratio.qꝛ in homine vno erat tota species hūana:nec adhuc multiplicata:sed postea multiplicāda in alijs.sed in angelo peccāte nō erat tota natura angelica. immo iam tota multiplicata erat ꝛ ꝑpter hoc diuine iusticie congruū fuit.vt nō statim puniret vel iudicaret hominē ꝙ cito peccauit:donec species hūana multiplicaret.ꝛ maxime numerus electoruꝫ.ꝛ tunc iudicarent et punirent qui essent puniendi. Sed statim debuit punire angelum.vnde dilatio ista nō habuit locum in angelo sicut in hoīe.Et ꝑpter hoc angelus statim fuit iudicatus. homo vo puniēdus iudicabit post multitudinē speciei humane.Et hoc erit post mortē iudicio particulari vel in fine post multitudineꝫ electoꝝ iudicio generali.Et tunc nullū erit remediū.sicut nec angeli est modo.Et hoc est qđ dicit Damas. Qđ est

Quātū ad exigētiaꝫ diuine misericordie.

homini mors:hoc est angelo casus.¶ Item quātū ad exigentiā diuine misericordie sumit alia ratio.ꝛ sunt invniuerso octo rationes.Et hoc patꝫ. qꝛ in primo hoīe erat tota natura humana. ideo ipso ꝑdito tota esset natura perdita et corrupta. sed nō esset decēs diuine misericordie ꝛ summe bonitati vt naturā rationalē humanā ex toto perire fineret.ꝛ ideo nō puniuit statim primū hoīem Sed corrupto angelo ꝛ ꝑdito nō est cum illo tota angelica natura ꝑdita ꝛ corrupta : qꝛ non tota erat in illo. et qꝛ corruptio angeli fuit corruptio vnius persone.ideo nō habuit remedium sui peccati sicut homo.

Ad primam rationē

per quam ostēdit . ꝙ omne pctm̄ mortale est irremediabile. dicendū ꝙ irremediabile dicit triplr̄.sicut et inuisibile.s. negatiue.priuatiue.ꝛ cōtrarie.Irremediabile negatiue est qđ nullo modo pōt remitti.Irremediabile priuatiue est qđ nō habet aliq̄d dignū ꝑ qđ debeat remitti.Irremediabile ꝯtrarie est qđ hꝫ contrariā dispositionē ad remittendū. sine qua nullo modo pōt remitti.Primo modo dicit irremediabile peccatū angeli ꝛ pctm̄ damnatorū. Scđo modo dicunt irremissibilia peccata in spiritūsanctū.s.desperatio.presumptio.inuidentia fraterne gratie.ꝓpositū nō penitēdi.pctā ex certa malicia Ista em̄ sunt sub dispositionib⁹ ꝯtrarijs ad remissionē.illis aūt ablatis possunt remitti. Unde ad hoc ꝙ deus remittat desperationē:oportet ꝙ habeat spes.ꝛ silr̄ presumenti exigitur ꝙ habeat timorē:ꝙ deus puniat ꝑ pctis.Simlr̄ aūt et pctm̄ ex certa malicia nō habens colorem excusationis hoc mō dꝛ irremissibile.Tertio mō dicit oē peccatū mortale irremissibile. qꝛ nullū mortale hꝫ aliquid ꝑ quod sit dignū remissiōe. Ad hoc ergo qđ obijcit.ꝙ hō non potest satisfacere de pctō mortali.dicēdū ꝙ verū est.ꝙ de se nō hꝫ vñ possit satisfacere:nisi de⁹ det illud.Habet em̄ posse recipiēdi a deo illud:qđ satisfaciat de pctō mortali.s. gratiā a deo de⁹ em̄ semꝑ corda irradiat : parat⁹ dare vñ possumus satisfacere ꝑ peccato mortali.Et cū infinita requirat satisfactio ꝑ pctō mortali.cōcedēdū est:ꝙ non posset fieri satisfactio ab hoīe ꝑ illo:nisi ab īfinito bono quod est de⁹:acciperet homo diuinā grām ꝑ quā fit satisfactio ꝛ recōpēsatio ꝑ pctō mortali.Et ꝑ hoc ptꝫ solutio ad ea que obijciunt de peccato mortali in generali.¶ Ad id quod obijcit de peccato ade.dicendū ꝙ peccatum ade non fuit in spm̄sctm̄.sed habuit excusationeꝫ s.ignorātiā quātitatis pcti. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ plus nocere dꝛ dupliciter.s.quātitatiue vel qualitatiue.Pctm̄ ergo ade pl⁹ nocuit quantitatiue qꝛ plurib⁹ nocuit.sed non tantū nocuit qualitatiue quātū pctm̄ angeli.qꝛ ſm intentionē nocumēti:quod attēdit in irremissibilitate:nō tātum nocuit peccatū ade.Et ſm intētionē illaꝫ attēditur maioritas nocumēti pcti.¶ Ad aliud dicendū.ꝙ li.ar.in hoīe ꝛ in angelo oīno sunt īproportionabilia.vt finitū ꝛ infinitū.vt dictū est. ¶ Ad aliud dicendum.ꝙ pctm̄ angeli dꝛ irremisibile.nō quia de⁹ nō posset ipm remittere:sꝫ qꝛ ipm non pōt remitti.tū ꝑpter ꝯditiōes ꝛ circūstātias dictas. tuꝫ ꝑpter gen⁹ pcti.tñ de⁹ posset ipm remittere mutādo naturā āgeli. ¶ Ad aliud quod obijcit. ꝙ dignitatis est.ī hoīe reuerti ad bonū ꝑ li.ar.dicēduꝫ ꝙ hoc ē veꝝ.sꝫ nō eēt hoc dignitatis ī deo: vt mutaret illud quod elegit ꝑ li.ar. diuinū. nec etiā in angelo.qꝛ hoc poneret equalē mutabilitatē nature in āgelo ꝛ in hoīe.vñ hoc nō est dignitatis simpliciter.sꝫ solū in subiecto:quod est homo.

Irremediabile dicit triplr̄.

Solu.ad.j.

Ad scđm.

Ad tertiū.

Ad quartū.

Membrum tertium.

O Stenso ꝙ humana natura sit lapsa reparabiliter queritur vtruꝫ sit necesse eā reparari:quod ostendit plurib⁹ modis. Primo sic.sicut dicit ansel.in li.cur de⁹

Utrū necesse sit hūanā naturā repari.

Arg. primū. Qd̄ necessariū sit ꝙ deus reparet naturā humanā.

homo. Qd̄libet paruū inconueniēs deo sequitur impossibilitas. Idem. Nō decebat vt qd̄ deus de hoīe proposuerat: penitus annihilaret̄. Sed si homo nō repararet̄: qd̄ deus de ipō proposuerat: penitus annihilaretur. ergo nō decebat vt humana natura nō repararetur. Sed qd̄libet incōueniens deo sequit̄ impossibile. ergo impossibile fuit ꝙ nō repararetur. ergo necesse fuit eam reparari. ¶ Item Ansel. Aut deus faciet de hūana natura qd̄ incepit: aut in vanū fecit eam naturā possibilē ad beatitudinē. Sed deus fecit eam possibilē ad beatitudinē. ergo aut perficiet istam possibilitatē. s. ꝙ humana natura ꝑueniat ad beatitudinē: aut in vanum fecit eā. Sed nisi reparetur: nō posset perfici ista possibilitas in ipā. ergo in vanū fecisset eam. ergo cū impossibile sit deū aliquid facere in vanū: impossibile est ꝙ nō reparet naturā humanam. ergo necesse erat ꝙ repararet̄. ¶ Itē ps. Nunquid vane cōstituisti oēs fi. ho. quis est homo q̄ viuet ⁊ nō vi. mor. eruet aīam. s. ⁊c. Sed si hoc: in vanum cōstituta est humana natura. ergo cū non conueniat diuine bonitati: necesse est vt reparet̄ humana natura ad hoc vt posset erui ⁊ ꝑuenire ad beatitudinē. ¶ Itē Ansel. Alienum est a summa bonitate vt vllā creaturam rationalē penitus perire sinat. Si ergo est impossibile ꝙ istud fiet qd̄ alienū est a summa bonitate: īpossibile est vt sinatur ꝑire humanā naturā. Sed si nō repararetur homo sineretur ꝑire: necesse est ergo ipam reparari. ¶ Item. v. ad idem. Omnis artifex opans qui ꝓposuit aliq̄d operari: si nō consequitur finē suum aut ipotēs est. aut ignorās. aut nolens. Sed deus est quasi artifex opans humanā naturā ⁊ ad beatitudinē: ergo si ipā non consequitur beatitudinē in aliquo singulari vel indiuiduo eiusdē nature: aut hoc est ex impotentia sui artificis. s. dei. aut ex ignorātia. aut ex eius volūtate. Sed cū ipe sit oīpotēs ⁊ summe sapiens: patet ꝙ hoc nō est ex eius impotētia nec ex eius ignorātia. Similiter nec ex eius volūtate: q̄ alienū est ab eo vt sinat ꝑire hūanam naturā. Ipē autem nullo modo vult qd̄ sibi est alienū. ergo pōt ⁊ scit ⁊ vult adimpleri finem sui operis. Finis aūt sui opis est beatitudo hoīs ergo necesse est: ꝙ hūc finem cōsequatur. Cū igitur hoc nō possit esse sine reparatiōe humane nature: necesse est eā reparari. ¶ Item nihil est superfluū in ordine vniuersi. Nulla ergo spēs est superflua: nec hūana nec angelica. Sed tota humana natura fuit corrupta ⁊ lapsa per pctm̄ primi hoīs q̄ in ipō tota fuit potētialiter ⁊ originaliter. ergo tota cecidit ī ipō. Sed tota angelica nō sic cecidit. sed māsit eius conditio in parte illa q̄ stetit: ergo nullo modo ꝯsequebatur hūana natura illud ad qd̄ facta erat. s. beatitudinē. Sed angelica in parte cōsequebatur eam. Sed cum aliqua natura nō cōsequitur illud ad qd̄ creata est: superflua est. ergo nisi cōsequeretur humana natura beatitudinem: superflua esset. Sed in nulla pte consequeretur eam nisi repararetur: ergo necesse est eam reparari. ¶ Itē per rationem sumptā a pte veritatis obijcitur sic. Omnipotentis veritatis impossibile est ꝙ nō impleat propositū. q̄ ipā est veritas incommutabilis. ⁊ impossibile est veritatē immutabilē mentiri. Si ergo veritas immutabilis que est deus: immutabiliter ꝓposuit de hoīe ꝙ beatificaretur. ⁊ hoc etiam ꝓposuit tēporaliter ꝑ prophās: ergo si impossibile est immutabilem nō implere qd̄ ꝓposuit de hoīe ꝙ beatificaretur ita impossibile est quin natura hūana beatificetur. Cū ergo hoc nō fiat sine reparatione: necesse est ꝙ repetur.

Contra.

¶ Ad oppositū obijcitur multipliciter. primo sic Ansel. cur deus homo. Oīs necessitas aut est coactio: aut ꝓhibitio. ⁊ cōuertuntur ista contrarie. sicut necessariū ⁊ impossibile. vnde sequitur si aliq̄d cogitur esse: ꝓhibetur nō esse. vel si aliquid ꝓhibetur esse: cogit̄ nō esse. Si ergo in deū nō cadit coactio vel ꝓhibitio: ergo in deum nulla cadit necessitas. ergo nō est necessitas reparationis hoīs ex parte ꝑme cause. Similiter nec ex parte creature. s. hoīs est aliqua necessitas. ergo non est necesse ex aliqua pte ꝙ repararet̄. ¶ Itē Ans. Si necesse est vt deus faciat de hūana natura qd̄ incepit: ne aliter q̄ deceat facere videat̄. ergo cogit̄ necessitate vitandi indecentiā: vt ꝓcuret salutem humanā. ergo si īpossibile est vt deus cogatur aliqua necessitate vitandi indecētiā: ergo nō est necesse vt ꝓcuret salutē humanā. Sed non fit reparatio a deo nisi vt ꝓcuret salutē humanam: ergo nō est necesse vt reparet humanā naturā. ¶ Itē ad idē. Omnis necessitas et īpossibilitas diuine subiacēt volūtati. q̄ q̄cq̄d est: est a diuina cā. ergo oīm q̄ necessitate sunt est cā. Et silr̄ si aliq̄ imutabiliter se habēt ad nō esse: illa dicunt̄ esse īpossibilia. Et hec oīa volūtati eius subiacēt. ergo volūtas dei nulli subiacet necessitati. ergo nō est necesse deo ꝓcurare salutē hūanā ꝑ repationē. ¶ Itē Ro. ix. Nunq̄d dicet lutū figulo. q̄d me fecisti sic? Sed sic se h̄z hūana natura ad deū vt lutū ad figulū: vt ex eo faciat vas in honorē vel in cōtumeliā. Si ergo nulla necessitate ꝯstrīgit̄ figul⁹ vt faciat vas ex luto in honorē: ergo nec aliq̄ necessitate astringit̄ deus vt faciat hominē ad beatitudinē. ergo nulla necessitate tenet̄ illū reparare non igitur necesse est humanā naturā reparari.

Responsio. Dicendū. ꝙ cū querit̄ vtrū humanā naturā necesse sit reparari: distinguendū est. est eñ necessitas duplex.

Duplex necessitas.

Quedā eñ est necessitas cause. ⁊ q̄dā causati. Necessariū necessitate cause solū est istū q̄ predestinatus est saluari. Necessariū necessitate causati. vt solē oriri cras. q̄ est causa ordiata īmutabilis ad ortū solis. s. cras mot⁹ celi: q̄ ponit necessitatē in creato. Si ergo loq̄mur de necessitate causati. dicēdū ꝙ nō est necesse hūanā naturā reparari. q̄ nulla est necessitas ex pte ipi⁹ ad hoc vt repet̄. Si aūt loq̄mur de necessitate cause: distiguēda est duplr̄ necessitas cause. i. dei ſm Ans. Est eñ q̄dā necessitas īmutabilitatis. ⁊ q̄dā necessitas ineuitabilitatis. Necessitas ineuitabilitatis nō est ponēda in deo. q̄ hec diuidit̄ in coactionē et ꝓhibitionē. hec aūt in deo nullo mō sunt ponēda. Et est necessitas ꝓhibitiōis: cū aliq̄d ꝓhibet̄ esse īeuitabilit̄: necessitas coactionis est cū aliq̄d cogit̄ esse ineuitabilit̄. Et hec nō sunt ponēda in li. ar. ergo multo fortius nec in deo. vñ nō est aliq̄d q̄n possit cōtrariū si velit. Necessitas aūt īmutabilitatis ponit̄ in deo. hāc eñ necessitatē solū habet diuina ꝓuidētia. quia ipse deus immutabilis est ⁊ sua prouidentia. Sed ſm Anselmum proprie dicitur necessitas que est coactionis ⁊ ꝓhibitionis. Necessitas aūt immutabilitatis ꝓprie non debet dici. sed improprie. vnde dicit Ansel. Deus nihil facit necessitate. quia non cogitur aut prohibetur aliquid facere. Et cum dicit̄ deum facere aliquid necessitate vitandi inhonestatem: quā vtiq̄ non timet: potius intelligendum est. ꝙ hoc facit necessitate seruandi honestatem. que necessitas non est aliud q̄ immutabilitas honestatis. et improprie dicitur necessitas in deo. ¶ Quando ergo queritur

querit̄ vtrum necesse sit humanā naturam reparari: dicendū. ꝙ si loq̄mur ex pte cause que est de⁹ ꝙ ibi est necessitas imutabilitatis solū. licz nō ꝓprie dicat̄ necessitas. Si vero loq̄mur ex pte causati. creature scz humane: neutra necessitas est ibi. Posset tñ dici. ꝙ sit tertia necessitas. s. indigētie. ⁊ sic bene fuit necessitas ex pte nature humane lapse ⁊ repabilis.

Solutio. Ad. j. arg.

¶ Ad primā ergo rōnē: que ostendit ꝙ necessariū est: ꝙ de⁹ reparet hūanā naturā. scz q̄ qd̄libet incōueniēs deo est īpossibile dicēdū ꝙ sicut est necessitas duplex: ita īpossibilitas duplex. Quedā eñ est īpossiblitas coactionis ⁊ ꝓhibitionis. s. qñ aliq̄d cogit̄ ineuitabiliter non esse. vel ꝓhibet̄ ineuitabiliter esse. Et est alia īpossibilitas imutabilitatis. ⁊ de hac īpossibilitate bñ ꝓcedit ratio: nō de prima.

Ad alia sol.

¶ Ad scd̄am ⁊ tertiam ⁊ quartā rōnes dicendū ꝙ nihil pōt ꝑuenire ex pte creature: siue bonū fuerit siue malū: q̄n deus ordinet illud. vnde dicit Ansel̄. Si ea que celi ambitu cōtinentur: vellent nō esse sub celo vel elongari a celo: nullatenus possent nisi sub celo esse. nec fugere celū: nisi appropinquādo celo. Nam vnde et quo irēt: si sub celo nō essent. ⁊ quātomagis a q̄libet parte celi elōgarent̄: tāto magis opposite pti appropinquarēt. Simlr̄ est de hūana natura respectu diuine ꝓuidentie. q̄ ⁊ si nō ordinet̄ ad beatitudinē: ordinabit̄ ad suppliciū ꝑ diuinā ꝓuidētiā. Et hoc est qd̄ dicit Boetius. Ordo quidē diuine ꝓuidentie cūcta cōplectitur. vt si q̄s ab assignato ordine recesserit: in aliū ordinem relabat̄: ⁊ ita deus nō frustra facit humanā naturā nec in vanū: q̄ quicq̄d ipsa faciat: tñ ipse ordinat illam. vnde Ans. Quis hō malus ⁊ angelus diuine volūtati subiacere nolit ⁊ ordini: nō tñ eā fugere valet q̄ si vult fugere de volūtate iubēte: cadit sub volūtate puniēte. Et ita licz hō ꝑ diuinā miam ad beatitudinē ordinaret̄: si tñ ordinaretur ad suppliciū hoc esset ꝑ diuinā iusticiam. Et ad sequētes obiectiones similiter respondendum est.

Membrum quartū.

An hūana natura possit reparari sine satisfactiōe peccati per qd̄ lapsa est.

tur.ergo vnus deus vel plures:q2 persona et essen
tia in rõne dicendi in parte sunt idem et in parte
diuersa.et iõ sequitur.

Membrum secundum.

De.ij.opione
Circa secundam opinionem dubitat mĺ
tipliciter.q2 hec opinio ponit ꝙ xp̃s est
vnum.Queritur primo vtrum xp̃us sit
vnum vel duo.Secundo an xp̃s ſm qδ
homo sit deus.Tertio an xp̃s ſm ꝙ hõ sit indiui
duum.Quarto an xp̃s homo sit persona.Quinto
et vltimo q2 hec opinio ponit quasi personam cõ-
positam.queritur vtrum in christo sit ponere in-
tentionem totius vel partis.

U. in xp̃o sit tm̃ vnum vel duo.

Articulus primus.

Circa primum pceditur hoc modo.vtrū
sc3 xp̃s sit vnum vel duo.Ad quod sic.
Arg.j. Augu.
Primo habetur autoritas augu.in en-
che.posita in.iij.li.sentē.Utraqз substan
tia diuia et hūana filius est vnicꝰ dei patris.sz ali
Secundum. Isido.
ud pp verbuz.aliud pter hoīem.ergo xp̃s est ali
ud et aliud.Est ergo duo.¶ Item Isido.in lib.de
trini.Mediator dei τ hominis homo ihus:ꝙuis
aliud sit a patre.aliud de vgine:non tamen aliꝰ.
ergo xp̃s est aliud τ aliud.ergo est plura neutra-
Tertium
liter.¶ Item Ans.de incarnatione verbi.Nõ est
alius deus alius homo in xp̃o:ꝙuis sit aliud deꝰ
Quartum
aliud homo.ergo primum.¶ Item quorum diffi
nitiones vel rões substātie sunt diuerse:ipsa sūt
diuersa.Sed dei et hoīs sunt diuerse rationes.er
Quintum.
go xp̃s cum sit deus et homo est diuersa.¶ Item
xp̃s est aliquid quod ē pater:q2 deꝰ.et est aliquid
ꝙ non est pater q2 hõ.ergo est duo non ergo vnū.
¶ Ad oppositum sic.Ber.ad Eugenium papam
distinguit plures modos vnitatis.inter quos po
nit summum gradum vnitatis:ꝗ tres persone sūt
vnum vnitate substātie.secundo loco dicit ꝙ illa
est vnitas qua econuerso tres substantie sūt ī vna
persona.ergo vnitas trium naturaꝝ ī xp̃o est ma
ior ꝙ vnitas duarum naturarum in hoīe.τ ita cū
hõ non dicatur esse plura pp̄ter duas naturas sz
vnum:nec xp̃s dicetur esse plura sed vnum.¶ Itē
Boe.in li.de duabus naturis τ vna xp̃i persona.
Omne quod est inꝙtum est:vnū est.Sed esse xp̃z
veraciter confitemur.vnum ergo dicimus xp̃um
Responsio.
¶ Solutio dicendū ꝙ refert dicere hoc esse hoc
et hoc esse huius.Item refert dicere naturam τ rē
nature in omnibus citra primum.s.deum.Dõm.
ergo ꝙ plures nature sint in xp̃o.non tamen pre-
dicātur de xp̃o in rectitudine.hoc ē dicere vt xp̃s
sit ipsius nature.et hoc ꝙtum est ex parte huma
ne nature.q2 ex parte diuine non differt natura τ
res nature.q2 persona est essentia.nec differt etiaz
hoc dicere esse hoc.τ hoc esse huius:quia persona
est diuina essentia.τ psona est diuine essentie.Sz
ex parte humane nature differt.Falsum enim est.xp̃s
est hūana natura.τ tamē verum est xp̃s est huma
ne nature:vel habens humanaz naturam.Quia
ergo non pdicatur p essentiam natura humana
de psona.s.de.xp̃o sed per cām: non dicitur xp̃us
plura propter pluralitatez naturarū.quia ea que
dicuntur in obliqtate nõ numerant.Ex predictis
ergo rationibus non sequitur ꝙ xp̃s sit plura:sed
ꝙ sit plurium.sicut non sequitur ex parte hominis
ꝙ ꝙuis sit corpus τ anima coniuncta:τ anima ē
vnum:et corpus est vnum.ergo homo est plura.
So.ad auto.
¶ Ad autoritates vo obiectas dicendum.ꝙ itel
liguntur p cām vñ cuz dicitur aliud τ aliud esse
xp̃s:debet exponi.alius τ alius nature.s.diuine et
humane.vnde ſm intellectū ppͥum magis predi
cat hoc esse huius:ꝙ hoc esse hoc.¶ Ad quartaz
Ad quartum
vero rõnem qua obijcit. Quorum diffinitiones
sunt diuerse:ipsa sunt diuersa.dicendum.ꝙ hoc
verū est vbi dicitur aliquid de aliquo in rectitudi
ne et formaliter:non per causam.vbi vero in obli
quitate non sequitur.vnde non sequitur diuerse
sunt diffinitiones corporee et incorporee nature.
sed homo est corporee et incorporee nature.ergo
Ad qintum
hõ est diuersa.¶ Ad quintam rationem iam ptз
responsio.quia cum dicitur xp̃s est aliquid quod
non est pater.iste terminus aliqd supponit p ho
mine:sed non p diuina essentia.Cū vero dicitur ē
aliquid qδ est pater:supponit p diuina essentia.
non ergo sequitur.ergo est aliquid qδ est pater et
qδ non est pater.immo est ibi fallatia figure dicti
onis a pluribus suppositionibus ad vnam.quia ī
ꝯclusione iste terminus aliquid vnicā soluz habet
suppositionem.vñ oportet ꝙ teneatur aut p diui
na essentia tantum.aut p homine tantum.

Q.an xp̃s ſm ꝙ hõ sit deus

Articulus secundus.

Secundo queritur an xp̃s ſm ꝙ hõ sit de
Arg.j.
us.Nam omne quod predicatur de ali-
quo inꝙtum ipsum est.aut est sicut per
se accidens illi:aut diffinitio:aut ps dif
finitionis:aut effectus illius.Sed nullo istorum
modorum se habet ad xp̃m ſm ꝙ homo:ergo ſm
Secundum
ꝙ homo non est deus.¶ Item xp̃s ſm ꝙ homo ē
animal ratiōale mortale.Si ergo hec ratio repu
gnat esse diuino.ergo xp̃s ſm ꝙ homo non erit de
us.ergo nec secundū ꝙ homo filius dei.

¶ Item

Tertium.
¶ Itē querit vtrū xp̃s inꝙtū iste hõ sit deus aut
dei filius.τ cū esse hoīs ſm suā diffinitionē repu-
gnet eē diuino ergo τ esse istiꝰ hoīs.ergo si ſm qδ
est hõ nõ ē deus:nec ſm ꝙ iste hõ est deꝰ.¶ Pre-
terea.Deꝰ nõ ꝯparat ad istū hoīem sicut diffini-
tio vel pars diffinitiōis.nec sicut p se accidens vel
Contra.
effectꝰ:ergo.inꝙtū iste hõ nõ est deꝰ.¶ Ad oppo
situ.Xp̃s ſm ꝙ hõ hз potestatē dimittēdi pctā.ix.
math.Ut sciatis qm̃ filiꝰ hoīs hз ptātem dimittē
di peccata:tūc ait paralitico.surge τc. Sz ptās di
mittēdi pctā est soliꝰ dei.ergo ſm ꝙ hõ est deus.
Responsio.
¶ Solu.dõm est.ꝙ hec ppositio ſm.accipit mul
tipliciter.aliqñ eñ ſm notat causam.aliqñ vo cõ
ditionē nature.aliqñ vo vnitatē psone.Preterea
notat causam aliqñ efficientē.vt xp̃s ſm ꝙ deꝰ re
surrexit aliqñ materialē vt xp̃s ſm ꝙ hõ nos rede
mit Aliqñ vero causam formalē:vt xp̃s ſm ꝙ deꝰ
ē aliqd.Cõditionē vo nature notat cū dr̃ filiꝰ dei
ſm ꝙ deus dimittit pctm̃.i.xp̃s ſm ꝙ est habens
naturā diuinā dimittit pctm̃. Aliqñ vero ꝯnotat
vnitatē psone.vt cū dicit xp̃s ſm ꝙ hõ creauit stel
las.i.xp̃s.ſm ꝙ est ille vł illa psona que ē hõ:crea
uit stellas.Similiter cū dicit ſm qδ hõ hз ptātez
Solu.ad.j.
dimittēdi pctā.Scdm hūc modū pз responsio ad
obiectū.q2 si hec dictio ſm notat causam vel cõdi
tionē nature:falsa est hec xp̃s ſm qδ hõ est deꝰ vel
dei filius.Si vero notet vnitatē persone vera est:
q2 si notet cõditio nature:sensus ē.xp̃s rõe huma
ne nature est deus et hoc est falsum.Secūdū vero
qδ notatur cõditio persone:sensus est.xp̃s ſm qδ
Ad secunduz
est ille:qui est hõ est deus τ hoc iterū falsum est.τ
per hoc patet rñsio ad primā obiectionē.¶ Ad se
cundā dicendū.qδ diffinitiões assignant nature.
vel essentie:nõ persone siue īdiuiduis. vnde diuer
se nature ſm diffinitionē sunt vniꝰ indiuidui.Idē
enim est indiuiduū albi τ hoīs.τ tamē ē alia diffi
nitio albi τ hominis Similiter vna et eadem per
sona dei et hoīs:licet alia sit diffinitio dei et hoīs
¶ Ad tertium dicendū.ꝙ hec est distinguenda.
Ad tertium.
xp̃s ſm ꝙ iste hõ est deus.Nā hoc pnomē iste pt
demonstrare indiuiduum hominis.et ſm hoc si
hec ppositio ſm notet cām:falsa est. si vero notet
vnionem personalem:vera est.sicut patet ex iam
dictis.Uel potest demonstrare psonam filij dei τ
U.christꝰ ſm qδ hõ sit indiuiduum.
iste terminus homo p appositionem coniūgatur
illi.τ ſm hoc vera est simpliciter.xp̃s ſm ꝙ filius
dei qui est homo est deus Et secundum hoc solui
tur hec questio.

Articulus tertius.

Tertio queritur an xp̃s ſm ꝙ hõ sit indi
uiduum.Et cum indiuiduatio dicatur
duobus modis.pͥma.s.τ secunda.Pͥa
indiuiduatio est in ypostasi ſm se rõne
ppͥetatis singularis:ꝗ ab omni alia distinguitur
seipsa ſm qδ dr̃ petrus alius esse a paulo.Secun
da vero indiuiduatio est p ppͥetates aduenientes
ꝯnr ipsi ypostasi ſm ꝙ dicitur indiuiduatio colle
ctio ppͥetatum:que nunꝙ in alio eedem erūt.Se
cundum hoc dicitur indiuiduuz duobus modis.
Indiuiduum pͥmo.s.ypostasis.i.ipsa substātia sin
gularis rõne singularitatis substantie.Nam si ab
strahantur oēs ppͥetates que sunt in petro τ in
paulo:adhuc tamen hec substantia est alia ab il-
la.Alio modo dicitur indiuiduum ex collectione
ipsarum ppͥetatum que nunꝙ in alio eadem est.
¶ Sed ostenditur ꝙ vtroqз mõ dr̃ ihus ſm ꝙ iste
siue ſm ꝙ h indiuiduum.Nam pͥmo modo ptз
ꝙ est indiuiduum.ē enim indiuiduum substātia
ſm ꝙ hõ:que seipsa diuiditur ab alijs omnibꝰ ho
minibus.Item τ secūdo mõ.q2 ſm ꝙ Ihs vel hõ ē
habens collectionem ppͥetatum quam non est
in alio reperire.ergo ſm vtranqз rationem indiui
duationis est indiuiduum.¶ Item sicut patet ꝙ
sortes sua substantia singulari distinguitur a ce-
teris.ita τ xp̃s ſm ꝙ homo a ceteris hominibus.
Sicut enī sortes quantitate τ qualitate distingui
tur a ceteris.ita etiam ihus vel xp̃s ſm qδ homo
a ceteris hominibus.Sed ex istis dicitur sortes ī
diuiduum.Relinquitur ꝙ ihs dicit similiter īdi
Contra.j.
uiduū.¶ Ad oppositum dt ioh.dama.In dño ie
su xp̃o non est cōmunem speciez ponere vel sume
re.ergo xp̃s non est indiuiduum huius speciei hõ
nec alterius ergo non est indiuiduum ſm ꝙ ho-
mo.¶ Item si xp̃s ſm ꝙ homo est indiuiduum.er
Secundum.
go ſm ꝙ est homo est vnus quis.τ ſm ꝙ deus est
similiter vnus quis: quia vna persona.ergo est
duo quis.ergo redit inconueniens.s.contra sim-
Rñ.
bolum ꝙ deus et homo non est vnus xp̃s.¶ So
differūt ypostaś.
lutio dõm τ notandum ad euidentiam istius que
stionis ꝙ differunt ypostasis.persona.indiuidu
um.suppositum siue supposita natura.Ipostasis
Persona
enim est existentia vel substantia incommunica-
bilis ex quibuscunqз distinguentibus.et hec ratō
colligitur ex determinatione Richar.de sancto
vic.qui aliquando accipit personam p ypostasi.
Persona vero ſm rem et nomen persone est sub-
stantia incommunicabilis rationalis distincta p
ppͥetatem dignitatis.vnde ex hoc patet ꝙ om-
nis persona est ypostasis.sed non conuertitur.
In naturis enim rõnalibus natura rationalis ꝗ
dignitatem importat.sua ypostasis est persona.
In alijs vero naturis non est sua ypostasis perso-
na:nisi loquendo de persona grammatice.hic au
tem est adhuc in relatione ad actum rationalis
nature.s.loquibз ꝙ prima persona est que de se lo
quitur secunda ad quam fit sermo.tertia de ꝗ fit
Indiuiduum
sermo.Item indiuiduum dicitur dupliciter tā in
diuidua substantia:que seipsa diuiditur a quali-
bet alia:tam habens collectionem ppͥetatum:ꝗ
Suppositu3.
nunꝙ in alio eadem est reperire:sicut dictum est
prius.Item natura supposita:siue suppositum di
citur forma in materia.vt anima ī corpore:vł cor
pus et anima vnita.et hoc in compositis.In sim
plicibus vero id quod res est dicitur natura suppo
sita.sed tamen proprie essentia ē quo res ē.Natu
ra vero que operatur agit vel patitur quod est ve
ro supposita natura:sicut si diceretur deus et dei-
tas.deus dicit quod est.deitas vero quo est.qui est
vero dicit suppositū:qδ ē res nature.vt in deo ali
qua personarum:vel in homine aliquis hominū
Ex his ergo relinquitur ꝙ ypostasis est commu-
Xp̃s ab eterno psona sed nõ īdiuiduū.
nis persone et indiuiduo.vnde xp̃s inꝙtum filius
dei est ypostasis:que est persona.Inquantum ve
ro est iste homo est ypostasis que est indiuiduuз.
So.ad.j.cõ.
Ex quo relinquitur ꝙ ab eterno fuit persona sз nõ
ab eterno indiuiduum.¶ Ad autoritatē vero Io
han.dama.iam patet ex superioribus responsio.q2
sic intelligenda est.Non est communem speciem
Ad secundū.
ponere de xp̃o.i.non ꝯuenit predicare communē
speciem de xp̃o:que quidem comprehendat diui-
nam naturam et humanam quasi conflatam ex
duabus.s.diuinitate τ humanitate.et tamen est
accipere communem speciem ſm humanam na-
turam cū alijs duobus.¶ Ad secundā vero ratio
nem et vltimam dicendum.Quod inter personaz
et suppositam naturam medium est indiuiduuз
siue indiuidua substantia.Medium autem debet
habere conuenientiam cum extremis.Erit ergo
indiuidua substantia communicans cū extremis

Cū ergo multe sint supposite nature ī xp̄o vna autem p̄sona dicet̄ de indiuiduo hoīs ꝙ est aliud q̄ sit ſm ꝙ deus. τ ꝙ nō est aliud hoc quidē referentes ad personā. illud aūt ad suppositā naturā τ ſm hoc intelliguntur plures autoritates. ¶ Ad illud qđ obijcit̄ ꝙ est vnus quis et alius quis ergo duo quis Dicēdū ꝙ nō sequitur: Nā duo dicit vnū numero. hoc aūt est in illis in quib9 est significatio distincta tā q̄ situaliter hic aūt nō ē indiuidua substātia filij hoīs τ persona filij dei. immo sunt indistanter vnita: ita etiā vt sit filius hoīs filius dei τ econuerso. Et sic patet solutio huius questionis.

Articulus quartus.

Q. christ9 ſ3 qđ homo sit persona.
Argu. j.
Boe.

Quarto querit̄ vtrū xp̄s ſm ꝙ homo sit p̄sona Ad qđ sic. Xp̄s ſm ꝙ homo ē rationalis nature indiuidua substātia qꝛ est indiuiduum huius speciei hō τ hec ē rō persone ſm Boecium. ergo ei conuenit ratio persone ſm ꝙ homo Reliquitur igitur ꝙ ſm ꝙ homo est persona.

Secundum.

¶ Item iesus ſm ꝙ iesus: qđ ē nomen christi ſm qđ homo: respondetur cōuenienter ad interrogationē factam per quis: vt si queratur: quis docet? conuenienter respondetur iesus: Sed quis nō querit nisi de persona ergo ih̄s in q̄ntū iesus ē persona.

Tertium

¶ Itē nullū sequit̄ incōueniēs si dicat̄ qđ iesus in q̄ntū iesus est persona. vn̄ nō vr̄ valere probatio magistri in tertio sententiarum. Si filius dei ſm' qđ iesus est persona: ergo creata vel increata. Sed non increata: ergo creata. Sed creata persona non est pater: non est filius: nō est spiritussanctus: ergo est quaternitas in personis. quod non videtur sequi quia si dicatur qđ sit creata: τ qđ creata sit increata nullum sequitur inconueniens. Nam recte dicitur quod filius dei est tēporalis et eternus: creatus et increatus.

Quartum.

¶ Si dicatur ſm magistrum in sentē. qđ non cōuenit ei ratio tota persone: quia non est. s. istud indiuidua substātia: qꝛ nō est per se sonans: sed alij rei coniuncta. Similiter rōne filius dei non ēens per se sonans: sed alij rei coniunctus ergo non est persona.

Quintum.

¶ Item si dicat̄ ꝙ persona habet in se incommunicabilitatē cum alio. aut illud intelligitur de incommunicabilitate ſm actum: aut ſ3 potentiam. Si ſm actum: ergo tunc anima separata a corpore esset persona. Si ſm potentiā: ergo nullus homo esset persona: cum vnusq̄sq3 potuisset vniri deo in p̄sona.

Sextum

¶ Item ans̄. in lib. de incarna. verbi. Sicut pr̄ est deus: filius est de9: ita in christo deus est persona. hō est p̄sona. Sed pr̄ in q̄ntū pater est deus ergo xp̄s in q̄ntum hō est persona.

Septimum.

¶ Itē cum personalitas sit aliqđ bonū hominis videt̄ scđm hoc ꝙ persona diuina auferat aliqđ bonū ab homine assumpto: si scđm qđ homo nō est persona. ergo xp̄s ſm qđ homo est persona.

Octauum

¶ Itē obijcitur rōne p̄destinationis. qꝛ si xp̄s in q̄ntū hō est predestinatus esse filius dei τ illud qđ est predestinatum est ab eterno modo: ergo modo ſm qđ homo est filius dei. ergo ſm qđ homo ē persona.

Cōtra qđ nō sit persona.

¶ Ad oppositū sic. Persona dicit quasi per se vnū vnde p̄sona est substātia a qualibet alia distincta τ non coniuncta. Si ergo ſm qđ iesus est persona ſm ꝙ homo est separatus a diuina persona qđ est falsū. Relinquitur igitur qđ ſm qđ homo nō est persona. ¶ Item in niceno concilio dicitur quod in incarnatione persone consumpsit personam ergo non mansit persona creata. cū increata ergo secundum quod iesus non est persona.

¶ Item secundum quod iesus est persona. et ſm qđ verbū est persona: ergo est due persone. ergo τ duo quis. ergo non est vnus: ergo de9 et homo nō est vnus xp̄us. quod est contra simbolum fidei.

¶ Si dicatur ꝙ non sequitur. ergo duo quis. q̄uis ſm ꝙ homo sit persona. τ ſm ꝙ deus sit persona. quia hec persona est illa persona sicut filius hominis est fili9 dei. Illud nihil est sicut p3 per p̄priam rationem ad oppositum: cum persona dicat quasi per se vnum.

Responsio.

¶ Solo dđm. ſm vtranq3 opinionē. ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo non est p̄sona. est tn̄ indiuiduum sicut est dictum. vnde cum queritur vtrum xp̄s ſm ꝙ homo sit quis. si hoc nomen q̄s supponit generaliter substantiam singularē. hoc est dicere si supponit indiuiduum: dico ꝙ est q̄s. Si vero supponat substantiam singularem non alteri digniori coniunctam: sed distinctam: ꝙ est persona: dico ꝙ ſm ꝙ homo hoc modo non ē q̄s

So.ad.j. ar.

¶ Ad rationes ergo obiectas respondendum: sicut tactum est prius: ꝙ ad hoc ꝙ sit persona req̄ritur triplex determinatio vel distinctio. s. singularitatis. incommunicabilitatis. τ dignitatis. Prima determinatio est in anima sortis que singulari sua substātia differt a qualibet alia. et hec distinctio opponitur indistinctioni vniuersalitatis. Secunda distinctio est in indiuiduo cuiuslibet rei irrationalis: sicut in hoc equo et in hoc asino. τ hoc est incommunicabilitatis. ex hoc. s. ꝙ non est cōmunicabile alij vt pars. et hec distinctio opponit̄ indistinctioni incommunicabilitatis: quēadmodum partes communicant in toto: vt ex vna cum alia sit totum. Tertia distinctio in sor. s. dignitat ex eo. s. ꝙ eius humanitas non est coniuncta forme digniori: sed est distincta a qualibet digniori. et hec distinctio opponitur vnibilitati ad substātiam digniorem. dđm ergo ſm hoc. ꝙ triplex distinctio requiritur ad esse persone. τ ab vltima sumit̄ ratio persone. quia ergo ab vltima deficit xp̄s ſm ꝙ homo: non est persona ſm ꝙ hō. τ ideo dicitur in concilio ꝙ dignior persona adueniens consumpsit personam. hoc est dicere fecit ꝙ non eēt persona.

Ad aut. Boetij.

¶ Ad illud quod obijcit de ratione Boetij. qđ est indiuidua substantia τc. dicendum ꝙ si indiuidua substantia importet illam triplicē distinctionem ſm hoc est diffinitio p̄sone. τ ſm hoc cōcedendum est ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo non est indiuidua substantia rationalis nature. Si vero solum dicat duas personas: distinctiōes erit dicere tūc ꝙ est indiuidua substantia rationalis nature. nō tamen sequitur ꝙ persona.

Ad secundu3

¶ Ad secundam vero que dicit qđ quis querit de persona. dicendum ē. ꝙ quis potest querere de persona. τ potest querere de indiuiduo. τ per hoc patet rn̄sio.

Ad tertium

¶ Ad tertiam vero que dicit ꝙ non sequitur quaternitas in personis. dicendum: ꝙ immo necessario si Ih̄us in q̄ntum Ihesus ē persona. quia si est persona in q̄ntum ihesus: ihesus est separatus a filio dei. τ ita necessario est alia persona q̄ filius dei. et cū ih̄us sit deus. sequeretur necessario ꝙ in diuinitate essent quattuor persone.

Ad quartum

¶ Ad quartam rationem que est circa responsionem que ibi ponitur. dđm sicut sup9 pluries dictum est. ratio persone dicit indiuiduam substantiam. τ in indiuiduatione intelligitur incommunicabilitas siue etiam vnibilitas ad formā digniorem seu perfectiorem. nam respectu indignioris non attenditur istud. vnde cum propria rationalitas in indiuiduo homine puro sit non ordinata ad digniorem: ex hac erit ei personalitas: non tamen ex hac tollitur quin sit possibilis ad alias formas accidentales. proprie tamen dicendum cū indiuiduus hō sit substantia p se fixa: nō dicet̄ nō

esse per se

esse p se: q̄uis sit vnibilis ipsis accidentalibus formis. sed ipse forme accidentales dicentur ei vnibiles τ adiacentes. Scđm hunc modum dicendū est. ꝙ q̄uis homo assumptus p̄pter hoc qđ vnibilis caret esse personali. vnitur enim perfectioni tamen filius dei q̄uis vniatur homini: personā a se habet: qꝛ in comparatione ad humanam naturā est substantia fixa τ per se: hoc est non in alio vt adiacēs. Humana vero natura est vnita ei vt adiacens. qꝛ homo prius non existēs vnitur filio dei ab eterno existenti. τ ita quo ad hoc tenet modum accidentis: q̄uis non sit accidens.

Ad quintum

¶ Ad q̄ntam dicendum. ꝙ incōmutabilitas in rōne persone dicitur nō solū p priuationē actus. sed per priuationem aptitudinis siue potentie disposite nō tamen per priuationem potentie prime. put dicit aug. Nō in costa erat vnde posset fieri mulier: sed non vnde fieret. hoc est dicere. ibi erat potentia. i. possibilitas obedientie. que est in omni creatura: vt ex ipsa faciat creator quicquid vult. nō tn̄ ibi erat aptitudo seu potentia disposita. Inde est ꝙ cum hominibus τ angelis non sit aptitudo ad vnionē cum filio dei vel cum alio est in eis incōmunicabilitas: que requiritur ad personā.

Ad sextum

¶ Ad sextam rōnem dicendum sicut prius. ꝙ cum dicit̄ xp̄s ſm ꝙ homo est persona: ꝙ hec dictio ſm est expssiua vnitatis p̄sone: τ habetur veritas responsionis ex eo qđ ibidem subditur. nec tn̄ due sunt sed vna persona.

Ad septimu3

¶ Ad septimam dicēdū. ꝙ vnio diuine nature ad humanam nullum bonum aufert homini. immo sicut dicit augu. in li. de moribus manicheorum. Creator nature non corrumpit naturam. vnde nec filius dei personam hominis corrumpit. qꝛ corruptio non est nisi prius rei existētis. sed ille homo nō fuit prius q̄ eēt assumptus: nec est etiā diminutio dignitatis hominis qꝛ q̄uis nō habuerit p̄sonalitatē hūanā h3 tn̄ p̄sonalitatē diuinā.

Aug.

Ad octauum

¶ Ad octauā rōnē dicēdū. ꝙ hec est duplex. xp̄s ſm ꝙ hō est p̄destinat9 esse filius dei. qꝛ hoc ꝙ dico scđm: pōt dicere causam respectu eius ꝙ dico predestinatus. vel respectu ei9 ꝙ dico esse filium. Si respectu eius ꝙ dico predestinatum. tunc vera est. qꝛ ſm ꝙ homo est quasi materia predestinationis. qꝛ ei ꝯuenit predestinatū esse filius dei. Si vero respectu eius ꝙ dico filius dei: falsa ē. qꝛ nulla potest notari causalitas vt sit sensus. xp̄s est predestinatus vt sit fili9 dei ſm ꝙ homo. Si tamen hoc qđ dico ſm non diceret causam sed vnionem personalem: vera esset. sicut patet ex supradictis.

Articulus quintus.

Q. in xp̄o sit ponere intentionem toti9 τ partis.

Quinto queritur vtrum in xp̄o sit ponere intentionē totius τ partis. Et circa hoc primo queritur vtrum humanitas sit p̄s persone. Secūdo vtrum xp̄s debeat dici totum.

Quātum ad primum. §. j.

Utrū hūanitas sit pars p̄sone.

obijcitur de hoc qđ habetur in. iij. sentē. Unde dicit magister ſm autoritatem augu. ꝙ p̄sona non cōnstat ex deo τ homine q̄si totum ex partibus. humanitas igitur nō est pars persone. ¶ Ad oppositum sic. v. leuit. super illum tex. partem ephi decimā. dicit Esicius. Decima pars ephi est hūanitas xp̄i. ephi aūt mēsura triū modiorū significat trinitatē. fit ergo argumētum. Signū est pars signi: ergo signatū est pars signati. Sed decima p̄s significat humanitatē: ergo humanitas est pars trinitatis. sed nō nisi rōne filij. ergo est pars persone filij. ¶ Itē Ioā damas. Christus ē ypostasis ex diuina τ humana natura. ergo humana natura est pars ypostasis xp̄i.

Rn̄sio.

¶ Sol. dicendum. ꝙ p̄s dicitur quinq3 modis. Uno modo dicitur p̄s illud in quod est possibile diuidi ſm quātitatem. Alio modo dicitur pars id quod numerat suum totum. sicut in quātitate discreta: que dicitur pars aliquota aliter q̄ in quāto ꝯtinuo. Tertio modo dicitur pars in quam possibile est formam diuidi absq3 quātitate. sicut differentie dicūtur partes generis. Quarto modo dicitur pars que cōuenit in compositionem alicuius totius ſm naturam. vt cuprum dicitur pars spere cupree. Quinto modo dicitur pars que cōuenit in compositionē alicuius totius ſm rōnem. vt in diffinitione genus τ differentie dicuntur partes speciei. Dicendum ergo ꝙ proprie loquēdo non est dicendum humanam naturam esse partem xp̄i p̄pter rōnem aug. qꝛ videretur ex hoc ipso ante humanitatem esse filius dei diminutus vel imperfectus. tamen si d3 reduci ad aliquam rōnem partis: debet reduci ad partes diffinitionis: qꝛ si vellemus diffinire xp̄m nos diceremus ipsum esse personam in diuina et humana natura.

Secūdo queritur. §. ij.

Utrū xp̄s debeat dici totum.

iuxta hoc vtrum xp̄s debeat dici totum. Et cum totum τ pars dicatur ad aliquid: si non est dicere in xp̄o patre3 humanā vel diuinā naturam: ergo nō est dicere in ipso totum. ¶ Ad oppositum sic Ioā. damas. Totus fuit in sepulchro: sed non totū

Responsio.

¶ Solutio. Totum dicitur duobus modis. Uno modo totum dicit̄ ex cōpositione ptiū. τ hoc modo totū τ pars dicūtur ad aliquid: τ a quo remouetur intentio partis τ totius. Alio modo dicit̄ totū ex eo qđ nihil est accipe extra: qđ debet esse intra. τ hoc mō xp̄s dr̄ eē tot9 τ totū. vt totus ad p̄sonā totum ad naturā referatur. τ ideo dicit̄ in sepulchro totus q̄tum ad personam sed nō totus q̄tū ad naturam. qꝛ aliquid erat tunc extra sc3 animā.

Membrum tertium.

Cōtra tertiā opinionem.
Q. xp̄s sit aliquid.
Arg. p̄mum

Circa tertiam opinionē dubitatur vtrū xp̄s sit aliquid: qđ negat tertia opinio τ due prime cōcedunt. Ad qđ sic obijcitur Christus est de9 τ homo. Sed esse deū est esse quid: τ esse hoiem similiter. Sed xp̄s ē aliquid ſm ꝙ homo. ergo si xp̄s est aliquid ſm ꝙ homo: xp̄s est quid τ quid. τ ita duo. quod videtur incōueniens.

Secundum.

¶ Itē si xp̄s est vnū quid vnitate creata. τ constat ꝙ est vnū quid vnitate increata essentialiter. Sed iste sunt diuerse vnitates essentialiter. ergo xp̄s erit duo essentialiter. ergo xp̄s nō est vnū.

Tertium

¶ Itē forma substātialis facit substātialiter differre. Si ergo i xp̄o sūt due forme substātiales essentialiter differētes qđ seq̄t̄: si ſm qđ est hō est aliq̄d: faciēt substātialē drīam i xp̄o. ergo si hūanitas ponit̄ forma substātialis i xp̄o qđ accidit: si ſm ꝙ hō est aliq̄d τ diuinitas silr̄. necesse ē ꝙ xp̄s substātialiter differat. ergo est aliud τ aliud.

Quartum.

¶ Itē vna quidditas nature i tribus p̄sonis facit tres p̄sonas. s. patrē. τ filiū. τ sp̄m. s. esse vnū. ergo plures quidditates naturarū faciūt vnā p̄sonā esse plura. Si ergo incōueniens est dicere xp̄m esse plura nō vnū. relinquit̄ ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo nō est quid: cum sit quid ſm ꝙ deus. Uera igitur est opinio q̄ dicit. ꝙ cū dicitur. xp̄s est hō: nō dr̄ xp̄s esse aliq̄d: sed aliquo modo se habens.

Quintum.

¶ Item xp̄s ſm qđ deus habet esse cōpletū ſm naturā diuinā: τ ſm ꝙ persona diuina ab eterno nec humanitas adueniens addit aliquid ipsi persone vel ipsi nature

Cum ergo illud quod consequitur esse completuꝫ ipsius persone ⁊ nature sit sicut adiacens ⁊ nõ q̇d respectu illius: relinquitur ꝙ xp̃s ſm ꝙ hõ non est aliquid.

Contra.

¶ Ad oppositũ est decretalis alexandri pape. Cum xp̃s sit perfectus deus perfectus homo: qua temeritate q̇s audet dicere ꝙ xp̃s ſm ꝙ homo non est aliquid. Ne autem tãta in ecclĩa dei possit suboriri abusio ꝯuocatis magistris sub anathemate interdicatur. per quam decretalem patet ꝙ dãnata est opinio tertia.

Rñsio

¶ Sol. dicendũ ꝙ est cõsiderare naturam rei: cum dicitur xp̃s est homo: aut rõnem dicẽdi. Si ꝯsiderãdo naturam rei: aliquis diceret ꝙ xp̃s ſm ꝙ homo non est q̇d vel aliquid: erraret sine dubio. ⁊ ſm istam opinionem dãnatam ꝓcederet. Sed si quis attẽdens rationem dicẽdi diceret ꝙ cum dicitur xp̃s est homo vel fact⁹ homo: nõ predicatur ly homo vt q̇d de xp̃o: q̃uis sit quid: sed ꝙ predicaret quomodo se hñs: nõ videretur absolute errare ſm illud apostoli .ij. phil. Habitu inuentus vt homo. sup quo verbo disputans Aug. in li. lxxxiij. questionuꝫ. vbi distinguit habitum ſm quattuor modos: quoruꝫ vnus est. cum illud quod habetur non mutatur a sua natura: sed aliam speciẽ ⁊ formã accipit ꝑut applicatur habenti vt est vestis: que detecta atq; deposita non habet eam formam quam sumit induta. qd̃ genus congruit huic comparationi: cuꝫ dicitur habitu inuentus vt homo. Scd̃m hoc ergo diceremus ad predictam questionem. ꝙ xp̃s ſm ꝙ homo est quid ⁊ aliquid: sed tñ non predicatur vt quid. Sed q: opiniones ꝓpinque errori nõ sunt extẽdende: ideo absolute dicatur sine distinctione ꝙ xp̃s ſm ꝙ homo est quid ⁊ aliq̇d.

Aug.

So. ad argu. ſm p̃mam opinionem

¶ Respondendum autem ad obiecta primo ſm p̃mam opinionem. ꝙ xp̃s est duo neutraliter: sed tamen non est duo masculine. Est enim vnus. i. vna persona sed nõ vnum. i. vna natura. ⁊ ideo nõ esset inconueniens ꝯcedere in vno sensu rõnes que ostẽdunt ꝙ xp̃s est duo.

Ad quintum

¶ Ad vltimam autem rõneꝫ qua obijciebatur. ꝙ humanitas aduenit post esse completum. ergo non est quid. dicendum ꝙ non sequitur: q: et si adueniat post. tñ assumitur ĩ vnitatem persone. quẽadmodũ posito ꝙ anima crearetur ante corpus: ⁊ postmodum corpus ei vniretur: non sequeretur ꝓpter hoc ꝙ corpus nõ esset quid ipsius hominis: q̃uis consequeretur ad esse rationale completum ipsius anime.

So. ad argu. ſm opinionẽ secundam.

¶ Scd̃m autem opinionem secũdam incõueniens est: ꝙ xp̃s sit duo. immo est vnum solum: ⁊ respondent ad obiecta. ¶ Ad primum cum dicitur. xp̃s est deus ⁊ homo: si fiat copulatio rõne suppositoruꝫ: falsa est. Si vero rõne naturarum. tunc est vera. q: non est ibi nisi vnum suppositum: ⁊ tamen diuerse nature. ¶ Et ad id quod obijcit. ꝙ est q̇d ſm ꝙ de⁹: ⁊ aliud quid ſm ꝙ homo: ergo duo. non sequitur q: illud quid ſm ꝙ homo non cõnumeratur cum illo quid qd̃ est deus: q: nõ sunt quid vnius generis.

Ad tertium.

¶ Ad aliud dicendum. ꝙ q̃uis in xp̃o sit binarius essentialis vna tamen vnitatum illius binarij degenerat quasi in accidentalem. liceat modo ita loqui sicut doctores locuti sunt. videlꝫ vnitas que est ex parte humane nature: ⁊ ideo ille binari⁹ nõ numerat subiecta sꝫ naturas quẽadmodum numerus accidentium non numerat subiecta: sed suas formas. ¶ Et ꝑ hoc patet solutio ad aliud: q: forme iste substãtiales faciunt essentialiter differre naturas: sed non ipsum suppositum q: vna illarum sicut dictum est quasi degenerat in accidens: eo ꝙ est post adueniens. Et per hoc patet solutio ad aliud.

Questio. vij. de actu incarnationis quãtum ad vnionem.

Dicto de actu incarnationis quãtum ad assumptionem: decetero dicẽdum est de ipso quãtũ ad vnionem. Nam actus incarnationis põt dupl'r ꝯsiderari. Aut eniꝫ ꝯsideratur ĩ fieri: ⁊ sic dicitur assumptio. Aut cõsideratur in facto esse. ⁊ sic dicit vnio ¶ Queritur igitur de actu vnionis. Primo de eẽ huius vnionis. Scd̃o de causa huiusmodi vnionis. Tertio de effectu huius vnionis.

Membrum primum.

Q. de esse vnionis.

Primo queritur de esse vnionis. cum in diuinis intelligamus naturã sicut diuinitatẽ in deo ⁊ rẽ nature. An sit vnio in persona. Secundo vtrum abstracta persona possit vnio illa fieri in ypostasi. Tertio vtrum abstracta ypostasi ⁊ persona a diuina natura possit adhuc intelligi vnio diuine nature ad humanam naturam in re nature.

Articulus primus.

Q. an sit vnio in persona. Arg. p̃mum.

Ad primũ articulum obijcitur sic. Nulla vnitas vnita siue ꝯiuncta est vnitas personalis. q: cum persona sit per se sonãs: eius vnitas nõ debet esse cõiuncta. Sed vnitas filij dei cum vnitur carni non est vnitas per se sed coniuncta. ergo non est personalis. Maior etiam patet per magistrum in senten. vbi querit vtrum christus ſm ꝙ homo sit persona. et dicit ꝙ aĩa non est persona: q̃uis sit substantia rationalis: quia non est per se sonans: sed coniuncta carni. igitur vnio filij dei cũ carne non est vnio in persona.

Secundum.

¶ Item nihil potest esse medium ⁊ extremum ſm eandem rationem. Sed persona diuina ⁊ humana natura sunt extrema istius vniõis. ergo non fit hec vnio in persona cum medium sit illud in quod fit vnio extremorum.

Tertium.

¶ Item nihil terminatur ad seipsum. Si ergo vnita terminantur ad illud in quod fit vnio: patet ꝙ nullum vnitoruꝫ est illud in quo fit vnio. Si ergo in hac vnione persona est vnita. scilicet ipse filius dei: ergo nõ est vnio in persona.

Contra.

¶ Ad oppositũ. Si vnio ista non est in persona. ergo est in natura. Aut ergo in natura creata: aut in natura increata si in natura ĩcreata q̃ est diuina natura. ergo natura diuina ⁊ hũana vnũ sunt in illa vnione qd̃ est impossibile. Silr̃ si est in natura creata sequeretur idẽ inconueniens: quia diuerse nature tunc erunt vna natura. Igitur hec vnio non est in natura. sed est in natura vel persona. ergo est in persona. ¶ Itẽ dupliciter vniuntur aliqua. aliquando ita ꝙ vnum est predominans alteri. aliquando non. Quando primo modo fit vnio: tunc predominans trahit alterum ad sui vnitatem. Quando vero secundo modo: tunc vnum non trahit alterum ad sui vnitatem. sed ex his fit tertiũ. Sed in hac vnione natura diuina predominatur humane: ergo trahit ipsam ad sui vnitatem. Sed non potest trahi in vnitatem nature ita ꝙ sit eadem natura cum illa ergo trahit ipsam in vnitatem persone. Hec ergo vnio est in persona: ⁊ non in natura creata nec increata.

Responsio.

¶ Solutio dicendum. qd̃ vnum substantialiter dicitur dupliciter: scilicet simpliciter. ⁊ secũdum quid. Unum simpliciter dicitur duobus modis: scꝫ vnum per vnitatem. ⁊ vnum ꝑ vnionẽ. Unũ ꝑ vnitatẽ ẽ illud vnũ in quo nõ est multitudo

qd̃ scꝫ

quod. scꝫ. non est in multis nec ex multis vt deus Unũ vero ꝑ vnionẽ est qd̃ est in multis vel ex multis. Unũ ſm quid est vnũ per appositioneꝫ: quod nõ est simpliciter vnũ: sed ꝑ appositionẽ alicuius ad alterũ ⁊ hoc vnũ dr̃ tripliciter: q: aliq̃n vnũ vnitur alteri p' appositionẽ. ita ꝙ neutrũ ab altero aliquã ꝯtrahit denominationẽ nec ꝓprietatẽ. aliq̃n ita vnũ apponitur alteri: ꝙ vnũ trahit ab altero ꝓprietatẽ aliquã: sed nõ denominationẽ aliq̃n vero ita ꝙ vnũ trahit ab altero denominationẽ sed nõ ꝓprietatem. verbigratia. lapis apponitur lapidi in aceruo: ⁊ fit vnũ ex ipsis per aggregationẽ ⁊ tamẽ vnus lapis ab altero denominationem nõ trahit nec proprietatẽ. Secũdo modo vnitur per appositionem pomũ vel aromaticũ manui. pomũ enim appositũ manui afficit manũ odore ita ꝙ manus ad eo trahit aliquã proprietatẽ sed nõ denominationẽ. Tertio mõ vnitur vestis ꝑ appositioneꝫ illi qui vestitur ex ea: q: illa recipit denominationem a veste ⁊ dicitur vestitus: sed nõ recipit ꝓprietatẽ aliquã a veste nec trahit ex hoc aliquaꝫ proprietatem ſm quam afficiatur. Unũ aũt simpliciter: qd̃ est vnũ vnione dicitur multipliciter Uno mõ quãdo aliqua duo vniuntur seruata natura vtriusq;: et sine mutatione vtriusq; nature. alio mõ quãdo nõ seruatur vtraq; natura. ⁊ hoc põt esse dupliciter q: aut mutatur natura in vtroq;: aut in altero. In altero mutatur natura: sicut q̃n vnuꝫ est predominãs in alterũ. q: trahit ipsum in suã vnitatẽ vel naturam. sicut patet in vnione vini multi cũ parum de aqua in vtroq; mutatur. sicut in vniõe aque ⁊ mellis: quando ex illis cõponitur tertiũ ¶ Itẽ vnio q̃ est vtraq; natura seruata est duplex. q: aut ex illis fit tertiũ. aut nõ. sed fit vnũ de altero. Primo mõ est vnio anime corporis in vnũ hominẽ cõpositũ ex illis nõ enim mutatur natura anime neq; corporis Secũdo modo est vnio sicut dicimus ꝙ surculus piri vnitur arbori cui inseritur sicut pomo vel alij. Seruatur enim natura. s. vtriusq; scꝫ piri ⁊ pomi: nec vnq̃ fiet pirum pomũ nec ecõuerso nec ex illis efficitur tertiũ. s. arbor aliqua que nec sit pirum nec pomũ: sed vnũ fit de altero siue est de altero sicut pirus de pomo q: in insertiõe dominãs trahit alterã ad sui vnitatẽ ita ꝙ est de illo. sed nõ ẽ illud In vnione igitur in qua mutatur alterũ ẽ vnio in eo ꝙ trahit alteruꝫ ad suã naturam. In vnione in qua vtrũq; mutatur est vnio in tertio scilꝫ tertia natura quod. scꝫ. tertium ex illis efficitur siue conficitur: Sed ĩ vnione ĩ qua est vnũ de altero sicut in vnione per insertionem est vnio in vna ypostasi. ita ꝙ vna est ypostasis duarum naturarum. vnde piri et pomi in eodem stipite inserto⁹ postq̃ vniuntur per insertionem est eadem ypostasis scilicet eadẽ arbor q̃ habꝫ duas naturas oĩno differẽtes: ⁊ est ibi vnum ypostasi non natura.

¶ Secundum hunc modum dicendum sicut possumus dicere nam non sumus digni corrigiaꝫ calciamenti soluere. hoc est sacramentuꝫ vnionis exponere Quod vnio humanitatis ad deitatem est illa in qua vnum fit. vel est de altero: et nõ in qua vnum fit alterum. nec in qua vnum scilicet tertiũ fit ex illis. Unde dicit beatus iacobus. Jaco. j. In mansuetudine suscipite insitum verbuꝫ idest filiũ dei humane nature vnitum. et ita cum diuina persona sit predominans in hac vnione trahit humanam naturam ad vnitatem sue ypostasis. Unde humanitas non est pars diuine persone. sed est de illa quia est vna ypostasis vtriusq;. Seruatur autem integritas vtriusq; nature. et ob hoc dicit Jaco. suscipite insitum verbum. Et sic patet quod vnio ista est in vna ypostasi diuina vel persona

So. ad p̃mũ

¶ Ad primam rõnem incõtrarium dicenduꝫ. ꝙ per se vno modo excludit ens cum alio. Alio mõ dependens ab alio. ita ꝙ per se est ideꝫ qd̃ nõ cuꝫ alio vel non dependens ab alio. Qñ ergo dicitur ꝙ persona est ens ꝑ se: verum est. i. nõ dependens ab alio. sed non excluditur ꝙ non sit ens cuꝫ alio. Unde ꝑsona est ens ꝑ se. i. nõ dependẽs ab alio. põt tñ esse cum alio ſm ꝙ substantia dicitur ens ꝑ se. licet sit alij ꝯiuncta: q: nõ dependet ab eo. Unde pomum vnitum piro est ens per se: q: ab eo non dependet. Et silr̃ filius dei est ens per se in hac vnione: q: nõ depẽdet ab hũana natura sua ypostasis vel persona. ¶ Sed cõtra. Nulla vnitas vnita est vnitas personalis. Ad hoc dicendum ꝙ aliquid vnitur alij ita ꝙ trahitur ad vnitatẽ eius: ⁊ participat eam. vel ita ꝙ ip̄m dat suã vnitatẽ alteri. ⁊ trahit ip̄m ad suã vnitatẽ. sicut q̃n pomum donatur in insertione eius cũ piro: trahit pirũ ad vnitatem sue ypostasis. pirum aũt ita vnitur ei: ꝙ ip̄m participat ⁊ ad eam ꝯtrahitur. vnitas ergo illius qd̃ ita vnitur ꝙ trahitur ad vnitatẽ alterius nõ est personalis: sꝫ vnitas ei⁹ qd̃ sic vnitur ꝙ alterũ trahit. Hoc mõ vnitur filius dei humane nature. q: trahit ipꝫ ad vnitatẽ sue ypostasis. ⁊ nõ ecõuerso. ⁊ ideo ei⁹ vnitas est personalis.

Ad secundũ

¶ Ad scd̃am rõnem qua obijcitur ꝙ nihil est medium ⁊ extremũ ſm eãdem rationem: dicẽdum. ꝙ cuꝫ dicitur hec arbor vnitur surculo: possum⁹ ꝯsiderare hãc arborẽ vt ẽ res nature. vl' vt est indiuiduũ q: refert ꝯsiderare sic ⁊ sic. sicut patebit inferi⁹. Et ꝑut est res nature sic est extremũ vnionis. ꝑut aũt est indiuiduũ sic est medium istius vnionis. q: sic est illud ĩ quo fit vnio. q: hec res. s. arbor vnitur surculo in indiuiduitate vel ypostasi. Silr̃ filius dei ſm intelligentie rõnẽ vt est res nature sic est extremũ isti⁹ vnionis ꝑut aũt est persona: sic est medium istius vnionis. q: verbũ vnitur humane nature in persona. ⁊ sic differenter est medium ⁊ extremum.

Ad tertium.

¶ Ad tertiam rõnem qua obijcitur ꝙ nihil terminatur ad se. dicendum. ꝙ verum est ſm eãdem rõnem. sed sicut circulus inchoat lineã ⁊ etiã in illa terminatur. vñ idem ad se terminatur. sed differt ſm rõnem: silr̃ dicendum ꝙ persona que est filius dei prout est res nature: sic est extremum vnionis. prout auteꝫ est persona: sicut est medium: ⁊ terminat vnionem ⁊ sic terminatur ad se: differt tamen ſm rationem.

Q. de medio.

¶ Sed tunc queritur vlterius sic. Persona illa quam tu dicis esse medium vnionis: vnitur. In quo ergo vnitur. cuꝫ sit vnio in aliquo similis de illo. in quo vnietur. erit questio in quo vnitur. et sic erit abire in infinitum. ¶ Ad hoc dicendum. ꝙ aliter vnitur extremum extremo. ⁊ medium extremis. Nam extrema inuicem seipsis non vniuntur. sed per medium. Medium autem seipso vnitur extremis. Et propter hoc non est querere de vnione medij: in quo sit: cum seipso vniatur: non per aliquod medium. Similiter est dicendum de persona. Et sic patet solutio.

Articulus secundus.

Utrũ abstracta ꝑsona possit vnio illa fieri ĩ ypostasi.
Arg. p̃mum.

Secundo queritur vtruꝫ abstracta persona siue ratione persone possit vnio illa fieri siue intelligi ypostasi. ⁊ ostenditur ꝙ sic. quoniam omnis persona est ypostasis: ⁊ non econuerso: quoniam ypostasis est commune ⁊ ad personam ⁊ ad indiuiduũ nature irrationalis: ꝑsona aũt solũ est circa indiuiduũ rei

rōnalis. Vñ quodlibet indiuiduum est ypostasis
et similiter quelibet persona. sed nō quodlibet in
diuiduum est persona ergo circūscripta rōne per
sone siue abstracta persona adhuc poterit rema-
nere ypostasis vnibilis. ꝛ poterit itelligi vnio ista
sicut potest intelligi ypostasis abstracta rōne ꝑ-
Secundum.
sone. ¶ Item in substātia nominali intelligit ypo-
stasis, vt actu distincta ꝓprietate signata. In sub-
stantia aūt pronoīali intelligit ypostasis: non vt
actu distincta ꝓprietate signata: sed vt distingui
bilis. Unde dicēdo sor. dico substantiam singula
rem actu distinctā per ꝓprietatē signatam. Cum
vero dico iste. significo substātiā singularē nō di-
stinctam actu aliqua ꝓprietate signata. sed dico
meram substantiam ꝛ distinguibilem. Sed ypo-
stasis ꝛ persona differunt sicut distinguibile ꝛ di
stinctum: qꝛ persona dicit distinctū ypostasis ve-
ro distinguibile: ypostasis ergo dicit substantiam
vt pronoīalem. persona autem dicit substantiam
vt noīalem. Sed abstracta substantia noīali ad-
huc remanet ꝛ intelligit substātia ꝓnoīalis: quia
abstracta ꝓprietate distinguēte substātiam sin-
gularem actu. adhuc remanet substātia vt distin-
guibilis. ergo abstracta persona adhuc remanet ꝛ
intelligit ypostasis ꝛ vnibilis. ergo potest ꝑdicta
Cōtra ꝑmū.
vnio intelligi fieri in ypostasi abstracta persona.
¶ Ad oppositum sic. In perpetuis nō differt esse
et posse. qꝛ est ibi potētia ꝑfecta ꝛ semper est actu
Sed ypostasis dicit distinguibile: ꝛ ita potentiā.
Persona autem dicit distinctum actu: ꝛ ita actuꝫ
ergo in perpetuis non differt persona ꝛ ypostasis
ergo abstracta ꝑsona in deo per intellectū: nullo
modo poterit intelligi ypostasis Abstracta ergo
Secundum.
vnione in persona: nullo modo poterit intelligi
vnio in ypostasi. ¶ Item in diuinis non est potē-
tia possibilis intelligi sine actu: qꝛ in deo nulla est
imperfectio potentie. Potentia vero per actum
perficitur. Qui ergo aufert actum. aufert ꝛ poten
tiam. Sed ibi est distingui actu ꝓprietate signa-
to: ꝛ hoc pertinet ad personam. Et similiter posse
distingui. ꝛ hoc ad ypostasim. ergo qui aufert per
sonam ꝛ abstrahit aufert ypostasim. ergo abstra-
Rñsio.
cta persona non potest intelligi in deo vnio i ypo
stasi. ¶ Solutio. dicunt quidam ꝙ ſm intelligē-
tie rōnem abstractio persone potest intelligi in
deo duobus modis. Aut quia totaliter personali
tas a deo intelligitur abstrahi. aut ab vna perso-
na solum scꝫ ab hac persona pater vel ab aliqua
aliaruꝫ abstrahendo personam in deo. Hoc secū
do modo adhuc remanet ꝛ intelligitur ypostasis
in deo. ꝛ sic potest adhuc itelligi vnio in ypostasi.
Sed abstrahendo personam primo modo: nullo
modo potest intelligi vnio in ypostasi diuina. qꝛ
persona penitus abstracta non potest intelligi eē
actu ypostasis. ꝛ hoc est qꝛ abstracta persona ab-
strahitur ypostasis actu nec potest intelligi: nec
remanet actu. sicut nec ꝓnominalis substantia
abstracta noīali: sed solū potētia. Sed qui aufert
substantiam actu entem: aufert vnionē. qꝛ nunꝙ
intelligitur vnio ad rem solum entem in potentia
sed actu. Qui ergo aufert simpliciter personā in
deo: aufert omnem respectum ypostasis ad vnio
nem. ¶ Ad primam ergo rationem qua obijcitur
So. ad ꝑmū.
ꝙ abstracta ꝑsona adhuc intelligitur ypostasis.
dicēdum. ꝙ abstracta ꝑsona simpliciter nō intel-
ligitur ypostasis vt substantia ens actu. ꝛ ita non
intelligitur vt vnibilis abstracta persona. ¶ Ad
Ad secunduꝫ
secundam rationem similiter dicendum est. ꝙ re
dit in idem cum prima. Vel potest aliter dici. ꝙ si
cut supra in primo lib. determinatum est: abstra-
ctis ꝓprietatibus ꝑsonalibus: adhuc est intellige
re ypostases in diuinis: ꝛ distinctas suo modo. li-
cet non ꝓprietatibus personalibus. Unde cuꝫ cō
tingat intelligere illas ꝛ suo modo distinctas: est
Ad ꝯtra.j.
intelligere eas vt vnibiles. ¶ Ad illud ergo quod
obijcitur ꝙ in perpetuis nō differt esse ꝛ posse ꝛc.
dicendum. ꝙ hoc nihil facit ad propositum. qꝛ lꝫ
in diuinis nō sit aliqua ypostasis distinguibilis
tātum sed actu distincta. quidem est ibi ypostasis
ꝛ persona potest tamē intelligi ypostasis siue di-
stinguibilis respectu proprietatis ꝑsonalis. i. non
distincta proprietate personali. verbi gratia. pōt
intelligi in diuinis vnus esse ab vno: vel vnus a
duobus nō intelligendo per generationem: vel ꝑ
Ad secundū.
spirationem: ꝛ ita potest intelligi ypostasis absqꝫ
personali proprietate. ¶ Ad aliud dicendum. ꝙ
intelligendo in diuinis distinguibile siue yposta
sim: non intelligendo imperfectionem potentie
respectu alicuius actu perficientis: quia ibi idē est
ypostasis ꝛ persona potentia ꝛ actus. nec sic intel
ligendo ponitur aliqua imperfectio in ipsis ypo-
stalibus. Unde sic intelligendo vel sic: non distin
guitur siue diuiditur ex parte diuinarum perso-
narum: sed ex parte intelligentis. modus intelli-
gendi differens ponit. potest igitur intelligi ypo
stasis vnibilis. non tamen vnibilis in vnitate per
sonali siue in vnitate ypostaseos.

Articulus tertius.

Utrūꝰ abstracta ypostasi ꝛ persona a diuina natura possit adhuc intelligi vnio diuine nature ad humanam naturā in re nature.
TErtio queritur vtruꝫ abstracta ypostasi
ꝛ persona a diuina natura possit adhuc
intelligi vnio diuine nature ad huma-
naꝫ naturam in re nature. ꝛ ostendit ꝙ
sic. quia potest esse ꝙ non intelligam sortem nec
istum. id est nec personam nec ypostasim: tamen
adhuc possum intelligere habentem humanam
naturam. ergo similiter in diuina natura posito
Arg. ꝑmum.
ꝙ non intelligam personam nec ypostasim: pos-
sum tamen intelligere adhuc habentem diuinaꝫ
naturam. Sed diuina natura prout est in habēte
sic appellatur res nature: ergo adhuc intelligo rē
nature. ergo abstracta persona ꝛ ypostasi: adhuc
possum intelligere vnionem istam in re nature.
Contra
¶ Ad oppositum sic. In homine est natura ꝛ res
nature. Natura est humanitas. que dicit quo ho
mo est. Res vero nature duplex est scilicet res na
ture vniuersalis. ꝛ res nature singularis. Res na
ture vniuersalis est homo. quia dicit humanita-
tem in habente eam vniuersaliter. Res nature
singularis est iste homo: quia dicit naturam hāc
in habente singulari. Natura autem in habente
appellatur res nature. Natura vero dicit quo est
Res nature vniuersalis dicit quid est. Res natu
re singularis dicit quis est. Res nature vniuersa
lis nūꝙ poterit esse ens in actu sine re nature sin
gularis ergo non potest intelligi actu sine illa. qꝛ
vniuersali in sui diffinitione concernit esse singu
laris. Est enī vle dicibile de pluribus. ¶ Item ho
mo qui est res nature vlis dicit habens humani
tateꝫ cōiter. Sed iste homo qui est res nature sin
gularis dicit habēs humanitatem mō singulari:
ꝛ ita dicit rē nature ꝓut est subijcibilis ꝓprietati
Sed hec est ratio ypostasis. ergo nō pōt intelligi
res nature singularis: quin intelligat ypostasis.
nec res nature vlis: quin itelligat esse res nature
singularis. ꝛ dico ſm actum. Unio igit rei nature
vlis ꝛ ꝑticularis sine ypostasi nullo modo potest
intelligi. Abstracta ergo persona et ypostasi: non
potest hec vnio esse in re nature vllo modo.
Responsio
¶ Solutio dicēdum ꝙ quidā dicunt in homine
est ponere

est ponere quo est ꝛ qd est ꝛ quis est. Quo est: di-
cit ipsam naturam. Quid est: dicit ipsam naturaꝫ
ꝓut est in habēte cōiter. Quis est. dicit ipsaꝫ ꝓut
est in habēte singulari. Et ita vnū dicit rem natu
re singularis. alterū vniuersalis. Sed res nature
singularis est duplex. qꝛ aut in potētia ad signifi-
cationem et ad ꝓprietatē distinguentem. ꝛ sic ap
pellatur ypostasis. Aut est actu signata ꝓprieta-
te distincta. ꝛ sic appellat ꝑsona ꝛ indiuiduū. Sꝫ
differt qꝛ persona solum attēditur in creatura ra
tionali. Indiuiduū ṽo cōiter attēditur in rōnali
ꝛ irrationali. Silr in deo est natura. s. deitas. ꝛ est
ibi vt res nature vniuersalis ꝛ singularis ſm rōnē
intelligētie ꝛ loquēdi. qꝛ ſm rem quicquid in deo
est vnū est: nec sunt iste intētiones. s. vniuersale ꝛ
singulare i deo. sicut als ꝓbatū est: tñ cū dico deꝰ
dico vt rem nature vniuersalis. qꝛ dico deitatem
vt in habēte cōiter: nō appropriādo ad hāc perso-
nam vel ad aliā. Cum vero dico iste qui est deus:
demonstrata aliqua ꝑsonarū: dico vt rem nature
singularis. Cū vero dico pater vel filius vel spūs.
dico personam. Sed si humana natura vniat ali
cui: nō fiet vnio in natura solū. cū deitas i deo sit
q̄si natura cōis nature. Pari rōne i re nature vlis
ergo in re nature vt singlaris. Sed res nature vt
singularis in deo est iste q̄ est deus. Persona aūt
est pater: qꝛ dicit eam vt signatā actu. Sicut autē
se habet ꝑsona ad ypostasim: ita ypostasis ad reꝫ
nature singularis: qꝛ per additionē alicuiꝰ respe-
ctus. ergo si abstracta ꝑsona simpliciter nulla po
test itelligi i ypostasi vnio: silr abstracta ypostasi
Ad arg. sor.
nulla poterit intelligi in re nature vnio. ¶ Ad ra
tionē ꝯtrariā dicēdum ꝙ abstracta ꝑsona ꝛ ypo-
stasi adhuc intelligit res nature. sed nō potest in-
telligi vt vnibilis. Aliter videtur nobis dicēdum
ꝙ res nature pōt inteligi vnibilis passiue: immo
iuxta modū ꝯceptionis itellectus nr̄i facilius in
telligitur res nature ꝛ ypostasis vnibilis: ꝙ ꝑso-
na: qꝛ vt sic intelligūtur: intelligūtur vt in maiori
distātia ab vltima distinctione q̄ est ex personali
ꝓprietate. vñ ꝛ in maiori aptitudine ad vnionem
nō tñ ad vnionē in vnitate ꝑsone sꝫ ypostaseos vl'
habētis naturam. Nec est alia ratio ꝓposita co-
gens ad ꝯtrariū: cogunt tñ ad ostendēduꝫ ꝙ res
nature nec ypostasis inꝙtuꝫ huius pōt intelligi
vnibilis in vnitate ꝑsone. Preterea vnibilis acti-
ue pōt intelligi cū in nullo ꝑiudicatur diuine po
testati ex huius intellectu vel ꝯsideratione. nec in
telligitur diminuta diuina potestas: siue conside
retur vt habētis naturam diuinam: siue vt ypo-
stasis siue vt persone. Siue igitur vnibilis intelli
gatur potens vniri siue potens vnire: res habēs
diuinam naturam vnibilis potest intelligi. simi-
liter ypostasis diuina.

Membrum secundum.

De causa huiusmodi vnionis.
COnsequēter querit de causa huius vnio
nis hoc modo. Primo vtrum gratia sit
causa huius vnionis. Secūdo vtrum hu
iusmodi vnitas sit naturalis. Tertio vtruꝫ sit ma
xima.

Articulus primus.

Utrū grā sit causa hmōi vnionis.
AD primuꝫ posset dari respōsio ſm Ioā.
damā. Qꝛ diuinitas vnit corpori me-
diāte intellectu vel anima ꝛ aīa mediā
te grā. ꝛ ita cū anima sit susceptiuā grē:
inde est ꝙ gratia est vinculum istius vnionis cū
corpus per animā que est susceptiua gratie. vniat
Arg. cōtra.
diuinitati. ¶ Sed contra hanc rōnem obijcitur
sic. Inter imagineꝫ ꝛ illud cuiꝰ est imago: si aliqd
additur quod sit alterius generis: plus facit dis-
similitudinem ꝙ similitudinem. qꝛ imago est ex
pressa similitudo eius cuius est imago. Sed aīa
est imago diuinitatis. ergo si aliquid alterius ge
neris veniret medium inter animam ꝛ diuinitatē
induceret dissimilitudinem inter ea. Gratia vero
est alterius generis ꝙ dei imago que est anima:
ergo mediante ipa non fit vnio anime xp̄i cum di
uinitate. Qꝛ gratia ꝛ imago dei que est aīa sīt ꝛ
alterius generis ꝑꝫ. quia anima est in genere na
Oppositum
turali: ꝛ gratia in genere gratuito. ¶ Contra. Im
possibile est creaturam per naturam creature sub
limari super creaturam siue super statum creatu
re. Sed vnio humanitatis ad diuinitatē est subli
matio creature super creaturam siue super statuꝫ
creature: qua non potest maior cogitari. ergo nō
potest aliquo modo per naturam humane crea-
ture ꝙ vniatur ad diuinitateꝫ. Hec ergo vnio nō
est per naturam. ergo est per aliquod additū ipsi
nature. quod eleuet ipsam super omnem naturā.
Sed illud additum est donum gratisdatum na-
Rñsio
ture. ergo est gratia. ꝛ cum per illud fiat vnio. erit
igitur gratia in xp̄o causa vnionis. ¶ Solutio. di
cendum ꝛ concedendum ꝙ in xp̄o sit gratia vnio
nis ad vniēdum humanitatem cum diuinitate. ꝛ
hoc est qꝛ non est possibile creature humane: ꝙ
ipsa per donuꝫ conditionis nature eleuetur ꝛ dis-
ponatur ad diuinam vnionē. ꝛ ideo necessaria est
ei gratia que eleuet ad hoc ꝛ disponet ipsam quaꝫ
Sol. ad arg. contra.
nos appellamus gratiam vnionis. ¶ Ad ratio-
nem contrariam qua obijcitur ꝙ si aliquid alte-
rius generis additur inter imaginem ꝛ illud cuiꝰ
est imago ꝛc. dicendum ꝙ est imago dei in poten
tia: ꝛ in actu imago dei in potētia est ipsa aīa per
naturā. imago vero dei in actu: est ipsa anima per
gratiam. ꝛ non aliter ꝙ per gratiam: qꝛ ipa gratia
est similitudo dei in actu: ꝛ illud quod trahit ima
ginem de potentia in actum est gratia: que facit
de simili potētia actu simile ꝛ ideo venit iter ima
ginem ꝛ illud cuius est vt actu assimilet ꝛ iterum
illa ꝓpositio inter imagineꝫ ꝛ illud cuius est ima
go: si aliqd additur quod sit alterius generis po-
tius facit dissimilitudinē ꝙ similitudinem. falsa
est vbi illud quod additur est perfectio alterius.
gratia vero est perfectio imaginis trahens ipsam
de potentia in actum. ꝛ ideo ponit ꝛ facit similitu
dinem eius ad illud cuius est. de hoc plenius ha
bebitur infra.

Articulus secundus.

Utrū hmōi vnitas sit naturalis.
Arg. ſm philosophum.
SEcundo queritur cuiusmodi sit vnitas
in hac vnione. vtrum sit naturalis. Ad
quod sic. Arist. in metha. sua distinguit
vnum in vnum per se: ꝛ vnum per acci-
dens. Unum per accidens est sicut accidens ꝛ sub
iectum: vel duo accidentia in vno subiecto. Unuꝫ
vero per se est decem modis. qꝛ aliqua sunt vnum
continuatione. sicut quorum est terminus vnus.
Secundo est vnum forma siue specie. qꝛ sub hoc
comprehēditur vnū specie vt sortes ꝛ plato. Ter-
tio modo est vnū genere vt homo ꝛ bos. Quarto
modo vnū diffinitione vt diffinitio ꝛ diffinitum
ꝛ silr spēs generis. Quinto modo est vnū indiui-
sibilitate: qꝺ nullo mō hꝫ multitudinē. sicut pun-
ctus. Sexto mō est vnū numero vt singulare. Se-
ptimo modo est vnū vniuersalitate. Octauo vnū
totalitate. ꝛ hoc est vnū ꝑfectiōe: qꝛ totū ꝛ ꝑfectū
idem ꝛ sic circulus est magis vnus alijs figuris.
qꝛ ꝑfectior est. Nono dicitur vnum ꝓportione vt

sicut se habet nauta ad nauē:ita magister ad scolas.vñ sunt vnũ in ꝓportione in regēdo. Decimo mō est vnũ materia. Xp̄s aũt deus ⁊ hō nullo istorum modorũ est vnũ:qꝛ nec ꝓportione nec totalitate:qꝛ xp̄s nō est vnũ sicut circul⁹. Nec vnũ vniuersalitate.qꝛ vniuersale est genus vel species. et hoc nō est ponere in xp̄o q̄tum ad illã vnionem. Nec vnũ in genere.nec ĩ vnũ specie.nec vnũ ĩ nũero:qꝛ illud vnũ semꝑ est alicui⁹ speciei.xp̄s autē nō ꝯprehendit sub specie aliqua ſm istã vnionem Nec vnũ indiuisibilitate vt pũctus.qꝛ in xp̄o intelligitur diuisio ⁊ differētia naturarũ nec vnum forma.nec vnũ diffinitiōe. Unio ergo illa ad aliquã vnitatē nō reducit. ¶ Item Algazel in sua metha. distiguit vnũ ĩ vnũ simplr̄:⁊ in vnũ ſm quid Un simpliciter est trib⁹ modis. Quoddã in quo no est multitudo actu nec potētia:sicut pũctus ⁊ vnitas et deus. Aliud est in quo ē multitudo potētia sed nō actu.sicut continuũ vt linea:que vnũ est in actu:multa tñ in potētia per diuisionem. ¶ Tertio mō est vnũ in quo est multitudo potētia ⁊ effectu illa tamē multa vniunt:vt lectus ⁊ membrũ:qꝛ in manu plura sunt potentia ⁊ actu:vt caro ⁊ ossa et nerui. ¶ Unum vero ſm quid est quinqꝫ modis.s. vnum genere:vnũ specie:vnũ accidente.vt mixt cãphora.vnũ subiecto.vnũ ꝓportione.sed in p̄dicta vnione nō est vnũ genere,vel specie:vel ꝓportiōe: vel numero.nec vnũ subiecto qꝛ deus nulli est subiectus. ¶ Itē nō est ibi vnũ simpliciter primo mō nec scd̄o mō:sicut linea:qꝛ hec vnitas solũ est in rebus que sunt vnius nature ꝑ cōtinuationē. Similiter nec vnũ tertio mō:sicut lectus:quia tale vnũ est per ꝯstitutionē ⁊ ꝯpositionē ex diuersis ꝑtib⁹. Sed hoc modo nō dicit xp̄s vnũ:qꝛ nature in xp̄o nō sunt partes ꝯponentes ipsum vnde diuersitas nō est ibi aliqua partis:cuꝫ pars de sui natura incompletionem et possibilitatem dicat ergo nullo modo est ibi aliqua naturaliũ vnitatuꝫ:nec consimilis alicui⁹.

Responsio

¶ Solu. dicendũ est ad istam questionē ꝙ vnitas illa ad quã trahitur hec vnio. nō est nature sed gr̃e. ph̄s aũt loquit de vnitatib⁹ nature. ⁊ ꝓpter hoc ista nō cōtinet in diuisiōe sua tñ aliquo mō est reducibilis ad aliquas illarũ ⁊ quo ad primã distictionē reducēda est ad vnũ totalitate:sed nō totalitate partiũ sicut manus:sed totalitate perfectiōis.qꝛ illud vnũ qd̄ est xp̄s:in quo est predicta vnio ꝑfectissimũ est vñ semꝑ salua catholica ꝯfessione pōt dici q̄ in xp̄o est vnitas totalitate numero ⁊ ĩdiuisibilitate ꝑ aliquã similitudinē qꝛ in q̄tũ deus dicitur vnũ indiuisibilitate in q̄tũ dicitur vnus homo dicitur vnũ numero. Cũ vero dicitur vnus.i.vna persona in duabus naturis intelligitur vnitas totalitate. ⁊ sic illa vnitas reducibilis est ad vnitatē ſm totalitatē perfectionis.

Ad arg. ſm. j

¶ Ad id quo secundo obijcitur de vnitatibus ſm ph̄m dicendũ.ꝙ xp̄s est vnũ simpliciter. Sed vnũ simpliciter dicitur duobus modis.s.vnuꝫ vnione ⁊ vnũ vnitate. Unũ vnitate dicit dupliciter. Quoddam est in quo nō ē multitudo actu,nec potētia vt deus. Et est vnum in quo est multitudo potentia sed non actu vt linea. Unũ vnione est in quo sunt multa potentia et actu. vt lectus. ad hanc vnitatē reducibilis est vnitas qua christus est vnum:non quia christus sit compositus ex pluribus naturis tanq̄ ex partibus sed qꝛ sunt in eo plures nature actu ⁊ potētia vnitate.s.deitas.anima.et corpus. talis autem vnitas vnionis est in persona.

Articulus tertius.

Utrum illud vnum ad qd̄ terminatur ista vnio sit maxime vnũ iter alias vnitates.i. vtrũ ista vnitas q̄ xp̄s est vnum sit maxima.

Deinde queritur vtrum illud vnũ ad qd̄ terminatur ista vnio sit maxime vnum inter alias vnitates creatas. Ad quod sic Boe. in quinto de ꝯsideratione ad Eugeniuꝫ. Inter omnia que recte dicuntur vnum arceꝫ tenet vnitas trinitatis:qꝛ tres persone sunt vna substantia. secundo precellit illa vnitas:qua tres nature sunt vna persona. Sed hec est vnitas qua xp̄s est vnum. ergo post vnitatem trinitatis que increata est:maxima est vnitas xp̄i inter ōēs vnitates creatas. ¶ Itē quecũqꝫ vniuntur in aliquo:quãto illud est simplicius:tãto ex illis ē magis vnum. Si ergo in xp̄o vnio diuine nature ad humanam est in persona simplicissima.ergo hec vnio terminatur ad maxime vnum. ¶ Item ostēditur ꝙ sit maior q̄ vnitas anime ⁊ corpis in persona hoīs. Maior est vnitas que non est separabilis vel dissolubilis. q̄ illa q̄ est hmōi. Sed vnio diuine nature ⁊ humane in persona xp̄i nō est aliquo modo separabilis vel dissolubilis. Unio vero anime ⁊ corporis in persona hominis est separabilis:ergo ad maiorem vnitatem terminatur illa q̄ ista. Minor patet in vnione diuine nature ad humanaꝫ in persona:persona vincit ⁊ ligat illas naturas. Sed persona est vnitas indissolubilis. ergo ligat illas naturas indissolubiliter. ergo nō est aliquo modo separabilis hec vnitas. ergo est maxima inter creatas. ¶ Iteꝫ est natura ⁊ res nature. perfectissima vero vnitas est aliquorum que sunt vna natura:sicut plurium personarum in trinitate. Si ergo hec est ꝑfectissima vnitas que est in diuina natura.ergo post illam ꝑfectissima est inter alias vnitates creatas vnitas que est in re diuine nature. hec autem est vnitas xp̄i:ergo ip̄a est maxima iter omnes vnitates creatas.

Arg. in oppositum primũ.

¶ Ad oppositum sic. Magis est vnum qd̄ est vnum in natura ⁊ persona:q̄ qd̄ est vnũ in ꝑsona tm̄. Sed vnio aīe ⁊ corporis,in hoīe terminatur ad vnum in natura ⁊ persona.qꝛ ex vnione horum resultat in hoīe natura vna ⁊ ꝑsona vna. In xp̄o aũt terminatur vnio deitatis ⁊ humanitatis ad vnũ in persona solũ:ergo illud vnũ ad qd̄ terminat hec vnio inter vnitates creatas.nō est maxime vnũ.

Secundum.

¶ Itē minima est vnitas q̄ est ſm minimũ esse. Sꝫ vnitas q̄ est ſm relationē est minimũ esse.ergo vnitas ſm relationē est minima. Sꝫ vnitas qua xp̄s est vnum est vnitas ſm relationē.ergo est minima inter vnitates creatas. Qd̄ autē vnitas ſm relationem.sit ſm minimũ esse:pꝫ qꝛ inter oīa predicamenta relatio minime hꝫ de esse. Alia eñ ponunt aliquid in subiecto:quo dempto vel addito fit mutatio in subiecto. Longum eñ ponit aliq̄d in subiecto ſm quãtitatē. albũ ſm qualitatē. legē ſm actionem. homo ſm substãtiã:si dicat de aliquo ꝙ sit homo ⁊ sic de alijs. his eniꝫ remotis vel additis fit mutatio in subiecto. Sꝫ p̄dicãdo relationē de aliquo nō ponit aliq̄d in ip̄o:quo dēpto vel addito fiat mutatio in illo:vt si dicatur aliq̄s primus. hoc nō ponit aliquã mutationē in ipso: qꝛ veniat alter ante ip̄m:iam nō est primus:nec ꝑ hoc est mutatio alicuius nature facta ĩ subiecto. et sic relatio nihil addit ad esse:qd̄ additũ sit natura aliqua. ⁊ ꝓpter hoc minime hꝫ de esse. ⁊ ideo vnio terminata ad ipsuꝫ est minima. Qd̄ autem vnio in xp̄o terminet ad vnitatē ſm relationem patet qꝛ in trinitate nō est nisi esse substãtie ⁊ esse relationis. Esse substãtie ꝑtinet ad essentiã. Esse relationis ꝑtinet ad ꝑsonãm.qꝛ esse ꝑsone est esse relationis. sed hec vnio terminatur ad vnitatem persone filij dei. ⁊ cum dico filium:non dico quid

quid sed aliquid.ergo vnitas xp̄i est ſm esse relationis.

Tertium.

¶ Item magis est vnum qd̄ est ex participantibus:q̄ qd̄ est ex pluribus. Sed in xp̄o sunt tres vnitates entes actu.s.vnitas diuine nature. vnitas aīe. ⁊ vnitas corporis. ⁊ sunt etiam substantiales. In hoīe aũt nō inueniuntur nisi due.s.vnitas aīe. ⁊ vnitas corporis.ergo minus est vnũ xp̄s q̄ homo.

Quartum

¶ Itē Algazel diuidit vnũ in vnũ simpliciter ⁊ in vnũ ſm quid. Unum simplr̄ tripliciter. Quoddã ĩ quo nō est multitudo actu nec potentia. Quoddã in quo est multitudo actu ⁊ potentia. Unũ primo mō magis est vnum q̄ vnum scd̄o mō. Et vnũ scd̄o mō magis est vnũ q̄ vnum tertio mō. Cũ ergo xp̄s sit vnum tertio mō.linea vero scd̄o mō:ergo magis est vnum linea q̄ xp̄s.

Quintum

¶ Item vnũ homogeneũ magis est vnum q̄ vnũ etherogeneũ.qꝛ vnũ qd̄ est vnius nature in toto ⁊ in partibus:magis est vnũ q̄ qd̄ est diuersarum naturarũ.vt elemētum magis est vnũ q̄ elemētatum.ergo cũ xp̄s sit vnũ etherogeneũ.qꝛ est diuersarum.aer vero vel aliquod elemētũ sit vnũ homogeneũ ⁊ vnius nature.ergo est magis vnũ q̄ xp̄s.

Sextum

¶ Item que magis distãt in vnione minus sunt vnum. Sed magis distãt in vnione diuina natura ⁊ humana q̄ corpus ⁊ aīa in vnione hoīs:ergo minus est vnũ qd̄ est ex diuina ⁊ humana natura q̄ homo q̄ est ex corpe ⁊ aīa.ergo vnitas xp̄i non est maxima iter vnitates creatas.

Respõsio. Boetius

¶ Solutio prenotãda ē q̄dã diuisio vnitatis:quã ponit Boe. in li. de ꝯsideratione ad Eugeniũ. distinguit eñ vnitatem ſm nouē modos. primo in corpore. scd̄o in hoīe. tertio in deo. Unitatem in corpore assignat duplicem. prima est vnitas collectiua:sicut cum multi lapides vniunt in vno aceruo. Scd̄a ē vnitas ꝯformatiua:sicut cum multa membra vniuntur in vno corꝑe ad ꝯformandum ipsum. Prima istaruꝫ vnitatũ facit vnũ ſm quid.s.vnũ aggregatione. Scd̄a facit vnũ simplr̄:sicut dicimus multa membra esse vnũ corpus. Unitatē vero in hoīe assignat,triplicē. prima est vnitas in iure. scd̄a est vnitas in natura. tertia est vnitas volũtate. Unitas iuris est vnitas ꝯiugata. qua fit vt duo iã nō sint duo:sed vna caro. vt vir ⁊ vxor sunt vna caro. Gen̄.ij. Et hoc est vnũ iure:qꝛ vnũ habꝫ potestatem corporis,alterius. j.corin.vij. Et pōt vterqꝫ in aliũ vt in se. neutrũ vero ꝓpriũ corpis hꝫ potestatē Unitatē aũt in natura assignãt duplicē.s.q̄tũ ad esse ⁊ q̄tũ ad bñ esse. Unitas q̄tũ ad esse ē vnitas natiua: q̄ vnitate aīa ⁊ caro efficit vel nascit vn⁹ homo. Unitas quãtũ ad bene esse est vnitas p̄catiua:qua hō virtutis nō istabilis:nō dissimilis. sꝫ vnus sibimet semꝑ nitit inueniri. vult dicere. ꝙ q̄libet hō ꝑ naturã vult semꝑ vnã habere virtutem qꝛ semꝑ vellet esse in natura sana:nũq̄ infirmus Unitatē in volũtate assignat duplicē.qꝛ quedam est quãtũ ad ꝓximũ. quedã quãtũ ad deũ. Quãtũ ad ꝓximũ hec est ꝯsentanea.cũ.s.ꝑ caritatē multorũ hoīm est cor vnũ ⁊ aīa vna Actu.iiij. vnitas volũtate quãtũ ad deũ est vnitas votiua:cũ.s.aīa votis oībus adherens deo vnus sp̄ũs est. j.corin. vj. Unitatē in deo assignat duplr̄.s.vnitas in natura ⁊ vnitas in ꝑsona. Unitas in ꝑsona est vnitas dignatiua qua hũana natura ⁊ diuina in vna ꝑsona est. in qua vnitate limus noster assumptus est a verbo in vnã ꝑsonã. Unitas in natura est cōsubstãtialis vnitas sicut vnitas trinitatis:in qua tres persone sunt vna substãtia ⁊ natura:qua xp̄s est vnũ. Unitas dignatiua que est in persona vna. ¶ Dicendum ergo ꝙ est quedã vnitas in vno. ⁊ quedam vnitas in pluribus : sicut ille que dicte sunt. De prima nō loquitur Boe. sed solũ de vnitate in pluribus:⁊ inter oīa q̄ dicunt vnũ hoc mō verũ est:ꝙ arcē tenet vnitas trinitatis:qua tres ꝑsone sunt vna substantia. Scd̄o illa vnitas precellit oēs alias vnitates:qua tres nature sũt vna persona vñ Boe. dicit. Decuit ꝙ ꝑ hoīe ꝯstitutũ est sacramētuꝫ cũ summa q̄ deus:⁊ in deo est vnitate ꝯgruerit:vt quō ibi tres persone vna substantia:ita hic tres essentie vna natura. Qñ ergo queritur vtrũ illa vnitas qua xp̄s est vnũ sit maxima concedo ꝙ post vnitatē trinitatis est illa vnitas maxima inter oēs vnitates p̄dictas: que sunt in pluribus.

Sol. ad primũ arg. oppositi.

¶ Ad primam rationē in cōtrariũ dicendum.ꝙ magis vnũ ⁊ minus vnũ pōt dici dupliciter.s.quãtitatiue ⁊ qualitatiue. Quãtitatiue magis est vnũ qd̄ pluribus modis est vnũ.vel qd̄ in pluribus est vnũ. q̄litatiue magis est vnum qd̄ magis est indiuisum. Primo modo magis est hō aliq̄s vnũ:qꝛ in pluribus est vnũ.s.in natura ⁊ in ꝑsona. Scd̄o mō est xp̄s magis vnũ q̄ aliquis hō qꝛ magis est ĩdiuisa vnitas diuinitatis ad humanitatē in xp̄o in persona:q̄ vnio aīe vel corpis vt ostēsum est:⁊ inseparabilior q̄ aliqua alia vnitas ⁊ hoc est magis vnũ dictum simpliciter.

Ad secundũ

¶ Ad secundam dicēdũ ꝙ est relatio subsistens:⁊ relatio assistens. Prima hꝫ maxime de esse. scd̄a minime Ad qd̄ notãdum. ꝙ est substãtia materia. ⁊ forma substãtia materia est vt potētia. forma vt actus. sed potētia dicitur relatio ad actũ ⁊ ecōuerso. ergo ⁊ in principijs substantie inuenit relatio:q̄ ita essentialis est:ꝙ nisi ipsa esset substãtia nō esset. Hec ergo relatio est p̄ncipiũ ad esse ipsius substãtie. ⁊ hec ē subsistēs vel insistēs. Relatio assistēs est q̄ sequit ad esse substãtie:q̄ causatur ex cōparatione rerũ aliquoꝝ p̄dicamentorũ inuicē sicut ad substãtiã sequũtur iste relationes idē diuersum. Ex hoc eñ ꝙ eadē forma substãtial' ponit ĩ duobus assistit ⁊ ꝯsequit hec relatio:q̄ est idēptitatis specie. Slr̄ ex hoc ꝙ ꝯsimilis quãtitas causat hec relatio q̄ est eq̄litatis. ⁊ hec relatio minime hꝫ de esse:q̄ causat solũ ex alijs. In trinitate ergo est relatio. sed hec est relatio sicut isistēs vel subsistens ⁊ nō assistēs. vñ facit ꝑsonã verissime esse:qꝛ ꝑsonalis est vt alibi declaratũ est. hec eñ relatio magis habꝫ de esse q̄ aliqua alia substãtia creata. Et ita cũ vnitas xp̄i sit in ꝑsona q̄ hꝫ esse istius relatiōis:pꝫ ꝙ ip̄a hꝫ maxie esse iter creatas vnitates

Ad tertium

¶ Ad tertiã dd̄m ꝙ vnũ ē duplr̄.s.in natura. ⁊ in ꝑsona. Prio mō decurrit obiectio. Scd̄o mō magis ē vnũ xp̄s:qꝛ ille tres vnitates sunt magis indiuise ⁊ inseꝑabiles in xp̄o q̄ ille due q̄ sunt ĩ homine.

Ad quartum ⁊ quintum.

¶ Ad quartã ⁊ quintã dicēdũ.ꝙ est vnum natura ⁊ re nature siue ypostasi. Si dicim⁹ vnum natura:sic aliq̄d homogeneũ magis ē vnũ q̄ xp̄s sꝫ re nature magis ē vnũ xp̄s.qꝛ res nature q̄ ē in xp̄o magis hꝫ eē ĩdiuisum.

Ad sextum.

¶ Ad sextã dd̄m.ꝙ in formis materialib⁹ bñ seq̄tur ꝙ q̄ magis distãt si vniãt min⁹ sunt vnũ. Sꝫ ĩ formis sp̄ũalib⁹ q̄ magis distãt magis vnit. ⁊ hui⁹ rō ē simplicitas ipsius forme. qꝛ ĩ simplici nō ē diuisio ꝑtis ⁊ ꝑtis. ⁊ ꝓpter hoc cũ vnit totũ simul vnit. Sꝫ nō sic ē ĩ forma materiali:q̄ ꝑticipabil' ē ⁊ distēsa. Forma igit ꝑma q̄ ē vbũ:cũ sit simplicissima maxie se vnit:⁊ maxime facit vnũ. Et ideo xp̄s est maxime vnuꝫ.

Membrum tertium.

De effectu huius vniōis

Consequēter queritur de affectu huius vnionis ⁊ circa hunc duo queruntur. Primuꝫ est vtrũ vnio faciat mutationē in vnitis. Secũdo supposito ꝙ nō oīno

vtrum faciat de vnitis ꝙ vnum sit alterum; vel vnum in alterum al's in altero.

Articulus primus.

Utrum vnio hec faciat mutationem in vnitis.

Arg. primuz.

Secundum.

Tertium.

Contra.

Rñsio

So. ad p̄mū

Ad secunduz

Ad tertium.

Ad primum sic obijcitur. Omne qd̄ est alio modo se habēs nūc ꝙ̄ prius est mutatum. Sed omne qd̄ est nunc aliud ꝙ̄ prius: est alio mō se hñs ꝙ̄ pri⁹. ergo oē qd̄ ē aliud ꝙ̄ pri⁹ ē mutatum. Sed verbuz ꝑ vnionem cum carne est aliud ꝙ̄ prius: ergo hec vnio facit mutationē in diuina natura. Mutari enim nihil aliud est ꝙ̄ alio modo se habere nūc ꝙ̄ pri⁹ Sed plus est esse aliquid nūc ꝙ nō prius: ꝙ̄ esse alio modo se habēs nunc ꝙ̄ prius. Si ergo illud facit mutationē: ergo ⁊ illud. Sed verbuz in hac vnione est aliquid qd̄ non prius: qꝛ modo est homo ⁊ prius non fuit: ergo est mutatū. ¶ Itē om̄e quod transit de non esse ad esse mutatur: ergo oē qd̄ transit de aliquo non esse ad esse mutat. Sed filius dei per incarnationē transit de non esse homo ad esse hō: ergo in vnione illa mutat. ¶ Ad oppositū: omne mutabile est imꝑfectū. Sed verbum eternū nullo modo est imperfectū: ergo nullo modo est mutabile nec mutatū. vnde Bern̄. Deus semper est idē: ⁊ vno modo se habēs ⁊ vnus sibi. p̄s. Tu autē idē ipse es ⁊ anni tui nō deficiēt. ¶ Solutio. Quedam vniunt ita ꝙ fit mutatio in vtroq; vnitoꝝ: vt aqua vnitur cum vino. Vel in altero tm̄: sicut cum vnitur lux solis ipsi aeri. lux nō mutat in illa vnione: nec recipit aliquā dispositionem quā non habuit prius: lz non sit illuminans ⁊ pri⁹ nō. hic em̄ nō ponit nouā dispositiōez in luce ponit tñ in recipiente: qꝛ modo est illuminatum ⁊ non prius. Scd̄m hoc dicendū: ꝙ vnio verbi ad carnē nullā facit mutationē in verbo: sz solum est mutatio in ipsa humanitate que modo recipit radiū diuinitatis ⁊ prius non: ⁊ ꝓpter hoc nō est facta mutatio in luce eterna. ¶ Ad primā rationē in contrariū dicendū: ꝙ aliquid dicitur aliter se habēs ꝙ̄ prius vel ꝓpter mutationē que est in illo: vel ꝓpter mutationē in altero: quod se habet modo ad ipsum aliter ꝙ̄ prius: sicut sol dicitur illuminās ab actione quā habet in aerem: qd̄ non prius: ⁊ tñ non mutatur in se: sed aer nūc se habet aliter ad ip̄m ꝙ̄ pri⁹. Sol añt de se se habet eodē modo. Sic dico ꝙ verbū nō se habet aliter ꝙ̄ prius: sed aliter se habet aliquid ad verbum ꝙ̄ prius. s. ipsa hūanitas. ¶ Ad secundā similiter respondendū est. Ad tertiā dicendū ꝙ filius dei nō trāsit de nō esse aliquo ad aliqd̄ eē ꝑ istā vnionem; sed aliquid qd̄ se hz ad ip̄m: sicut hūana natura trāsit de nō esse diuino ad esse diuinū ꝑ vnionez cū verbo in vna ꝑsona ⁊ in vnuz esse persone.

Articulus secundus.

U hec vnio faciat de vnitis ꝙ vnum sit alterū vel vnū in altero

Arg. contra.

Hernar.

Secundo queritur vtrū hec vnio faciat ꝙ homo sit verbū recte: vel sit in se habens hominē. Ad quod sic Augu. Talis fuit ista susceptio que deum faceret hominē. ⁊ hominē deū: ergo facit ꝙ verbū recte sit homo. ¶ Item Augu. Tanta fuit illa vnio: vt quicquid cōuenit filio dei per naturā: conuenit filio hominis per gratiam. Sed quecūq; sunt hoc modo vnum recte predicatur de alio: ergo erit recte predicare filium hominis de filio dei. ¶ Itez H. v. de consideratione. Tam expressam vim vnionis ex se prefert ea persona qua deus ⁊ homo vn⁹ est christus vt si duo deinuicē predices: non errasti: deum videlicet hominē ⁊ hominē deū. ¶ Itē si nō predico aliquid in rectitudine sed totū obliquitate: sicut dicunt quidam cum dicitur filius dei est homo: sensus est. i. filius dei est ens in humanitate. Hec igitur vnio nō facit hoc esse hoc: sed hoc esse in illo: ergo minor est hec vnio ꝙ̄ vnio accidentis ad subiectū: que facit ꝙ vnum predicetur de altero recte. ¶ Item si dicatur ꝙ non predicatur ibi esse sed habere: quia sensus est. filius dei est habens humanitatez ergo hec predicatio solum dicit quomodo se habet. ⁊ ita reddit tertia opinio que dānata est in senten. Nam ex predicatione s̄m habitum non sequitur alia vnio. vnde non sequitur. iste est habens vestem. ergo vestis ei vnitur. Sed ex parte ista fit vnio filij hoīs ⁊ filij dei. ergo plus predico ꝙ̄ habitum dicendo. filius dei est homo. Dicūt quidam ꝙ idem predicat de se cum dicitur. filius dei est homo sed aliter se habens. vnde sensus est. filius dei est filius qui ē homo. ⁊ sic in predicamento intelligitur implicatio scz ille qui est homo. Sed vbicūq; est predicatio ꝑ implicationem: locutio impropria est. vnde cum inuenimus in autoritatibus sanctorum. ꝙ natura generat naturam in trinitate: improprie dicit: et exponendū est. i. ille qui est natura generat illū qui est natura scz pater filium. qꝛ hoc proprie non conuenit ibi nature: sed ei qui est natura. s. patri ergo similiter si sensus est. filius dei est homo. i. filius dei est ille q̄ est homo. impropria est hec predicatio: filius dei est homo. qd̄ est incōueniens. ¶ Item queritur de illa implicatiōe: que est ille qui est homo. hic enim predicatur idez de se ⁊ nō aliud. cum dico ille qui est homo. ergo erit sensus filius dei est filius qui est filius qui est homo. Similiter iterum queritur de hac implicatiōe: ⁊ sic in infinitum. ⁊ etiam ibi est nugatio. igitur nō est ibi predicatio s̄m habitum. sed recta cum dicitur filius dei est homo. ¶ Solutio notandum ꝙ in predicationibus diuinis maxima est differentia. Aliquando est ibi predicatio per entitatem. i. per idēptitatē. Aliquādo p̄dicatur in diuinis esse de. aliquādo esse huius. aliquādo esse ad. aliquādo esse a: verbigratia. quādo aliquid predicatur in diuinis ab eterno: est predicatio per entitatem. vt filius dei est deus ⁊ similiter deus est potens. hec enim est predicatio per idētitatez essentie. Aliqñ autem in diuinis predicatur esse ad: sicūt cū predicātur notiones personales de deo. sicut cū dico deus generat deus est genitus. Per hoc qd̄ dico genitus vel generans non dico quid sed esse ad aliquid s̄m relationem persone ad personaz: quā predicat generans genitum ⁊ procedens: ⁊ huiusmodi sunt relationes diuine. i. diuinarum personarum. Sed est alia relatio creatoris ad creaturas: quā predicant de deo ista nomina. dominus. causa. ⁊ huiusmodi. quia causa dicitur ad effectuz ⁊ dominus ad seruum. sed primum ad aliquid nō dicit quid. vnde generans genitū predicat de deo ad aliquid quod non est quid vel substantia: quia dicunt relationem personalez. sed s̄m ad aliquid dicit quid in deo. vnde dicēdo. deus est causa siue dominus. hic predicatur relatio que est quid vel substantia. vnde substantia per modum relatiōis ibi predicatur. Aliquando autem in diuinis predicatur esse huiusmodi. vel esse in: quod idem est. et non sumatur ibi esse in: sicut accidens in subiecto. Et hoc modo fit p̄dicatio hic s̄m ꝙ assignat augu. Unus est vtrūq; demōstrata humana ⁊ diuina natura. scilicet christus. Hec enīz predicatio non est per idēptitatem essentie adminus ex parte humane nature: licet ex parte diuine. quia filiꝰ dei ⁊ diuina natura sunt idem per essentiam: cuz

Rñsio.

in doe

in deo nō differunt natura ⁊ res nature. Sed filiꝰ dei ⁊ humana natura non sunt idem. vnde sensus illius predicationis est idē: xp̄s est in diuina ⁊ humana natura: vel diuine ⁊ humane nature. Aliqñ autē ibi predicatur esse a: vt cū dicit: dñs est fortitudo mea: dñs est spes mea. Nā sensus est fortitudo mea est a deo: spes mea est a deo. Et hec est predicatio s̄m quā predicamus effectū de cā. Sed vlterius predicatur in diuinis esse de: ⁊ talis est ibi predicatio: deus est homo: filiꝰ dei est homo. Nā sicut dictū est: in xp̄o est vnio diuine ⁊ humane nature: que est quasi vnio per insertionē. Sz in vnione per insertionē vnū nō est alterū nec in altero: sz vnū fit de hypostasi alteriꝰ: sicut qñ pirū insertuz pomo fit vna hypostasis ex duabꝰ naturis. s. vna arbor: qꝛ vnū trahit alterū ad suā hypostasim: et ita vnū fit de altero quātū ad esse sue hypostasis. Vñ pirū est de esse hypostasis vel arboris cui vnit: ⁊ similiter pomū. ⁊ ꝓpter hoc cum dicit ista arbor est pirū: hic predicatur esse de. qꝛ pirū est de esse illius arboris. Similiter cuz dicitur xp̄s est homo: qꝛ nō solū est sensus: xp̄s est ens in humana natura: immo etiā humana natura est de xp̄o. Sicut ergo cum dico: homo est aīal: hoc genus aīal non predicat totū esse hoīs: sed dicit de illo similiter et hic ita: ergo est verbū insitū: qd̄ trahit humanam naturā ad esse sue hypostasis: ⁊ qd̄ est de sua hypostasi: sicut pirum de hypostasi pomi: ⁊ tamē natura piri nō est natura pomi. Similiter nec diuina natura est humana: nec vna natura fit de alia: sed facit hec vnio vnā naturā esse de hypostasi alteriꝰ ⁊ non vnā esse aliā. Et ita nō predicat ibi habitus solū: nec esse in solū: sed esse de. Et sic facit ꝙ homo est de esse ꝑsone verbi siue q̄d sue hypostasis: et nō ꝙ sit ipsum recte. immo predicatur ibi esse de: ⁊ sic facit ꝙ homo est de esse persone verbi: siue q̄d sue hypostasis: ⁊ nō ꝙ sit ipsum recte. immo predicat ibi esse de: ⁊ in rectitudine filiꝰ dei est homo: sicut ⁊ hic cū dicitur: hec arbor est pirum. ¶ Ad id ergo qd̄ obijcitur. ꝙ ista susceptio facit hoīem esse deū ⁊ deū hoīem: ptz responsio qꝛ licet homo in predicando dicitur recte de deo ⁊ ecōuerso: nō tñ hō est recte deus: sed signatur homo siue natura humana esse de hypostasi filij dei. Similiter respondendum est ad illud Her. Ad alia ptz responsio: quia opiniones supposite nō vsquequaq; sunt vere: vt asserunt rationes contra illas proposite.

Patet rñsio ex dictis ad argumenta contraria.

Questio. viij. de conceptione christi.

Expeditis cū adiutorio xp̄i questionibus pertinentibꝰ ad ministerium incarnationis filij dei: cōsequenter cum omni reuerentia querendū est de sacramentis cōceptionis ⁊ natiuitatis: que ei conueniūt ratione assumpte carnis. Et primo de conceptione: circa quam queruntur hec. Primo de tempore conceptionis. Secundo de ordine conceptionis. Tertio de principijs ⁊ ratione conceptionis.

Membrum primum.

De tēpore cōceptionis.

Circa tempus conceptionis querendum est de dilatione incarnatiōis quare per tanta tempora dilata est. Sed hec questio consequenter determinatur in inq̄sitione moraliū de tēpore lationis euangelij. quātum tamen ad presens notandū est verbū apostoli ad Gal. iiij. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filiū suum factum de muliere: factū sub lege: vt illos qui sub lege erant redimeret ⁊c. Circa hanc autoritatē apostoli sunt quattuor dubitationes. prima est de plenitudine temporis. secūda de missione: qua dicitur: misit deus filium suum. tertia de hoc qd̄ dicitur factum de muliere. Quarta de hoc qd̄ dicitur factum sub lege.

Circa primum obijci .§.

De plenitudine tp̄is.

Argumē. j.

Secūdum.

Tertium.

Quartum

Responsio.

Plenitudo nature

Plenitudo gratie.

tur. Mat. xiij. Que cum impleta esset. dicitur de sagena. glo. Uniuersaliter in fine seculi: ergo ante finē seculi nō est temporis impletio. ¶ Itē. j. Cor. xiiij. Ex parte cognoscimꝰ ⁊ ex parte prophetamꝰ. Sed cū venerit qd̄ perfectū est: euacuabitur qd̄ ex parte est: ergo nō est tēpore gratie donoꝝ plenitudo: Qd̄ enim est ex parte nō est totū plenuz. ¶ Itē Rom̄. viij. Nosipsi primitias spūs habētes intra gemimus adoptionē filiorum dei expectantes ⁊c. ergo nō est plenitudo quātū ad adoptionē. ¶ Itē sicut ibidē dicitur: oīs creatura ingemiscit ⁊ parturit vsq; adhuc ⁊c. ergo nō est plenitudo quantum ad liberationem ¶ Respōsio. est plenitudo nature: gratie ⁊ glorie. Et nature plenitudo duplex est. Primo quātū ad conditionē rerū cōpletā s̄m genus ⁊ spēm. de qua d̄r Gene. ij. Cōpleuit deus die septimo opus suū qd̄ fecerat: ⁊ requieuit ⁊c. Secūdo quātū ad multiplicationē: de quo dicit in p̄s. Dñi est terra ⁊ plenitudo eiꝰ ⁊c. Et esa. xxxiiij. Audiat terra ⁊ plenitudo eius orbis ⁊ oē germē eiꝰ ⁊c. Plenitudo vero gratie dicitur tempus incarnationis ⁊ redēptionis xp̄i. primo per cōparationē ad deū. In incarnatione enim facta est plena participatio deitatis. vñ Colo. ij. In ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Secūdo ꝑ cōparationē ad angelum: qꝛ ruina angeloꝝ reparat per redemptionem ex electis hominibus p̄s. Iudicabit in nationibus impleuit ruinas ⁊c. Tertio ꝑ cōparationē ad hoīem multipliciter. primo in plena liberatione a culpa per misericordiā. Col. j. In ipso complacuit oēm plenitudinē inhabitare: ⁊ ꝑ eū recōciliari. Deinde in plena perceptione boni necessarij ad salutē quantū ad bonū veritatis ad intellectū: ⁊ gratie quātū ad effectū: de qua Joh. j. Plenū gratie ⁊ veritatis: ⁊ subditur de plenitudine eius accepimus omnes. Quarto per cōparationem ad omnē creaturā que ex incarnatione perficitur. Cū em̄ om̄is creatura ordinet ad hominem: ⁊ humana natura vnitur diuine: cōpletur vniuersa creatura cū qua cōicat homo siue sit corporalis siue spiritualis. Et hoc est qd̄ d̄r Ephe. j. Scd̄m beneplacitū eius qd̄ ꝓposuit in dispensatione plenitudinis temporis instaurare om̄ia in xp̄o q̄ in celo ⁊ in terra sunt ⁊c. His ergo rationibus dicitur tempus gratie: tempus plenitudinis. Plenitudo vero glorie attenditur quantū ad duo. primo quātum ad plenitudinē numeri electorū: de qua Apocalip. vj. Sustinete modicū donec impleatur numerus fratrum vestrorum. Secundo quātum ad perceptionē eternorū bonorum. de qua Eccle. xxiiij. In plenitudine sanctorum detentio mea. ¶ Ad primū obiectum iam patet responsio. quia glo. illa intelligitur de plenitudine numeri electorum: que non pertinet ad plenitudinem gratie sz glorie. ¶ Ad secundum qd̄ dicitur de cogitatione in parte. dicendum ꝙ est plenitudo quantum ad statum sufficieus: ⁊ est plenitudo simpliciter perfecta. Quātū ad primā est plenitudo sanctorū donorum in presenti: sed non quantū ad secundā in membris xp̄i. s. ¶ Ad tertium quod obijcitur de

Plenitudo glorie

Solo ad. j.

Ad secunduz.

Ad tertium.

Ad quartũ.

plenitudine adoptionis dicẽduȝ.ꝙ est plenitudo adoptionis in re et in spe. plenitudo adoptionis in re nõ est in presenti:sed in spe. vnde ibideȝ dicit apl's,Spe salui facti sumus. ¶ Ad vltimũ quod obijcitur de plenitudine liberationis dicendũ.ꝙ est plenitudo liberationis a culpa: ⁊ est plenitudo liberationis a pena.prima est ꝑ virtutẽ redemptionis.Secunda vero erit ꝑ gloriã future beatitudinis.Unde Rom.viij.Quoniam creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei.

Consequenter .§.ij.

De missione.

queritur.quomodo deus misit filium suum. Determinationem huius questionis require.š.li.j. in inquisitiõe de notionib⁹ questione de missione.

Consequenter .§.iij.

Querit̃ quõ fact⁹ sit de muliere.

queritur quõ factus de muliere:ꝙuis istud tactũ sit supra.Cum autem tota massa in adam fuisset corrupta:cum substantia xp̄i oĩno sit munda:videtur ꝙ non debuisset esse facta nec de viro nec de muliere.sicut adam nõ fuit factus de viro:nec de muliere.¶ Item quare non fuit factus de viro sicut Eua fuit facta de adam. ¶ Ad qõ respondet

Ansel.

Ansel.in.ij.li.cur de⁹ homo dicẽs. Quattuor modis põt deus facere hominẽ. videlȝ aut de viro et femina.sicut assiduus monstrat vsus.Aut nec de viro nec de femina.sicut creauit adam.Aut de viro sine femina.sicut fecit euam.Aut de femina sine viro.qõ nondũ fecerat.s. ante incarnationem. Ut igitur hunc modũ ꝓbet sue subiacere potestati:⁊ ad hoc ip̄m opus dilatũ esse. nihil cõuenientius ꝙ vt de femina sine viro assumat illũ hominem quẽ querimus.et in hoc ostenditur magnitudo sue potentie.qr maius est facere siue assumere carnem de natura corrupta ꝙ de incorrupta.

Qualiter btã virgo dicatur mater xp̄i ꝑm ꝙ homo.

¶ Item querit̃ qualiter beata virgo dicatur mater xp̄i ꝑm ꝙ homo.cum dicatur hic fact⁹ de muliere nõ natus.ad Gal.iiij.ad Ro j.factus ex semine dauid ꝑm carnem. Nõ enim sequitur aliqd factũ est de carne virginis.ergo natum est de virgine vel filius virginis nam pediculus fit de carne hominis: et tamen non est filius hominis.

Rñõ.

¶ Responsio vtrunqꝫ dicitur natum et factum. Natum Math.j.Quod in ea natum est de spiritusancto est.Luc.j.Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei, factum vero dicit̃ Gal.iiij. ⁊ ad Rom.j.⁊ ratio huius est:ad ostendenduȝ ꝙ non naturali propagatione de carne virginis est educta caro domini saluatoris:sed virtute et gratia spiritussancti.Unde Luce.j.Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi.Ideoqꝫ ⁊ quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei.In dañ.ij.lapis abscindebat̃ de mõte sine manibus.¶ Sed iuxta hoc obijcitur. naȝ per hoc videtur ꝙ beata virgo conceptioni nõ prebuit nisi materiale ꝑncipiũ.Sed ꝯtra.Si nõ prebuit nisi materiale principium . ergo non põt dici mater christi:queadmoduȝ nec Adam qui prebuit materiale principium ad formandum carnẽ christi:non dicitur eius pater. nec homo dicitur pater pediculi:quia prebet ei materiale principiũ ¶ Item non nascitur aliquis nisi ex generãte habente potentiam generatiuã.Sed ipse christ⁹ natus est de virgine sicut dicitur Math.j.Quod in ea natum est ⁊c.ergo ipsa non fuit principiũ materiale solum:immo etiam actiuum conceptiõis carnis christi.¶ Item Iohã.dam.Post ascensuȝ sancte virginis sanctusspiritus supuenit in ipaȝ.

Dama.

purgans ipsam ⁊ virtutem cõceptiuam verbi dei tribuẽs:simul autem ⁊ generatiuã:ergo ipsa fuit nõ solũ materiale principiũ:sed principiũ generatiuũ ipsi⁹ carnis xp̄i. ¶ Respõsio est loq̃ de beata virgine quantũ ad statũ precedentẽ superuentionem spiritussancti: ⁊ ꝑm hoc in ea fuit solum materiale principium:⁊ respiciens hunc statũ. Apostolus Roma.j.dicit.Qui factus est ex semine dauid ꝑm carnem.Et quantũ ad statum post superuentionẽ in qua recepit virtutẽ generatiuã a spiritu sancto:⁊ quantum ad hoc dicitur natus ⁊ genitus de virgine.

Consequenter .§.iiij.

Queritur de hoc factũ sub lege.

queritur de hoc qõ dicitur factum sub lege.In ps. j.super illũ locũ:⁊ in lege dñi ⁊c.dicit Augu.Aliud est eẽ sub lege: ⁊ aliõ i lege.Qui est in lege ꝑm legẽ agit volũtarie obediẽs legi.Qui aũt ẽ sub lege ꝑm legẽ agit necessitatis timore coactus. Sed in xp̄o nulla potuit esse coactio .

Obijcitur.

¶ Itẽ iusto non est lex posita.j.ad Thi.j.Nõ est igit̃ xp̄s sub lege. ¶ Itẽ dicit vt redimeret eos qui sub lege erãt:ergo si ipse erat sub lege ipse erat redempturus se.

Responsio.

¶ Rñsio. esse sub lege dicitur duobus modis. Est enim subiectio voluntaria:⁊ est subiectio necessitatis.Primo modo ꝑm primã fuit sub lege: sed scd̃m secundam subiectionem nõ. vñ glo.ad gal.iiij.Sub lege.i.sub onere legis sicut sub alijs penis:nõ vt ea expiaretur:sed vt ab ea liberaret: vnde factus sub lege dicit glo.Ut circũcisus appareat:quasi filius abrahe signũ habẽs eius cui promissus fuerat. in quo impleta est circũcisio: ita signum iam cessat.

Ad obiectũ.

¶ Ad illud qõ obijcitur:ꝙ iusto non est lex posita.dicendũ ꝙ hoc dicitur quia qõ iustus agit non agit timore sed amore:legis autem ⁊ euangelij (sicut dicit Aug. contra adamantiũ) est breuissima differẽtia timor ⁊ amor.¶ Ad aliud quod arguit vt eos qui sub lege erãt redimeret:ergo redempturus se: non sequitur.Nam alio modo dicitur xp̄s sub lege:aliter redempti ab ipso.

Membrum secundum.

Querit̃ de ordine cõceptionis.vtrũ caro xp̄i prius fuit cõcepta ꝙ assumpta.

Consequenter queritur de ordine conceptionis vtrum caro xp̄i prius fuerit concepta ꝙ assumpta.Ad qõ respondet magister in sententijs.ꝙ non prius ꝑm tempus concepta est ꝙ assumpta : sed simul . ¶ Sed queritur cum preintelligatur conceptio carnis: q̃ erit ratio vt non prius conciperetur ꝙ assumeret̃.

Queritur.j. Secundum

¶ Item supposito ꝙ nõ prius ꝑm tempus sit conceptio ꝙ assumptio:queritur tamen quod istoruȝ sit prius ꝑm naturam. Nam cũ conceptio carnis possit intelligi sine assumptione sed non econuerso:prius est naturaliter conceptio ꝙ assumptio.

Tertium

¶ Item prius est naturaliter sumere ꝙ assumere: quia assumere est ad se sumere ⁊ prius est essentialiter esse carnis:ꝙ sumptio carnis.Cum ergo conceptio det esse carni:pri⁹ est naturaliter conceptio sumptione ⁊ assumptiõe. ¶ Contra. In incarnatione fuit operatio diuina ⁊ operatio creature:et prior fuit operatio diuina ꝙ opatio creature.Cuȝ ergo assumere sit operatio dei: concipere vero operatio virginis:relinquitur ꝙ plus est naturaliter assumptio conceptione.¶ Item cum circa incarnationem verbi accipiantur multi actus videlicet missio:incarnatio:conceptio:assumptio:vnio :factio seu creatio:que erit istoruȝ differentia. ¶ Itẽ est ne ordo in his actibus ꝑm prius ⁊ posterius tẽpore:aut ꝑm prius ⁊ posterius natura.

Ad primum. Respõsio cõceptio ⁊ assũptio simul debẽt esse.

Respõsio. ad primum dicendum ꝙ conceptio non debet precedere

cedere assumptionẽ tempore: sed simul esse: ⁊ hoc propter tres rationes.Prima est quia tam assumptio ꝙ conceptio sunt actiões ipsius summe potẽtie que est infinita ⁊ cuius virtus est supra tẽpus: ꝙuis mediante virgine cõcipiẽte.de qua caro dñi sumpta est.Et ideo non cõuenit vt ꝑm successionẽ temporis operet̃ ꝑus cõceptionem ⁊ post assumptionem. Scd̃a ratio est.qr actiones iste sunt gratie non naturales.Gratia aũt eleuata est supra tẽpus ⁊ eius operatio que est ab ipsa sine nostro arbitrio:ȝ nutu diuino.Tertia ratio est.qr sicut op⁹ prime cõditiõis absqꝫ omni successione tp̄is fuit in creatione. ita opus recreationis dȝ esse absqꝫ oĩ successione tp̄is.

Ad secunduȝ

¶ Ad scd̃m dõm.ꝙ ꝑm naturam prius ẽ ꝯceptio ꝙ assũptio passiua.Est eñ assumptio actiua que est assumẽtis:⁊ est assumptio passiua que est assumpti. Ordine nature assumpti ꝑus est assumptum cõcipi ꝙ assumi:ꝙuis simul tẽpore est conceptio cum assumptiõe passiua. Ordine vero nature assumẽtis que est prior:ꝑus erit assumptio actiua ꝯceptione.

Ad tertium.

¶ Ad tertiũ dõm ꝙ illi sic distinguunt̃. Missio enim est ꝑsone diuine.s. filij.Immissio intelligit̃ ratio processiõis ab alio cum effectu manifestatõis in creatura vt dicit Augu.in li.de trini.vnde missio ꝑtinet ad filiũ.nõ ad diuinam naturam.

Augusti.

Incarnatio vo ꝑtinet ad diuinam naturam ꝑut est in ꝑsona filij:qr incarnatũ esse idem est ꝙ carni vnituȝ esse:etiã hoc pertinet ad naturam diuinam in persona filij in cuius ꝑsona natura diuina est vnita humane.Cõceptio eñ ꝑtinet ad naturam humanam.In carne eñ ꝓprie cõcipit̃ illud qõ ꝑ generationẽ educit̃. Unde caro ꝓprie dr̃ concipi.Creatio vo siue factio ꝑtinet ad humanã naturaȝ in anima.Ipsa eñ est facta: nõ infecta sicut diuina natura ⁊ creata de nihilo: nõ sicut caro que facta est de aliquo.Unio vero est naturarum diuine ⁊ humane in ꝑsona. Assumptio etenȝ ꝓprie est ꝑsone diuine respectu humane nature.Sic igit̃ pȝ istorum distinctio.

Ordo istoruȝ actuum accigitur ꝑm rõnẽ itelligẽtie.

¶ Ordo autẽ istoꝝ actuum non ꝑm tempus accipit̃: sed ꝑm rationẽ intelligẽtie.Prius igit̃ est missio ꝑsone in respectu humane nature.Deinde est cõceptio ipsi⁹ carnis in virgine.Tertio est creatio seu factio anime cum infusione.Quarto est assumptio vtriusqꝫ ab ip̄a persona diuina.Quito est vnio:q̃ est terminus assumptõis.Sed qr vnio posset intelligi deitatis ad solã aĩam:ideo cõsequit̃ sexto loco incartio.qua exprimit̃ vnio deitatis nõ solũ ad aĩam ȝ ad carnem in vnitate persone.

Membrum tertium.

De principijs ⁊ rõne conceptionis.

C Onsequenter queritur de principio et ratione conceptionis . Queritur igit̃ qua ratione dicatur xp̄s conceptus de sancto spiritu . Ad quod assignantur tres rationes:de quibus queritur per singula.Prima ratio est ostensio caritatis.Secunda est ostensio gratie quam nulla precesserant merita.Tertia qr operatione ⁊ virtute spiritussancti conceptus est.Quarto queritur quare nõ dicitur filius spiritussancti.

Articulus primus.

Utrum ratio icarnationis sit ostensio caritatis.

AD primum august.in encħ.cuȝ illa creatura quã virgo concepit ⁊ peperit:ꝙuis ad solam personam filij pertinẽtem tota trinitas fecerit . neqꝫ enim separabilia sunt opera trinitatis: cur in ea facienda solus spiritussanctus nominandus est:⁊ quando vnus trium in aliquo opere nominatur vniuersa operari trinitas intelligatur: ita vere est:⁊ exemplis doceri potest.Queritur ergo vtrum caritas sit ratio conceptionis . Et videtur ꝙ sic Ioh.iij.Sic deus dilexit mundum:vt filium suum vnigenitum daret.Glo.Filium hominis qui idem est filius dei ⁊ dilectione dei ad hoc missus.¶ Item Mat.j.Qõ in ea natum est de spiritusancto est ⁊c.Glo.Sola caritas fecit eum incarnari.

Contra.

¶ Contra.Iohã.damasce.In assumptione quattuor mõstrantur:bonitas:sapientia:potentia: iusticia:ergo non soluȝ ratio fuit incarnationis bonitas caritatis:immo sapientie:potentie:⁊ iusticie .

Responsio.

¶ Responsio.ratio incarnationis potest accipi ꝑm differentie causalitatem.Si enim consideremus causam mouẽtem summam bonitatem ad reparationẽ humani generis:ratio fuit caritas ꝑm ꝙ dicit Ioh.Damasce.

Damasce.

Monstratur caritas in incarnatione:non despexit proprij plasmatis infirmitatem : sed viscera eius cõmota sunt ⁊c. Si vero consideremus causam effectiuam:ratio fuit demonstratio potẽtie:qr sicut dicit Iohan.damasce.In quo deus factus est homo:monstratur infinita dei virtus.Si cõsideretur causa formalis siue modus liberationis:ratio fuit summa sapientia:que ꝑm Ioh.Damasce.decentissime excogitauit humanam redemptionem:ꝑm qõ dicitur Iob.xxvj. Prudẽtia eius percussit superbum ⁊c.Si vero consideremus causam finalem incarnationis que fuit nostra redẽptio:ratio incarnationis fuit iusticia :ꝑm qõ dicitur Mat.iij.Sic docet nos implere omnem iusticiam.Motiua autem causa que ex parte dei attenditur:est prior ꝑm rationem intelligentie omnib⁹ alijs.⁊ ideo caritas est prima ratio incarnationis Et ideo dicitur xp̄s conceptus de spiritusancto

Quare nõ dicitur cõcept⁹ de caritate.

¶ Queritur si caritas est ratio incarnationis . et ideo dicitur cõceptus de spiritu sancto quare etiã non dicitur conceptus de caritate:sicut de spiritu sancto.¶ Responsio. dicendum ꝙ spiritussanct⁹ datur:⁊ ꝙ spiritussanctus operatur.Datur auteȝ inquantum donum: datur ideo inquantum caritas:operatur autem inquãtũ spiritus:caritas eñ nomen est doni:spiritus autem nomẽ est potestatis.Et ideo dicitur cõceptus de spiritu sancto: nõ tamen de caritate: quia ꝙuis spiritussanctus sit amor:non tamen operatur inquantum amor:sed amor est quo operatur:non congruit ergo dici cõceptus de caritate : ȝ de spiritusancto operãte per caritatem.

Queritur.

¶ Item queritur qualiter in alijs operibus vna nominata ꝑsona tres intelliguntur:sicut dicit Augu.supra.Dicendum ꝙ in omni opere prime conditionis Geñ.j. ꝑm Augu. cum dicit̃ Dixit deus fiat: ⁊ factum est: et vidit deus ꝙ esset bonum ⁊c. Pater intelligitur qui dicit fiat. Qõ autem dicitur factum est proculdubio per verbuȝ Per hoc ꝙ dicitur vidit ꝙ esset bonum : spiritussanctus intelligit̃.Et sic nota trinitas in suis operibus intimatur.Similiter in opere regenerationis:cum baptizabãt in nomine xp̄i.In hoc nomine xp̄s pater vngens:⁊ filius qui vngitur : ⁊ spiritussanctus vnctio intelligitur.

Articulus secundus.

Quod rõ incarnatiõis sit etiam ostẽsio gratie quam nulla precesserunt merita.

AD secundam rationem dicit Aug.Profecto modus iste: quo natus est xp̄s de maria sicut filius:⁊ de spiritusancto:nõ sicut filius:insinuat nobis gratiam dei de qua iesus nullis precedentibus meritis in ip̄o exordio nature sue:quo ipse cepit verbo dei copularetur ⁊ filius hominis in tantam persone vnitatem:vt idem esset filius dei:qui fili⁹ hominis ⁊ filius hoĩs qui filius dei. In nature humane susce-

Queritur.

ptiõe fieret quodãmodo ipsa gratia illi hoi natu
ralis: qua nullũ possit admittere peccatũ. que gra
tia ideo per spiritũsanctum est significata: qꝛ ipse
proprie sic est deus: vt sit etiã donũ dei. ¶ Querif
ergo vtrũ nullis precedentibus meritis vniuit sibi
naturam nostrã: qδ nullis videtur. Ad tytũ.ij. Ap
paruit gratia dei saluatoris nostri omnibus ho
minibus erudiens nos: ⁊ loquitur de gratia incar
nationis. Unde glo. Saluator noster dei filius et
si inuisibilis sit in forma dei: tñ per gratiam appa
ruit in forma serui. Sed vt dicit Augu. Qδ est ex
gratia nõ est ex meritis. ¶ Itẽ ad Titũ.iij. Appa
ruit benignitas ⁊ hũanitas saluatoris nostri dei:
nõ ex operibus iusticie ⁊c. Loquitur aũt ibi apo
stolus de benignitate ostensa in incarnatione. vn
de glo. ibi cũ benign9 humanatus deus saluator
noster apparuit. ¶ Itẽ super illud ps. Respice in
testamentũ tuũ. dicit glo. ꝙ meminit promissiõis
qꝛ merita defecerũt: ⁊ loquitur de pmissione incar
nationis. Ex his patet ꝙ nõ precedentibus meri
tis incarnatus est filius dei.

Contra. Argu. j. ps. xxxij.

¶ Cõtra. ps. Fiat mi
sericordia tua dñe super nos queãdmodũ speraui
mus in te. sm glo. hic insinuaf desideriũ prophete
de incarnatione ⁊ meritũ adimpletionis. Primũ
cum dicit. fiat mia tua dñe sup nos. Unde glo. In
carnationẽ desiderat impleri propheta. scdm ibi.
Queãdmodũ sperauim9 in te. Unde glo. Quo me
rito queãdmodũ quasi ita fiat: ⁊ pter hoc fiat: qꝛ
sperauimus in te. nõ alio. hec glo. Ex hoc videtur
ꝙ meritũ fuit respectu incarnationis.

Secundum ps. xj.

¶ Itẽ ps.
Propter miseriã inopũ ⁊ ge. pau. nũc exur. dicit do
minus. Glo. Apparebo in filio in hoc tẽpore gra
tie. Ex hoc ptз ꝙ loquitur ibi de incarnatione seu
apparatione in carne. Similiter ibi tangitur me
ritũ. Unde glo. ibidẽ. Hoc faciã propter gemitũ
pauperũ: qui de malis gemunt: ⁊ peccatis cõterũ
tur. Nã aliter nõ essent digni auxilio hec glo. Hec
autẽ dignitas est merito gemituũ ⁊ cõtritionis er
go ⁊c.

Tertium.

¶ Item qui meretur principale: meretur et
illud quod operatur ad illud: vt qui meretur ha
bere domũ vel castrũ: meref preparatoriũ ad hoc
ꝙ sit castrũ. Sed sancti patres añ aduentũ xpi eo
ꝙ decesserũt ĩ caritate meruerũt btĩtudinẽ patrie.
Igitur cũ incarnatio xpi sit cooperatoria beatitu
dini patrie. antiqui patres decedentes in caritate
meruerunt incarnationẽ xpi.

Quartum

¶ Item Joh. vj. Pe
tite ⁊ accipietis ⁊c. qδ intelligendũ est si fiat peti
tio cũ cõditionibus efficacibus ad meritum exau
ditionis que sunt p se: pie perseueranter: ⁊ ad salu
tem: meretur igitur oratio digne ⁊ modo debito ef
fusa exaudiri. Sed constat ꝙ patres antiqui affe
ctuosissime desiderauerũt aduentũ filij dei in car
nẽ ⁊ instantissime illã postulauerunt. Unde Esa.
lxiiij. Utinã dirumperes celos ⁊ descenderes. Glo.
In persona sua ⁊ oim pphetarũ aduentũ xpi desi
derantiũ loquif Esa. preuidens aduentũ filij dei.
¶ Itẽ in ps. Inclina celos ⁊ descende. Quod autẽ
pie ⁊ perseueranter ⁊ ad salutẽ postulauerint ma
nifestũ est: igif meruerũt exaudiri. ergo ⁊c.

Responsio.

¶ Re
sponsio. dicendum ꝙ cum dicit August. nullis pre
cedẽtibus meritis homo copulatus est verbo dei.
Potest intelligi vel de meritis illius hominis qui
copulatus est verbo cuius nulla precesserunt me
rita: quia in instanti sue conceptionis copulatus
est: ⁊ tunc intelligitur nullis precedentibus meri
tis: scз hominis assumpti. Et tunc plana sunt ob
iecta: quia licet nulla preerant illius hominis me
rita: erant tamen merita ecclesie precedentia. Uel
potest intelligi de meritis ecclesie: ⁊ tunc respõde
ri põt: ꝙ est meritũ ɔgrui qδ precessit: ⁊ est meritũ
cõdigni qδ nõ pcessit. Meritũ aũt ɔgrui nõ tollit
grãm.

Colo ad. j.

¶ Ad id ergo quod obijcif de merito spei ⁊c.
dicunt ꝙ hoc intelligitur de merito congrui. Nõ
autem videtur hec responsio sufficiẽs: cũ virtuti
bus meretur ex cõdigno sm quosdã. ppter qδ di
cendũ. ꝙ glo. nõ dicit ꝙ propheta meruerit incar
nationem merito spei: sed ꝙ desiderabat incarna
tionẽ adimpleri. Incarnatio autẽ nõ est ɔpleta in
assumptione humane nature: sed in assumptio
ne ⁊ reparatione hominis mediãte incarnatione:
propter quã per se erat dispensatio incarnationis.
Ex spe igitur habita ex promissione incarnatiõis
ipsam desiderabat. ex ipsa spe merendo eiusdẽ ad
impletionẽ petebat dicendo. Fiat mia ⁊c. Et hoc si
gnat glo. que est. incarnationẽ desiderat ppheta
compleri: vt perfectus possit esse vnde petebat esse
perfectus ex adimpletione incarnationis.

Ad tertium

¶ Ad
aliud quod obijcitur ꝙ digni erant merito gemi
tus ⁊ contritionis. Dicendum ꝙ est dignitas con
grui: sic erant digni: ⁊ est dignitas condigni ⁊ sic
nõ erant digni.

Ad tertium

¶ Ad aliud quod obijcif ꝙ q̃ me
retur principale: meref cooperatoriũ ad illud. Po
test dici sm quosdã ꝙ beatitudinẽ patrie nõ mere
tur quis ex condigno: sed solũ ex cõgruo: sed sup
posito contrario. s. ꝙ beati merentur illã ex condi
gno a nobis sine preiudicio videtur dicendũ ꝙ ca
ritas illã meretur merito condigni. Potest dici ꝙ
licet quis mereatur aliquod principale: non tamẽ
meref quodlibet cooperatoriũ ad illud. Poterat
enim dñs contulisse iustis beatitudinẽ sine coope
ratiõe mediatoris. s. xpi hominis. Quia igitur iste
modus conferendi nõ fuit necessarius nec sic me
ruerunt de condigno beatitudinem. Non igif me
ruerunt incarnationem xpi: que operabatur illis
ipsam beatitudinẽ

Ad quartum

¶ Ad aliud qδ obijcif. ꝙ me
ruerunt efficacia orationis ⁊c. dicendum ꝙ antiq̃
patres non petebant a domino incarnationẽ ei9:
sed incarnationis accelerationẽ. bene enim consti
tit eis ex promissiõe facta patriarchis ⁊ reuelatio
ne facta pphetis ꝙ deus incarnaretur. Unde nõ
instabant ad impetrandum incarnationem: sed
ad impetrandum accelerationem incarnationis.
Preterea vna cõditionum que requiritur ad hoc
ꝙ oratio sit efficax est pro se. Ad hoc autẽ ꝙ fiat p
se: oportet ꝙ postuletur aliquid obtinendũ in ipso
petente. hoc autẽ non fiebat in petitione incarna
tionis filij. vnde deficit illa conditio oratiõis effi
cacis que est pro se. Si autẽ postulassent a deo ple
nam beatitudinẽ mediante incarnatione: non vi
deo quare non impetrassent: dũmodo concurris
sent omnia que ad efficaciam orationis requirun
tur: vnde plena beatitudo mediante incarnatiõe
cadit sub merito oratiõis: incarnatio autẽ nequa
q̃ qꝛ non dicitur oratio efficax nisi respectu boni
habendi in ipso petente: quod notatur per hoc qδ
dicitur pro se.

Articulus tertius.

Ratio incarnationis est etiã qꝛ opatione ⁊ vtute spiritussancti cõceptus est. Argu. j.

Tertio queritur de hoc quod dicif ꝙ ope
ratione ⁊ virtute spiritussancti cõcept9
est. Dicit enim Ambro. in li. de spiritus.
Si quasi ex operatione ⁊ potestate spiri
tussancti virgo cõcepit: quis neget spiritũ sanctuз
dominice incarnatiõis autorem. Sed eadẽ rõne
debet dici cõceptus de patre ⁊ filio: cũ eoꝝ potesta
te ⁊ virtute virgo concepit.

Secundum

¶ Itẽ ꝙ spiritussanct9
est ⁊ operatur: habet a patre ⁊ filio: igitur autori
tas operatiõis spiritussan. primo residet penes pa
trem ⁊ filiũ: ergo autoritas incarnatiõis domini
ce magis

ce magis attribuenda est patri et filio q̃ spiritui
sancto.

Tertium.

¶ Item opus incarnationis est mirabile
⁊ magis mirabile q̃ aliqd aliud. qꝛ omẽ aliud est
solũmodo circa aliqδ creatũ. Sed hoc nõ est cir
ca creatũ solũ: sed etiã circa increatuз. In hoc eñi
opere fit vnio extremoꝝ: quoꝝ vnũ est creatũ: al
terum increatũ. Sed omnia alia opera mirabilia
per indifferentiã referunf ad trinitatẽ personaꝝ.
Similiter videf ꝙ id: vel si referri habeat ad ali
quam personam: per aliquam rationem appro
priationis hoc debз fieri ad illã personã: penes quã
primo residet autoritas potestatis. scз ad patrem.
¶ Preterea opera creationis p indifferentiã refe
runf ad trinitatẽ personaꝝ. Similiter videf ꝙ de
beat esse de opibus recreatiõis. Nõ igitur magis
approprianf spiritui s. q̃ patri vel filio.

Rñsio. Ad primũ.

¶ Respon
sio. ꝙ filius dicif cõceptus opatione ⁊ virtute spi
ritussancti: dicitur p appropriationẽ eo ꝙ sm ra
tionẽ sit primior ad actũ cõceptionis siue incar
tionis. vt p quẽ siue in quo ad nos diuina descen
dunt.

Augu.

Unde Aug. de spũ ⁊ aĩa. Nobis ois vsus dei
tatis est ex munere quodãmodo. Nã ⁊ q̃si pprior
nobis videf esse spũsctũs. vtpote pris et filij mu
nus ex ipo nimirũ est ois vsus gratie cũ patre ⁊ fi
lio. ⁊ post in eodẽ. a patre p filiũ ⁊ spm. vel potius
in spũ diuina ad nos descendũt.

Ratio sm Hugo.

Alia ratio est sm
Hugo. de san. victo. p silitudinẽ cõceptiõis natu
ralis: in qua est amor motiuũ ad cõceptionẽ: sm
ꝙ ipse dicit in muliere amor viri: in viro amor mu
lieris id agere solet. vt qꝛ in altero solo natura si
bi sufficiens nõ est: alterutrũ sibi p dilectionẽ sub
ueniat vt qδ in neutra p se potuit: in vtraq3 per se
cũ altera possit. Semẽ igif hũani partus solũ for
mandũ a muliere cõcipif: qδ simul a viro ⁊ a mu
liere seminaf. qδ in muliere p amorẽ viri: ⁊ in viro
p amorẽ mulieris natura opatur.

Ratio quare Maria de sãctospi. dicaf cõcepisse.

¶ Cõsequẽter
assignat rationẽ quare Maria dicatur de spũsan
cto cõcepisse dicẽs. Cõcepit Maria de spũsancto:
nõ ꝙ de substãtia spũsctĩ. scз semen part9 accepe
rit: sed qꝛ per amorẽ ⁊ operationem spũsctĩ ex car
ne virginis diuino partui substãtia ministraref.
Nam qꝛ in corde eius amor spũsctĩ singulariter
ardebat. ideo in carne eius amor spũsctĩ mirabi
lia faciebat: cuius dilectio in corde nõ accepit so
ciũ: eius opatio in carne illius nõ habebat exẽ
plũ.

Ad scdm.

¶ Ad aliud dicenduз. ꝙ autor qñq3 dicif cõi
ter ab actione. qñq3 pprius. Ab actione originali
principali. primo nõ dicif spũsctũs autor incar
nationis ⁊ rõne supradicta. non scdo. ¶ Ad illud
qδ sequif dicendũ. ꝙ si autor diceref penes quẽ re
sidet pma pncipalitas siue autoritas: locũ habe
ret qδ pponif: sed nõ est sic vt tactũ est.

Ad tertium.

¶ Ad vlti
mũ dicendũ. ꝙ sicut dicit Augu. de aĩa et spũ. Qδ
spũsctũs est patris et filij mun9. vñ ratio mune
ris pprie cõuenit spirituisctõ ppter qδ et illa que
pprie rationẽ siue pprietatẽ muneris dicunt: spi
rituisancto attribuunf. Talia aũt sunt dona gra
tuita. vtpote quibus fit hois reparatio. Preter
ea hmõi dona nõ danf nisi enti actu. Creatio aũt
est pductio nõ entis in esse. vnde collatio eoꝝ. qui
bus conuenit ratio doni vt muneris sequitur esse
actu: ppter qδ dona que referunf ad recreationẽ
appropriantur spirituisancto. Unde secus est de
operibus creationis et recreationis. Preterea in
operibus conditionis siue creationis est quidam
modus appropriationis. licet effectus indifferen
ter sit a tribus personis. Autoritas enim patri at
tribuitur. ars filio: causalitas siue diffusio spiri
tuisan. Unde Aug. xj. de ciui. dei. Quia tria que
dam maxime scienda de creatura nobis oportuit
intimari quis eam fecerit: p quid fecerit quare fe
cerit inquit. Dixit deus. Fiat lux: ⁊ facta est lux: et
vidit deus lucẽ qꝛ bona est. Si ergo querimus q̃s
fecerit: deus est. Si per quid fecerit: dixit deus ⁊ fa
cta est. Si quare fecerit: qꝛ bona est: nec actor est ex
cellentior deo: nec ars efficacior dei verbo: nec cau
sa melior q̃ vt bonum crearetur a bono. ¶ Dicen
dum igitur ꝙ licet in creatione cõmune sit opus
trium personarum: tamen ratione aliqua per di
stinctionem fit appropriatio personis: vt dicit Au
gu. xj. de ciui. dei. Pater intelligitur qui dixit fiat.
Qδ autẽ intelligitur factũ proculdubio per filiuз
factuз est. In eo vero ꝙ dicitur vidit deus ꝙ bonũ
esset: spiritussanctus intelligif. Et sic trinitas in
suis operibus intimatur. Sic erit in recreatiõe in
qua multomagis signũ bonitatis apparet. Plus
enim est aĩam reparare q̃ creare celũ ⁊ terrã. Sic
est ergo vt pater cõceptionẽ faciat per verbũ siue
in verbo ⁊ sua bonitate: que appropriatur spũisan
cto: vnde bonitas est quasi causa cõiuncta vt cui
appropriatur ipsa diffusio in ipsa vniõe siue in no
stre nature assumptione.

Articulus quartus.

Quare xps nõ dr fili9 spiritussancti. Augusti.

Quarto queritur vtrũ dicatur fili9 spiri
tussancti. Cum eñi dicatur cõceptus de
spiritusancto cur nõ sit fili9 spiritussan
cti. Respõdendũ est sm Augu. in ench.
nõ est concedendũ ꝙ qui de aliqua re nascif conti
nuo filius esse nũcupetur: ⁊ est instantia in capil
lo ⁊ pediculo q̃ nascunf de homine: ⁊ in aqua ⁊ spi
ritusancto: de quibus nascuntur fideles. Ostendi
tur aũt ꝙ nõ cõuertitur cõsequẽtia: si aliquid na
scitur de aliquo ꝙ sit eius filius: vel si dicatur fili9
ꝙ nascaf de illo: ⁊ est exemplũ in illis q̃ dicunf filij
gehẽne. ¶ Circa hanc questionẽ querif sic. ⁊ ostẽ
ditur ꝙ nõ sit filius spũsancti. Dicit eñi Aug. ꝙ
natus est de maria sicut filius: ⁊ de spiritusancto
nõ sicut filius. ¶ Itẽ Augu. de trini. ij. Jesus neq3
suus neq3 spiritussancti filius dici potest.

Cõtra arg. j.

¶ Con
tra. Quecũq3 per indifferẽtiã cooperantur alicui
effectui ad productionẽ alicui9 in esse: sm indiffe
rentẽ relationẽ se habent ad illud. Si ergo pater
⁊ spiritussanctus per indifferentiã se habent ⁊ in
differenter cooperantur incarnationi xpi siue na
tiuitati eius temporali: sm indifferentem relatio
nem se habẽt ad xpm hoiem. Si ergo filius sm ꝙ
homo dicitur fili9 dei patris: ⁊ de9 pater pater il
lius: ⁊ eadẽ rõne spiritussanctus dicef pater eius
dem. Sed qδ cõuenit illi homini cõuenit filio dei.
Igitur filius dei est filius spiritussancti.

Secundum

¶ Itẽ to
ta trinitas est pater noster: ⁊ sic spiritussanct9 ea
dem ratione: ⁊ pater illius hominis. Sed qδ con
uenit illi homini: cõuenit filio dei ergo ⁊c. Qδ au
tem trinitas sit pater noster habetur Joh. j. De
dit eis potestatem filios dei fieri: dicitur de iustis.
Hec autẽ filiatio est per gratiam. Sed in xpo fuit
abundantissima gratia. Uñ ⁊ ipse debet dici ma
xime filius spiritussancti: cui appropriatur donũ
gratie.

Tertium.

Dicit eñi August. Tantomagis efficitur fi
lius: quãto largius datur ei spiritus bonus. Sed
cum largissime data est gratia xpo homini: maxi
me dicetur filius.

Quartum

¶ Item in canti. Deute. Deus
nõne ipse est pater tuus: qui possedit fecit ⁊ crea
uit te. Sed constat ꝙ tota trinitas fecit ⁊ creauit
hoiem illuз ⁊c.

Quintum.

¶ Item sicut in trinitate sunt tres
persone in eadem essentia: sic in domino iesu sunt
tres nature in eadem psona. vt dicit. B. s. Supre
ma que est diuinitas: infima que est caro: media q̃
est anima. Sed ratiõe supreme nature est filius. s.

dei patris:ratione infime est filiꝰ:scꝫ virginis ma
tris.Igitur ⁊ ratiõe nature medie similiter erit fi-
lius.s.creationis vel recreatiõis. Sed siue sic siue
sic:erit filius trinitatis: ⁊ ita filius spiritussancti

Sextum.

vt supra. ¶ Item per hoc ꝙ dicitur conceptus de
spiritu sancto notatur alia relatio xp̄i ad spm̄ san-
ctum. Xp̄i dico sm̄ ꝙ homo: ⁊ hoc est sm̄ ratione͂
originis. Multo igitur magis dicetur filius spiri
tussancti: ꝙ homo purus dicatur per gratiã filiꝰ

Responsio.

trinitatis. ¶ Respõsio. In diuinis nõ est aliquid
ponẽdum: vnde sequatur relationũ seu proprieta
tum personaliũ cõfusio. Ubi em̄ perfectissimus or
do est: vt in diuinis ꝑsonis: ibi nulla potest esse cõ
fusio: propter qđ nulla ratione ponendũ est in di-
uinis personis: vnde sequatur relationũ confusio
vel personaliũ proprietatũ patris ⁊ spiritussancti.

Ansel.

Unde Ansel. Propter hoc solus filius incarnatꝰ
est: vt pater non cõmunicet ratione͂ filij: nec econ-
uerso: nec spiritussanctus ratione͂ filij vel patris.
vt sicut distinguntur relationes personaꝝ eterna-
liter: ita etiã distinguãtur temporaliter: ⁊ ille qui
fuit filius dei ab eterno sit filius virginis tempo-
raliter. ¶ Cõcedendũ autẽ est ꝙ est filius patris
⁊ est filius dei: sed cum dicitur filius patris intelli
gitur de eterna generatione: cũ vero dicitur filius
dei intelligitur sm̄ humanã naturã: de filiatione
que est per creatione͂ ⁊ gratiã. Et cum dicitur filiꝰ
dei patris intelligitur ꝙ qui est filius dei patris ꝑ
naturam: est filius dei per gratiã. Nõ tamen cõue
nit concedi ꝙ sit filius trinitatis simpliciter: pos-
set tamen concedi cum determinatione vt est filiꝰ
trinitatis per creatione͂: ꝙuis em̄ esse deum cõue-
niat patri: filio: ⁊ spirituisancto: nõ cõuenit ꝙ di-
catur filius filij vel filius spiritussancti: ne con-
fundantur rationes in personis. Pari ratione nõ
conceditur filius trinitatis: qꝛ de ratione trinita
tis intelligitur pater filius ⁊ spiritussanctus ha-
bentes vnã essentiã: licet bene concedatur ꝙ sit fi-
lius dei. Unde in ps̄. super illud. De vẽtre matris
mee deus meꝰ es tu. glo. Scđm illud qđ est de ma-
tre habeo: non sm̄ id qđ est de te habeo. Nam de
te es pater meus: sed de matre es deus meus ⁊ crea
tor sm̄ ꝙ homo sum: sed sm̄ ꝙ deus sum a te sum

Solo ad primũ argume͂.

genitus. ¶ Ad hoc igitur qđ primo obijcitur dice͂
dum. ꝙ licet in tribus personis sit indifferẽtia in
actione quantũ ad incarnatione͂ filij: nõ tame͂ est
indifferentia in relatione respectu incarnati: sicut
nec sequitur: est indifferẽtia in essentia: ergo in re-
latione. Actio autẽ hm̄õi essentialis est: si autem
esset actio siue vt actio personalis vt generare spi-
rare: ⁊ hm̄õi. bene sequeretur. quia ad hm̄õi actio
nes siue vt actiones sequuntur per ꝯformitatem
relationes ⁊ proprietates personales. s. ꝫ ad identi
tatem actionũ ⁊ diuersitatẽ idẽtitas ⁊ diuersitas
relationũ ⁊ proprietatum: non autẽ sic est de actio
nibus essentialibus: ⁊ sic quãdoqꝫ sic: hoc non est
necessitate consequentie formalis sed materialis.

Ad secũdum.

¶ Ad aliud quod obijcitur ꝙ tota trinitas dicit̄
pater noster ⁊c. dicendũ ꝙ nõ est simile de nobis ⁊
de xp̄o hoĩe: gratia em̄ inhabitãs que est in no-
bis a trinitate facit nos filios dei: nõ naturales sꝫ
adoptiuos: cuiusmodi filiatio xp̄o non conuenit.
Gratia aũt que est in xp̄o a trinitate: que quidem
gratia est gratia vnionis: facit xp̄m filiũ dei natu
ralẽ. Naturalis autẽ filius non potest dici nisi dei
patris ꝓpter rationẽ supradictã: ne scꝫ accedat in
diuinis relationũ ⁊ proprietatũ confusio. Licet igi
tur in xp̄o sit gratia gratũfaciens superaddita na
ture: qꝛ etiã est supaddita gratia vnionis: ⁊ ꝓpter
quã est filius per naturã ⁊ a qua proprie est filius
non autem est filius naturalis trinitatis per gra
tiã: que est superaddita nature: que solũ gratũ fa-
cit nõ debet ab hac gratia dici filius trinitatis vel

Ad tertium

spiritussancti. ¶ Ad hoc qđ obijcitur: ꝙ tãto ma-
gis efficitur filius ⁊c. dicendũ ꝙ intelligit̄ de filia
tione sm̄ ꝙ cõiter se habet ad filiatione͂ ꝑ gratiã
⁊ ad filiatione͂ per naturã: ⁊ qꝛ ceteris hoĩbus cõ-
uenit solũ esse filios per gratiã nõ filios per natu
rã: xp̄o autẽ homini cui nõ est datus spiritus ad
mensurã: per gratiã vnionis cõuenit esse filiũ pa-
tris per naturam: ideo magis effectus est filius ꝙ
alius. vñ in ps̄ sup illud. Me suscepit dextera tua.
glo. i. sapientia tua verbũ tuũ. In xp̄o em̄ homine

Ad quartum

⁊ nos in illo sumus assumpti: sed diuerso modo. il
le per vnione͂: nos per adoptione͂. ¶ Ad aliud dice͂
dum: ꝙ licet tota trinitas fecerit hoĩem illum: vn
de potest dici filius trinitatis per creationem siue
spiritussancti. hec em̄ cõceditur: iste hõ est filiꝰ spi
ritussancti ꝑ creatione͂: prout iste homo dicit sup-
positũ siue indiuiduũ hoĩs: nõ ꝑsonã filij. hec em̄
non conceditur: filius dei est filius spiritussancti
per creatione͂: qꝛ habitudines seu proprietates fi-
lij ⁊ spiritussancti nõ respiciũt se correlatiue. vnde
nullo modo dicendũ est filius dei filiꝰ spiritussan

Obijcitur.

cti. ¶ Si aũt obijciat̄. filius dei est homo ille qui
est filius spiritussancti per creationem: ergo est
filius spiritussancti per creationem. Dicendũ ꝙ
non sequitur: qꝛ ⁊ si aliqua que dicũtur de isto ho
mine dicuntur de filio dei: nõ tñ quecunqꝫ: vtpote
que dicta ponunt cõfusione͂ personaliũ proprieta
tũ: vel que impediũt habitudine͂ relationũ perso-
nalium: que accideret si diceretur filius dei filius
spiritussancti per creatione͂: qꝛ tunc eade͂ persona
esset spirator ⁊ filius respectu eiusde͂. ¶ Preterea
potest dici ꝙ est loqui de gratia xp̄i sm̄ ꝙ per eam
habitat in eo trinitas: ⁊ est loqui de ea sm̄ ꝙ per il
lam est vnio. primo modo est comparatio xp̄i ho-
minis ad totam trinitate͂: secundo modo est cõpa
ratio illius hominis ad diuinam personam. Se-
cundũ primã cõparatione͂ gratie iste homo est fi-
lius dei: nõ tamen cõuenit concedi ꝙ filius trini-
tatis propter ratione͂ predictam: qꝛ in hac compa
ratione nõ est filius patris vt patris: sꝫ sm̄ ꝙ deꝰ.
Nec filius filij vt filij: sed sm̄ ꝙ deus nec spiritus-
sancti similiter. ⁊ ideo non debet dici filius trinita
tis sed dei. Scđm secundã cõparatione͂ est compa
ratio ad diuinam personã per gratiã vnionis: ⁊ ꝑ
eande͂ gratiã est filius patris per naturã. ⁊ hoc ꝙ
dico iste homo supponit ipsam personam eternã.

Obijcitur.

¶ Ad qđ obijcitur de cõmunicatione ydiomatuꝫ
dicendũ ꝙ hec cõmunicatio nõ est generaliter om
nium: sed eorũ que absolute assignantur conueni-
re. Et sunt dispensatiue assumpta ad hominis re-
paratione͂: cuiusmodi sunt infirmitas siue penali
tas moriendi: patiendi fame͂: sitim ⁊ alia hm̄õi: ꝗ

Ad quintum

hominis congruunt reparationi ¶ Ad qđ obijci
tur. ꝙ ratione additionis medie nature: scꝫ anime
debet spũssanctus dici pater. dicendũ ꝙ nõ est si-
mile de naturis extremis ⁊ media: suprema em̄ na
tura prout est ipsius filij siue filius est de substan-
tia patris seu de ipso patre per conformitate͂ prin-
cipalem: ꝓpter qđ cõuenit illi modus essendi a pa
tre: ꝗ est ꝓprius filio. Similiter ⁊ infima natura:
scꝫ caro xp̄i est de carne ꝟginis. Habet em̄ esse sm̄
carne͂ a carne virginis ꝓpter qđ illi conuenit mo
dus essendi a beata virgine: ꝗ est ꝓpriꝰ filio. Sed
natura media scꝫ anima exit in esse per creatione͂
vñ nõ est ex aliquo per acceptione͂ esse de substan-
tia alicuius. vñ quantum ad aĩam nõ conuenit ei
modus aliquis qui sit propriꝰ filio. Qꝛ igit̄ filius
quantum

Ad sextum.

quãtũ ad naturã sup̄mã est de substantia patris:
quantũ ad carnem susceptã de substantia matris
dicitur filius patris ⁊ matris ratione illius dupli
cis nature habite siue modi existendi. ¶ Ad illud
quod vltimo obijcitur, quare non est filius spi-
ritussancti: ex quo est de spiritusan. dicendũ ꝙ esse
de aliquo dicitur tripliciter. Aut sicut de materia
aut sicut de substantia: aut sicut de potestate. So
lo medio modo esse de aliquo ponit filiatione͂: dũ-
modo addatur similitudo nature speciei: sm̄ ꝙ
dicit Ioh Damas. ꝙ generare est simile de sua sub
stãtia producere. Scđm primũ modũ producitur
pediculus de hoĩe. scđm modum scđm filius a pa-
tre: sm̄ modũ tertiũ opus siue affectus ab artifice
⁊ hoc vltimo modo dꝛ cõceptio de spũsancto sm̄ ꝙ

Hugo.

dicit Ambro. ⁊ Hugo. de san victo. in lib. de sacra-
mentis. Nõ idcirco pater xp̄i dicendus est: qꝛ eius
amor conceptione͂ virginis operatus est: ⁊ non de
sua essentia virgini seme͂ partus tribuit: sed de car
ne propria virgini substantiam ministrauit. Xp̄s
ergo ⁊ de virgine est natus: ⁊ de carne virginis car
nis substãtiam accepit. Spiritussanctus nãqꝫ vir
gini superuenit: vt per eius operationem caro xp̄i
de carne virginis formaretur.

Ad maiorem euidentiam.

Querit̄ qualiter grã dicat̄ naturalˀ xp̄o. Respõdeo.

predictorũ querit̄ hic incidenter de gratia xp̄i: quali
ter illi dicatur naturalis: cũ gratia ⁊ natura ex op
posito diuidant̄. ¶ Ad qđ dicendũ est: ꝙ naturale
dicitur duobus modis. Uel ꝙ est a natura: ⁊ hoc
modo gratia non fuit naturalis in xp̄o. Uel qđ est
per modũ nature: ⁊ hoc mõ grã dicitur naturalis
qꝛ sicut naturales vires insunt insepabiliter sub-
iecto: ita gratia inseparabiliter inest xp̄o. Natura
le etiã dicitur qđ est rei innatũ a principio sue con
ditionis: ⁊ hoc modo dicuntur habitus natura-
les qui inditi sunt anime a sua creatione. Secun-
duꝫ hũc etiã modũ dꝛ gratia xp̄o naturalis qꝛ ina

Queritur.

ta est xp̄o homini a conditione. ¶ Item queritur
quomodo dicitur xp̄s diuina gratia corporaliter
repletus. Hoc em̄ dicitur. ij Colo. In ipso habitat
oĩs plenitudo diuinitatꝭ corporaliter: cũ cõstet ꝙ
deitas non modo corporali habitet in xp̄o. ¶ Ad
qđ dicẽdum ꝙ illud intelligitur multipliciter sm̄
qđ habetur ibi in glo. Uno modo vt accipiat̄ tro-
pice: vnde dicit glo. Translato verbo vsus est ⁊ pro
pter cõpletione͂ vmbrarũ legalium figurarũ dicit
corporaliter: id est cõpletiue: qꝛ in ipso complent̄
oĩa vt quodãmodo sit corpus ⁊ impletio vmbra
rum legis. i. significationũ illarũ ipse sit veritas.
Alio modo vt accipiatur ad litterã. vnde dicit glo.
Dicit corporaliter qꝛ in xp̄i corpore qđ assumpsit
de virgine tanꝙ in templo habitat deus. Uel pos-
set alio modo intelligi: ꝙ dicitur corporaliter sm̄
modum trine dimensionis qua determinatur cor
pus. Est enim deus in rebus tribꝰ modis. In om-
nibus creaturis est per continentiam ⁊ conserua-
tionem. In sanctis est per gratiã ⁊ caritatem. In
xp̄o ꝟo est per vnione͂. Primus modus ꝯparatur
dimensioni longitudinis: qꝛ sm̄ illum modũ dicit̄
Sap. viij. ꝙ attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter ⁊
disponit oĩa suauiter. Secũdus modus cõpara
tur dime͂sioni latitudinis: qꝛ caritas est latitudo
spiritualis: vnde ps̄. Ois cõsummationis vidi fi-
nem latũ m. t. n. Tertius modus qui est per vnio-
nem cõparat̄ profunditati qꝛ ille modus intimus
est. Ephe. iij. Ut possitis cõprehendere ꝗ sit longi
tudo quãtũ ad primũ: latitudo quantũ ad scđm:
⁊ profundum quantũ ad tertium: vt sublimitas
referatur ad humanã naturã ꝗ sublimata est ad
vnionem cũ diuina: ⁊ profundum referatur ad di
uinam que intime ꝑ vnitate͂ persone vnita est ad
humanã: qꝛ ergo hoc triplici mõ est deitas in xp̄o
ideo dicitur repletꝰ gratia corporaliter: vñ in ps̄.
super illud. Mõs in quo beneplacitũ est deo habi
tare in eo. glo. Uerbum habitabit eũ. i. hoiem xp̄s
vsqꝫ in fine͂ qꝛ personaliter vnitus est ei: in quo ha
bitat oĩs plenitudo diuinitatꝭ corpaliter. Sic em̄
vtiqꝫ verbũ in carne vt etiã verbũ caro factũ solũ
diceretur. ideo hõ verbo in vnã ꝑsonã copularet̄.

Questio. ix. de sancti-
tate conceptionis.

Consequenter que-
rendum est de sanctitate cõceptio-
nis ⁊ hoc tripliciter. Primo quan-
tum ad sanctitate͂ concipiẽtis ma-
tris. Secũdo quantũ ad sanctitate͂
concepti filij. Tertio quantũ ad perfectione͂ dñici
corporis. ¶ Querit̄ igit̄ in parte ista. Primo quo
ruꝫ sit sanctificatio. Secũdo de sanctificatiõe bea
te virginis in quo statu potuit sanctificari. Ter-
tio de sanctificatiõe eius in conspectu saluatoris.
Quarto de ꝑfectione dñici corporis.

Membrum primum.

Querit̄ quorũ sit sanctificatio.

Primo queritur quoꝝ sit sanctificatio vt
pateat quid sit ⁊ in quo casu fuerit virgi
nis sanctificatio vel a quo fuerit sancti
ficata. Circa quod queruntur duo. Pri
mo vtrũ sanctificatio sit rei rationalis solũ. Secũ
do vtrũ sit rationalis rei que est xp̄s: an rei ratio-
nalis que est pura creatura.

Articulus primus.

Utrũ sanctificatio sit rei rationalis tantum.

Ad primũ arguit̄ sic. Cũ sanctificatio op
ponit̄ peccato vbi nõ erit peccatum: nec
erit sanctificatio Sed peccatũ nõ est po
nere in re irrationali: ergo nec sanctifica
tione͂: ergo sanctificatio solũ ẽ in re rõnali. ¶ Ad
oppositũ. In vltimo Exo: ⁊ fere ꝑ totã lege͂ inueni
mus tabernaculũ sanctũ ⁊ oleo vnctiõis sanctuꝫ:
⁊ vasa sancta ⁊ vestes sanctas: sicut vestes Aarõ et
hec oĩa sunt res irrationales. Sꝫ vbi est sanctitas
⁊ sanctificatio. Nõ ergo solũ ẽ in re rationali san-

Responsio ꝙ sanctitas multiplex.

ctificatio. ¶ Respõsio dicendũ. ꝙ sanctificatio ni
hil aliud est ꝙ motus ad sanctitate͂: sicut dealba-
tio dicit̄ motus ad albedine͂. Sed sanctitas dicit̄
quattuor modis. Est em̄ sanctitas per dedicatio-
nem ad cultum dei. Et est sanctitas per emunda-
tione͂ a peccato. Tertio modo dicitur sanctitas in
scriptura ipsa abstractio a carnali actu. Quarto

Sanctitas dedicatiõis cultus dei.

modo dꝛ sanctitas ꝑ ꝯfirmatione͂ in bonũ. ¶ Sã
ctitas ꝟo per dedicatione͂ ad cultũ dicit̄ cõmisisse.
vnde cõuenit ⁊ rei rationali: ⁊ irrationali: dũmo-
do sit dedicata ad cultum dei. Ab hac sanctifica-
tione dicebantur nazarei sancti: qꝛ dedicati erant
ad cultum dei vt habetur nume. vj. Nõ nõ debe͂t
nazarei bibere vinũ: nec radere comã: ⁊ postea ad-
dit de ritu eorũ ita faciet vnusquisqꝫ ad perfectio-
nem sanctitatis sue. Hoc etiã modo dicebant̄ sa-
cerdotes sancti: sicut ptꝫ. viij. Leui. Ubi loquitur
de consecratione sacerdotũ: qui sunt cultui diuino
mancipati vel dedicati: posuit laminã aureã cõse-
cratã in sanctificatione. Et hoc etiã modo dicunt̄
xp̄iani sancti: qꝛ dedicati sunt ad cultum dei in ba
ptismate. Hoc etiã modo dicuntur res irrationa-
les sanctificate tabernaculũ sanctũ ⁊ vasa sancta
Nume. vj. Cõpleuit moyses tabernaculũ vnxit et

Sctitas emūdata a peccato.

sanctificauit. ¶ Secunda est sanctitas per emundationē a peccato de qua habetur.vj.ad Ro. Nūc aūt liberati a peccato serui facti dei habet͛ fructū in sanctificatione. Et similiter ad Thessa.iiij. Nō vocauit nos deus in immūdiciā: sed in sanctificationē.

Et a carnali actu.

¶ Tertio modo est sanctitas ꝑ abstractionem a carnali actu. de quo Exod.xix. precipit moysi vt sanctificet populum. Vade inquit ad populū ⁊ sanctifica eos hodie ⁊ cras: ⁊ lauēt vestimenta. Et dicit glo. ꝙ sanctificatio ista erat abstinentia a mulieribus. De hac.j.Reg.xxj. vbi querit si mūdi sunt pueri maxime a mulieribus. Sunt ne vasa puerorum sancta. Et respōdet dauid. Et quidem si de mulieribus agitur cōtinuimus ⁊c.

Sāctificatio ꝑ cōfirmationem.

¶ Quarto modo est sanctitas vel sanctificatio per confirmationē in bonū ps. Dñe q̄s habitabit in taber.tuo: aut quis reqe.in mon.s.t. innocens manibus ⁊c. Per montē sanctū significat confirmationē. vnde sanctū vno modo idem est qđ cōfirmatū: sctm̄ alio modo grece: idē est qđ agyos: ab a qđ est sine: ⁊ gyos terra. vñ sctm̄.i. sine terra. Et per terram significatur peccatū vel culpa: hoc est sanctū ꝑ emundationē a peccato. Scđm ergo primū modum est sanctificatio rei rōnalis ⁊ irrationalis: ꝭm alios modos est solū rei rationalis.

Articulus secundus.

Vtrū sctitas sit rei rōnalis q̄ est xp̄s an pure creature

C Onsequenter queritur vtrum sanctificatio sit ipsius xp̄i: ⁊ videt͛ ꝙ nō. Dañ. ix. Cum venerit sanctus sctōꝝ. glo. dicit. Xp̄s q̄ est sanctus nō debet dici sanctificatus: ergo sanctificatio nō debet dici de xp̄o. ¶ Item sanctificatio est motus de non sancto ad sanctum: sed xp̄s nunꝙ̄ fuit nō sanctus. ergo non potest dici sanctificat᷑.

Contra.

¶ Cōtra Hiere.j. Priusꝙ̄ exires de ventre sanctificaui te. glo. Quidā hūc locum sup saluatorē intelligūt: qui priusꝙ̄ in vtero virginali formaret͛: ⁊ anteꝙ̄ exiret de vulua est sanctificatus. ¶ Itē.xij.Joh. ⁊ loquit͛ filius dei ad patrem. Ego ꝓ eis sanctifico meipsum. Glo. Augu. Ego me hoīem sanctifico in me verbo. Sed talis est sanctificatio xp̄i: ergo xp̄s est sanctificat᷑.

Responsio.

Solutio dicendū: ꝙ sanctificatio est motus ad sanctitatē. Hoc aūt pōt esse dupliciter: q2 oīs motus est ab aliquo in aliquid. Sanctificatio aūt dicit motū in sanctitatē: vñ sanctitas est terminus in quē ipsius sanctificationis. Sed motus in sanctitate dr̄: aliqñ de sancto in sanctū: aliqñ de nō sancto in sanctū. Et motus de nō sancto in sanctū est dupliciter: q2 nō sanctū pōt dici ꝑuatiue: siue contrarie vel negatiue. Nō sanctū negatiue pōt dici de eo qđ nō est: q2 illud qđ nō est. est nō sctm̄. Nō sanctū cōtrarie vel priuatiue dr̄ de eo qđ est tm̄ priuatū sanctitate: siue habēs cōtrariā dispositionē ad sanctitatē: sicut aliq̄s peccator. Sāctificatio v̄o de non sctō dr̄ vel q2 de nō sctō negatiue: vel de nō sctō priuatiue: siue cōtrarie. Sāctificatio v̄o q̄ est de non sancto negatiue illa fuit in xp̄o hoīe in ipsa incarnatione sua. s. quādo creabatur ei᷑ beata aīa: pri᷑ fuit dicere de ea nō sanctū: q2 prius fuerat nō ens. In sua aūt creatione fuit mutata de nō ente in ens ⁊ de nō sancto negatiue in sanctū. Et hoc mō loq̄tur glo. Hiere.j. Alio modo dr̄ sanctificatio mot᷑ de nō sancto priuatiue siue ꝯtrarie in sanctū: ⁊ ista sanctificatiōe sanctificatus fuit Johannes baptista in vtero: quia Johannes ante sanctificationē fuit priuatus sanctitate ⁊ habebat dispositionem cōtrariam: sc3 culpam originalem. Hoc etiā modo sanctificatur quilibet paruulus in baptismo. Hec autē sanctificatio nō fuit in xp̄o. q2 xp̄s homo nunꝙ̄ fuit ꝑuatus sanctitate. Sanctificatio vero que est motus in sanctitatē de sancto est dupliciter. Vno modo cum mouetur aliquis de minori sanctitate in maiorem sanctitatem. Alio modo nō q2 moueatur in maiorem sanctitatē: sed q2 mouetur in cōtinuationē sanctitatis.

Joh.xvij.

De sanctitate ꝑmo modo habemus Joh.xvij. vbi xp̄s orat patrem ꝓ apostolis dicens. Pater sanctifica eos in veritate. ⁊ tamē iam erāt sancti apostoli. Glo. dicit. Sicut gratia tua incepta est sanctificatio ꝑ quam iam non sunt de mundo: ita eadem gratia perseuerent in veritate. i. in sanctitate que est in ꝑseuerantia vt de sanctitate iusticie presentis perueniant ad sanctitatē iusticie finalis. Vnde pat3 ꝙ sanctificatio ibi dicit motum in maiorē sanctitatem. Loquendo autē de sanctificatiōe alia que est in cōtinuationem et extensionem sanctitatis: hoc modo sanctificantur illi qui sunt in patria: ⁊ nō est sanctificatio proprie motus. q2 tota simul in sc: sed propter cōtinuationē dicitur quasi motus. Illi enim qui sunt in patria semper cōtinuātur in sanctitatem. sicut lucere dicit quādam extensionē ⁊ cōtinuationē. ⁊ hoc modo est sanctificatio in xp̄o: cum dicit͛ in Johā. Ego ꝓ eis sanctifico meipsum. i. cōtineo me in sanctitate: vt a me recipiant sanctitatē. ⁊ in glo. similiter ego me hominē sanctifico in me verbo.

Membrum secundum.

De sctificatione btē v̄ginis in quo statu potuit sanctificari.

C Onsequēter queritur de sanctificatiōe beate virginis. In quo statu potuit sanctificari. Et circa hoc plura queruntur. Primū est an ante cōceptionem fuerit sanctificata. Secūdum est an in conceptione fuerit sactificata. Tertiū est an post cōceptionē ante infusionē anime fuerit sanctificata. Quartu3 an post aīe infusionē fuerit sanctificata in vtero matris sue. Quintū a quibus fuit sanctificata.

Articulus primus.

An btā virgo ante suā cōceptionem fuit sctificata qđ sic. Arg. primū.

AD primū ergo arguit͛ sic. xj. ad Ro. dicit͛ Si radix est sancta: ⁊ rami sunt scti. S3 sic se habēt parētes btē v̄ginis ad ipa3 sicut radix ad ramū. Si ergo in parētibus beate v̄ginis potuit esse sanctificatio ⁊ infusio sctitatis. ergo ram᷑. s. b. v̄go potuit in eis sanctificari. Sed q̄cq̄d potuit ei boni cōferri est ei collatū. ergo ipsa fuit sctificata in parētib᷑ suis ante cōceptionē.

Scđm.

¶ Itē. v. ad Ro. Nos peccam᷑ oēs in adā. ergo oēs peccamus in radice. Sed sanctificatio cū sit ꝑ infusionē gratie opponitur pctō. ergo nos oēs potuim᷑ sctificari in radice. ergo ⁊ beata v̄go: cū fortior sit gratia ad sctificationē ꝙ̄ culpa ad ꝯdemnationē. Sed quicq̄d potuit habere boni habuit. hoc supponim᷑: ergo fuit sanctificata in radice. sc3 in parētibus ante ꝯceptionē.

Cōtra. Bern.

¶ Contra. B. in epl'a. ꝯtra lugdunenses canonicos mouet questionē de sctificatione virginis dicēs. Dicitur ne sanctificata q̄tenus iā sctā cōciperet͛ ac per hoc sctūs vocaret͛ ꝯceptus: ⁊ obijcit ꝯtra hoc. Nō valuit ante sctā esse ꝙ̄ eēt. Sed nō erat anteꝙ̄ cōciperet͛: ergo nō potuit sctificari anteꝙ̄ cōciperet͛. ¶ Itē ephe.ij. Eramus oēs natura filij ire. S3 natura ista se extēdit vsq3 ad beatā virginē: ergo beata virgo fuit filia ire. Non ergo sanctificata ante cōceptionem in pentibus. Gratia ergo huius q̄ritur quare nō potuit sanctificari in parentibus.

Rn̄sio.

¶ Solutio. dicendū ꝙ duplex est sanctificatio. s. sanctificatio

sanctificatio nature. et sanctificatio ꝑsone. Sanctificatio persone est ꝑ presentem gratiā. Sanctificatio nature non erit nisi ꝑ futuram ecclesiam. q2 ibi sanctificabit͛ natura. s. in gloria. ꝓut innuitur. j. Cor.xv. In resurrectiōe eni sanctificabit͛ natura ipa q2 tūc fiet ꝭmo q̄ script᷑ est. Vbi est mors victoria tua: vbi est mors stimulus tu᷑: Et appellat stimulū fomitem. Sāctificatio aūt q̄ est ꝑ baptismū ⁊ que est per presentē gratiā nō est sanctificatio nature sed sanctificatio solū persone. sed fomes adhuc remanet post baptismu3 in natura ⁊ trāsfundit͛ ꝑ generationē in totā naturam ꝓpter hoc nō est generatio sine peccato q2 natura nō est sanctificata: ⁊ per generationē transfunditur natura: ideo necesse est vt qđ generat͛ in generatione cōtrahat peccatū. Et ꝓpter hoc beata virgo non potuit in parētibus suis sanctificari. immo necesse fuit ꝙ in generatione sua cōtraheret pctm̄ a parētibus. Erat etiā in ipis ante conceptionē ꝙ̄tum ad rationē nature ⁊ nō ꝑsone. ⁊ ꝓpter hoc in ipis sanctificari nō potuit.

Sol͛. ad. j.

¶ Ad primū obiectu3 dicēdum ꝙ est sanctitas nature ⁊ ꝑsone. Licet ergo radix sit sancta ꝙ̄tū ad ꝑsonā non tamen ramus est sanctus. Sed radix beate v̄ginis. i. parentes eius nō potuerūt sanctificari ꝙ̄tū ad naturā: sed ꝙ̄tu3 ad personā. Cum ergo natura in parētibus sit radix ipa. a qua ꝓcedit per generationē. cū illla non potuerit sanctificari: nec beata virgo in illa radice. Et iterū loquit͛ apl'us ibi de iudeis ⁊ cōtra illos q̄ despiciebāt iudeos afferētes ꝙ nō saluarent͛. ꝓpter qđ ostendit apl'us ꝙ iudei aliquando saluabunt͛. q2 radix. s. parentes eoꝝ sicut scti patres saluati sunt. ergo rami saluabūtur sc3 iudei. q2 sunt aliquādo imitaturi fide3 sanctoꝝ patrū. ⁊ hoc est ꝭm viā predestinationis: ⁊ nō nature. q2 ita preordinatū est a deo. Nec loquit͛ de oībus iudeis: s3 in genere loq̄tur. q2 aliquādo saluabūtur. ⁊ sic patet ꝙ nō facit hec autoritas ad ꝓpositū.

Ad scđm.

¶ Ad aliud dicendū sicut dictū est ꝙ peccatum ꝑsone corrumpit naturā sicut peccatū ade. q2 ab eo dependebat tota natura hūana. Sanctificatio vero que est ꝑfectio ꝑsone nō potuit sanctificare natura3. vnde si adā esset sanctificatus: nō ideo esset sanctificata natura humana. vnde sanctificatio ī radice redit in sanctificationē persone: ⁊ nō nature. quare ergo nō educitur ratione persone sed ratione nature. vnde vis generatiua est vis nature ⁊ nō persone nisi ratione nature. ideo nō potuim᷑ in adā sanctificari. nec eadē ratione beata v̄go in parentibus suis. q2 educimur ex parte illa ex qua nō est sanctitas. s. ꝑ viam nature. Via aute3 nature nec natura potuit sanctificari per adam.

Articulus secundus.

Vtrū btā virgo in sua cōceptione sit sctificata.

C Onsequēter queritur vtrū beata virgo potuit sanctificari in cōceptione sua. et ostendit bea. B. ꝙ nō. dicēs. Forte inter amplexus maritales sanctitas ipi cōceptioni se immiscuit vt simul sanctificata fuerit ⁊ cōcepta. ita forte dicet͛.

Nō post cōceptionē sit sanctificata.

¶ Sed ꝯtra hoc obijcit sic Sed hoc inq̄t non admittit ratio quomodo nāq3 aut sanctitas absq3 spū sanctificante aut sancto spūi societas cum peccato fuit. aut pctm̄ quō non fuit vbi libido nō defuit.

Bern.

¶ Itē. B. Ante cōceptionē mīme sanctificari potuit. q2 nō erat: sed nec in ipo cōceptu ꝓpter pctm̄ qđ inerat. Restat ergo vt post ꝯceptū ī vtero iā existēs sctificationē accepisse credat͛ que excluso peccato sanctā fecit natiuitatē: nō tamen cōceptionē. ergo post cōceptionē nō in cōceptione fuit sanctificata. ¶ Itē. B. per ꝯparationē ad xp̄m. Si paucis filioꝝ hominū datu3 est cū sctitate nasci: nō tamen concipi. vt vni sane seruaret͛ ꝓrogatiua sancti cōceptus vel sanctificationis in cōceptu. Cū ergo xp̄s habeat ꝓrogatiuā sancti cōceptus: patet ꝙ aliq̄s ali᷑ nō fuit sanctificatus in cōceptu ergo nec beata v̄go. ¶ Itē. B. Solus iesus de spū. s. cōceptus. q2 solus ante ꝯceptū sctūs. quo excepto respicit vniuersos. qđ vnus hūiliter cōfitet͛ In iniq̄tatibus ꝯceptus sum ⁊ in peccatis cōcepit me mater mea. Solus ergo xp̄s cōceptus est absq3 peccato. nō ergo. b. v̄go fuit in suo ꝯceptu sctificata. ¶ Itē si. b. v̄go nō fuisset cōcepta in peccato: ergo nō fuisset obligata peccato nec hūisset reatū pcti. Si ergo qđ nō h3 reatū peccati nō indiget redēptione. q2 redēptio est propter obligationē ad pctm̄ ⁊ ad reatū peccati. ergo non indigeret redēptione ꝑ xp̄m. qđ ꝭm catholicā fidē nō est ponēdū. ¶ Itē saluator noster sicut ꝓ liberādis oībus venit. ita nullū a reatu liberu3 repit. ergo nec beatā virginē inuenit liberā a reatu pcti. ergo cōcepta fuit in peccato. nō ergo sanctificata fuit in cōceptu suo.

Contra.

Ad oppositū. Coitus cōiugalis pōt esse meritori᷑ sicut dicit Aug. vt fuit ī abrahā. qñ Sara cōcepit ysaac: q2 hoc fecit ex obedientia. Sed vbicūq3 est meritū: ibi est gratia mouēs. vbicūq3 est gratia mouēs: est ibi presentia spūssancti. Sed vbicunq3 est ꝑsentia spūssancti: ibi potest esse sanctificatio. ergo in coitu coniugali pōt esse sanctificatio. Cū ergo gloriosa v̄go cōcepta fuerit in coitu cōiugali: ibi potuit sanctificari: sed quicquid potuit ei dari datum est ergo datum est ei ꝙ esset sanctificata in conceptu suo.

Triplex coit᷑ cōiugalis.

¶ Item vt distinguūt theologi. Coitus coniugalis est tripliciter. Aliqñ est meritorius. aliquando licitus aliqñ illicitus. Et intelligat͛ illicitus coiter ꝙ̄tu3 ad veniale pctm̄ ⁊ mortale. Coitus v̄o meritori᷑ est dupliciter. Quia aliquādo fit causa ꝓlis suscitande ad cultu3 dei. sicut si hō moueret͛ per charitatē ad suscitādū ꝓlem ad cultu3 dei in coitu maritali vel ꝯiugali: iste coitus esset meritorius: sicut fuit in abrahā q̄ suscitauit ꝓlē dño. ⁊ ipm̄ ad hoc mouit charitas vt generaret filiū. q̄ seruiret deo.

j. Cor. vij.

Alius est cā reddēdi debitū vxori. ⁊ de hoc habet͛. j. Cor. vij. Vxori vir debitū reddat vñ si aliq̄s hō moueretur ad coitū. non cā libidinis sue. sed vt ꝑ hoc redderet vxori sue debitu3. qđ ei debet. q2 vir nō habet potestatē corporis sui sed mulier ⁊ ecōuerso. moueretur ex iusticia. vnde coitus ille ei esset meritorius. deest etia3 coitus qui dicit͛ licitus. sicut quādo mouetur homo ad coitum coniugalem causa fornicationis vitande. ꝭm ꝙ dicit apl's. j. Cor. vj.

j. Cor. vj.

Vnusquisq3 habeat suā ꝓpter fornicatione3. Est coitus ꝯiugalis qui dicit͛ permissus. sicut dicitur coitus fragilis. vt cum aliquis coit cu3 vxore sua non causa vitande fornicationis: nec propter aliquam causam predictam. sed quia querit in vxore sua delectationem suam. quā tamen in altera3 non quereret. postponēdo tamē delectationē suā illi delectationi que est in deo. ⁊ ad coitū istum sequitur peccatum. quia delectatur in creatura. sed tamen veniale. eo ꝙ postponit illam delectationem delectationi que est in deo. Est alius coitus qui dicitur prohibitus. sicut quādo aliquis coit solum cū vxore sua causa libidinis explende. sicut faceret cum meretrice. ⁊ querit in ea delectationē per meretricas blandicias. sicut faceret cū meretrice. ⁊ ad tale coitum sequitur pctm̄ mortale. Ex his ergo habem᷑ ꝙ aliq̄s est coitus ꝯiugalis meritorius. Sed vbi est meritum ibi mouet gratia. ⁊ ibi est presentia spiritussancti. et ita sanctificatio

ergo in aliquo coitu potest esse sanctificatio.ergo beata virgo potuit in cõceptu sanctificari. qꝛ potuit esse meritorius cõceptus.sed datū est ei om̄e bonū qđ potuit.ergo in ꝯceptu sanctificata fuit.

Responsio.

¶ Rn̄sio. Supposito ꝙ alibi disputatur ꝙ coitus cõiugalis possit esse meritorius distinguendū.ꝙ est cõsiderare coniugalem coitū meritoriū ſm ꝙ est actus persone vel nature. Prout est actus psone sic est ibi volūtas mouēs Prout actꝰ est nature.sic est ibi natura mouēs:sed differēter.quia inq̄tum est ille actus a volūtate mouente:sic etiam ibi mouet charitas inq̄tū est a natura mouente: sic etiam ibi mouet fomes peccati.quia sic ille actus ordinatus est ad peccatū Ade ⁊ ex fomite peccati. Uolūtas enim mouet ibi ſm ordinem charitatis.⁊ a parte illa est meritorius. Natura autem mouet ibi ſm inordinationē fomitis. ⁊ a parte illa est libido in coitu ⁊ peccatū. Sed cõceptio sequitur ad coitū;⁊ respicit naturam mouentē: ⁊ non volūtatem. Conceptio enim dicit commixtionē. que est in principijs seminalibus viri ⁊ mulieris. que commixtio fit per naturam.⁊ ideo natura est mouēs coniunctum in conceptione. A parte autē illius cõmixtionis est libido. Et propter hoc dicit B. Quomodo peccatū non fuit vbi libido non defuit. Licet ergo coitus ex vna parte posset esse meritorius nunq̄ tamē cõceptio poterit esse meritoria:⁊ ita nec sanctificatio in cõceptionē. Et ideo beata ỽgo i sua cõceptiõe sanctificari nõ potuit.

Articulus tertius.

An btā virgo post suā cõceptionē añ aie ifusionē fuit sctificata.
Arg.primū.

Consequēter queritur vtrum beata virgo post suā conceptionē fuerit sanctificata ante infusionem aīe.ita ꝙ caro eius esset sanctificata anteq̄ infunderetur anima in ea. Et ostēditur ꝙ sic.sicut in Luce.j.habetur de beato Jo. quādo beata virgo salutauit Elizabeth post annūciationē angeli ei factā.s.ꝙ conciperet saluatorē:exultauit in gaudio infans in vtero.dicit glo. Nondū in eo erat spiritꝰ vite.⁊ tamē iam erat spūs gratie. Si ergo qđ datū est Johi nõ debet denegari gloriose ỽgini:patꝫ ꝙ ante anime eius infusionē in carne fuit caro eius sanctificata

Scōm.

¶ Item Hiere.j.dixit dn̄s ad hiere. Priusq̄ te formarē in vtero noui te.⁊ priusq̄ exires de vētre sanctificaui te Sed noscere dei est dupliciter.qꝛ est noticia simpliciter:⁊ est noticia approbationis. Noticia simpliciter est qua nouit bona ⁊ mala indifferēter. Noticia approbatiõis est qua solū nouit bona.⁊ qua approbat ipa bona:ſm quā dicit dominus Math.xxv. Nescio vos Cõstat ꝙ dominꝰ loquitur ad hiere.de noticia approbationis. Sed illa nunq̄ est nisi de bono. ergo iaꝫ erat hieremias in statu bono anteq̄ esset formatus i vtero. Sed ante formationē corporis nõ infunditur anima.ergo ante infusionē aīe erat in statu bono. Sed qđ datū est hiere.nõ debuit negari beate ỽgini. ergo ipa fuit sanctificata in vtero ante infusionē aīe.

Contra.

¶ Cõtra. Nihil pertinet ad gratiā qđ nõ ꝑtinet ad gloriā quia gratia ordinata est ad gloriā. Sed Aug.dicit in li.de ciui.dei de abortiuis ꝙ nõ. pertinēt ad gloriā resurrectiõis.qꝛ nihil ꝑtinet ad gloriam resurrectionis nisi qđ cecidit per mortē. sed illi nõ ceciderūt per mortē:qꝛ nūq̄ habuerūt vitā. vnde nõ ꝑtinent ad resurrectionis gloriā. Similiter cū caro ante infusionem anime nullo mõ ꝑtineat ad gloriā qꝛ dato ꝙ nunq̄ animetur nūq̄ glorificabitur.ergo nullo mõ ꝑtinet ad gratiā. Sed sanctificatio est ꝑ gratiā ergo ante infusionē aīe non põt sanctificari. ¶ Itē.xxj.Exo. hēmus legem de percutiēte mulierem pregnantē. et distinguit ibi in glo.ꝙ si puerpium fuerit informe:ille nõ debet dānari nec iudicatur hõicida.sed solum punitur pena pecuniaria:⁊ nõ morte. Si aūt puerperiū fuit formatū:ille debꝫ iudicari homicida. Ante informationē autem non est fetus aīatus. Uidemus ergo ꝙ lex dei nõ computat fetū ante aīationem. ergo nullo modo põt sanctificari ante aīationē.

Rn̄sio.

¶ Solutio dicendū ꝙ caro ante aīationē nullo modo põt sanctificari.⁊ ratio huiꝰ est :qꝛ corpus nostrū de se est corruptibile:nec habet de se naturam ꝑpetuationis ad esse. Sed necessitas perpetuitatis esse inest ipi ex vnione ad aīam rationalem:que est substātia perpetua.vnde ex hoc ꝙ ꝑficitur imprimitur ei vita rationalis.ex vnione retinet corpus humanū possibilitatē ad vitam perpetuā ⁊ necessitatē resurgēdi:sic autē non est in corporibus alijs aīatis.qꝛ nõ habent ordinē nec vnionē ad formā perpetuam.qꝛ aīa vegetabilis ⁊ sensibilis.q̄ sunt perfectiones alioꝝ corporum aīatorū sunt corruptibiles. Patet ergo ꝙ corpus humanum accipit ex vnione ad animā possibilitatē ad gloriam. Cum igitur gratia ordinetur ad gloriā :similiter accipiet possibilitatē suscipiendi gratiam per vnionē sui ad animā. Sicut ergo corpus ante aīationem non habet conditionē ꝑ quam possit ordinari ad gloriā.similiter nec conditionem per quā possit ordinari ad gratiam.ergo ante aīationem nõ põt suscipere gratiam.ergo nec sanctificationem:cū sanctificatio sit per gratiam.

Sol.ad.j.

¶ Ad illud qđ obijcitur de Johē dicendum sicut patet in litera.ꝙ tūc erat sextus mensis Johis quando missus fuit angelus ad Mariā ⁊ post eius salutationem accessit ipa ad Elyzabeth ⁊ salutauit eam :⁊ ad vocē ipius exultauit puer in gaudio in vtero Sed sicut dicit Aug.iuxta sententiam medicorū corpꝰ formatur vsq ad.xl.dies quo formato anima infunditur. Et sic sexto mense est corpus animatū: ⁊ viuificatū ergo in Johe erat iam aīa et spiritus vite. Sed tūc queritur quomodo dicit glo.ꝙ nondum in ipo erat spūs vite. Dicendum ꝙ aliquando dicitur res esse quando innotescit.aliquādo non esse cū non innotescit. Qđ ergo dicitur ꝙ nondū erat in ipo spūs vite:hoc est verum q̄tum ad manifestationē qꝛ nõ adhuc innotescebat ꝙ haberet spiritū vite. q̄tum vero ad vegetationē ⁊ viuificationē erat ibi spūs vite sed nõ apperebat q̄tū ad motū.

Ad scōm.

¶ Ad aliud qđ obijcitur de hiere. Priusq̄ ⁊c. noui te.dicēdum.ꝙ ibi loquitur de noticia approbationis. Sed noticia approbationis est duplex. quedā ſm predestinationē.quedam ſm presentē iusticiā.prima non ponit bonū in actu:sed bonū futurū.secunda ponit presentis gratie bonum in actu cognito. Cū ergo dicit priusq̄ ⁊c.noui te.intelligitur de noticia approbationis ſm predestinationē: que non ponit bonum vel gratiam in presenti actu.sed in futuro ipso cognito. Illud ergo noscere non ponit sanctificationem in Hiere.ante formationem:sed in futuro ſm predestinationem.⁊ hoc est qđ dicit.b.B.de hiere. Pulchre inter figurationem in vtero.⁊ ꝑturitionem ex vtero diuinum distinxit oraculum.vt illā tm̄ precognitam.s.figurationem vel formationē istam.s.parturitionem sanctitatis munere preornatam ostēderet.ne quis ꝓphete prerogatiuam putauerit de sola prescientia existimādam. Et sic patet ꝙ ante figurationem fuit tantummodo sanctificatio in Hiere.vt precognita ⁊ approbata et non in actu. sicut possum dicere. ꝙ ante creationem mūdi nouit nos noticia approbationis.

Articulus.iiij.

Articulus quartus.

U.post infusionem aie in vtero matris sue fuit sanctificata.

Consequenter queritur an post infusionē aīe fuerit sanctificata in vtero matris sue. Quis ista q̄stio mota sit primo lib. in tractatu de trinitate. vbi queritur.quomodo deus sit in rebus ꝑ gratiā ⁊ ostēditur ꝙ nõ fuit sanctificata sicut dicit Augu.ad dardanum Nõ video quomodo edificentur hoīes in domū dei ad habendū in se inhabitātem deum:nisi cū fuerint renati.qđ nõ possunt esse anteq̄ nati. Ex hoc sic obijcitur.

Obiec. Aug. Argu.j.

Nullus põt habere deum inhabitantem in se nisi fuerit renatus.nec potest esse renatꝰ anteq̄ natus ergo nullus anteq̄ natꝰ põt habere deū inhabitantē in se. Si ergo deꝰ inhabitat per gratiā:nullus in vtero anteq̄ sit natus põt habere gratiā. Cum ergo sanctificatio sit per gratiā inhabitantē:patet ꝙ beata ỽgo in vtero matris sue ante suā natiuitatē nõ potuit sanctificari. ¶ Itē Augu.ad dardanum. Illa sanctificatio qua efficimur singuli tēpla dei nõ est nisi renatoꝝ.qđ non nisi nati homines esse possunt. ¶ Sed posset dici qđ legitur ꝙ Joh.⁊ Hiere.fuerunt sanctificati in vtero anteq̄ essent nati. Cõtra quod Aug.obijcit hoc modo.de hominibꝰ ꝯstitutis intra materna viscera.vtrū existimemus eos aliquo sanctificationis modo donari ⁊ hoc ꝓpter Jo.⁊ hiere.tamē illa sanctificatio qua efficimur tēpla dei nõ est nisi renatorum.qđ non nisi nati hoīes esse possunt. Sed illa sanctificatio est ꝑ receptionem gratie. qꝛ ꝑ receptionē gratie efficimur tēpla dei. ergo beata virgo invtero nõ potuit recipere gratiā nec sanctificationē ante suā natiuitatem. ¶ Posset dici ad hoc ꝙ duplex est natiuitas scilicꝫ natiuitas in vtero : et natiuitas ex vtero. Sanctificationem autem ante natiuitatem invtero nemo potest habere. sed ante natiuitatem ex vtero potest. quia iam est infusa anima invtero carni. Et ita dicitur de christo Matth.j. Quod in ea natum est de spiritusancto est. Cõtra opponit Augu. hoc modo. Huic natiuitati q̄.s.est in vtero iam accedit secūda natiuitas q̄ est ex vtero.ergo iā nõ erit scđa natiuitas illa ꝑ quā renasci dicimur:sed tertia. Dn̄s aūt cū huic loqueretur inquit. Nisi quis renatꝰ fuerit denuo ⁊c.eā cõputās primā natiuitatē que fit matre pariēte nõ concipiēte. q̄ fit ex ea:nõ q̄ fit in ea ergo renasci dicitur respectu natiuitatis ex vtero q̄ est matre pariēte:⁊ non respectu natiuitatis in vtero. ¶ Itē iam diceretur tertia natiuitas.quā dominus vocat scđam.ergo cū non possit aliq̄s sanctificari anteq̄ renasci. nõ põt aliq̄s sanctificari in vtero. ¶ Itē si hõ regenerari in vtero põt ꝑ gratiā.cum restat illi adhuc nasci:renascitur anteq̄ nascatur qđ fieri nullo modo põt ergo nec sanctificari põt per gratiā spūs anteq̄ nascatur.qꝛ sanctificari nõ est nisi renasci.ergo virgo nõ potuit sanctificari in vtero. ¶ Itē obijcit Aug.de sanctificatiõe hiere.dicēs. Illa sanctificatio põt nõ incõuenienter ſm ꝑdestinationē intelligi.sicut filios dei appellat euāgeliū nondū renatos. sed ꝑdestinatos solū.cū dicit Joh.xj. Xp̄s erat moriturꝰ vt filios dei ꝯgregaret in vnū.hic vocat filios dei ſm ꝑdestinationē solū.s.nõdū regeneratos.ego sitr in illa sctificatiõe ꝯueniēter põt intelligi. Nõ est igitur instātia de hiere.ꝙ possit fieri sanctificatio ante natiuitatē ex vtero.

Hiero.

¶ Itē hiero. Nõ credas mihi qđ dixero tibi:nisi traxero de nouo vel veteri testamēto. Sed de sctificatiõe ỽginis in vtero nihil inuenitur nec in nouo nec in veteri testamēto.ergo nõ debet credi fuisse sanctificata i vtero. ¶ Ad oppositum. Ber.in ep̄la ad canonicos lugđ. Ego de Hieremia ꝓusq̄ exiret de vulua sanctificatus sit. ⁊ de Joh.bap.nõ secus sentio.qui deū in vtero sensit. ¶ Item hiere.j.dixit dn̄s hiere. Priusq̄ exires de vētre sanctificaui te. Glo. Johes etiā sanctificatus fuit in vtero:⁊ spm̄sctm̄ accepit. ¶ Itē Luc.j. vbi dixit helyzabeth ad mariā. Ut autē facta est vox salutatiõis tue in auribus meis. exultauit infans in gaudio in vtero meo.dicit glo. Ambrosij. Nõ ꝓus mater est repleta spū.s.q̄ filius:sed filius repletus replet ⁊ matrē:⁊ apparet qđ angelꝰ dixerat.ꝙ spū.s.replebitur adhuc ex vtero matris sue. Ex his ergo patꝫ ꝙ iohes fuit sanctificatus in vtero: ⁊ similiter hiere. ¶ Ex his sic arguit. B. Qđ paucis mortaliū cõstat esse collatū:fas certe nõ est tāte virgini fuisse negatū. Sed cõstat alijs collatā esse gratiā sanctificationis in vtero sicut Jo.⁊ hiere.ergo sanctificatio in vtero fuit collata virgini. ergo mater domini ꝓculdubio ꝓus fuit sancta q̄ nata. ¶ Itē Ber. Non fallitur oīno sancta ecclesia celebrans sanctā eius natiuitatis diem. Sed statui in peccato nõ debetur gaudiū nec solennitas sꝫ luctꝰ.ergo cū natiuitati beate ỽginis debeatur gaudiū ⁊ solēnitas:ptꝫ ꝙ eius natiuitas fuit sctā. ergo beata virgo prius fuit sancta q̄ nata.qꝛ si esset nata in pctõ potius esset flendū de sua natiuitate q̄ gaudendū. ¶ Itē Ansel.in li.de ꝯceptu virginali. Decebat vt illius hoīs cõceptio de matre purissima fieret ea puritate:qua maior sub deo neq̄t intelligi. Et ponit rationē huius. Cui deus pater vnicū filiū.quē de corde suo genuit equalē sibi ita dare disponebat:vt naturaliter esset vnus idemq̄ cõmunis dei p̄ris ⁊ virginis filius:⁊ quā substantialiter filius sibi matrē facere eligebat.⁊ de qua spūssanctus opaturus erat.vt de illa cõciperetur et nasceretur ille:de quo ipse ꝓcedebat.⁊ ꝓpter hoc decebat vt illius hoīs.s.xp̄i cõceptio de matre purissima fieret:qua puritate nulla maior possit intelligi sub deo. Sed si nõ esset purificata ⁊ sanctificata in vtero:intelligeretur maior puritas in Johāne. ⁊ Hiere.q̄ in virgine. Si ergo in illis nõ põt intelligi maior puritas q̄ invirgine.relinquitur ꝙ prius fuit beata virgo sctificata q̄ nata. Solutio. Cõcedendū est ꝙ gloriosa virgo ante suam natiuitatē post infusionē aīe in suo corpore fuit sanctificata in vtero matris sue.⁊ cõcedendū etiā ꝙ maiori dono gratie fuit ditata q̄ aliquis alius

Ad obiectum Augu.
Sol'ad.j.

¶ Ad rationes aūt Aug.dicendū.ꝙ est regeneratio que est ꝑ gratiā sacramentoꝝ. ⁊ hec est ſm legē cõem. Est alia que est per gratiā spiritussancti.et hec est ſm legē priuatā.qꝛ sicut dicit Aug. Deus non alligauit ỽtutē suā sacramētis. Unde q̄uis dederit virtutē sacramētis ⁊ potētiā sanctificādi. nihilominus potest ipse iustificare per gratiā spiritussancti sine susceptione sacramēti.vnde sine sacramēto põt dare gratiā.dicendū ergo ꝙ Aug.loquitur de regeneratione vel sanctificatiõe.que est ſm legem cõmunē.⁊ nõ ſm legem priuatā. qđ patet qꝛ dicit illa sanctificatio qua singuli efficimur templa dei ⁊c.et per hoc ꝙ dicit singuli:signat q̄ illa sanctificatio pertinet ad omnes.⁊ vult dicere ꝙ illa sctificatio que pertinet ad oēs non põt esse nisi fuerit homo natus.quia hoc est ꝑ gratiā baptismatis:sed nullus potest baptizari in vtero. Et similiter cum dicit Augu.de hominibus constitutis ⁊c. vult distinguere ꝙ est sanctificatio priuata:⁊ cõmunis.⁊ non vult dicere ꝙ Joh. et Hiere. nõ fuerint in vtero sanctificati sanctificatiõe priuata.sed ꝙ nõ fuerunt sanctificati in vtero sanctificatione cõmuni.que est ſm legem cõmunē ꝑ su

sceptionē sacramēti.vnde cū dicit.illa sanctifica-
tio qua singuli ⁊c.Et cum dicit . vtrū estimemus
eos ⁊c.vult dicere ꝙ sanctificatio ptinens ad oēs
nō pōt esse nisi hominis nati.qꝛ est per sacramen
ta.Sed illa que est p gratiā prerogatiue spiritus-
sancti:pōt esse in vtero.Et similiter illa verba ac-
cipit.nisi quis renatus fuerit denuo ⁊c. intelligit
de regeneratione vel sanctificatiōe.que est ſm le-
gem cōmunē que est per sacramētū baptismatis.
qđ patet per illud qđ sequit̃ ex aqua ⁊ spiritusan-
cto.Sanctificatio aūt beate virginis Jo. ⁊ hiere.
fuit ꝓrogatiue per gratiam spiritussancti ⁊ per le
gem priuatā:⁊ maxime sanctificatio beate virgi-
nis.¶ Ad aliud dicendū.ꝙ ⁊ si sanctificatio bea-
te ꝟginis in vtero nō legat̃ expressa. legitur tamē
in significatione.ps.Sanctificauit tabernaculū
suū altissimus.qꝛ ꝑfigurata fuit in multis locis
in veteri ⁊ nouo testamēto .Similiter legit̃ in ra-
tione fidei in veteri ⁊ nouo testamēto.Nā legitur
de Jo.⁊ Hiere.ꝙ sanctificati fuerint in vtero.sed
qđ alijs est cōcessum:non est tante ꝟgini negatū
⁊ ita fides est ⁊ ratio fidei qꝛ credēdū est:ex quo illi
fuerūt sanctificati in vtero ꝙ similirer beata ꝟgo
⁊ multo fortius fuit sanctificata in vtero.

Ad auto. Hiero.

Articulus quintus.

Querit̃ ꝗbus fuit sctificata aut ꝑseruata.

C Onsequēter queritur a quo fuit sancti-
ficata in vtero. Ad qđ sic. Nō est dubiū
quin beata ꝟgo in ꝑma sanctificatione
fuerit sāctificata a culpa.questio est er-
go vtrū in ꝑma fuit sanctificata a fomite.Et ostē
ditur ꝙ sic.B.Decuit reginā virginū absq̧ om-
ni peccato ducere vitā.Sed si post primā sanctifi-
cationē remansisset fomes :remāsisset inclinatio
ad peccatū necessario.qꝛ fomes est inclinatiuꝰ ad
peccatū adminus veniale ineuitabiliter. Si ergo
remāsisset fomes:nō posset vitā ducere absq̧ om-
ni peccato adminus veniali.ergo post primā san-
ctificationē non remāsit fomes sed fuit sanctifi-
cata ab illo.¶ Itē.B. Puto ꝙ copiosior gratia
sanctificationis in ipam descēdit.que non solum
eius sanctificauit ortū.sed ab omni peccato dein-
ceps custodiret immunē.¶ Contra. Incōueniēs
est tendēti ad summā perfectionem remouere pro
motiuū ad virtutē.Sed beata virgo debebat ten-
dere ad summā perfectionē.ergo ab ea nō debuit
remoueri illud qđ est ꝓmotiuū ad virtutē .Sed
fomes est ꝓmotiuū ad virtutē:qꝛ sicut dicit Aug.
hac ratione remanet fomes in nobis post bapti-
smū.s.ad exercitiū virtutis. ¶ Itē sicut habet̃.j.
Luce.Tuā aīam ipsius pertransibit gladius.Su
per hoc dicit damas.Dolores quos virgo effugit
pariēs hos in xpi passione sustinuit.Passio ergo
ista vel gladius pertrāsiuit aīam virginis sicut car
nē xpi.Sed gladius ptrāsiens aīam magis pene
trat q̄ penetrās corpus vel carnē.ergo maiorem:
habebat virgo passionē vel dolorē q̄ si gladiꝰ ille
penetrasset carnē eius.ergo virgo habuit pertur-
bationē in aīa ex summo dolore .Sed pturbatio
est effectus fomitis adhuc remanentis.ergo post
primā sanctificationē habuit fomitem vel remā-
sit fomes in aīam virginis.¶ Itē Aug.in q̄stioni
bus noui et ve.testamē. Luce.ij.ꝙ dicit Symeon
ad Mariā. Tuam ipius animā pertransibit gla-
dius ⁊c.hoc vtiq̧ signauit.quia etiam. Maria p
quā gestum est ministeriū incarnationis saluato
ris in morte dn̄i dubitaret.nō tn̄ in dubitatiōe ꝑ-
maneret.Sicut enim aīam ptrāsit gladiꝰ. si dubi
tatio nō ꝑmaneat in cogitatione sed pellat̃ supue
niente reformāte se pristina ꝟtute.Sed dubitatio

Bern.

Cōtra. primū

Scđm.

Tertium.

circa fidē ꝓcedit ex vitio fomitis .¶ Solutio. di-
cendū.ꝙ fomes respicit naturā ⁊ respicit personā **Rn̄sio.**
In ꝑma aūt sanctificatiōe nō remouebat̃ fomes
a virgine inq̄tū respicit naturā:sed in scđa : qꝛ in
scđa mūdata fuit caro eius vt est principiū ad car
nē aliā.⁊ hoc vt de ipā carne virginis sumeret̃ ca-
ro sine peccato:q̄ verbo vniret̃.Fomes aūt ꝓut re
spicit ꝑsonā duplicē habet effectum.quorū vnus
est ꝓnitas ad malū.secūdus est difficultas ad bo
nū de primo effectu habet̃ Gen̄.viij. Proni sunt
sensus hoīs ad malū ab adolescētia sua.De vtro
q̧ etiā dicit apl's ad Ro.vij. Non enim qđ volo
hoc ago bonū hoc dicit ꝑpter difficultatē ad bo
nū.Sed qđ odio malū illud facio.hoc dicit ꝑpter
ꝓnitatē ad malū.Forsitā sicut dicūt.nō omnino
fomes extinguebat̃ in persona p gratiam prime
sanctificationis sed solū quātum dicit ꝓnitatem
ad malū.In scđa vero quātum ad difficultatē ad
bonū.vnde q̄ntū ad hoc post primā sanctificatio
nem nō posset peccare:sed extingueretur tota pro
nitas:q̄ est ad malū:tamen adhuc post illā remā
sit difficultas ad bonū:que remota fuit in secūda
sctificatiōe.Credo tn̄ firmiter ꝙ btā ꝟgo in ꝑma
sanctificatione q̄ntū ad suā personā ita purgata
fuit ⁊ a peccato ⁊ a fomite:ꝓut dicit pronitatē ad
malū ⁊ difficultatē ad bonū ꝙ nihil in ꝑsona sua **Sol̃.ad.j. Cōtra.**
remāsit purgandū:sed solū in natura.¶ Ad obie
ctū ergo dicendū.ꝙ est ꝓmotiuū virtutis duplici
ter sicut ꝓmotiuum sanitatis.Est enim promoti
uū sanitatis in sano ⁊ in egro.⁊ nō est idem ꝓmo
tiuū sanitas in vtroq̧.quia vinum est ꝓmotiuū
sanitatis ⁊ cōseruatiuū in sano.sed in egro febrici
tante nō:immo ꝓuocaret maiorē egritudinē in eo
Similiter aqua est ꝓmotiuū sanitatis in egro.sꝫ
nō in sano.sed potius ꝓmoueret egritudinē in eo
Similiter est ꝓmotiuum ꝟtutis in natura sana
et in natura egra.Fomes ergo in natura lapsa et
egra per peccatum est ꝓmotiuum ad virtutem p
accidēs:sed non in natura sāna.vnde si adam nō
peccasset aliquo modo fomes nō esset ꝓmotiuū
ad virtutē:sed peccati prouocatiuum est.Est igit̃
fomes promotiuus virtutis in natura lapsa solū
in perfectis quia in alijs nō mouet fomes vitutē:
sed in perfectis quia resistūt ⁊ abstinēt a peccato.
ad qđ inclinat eos fomes. et hec est virtus mari-
na.⁊ ideo dicit̃ fomes ꝓmouere in eis virtutē.vn
de in paulo hoc modo ꝓuocauit virtutē.quia do
lebat de stimulo carnis.vnde dicit.ij.Cor.xij.Da
tus est stimulus carnis ⁊c.hoc enim prouocabat
ipsum ad humilitatem sed si reuelationum diui-
narū magnitudo nō extolleret ipm̄.nec ex eis su-
perbiret sed teneretur in tāta humilitate quanta
fuit humilitas virginis:quando angelus annun
ciauit ei ⁊ reuelauit secreta dei.vn̄ ipā dixit.Quia
respexit humilitatem ancille sue credo si ita esset
in Paulo:non diceremus ꝙ stimulus vel fomes
esset materia humilitatis in ipo.immo impediti
uum.Sed quia in ipso esset passio elationis nisi
esset fomes:ideo dicitur fomes ꝓuocatiuum hu-
militatis in ipo.In natura ergo sana fomes non
est ꝓuocatiuum virtutis.Cū ergo beata virgo p
spāl'issimā gratiā sanctificationis tota fuit facta
sana in prima sanctificatione:in ea nō ꝓmoueret
virtutē.¶ Ad aliud dicēdū ꝙ in ꝟgine fuit dolor
de passiōe filij sui ſm partē inferiorē aīe.s.ſm sen- **ad scđm.**
sualitatē:⁊ etiā ſm partem inferiorē ratiōis :non
tātus quātus in filio.Sed ſm supiorē partē qua
ipā cōsiderauit fructū passiōis.s.redemptionē
nostrā ei fuit summū gaudiū:qꝛ ipm̄ fructū maxi
me desiderabat.et ideo maxime gaudebat. Talis
ergo dolor

ergo dolor nō oriebatur ex fomite:nec ex peccato:
sed ex naturali pietate ⁊ sensualitate.Quia dolor
qui ꝓuenit ex fomite causat̃ ex inordiatiōe viriū:
qua anima pturbatur vt minus videat verum et
bonū q̄ dolor nō fuit ī beata virgine . ¶ Ad illud **Ad tertiū.**
Aug.dicendū ꝙ differētia est inter spiritū ⁊ aīam
qualis inter rationē ⁊ sensualitatē.Ratio ergo se
tenet ex parte spūs sensualitas ex pte aīe. Non di-
xit aūt Aug.ꝙ dubitatio pertrāsiret spm̄ sed aīam
hoc est sensualitatis naturā. Nunq̄ aūt rationa
lem partē virginis dubitatio infidelitatis tetigit
qꝛ in fide nūq̄ dubitauit.immo discipulis nō cre-
dētibus in passione sola in fide stetit.Intelligēda
aūt est hec dubitatio pietatis naturalis non hesi
tatio infidelitatis.Uel pōt dici ꝙ fuit dubitatio.
admirationis:q̄ solū quandoq̧ hēre ortum ex cō-
sideratione rei stupēde.Mouebat̃ enim beata vir
go stupore admirationis cū videret filium suum
quem firmiter credidit deū taliter patientē cuiu-
smodi cōsiderationē solet associare quedā dubita
tio vt posset cogitare :est ne iste filius meus quē
sic pati video.

Membrum tertium.

De sanctificatione beate ꝟginis in conceptu saluatoris.

C Onsequēter queritur de sanctificatione
beate virginis in cōceptu saluatoris.⁊ ī
hūc modū. Primo an necessaria fuerit
sanctificatio secūda.Secūdo a quo fue-
rit sanctificata.Tertio p quid fuerit sanctificata.
Quarto vtrū ante cōceptionē xpi fuerit obnoxia
peccato.

Articulus primus.

Querit̃ an necessaria fuit secūda sanctificatio.

A D primū proceditur sic. Prima sanctifi
catio quā habuit beata ꝟgo ī vtero ab-
stulit omnē culpam ab ea.abstulit etiā
fomitē peccati.Relinq̄tur igit̃ ꝙ post ꝑ
mā sanctificationē nihil remāsit in virgine puri-
ficandū.ergo nō fuit alia sanctificatio necessaria
qꝛ inutilis esset.Qđ sanctificata ⁊ purificata fue-
rit a culpa originali ⁊ a formite patet p.B.dicen-
tem.Copiosior gratia sanctificationis in ipam de
scēdit.que nō solū eius ortū sanctificauit. sed ab
omni peccato deinceps custodiuit immunem. er-
go nō indigebat alia sanctificatiōe. ¶ Itē est san
ctificatio cōmunis que est p sacramentū:⁊ est san
ctificatio spāl'is q̄ est per gratiā spūssancti . ⁊ hec
fuit in Joh.⁊ Hiere.⁊ spālissima fuit in beata vir
gine.⁊ per gratiā spālissimam. Hoc enim oportet
dicere cū copiosior fuerit. Maior ergo est gratia
sanctificationis ī ꝟgine q̄ in alijs.⁊ gratia sancti
ficationis spālis q̄ gratia sanctificationis cōmu
nis.Sed gratia sanctificatiōis cōis remouet cul-
pā.remanet tamē fomes ⁊ ꝓnitas ad peccandū:
sicut patet in baptizatis ⁊ hoc cū quadā ineuita-
bilitate peccādi. Plus ergo dat̃ de ꝟtute sanctifi-
cationi spāli.ergo ipā remouet culpā originalem
⁊ fomitē vel pronitatē ad peccandū:sed nō proni-
tatē ad qđlibet peccatū.sed ad peccatū mortale.si
cut credit̃ fuisse in.Jo .⁊ Hiere.Sed gratia sancti
ficatiōis in ꝟgine abundat vltra istas ergo beata
virgo ita sctificata fuit in vtero:vt remoueret̃ cul
pa originalis ⁊ fomes siue ꝓnitas ad culpā nō so **Contra.**
lum mortalē:sed etiā venialē.ergo nihil remāsit
in ea purgandū.¶ Ad oppositū sicut habet̃ dis.
iij.Tertij libri sententiarū iuxta sanctorū attestatio
nem.caro assumpta a verbo prius peccato obno-
xia fuit sicut reliqua virginis caro.sed spūssancti
operatione ita mūdata.vt ab omi cōtagione pcti

Obijcit̃ ꝙ nō indiguit alia sanctificatione.

imunis vniret̃ ꝟbo. Mariā quoq̧ spūssanctus in
eā preueniēs a peccato ꝓrsus mūdauit ⁊ a fomite
pcti etiā liberauit.ergo indigebat scđa purgatio-
ne in cōceptione filij sui.¶ Itē sicut dicit Hugo.
catholice veritatis diffinitio est.ꝙ filiꝰ dei de car-
ne obnoxia peccati carnē assumpsit liberatā a pec
cato.⁊ tūc liberata quādo mūdata.⁊ tūc munda-
ta quādo assumpta.ergo caro ꝟginis ante filij sui
cōceptionē fuit immūda ⁊ indigens purgatione.
¶ Itē sicut habet̃ a Jo.damas.in.iij.li. Post ꝯsen
sum beate ꝟginis spūssanctus superuenit in ipā
ſm ꝟbum dn̄i:qđ dixit angelus purgās ipsam.er
go adhuc erat aliqua labes in ipā post primā san **Rn̄sio.**
ctificationē purganda.¶ Solutio.dicendū.ꝙ ca
ro beate ꝟginis duplicē habuit ordinē. vnum.s.
ad suā beatā animā.⁊ sic considerat̃ in se non per
compationē ad aliā carnē. Aliū habuit ordinem
ad naturā ſm quā ipsa poterat esse principiū al-
terius carnis p generationē.s.ꝙ ex ipā posset alia
caro descindi p gn̄ationē.sicut est de carne hoīs.
que pōt in se ꝯsiderari.vel inq̄tum est ꝑncipiū ad
aliā carnē q̄ pōt ab ipā descindi p gn̄ationem. Lo
quēdo ergo de carne ꝟginis vtroq̧ mō dicēdū est
ꝙ ipā fuit sctificata.sꝫ in ꝑma sctificatiōe fuit ca
ro eius sctificata:ſm ꝙ ꝯsiderat̃ in se in cōpatiōe
ad suā aīam.s.ſm ꝙ est caro singularis ꝑsone. Un
de q̄ntū ad ꝑsonā sctificata est in ꝑma sctificatiōe
In scđa ꝟo sctificatiōe fuit sctificata inq̄tū po-
tuit esse ꝑncipiū ad carnē aliā.⁊ sic fuit sctificata
inq̄tū respiciebat naturā.⁊ hoc vt de ipsa acciperet̃
caro vniēda verbo sine pctō.qꝛ ſm illā duplicē cō
parationē vel cōsiderationē carnis nr̄e est duplex
ipuritas.Quia igit̃ solū q̄ntū ad seipam fuit sctifi
cata in ꝑma sctificatiōe.ideo necessaria fuit scđa.
⁊ illa ꝑma sctificatio remouit ab ea oīne qđ pote-
rat esse inclinatiuū ad pctm̄:et ad motꝰ carnales
qui serpūt in carne velut serpētes.et tāta fuit illa
sctificatio vt etiā extēderet̃ ad alios: ⁊ ꝙ extingue
ret oēm ꝯcupiscentiā carnalē in alio.⁊ ꝑpter hoc
dicit̃ cedrꝰ.Eccl'i.xxiiij.⁊ quasi cedrus ⁊c. Quia si
cut cedrus interficit serpētes odore suo:ita sctifi-
catio eius irradiabat in alijs ⁊ in eis extinguebat
oēs motus cōcupiscētie carnales in carne serpen-
tes.Et sil'r cōparat̃ mirre. Eccl'.xxiiij. Ego sicut
mirra electa ⁊c.qꝛ sicut mirra interficit ꝟmes:ita
eius sctītas interficiebat vermes.i.cōcupiscētias
carnales.vnde etiā dicunt infideles. Cum maria
pulcherrima fuerit:a nullo tn̄ vnq̄ potuit cōcu-
pisci.⁊ hoc erat qꝛ virtus sue castitatis ⁊ sctītatis
extinguebat oēm motū carnalē in alijs aspiciēti-
bus ipam.⁊ hanc prerogatiuā habuit pre oībus
sanctificatis ⁊ virginibus.qꝛ sanctitas earū non
extinguebat motus nec ꝯcupiscētias in alijs. nec
transfundebat̃ ad alios.Sic patet ad quid sancti
ficatio scđa fuit necessaria qꝛ p primā erat sancti-
ficata plenissime in se q̄tum ad personā p secun-
dā fuit sanctificata vt poterat esse per naturā ꝑn **Ad id qđ obijcitur.**
cipium ad carnē aliā per decisionem a carne sua.
¶ Ad primā autē rationē dicendū. ꝙ fomes cor-
rumpit personā:⁊ corrūpit naturā. Inquātū au-
tem corrumpit personā:sic fuit extinctus fomes
in prima sanctificatione:sed nō inq̄tum corrum-
pit naturā.⁊ ꝑpter hoc necessaria fuit sanctifica
tio secunda in qua tolleretur fomes inquātū cor-
rumpit naturam.Et in illa sanctificatione exces-
sit Joh.⁊ Hiere.qꝛ magis ⁊ copiosius sanctifica-
tur in se q̄ alij.Illi etiam alio modo nō erant san
ctificati q̄ in seipsis.

Articulus secundus.

Q. a q̄b⁹ fuit sctificata.

C Onsequenter querit̄ a quo sanctificata fuerit Et querūtur tria. Primo vtrum sanctificata fuerit a culpa in ꝯceptione filij dei. Secūdo vtrū a potentia peccandi. Tertio vtrū a reatu carentie visionis.

Ad primum sic obij .§.j.

Utrū fuit sctificata a culpa in cōceptione filij dei.

citur. Qđ auferret̄ peccatuꝫ ab ipa per istā sanctificationē patet Luce.j. Spūssanctus superueniet in te ꝛc. glo. dicit. Supueniēs spūssanctus in virginē mentem ipius ab omni sorde vitiorū castificauit. Sed tūc fuit facta secūda sanctificatio ergo secūda sanctificatio abstulit a beata ꝟgine sordes vitiorū. ergo ꝛ peccatū. ¶ Item Augu. in li. de pfectiōe iusticie hoīs. esse sine peccato de solo vnigenito in hac vita est dictuꝫ. ¶ Item Augu. in eo. Apl's cū ministros eligeret ordināđos: non ait. si q̄s sine peccato est. qđ inueniri nō potest: sed ait. si quis sine crimine est. qđ inueniri potest. Ex his videt̄ ꝙ beata virgo etiā post conceptionē nō fuerit sine peccato.

Cōtra.

¶ Cōtra. B. Decuit reginā virginuꝫ absqꝫ omni peccato ducere vitā. ꝛ loquit̄ post primā sanctificationem ergo ante secundā sanctificationē erat immunis a peccato. ergo secunda sanctificatio nullū abstulit peccatū ab ipa. ¶ Itē Aug in li. de baptismo puulorꝫ. Sola medicinam parere nostro vulneri potuit: q̄ nō ex peccati vulnere germē pie ꝓlis emisit. Sed ipa emisit piam ꝓlem ex carne. relinquit̄ igitur ꝙ in carne nō erat vulnus peccati. ergo non fuit scđo sanctificata a peccato: cū non haberet peccatū. ¶ Jem Aug. In de scimus ꝙ gratie sit plus collatuꝫ ad vincendū ex omni parte peccatū. ꝙ concipe ꝛ parere meruit quē constat nullum hūisse peccatū. hac excepta omnes sancti dicūt. j. Joh. j. Si dexerimus ꝙ peccatū nō habem⁹ nosipos seducim⁹ ꝛc.

Rn̄sio.

¶ Respōsio ſm quosdā dicendū distinguendo ꝙ peccatuꝫ aliquādo dicitur pena peccati. Ro. viij. De peccato dānauit peccata in carne. Aliquādo dicit̄ peccatum fomes peccati ſm ꝙ dicit̄ Ro. vij. Sed qđ nolo facio illud. nō opor illud: sed qđ habitat in me peccatū. Et iterum. peccatū occasione per mādatū ꝛc. Aliquando vero dicit̄ peccatum reatus ipius peccati. Ro. vj. Qui mortu⁹ est peccato iustificatus est a peccato. Scđm hoc respondēduꝫ est. si peccatū dicatur pena peccati dicenduꝫ est. ꝙ caro virginis ante conceptionē filij fuit obnoxia peccato: ꝛ forte post cōceptionē. ꝛ dico obnoxietatem ꝛ necessitatē ad sustinendū penam peccati sicut corporales necessitates ꝛ mortē. Si vero peccatum dicat̄ reatus peccati. quē reatum. b. Ansel. dicit carentiā debite iusticie siue maculā. Hoc modo nec caro ipius nec anima fuit obnoxia peccato a statu prime sanctificationis. Si vero peccatū dicatur fomes dupliciter cōsideratur vel cōparatur. ad personā vel ad naturā ſm ꝙ vitiat personam: nō fuit obnoxia peccato post primā sanctificationē. ſm ꝙ comparatur ad naturam non fuit obnoxia peccato post secundā. Sed aliter pōt dici. ꝛ forte melius. ꝙ differt peccatū ꝛ vitiuꝫ. Nam peccatū dicit culpam. vitiū vero nō dicit culpam: sed illud qđ sequit̄ ex culpa. s. penaꝫ. Non vult ergo glo. supradicta dicere ꝙ tunc fuerit liberata a peccato per illā sanctificationē secūdā cuꝫ nō haberet peccatū: sed fuit liberata a sordib⁹ vitiorū. i. ab illis difficultatibus quas habebat ad tendendū in bonū. q̄ difficultates dicūtur corruptiones potentiarꝫ anīe siue vitia potentiarꝫ. q: sunt obnubilatiōes earꝫ. ꝛ ab his sordib⁹ fuit liberata: ita vt sine difficultate ꝓmpta fuit ad omne bonum diligendū ꝛ verū discernendū. Est etiā aliter dicendū. supposito ꝙ fuerit sanctificata in prima sanctificatione ab istis difficultatibus: quoniā dicit̄ res tūc fieri cū innotescit. Sensus ergo illius glo. vel autoritatis est spūssanctus ꝛc. castificauit. i. castā ostēdit. s. quādo concepit filiū suuꝫ. q: aliqua alia res nō ita bene ꝓbaret istā castificatione sicut cōceptio filij dei. Nō vult ergo dicere. ꝙ pri⁹ nō esset castificata a sorde vitiorū: sed ꝙ tūc castitas eius manifestius apparuit: quādo filiū suū cōcepit.

Consequenter que .§.ij.

Utrū fuit sctificata a potētia peccādi. Arg. primū.

ritur vtrū fuerit sanctificata. b. virgo a potentia peccādi. ꝛ ostendit̄ ꝙ non. Triplex enim distinguitur status. s. status innocētie. status nature lapse ꝛ status glorie. In statu innocētie est potentia ad peccādū ꝛ ad nō peccanduꝫ. In statu nature lapse est necessitas ad peccandū. In statu glorie non est potētia peccandi. In duplici ergo statu est potentia peccādi. in solo autem statu glorie nō est potētia peccādi. Si ergo gloriosa virgo post secūdam sanctificationē in cōceptione filij sui non erat adhuc in statu glorie: patꝫ ꝙ adhuc habebat potentiam peccādi vel ad peccandū. ergo in secūda sanctificatione nō fuit ablata potētia peccādi ab ea.

Scđm.

¶ Item apl's ad Ro. viij. Stipēdia peccati mors Sed in bea. virgine remāsit potētia moriēdi post secundā sanctificationē. ergo ꝛ potētia peccandi.

Cōtra. Aug.

¶ Cōtra. Aug. in lib. de gratia. ꝛ natura dicit. In de scimus ꝙ ei gratie plus sit collatū ad vincēdū ex omni parte peccatū: ꝙ cōcipere ꝛ parere potuit quē constat nullum habuisse peccatum. Si ergo ex plenitudine gratie data est marie potestas ad vincendum ex omni parte peccatū: ꝛ hoc in conceptione filij. ergo in ipsa non remansit potētia ad peccādum. ¶ Item duplex est peccatum. s. veniale ꝛ mortale. Similiter est potentia ad peccandū mortaliter et venialiter. Sed minima gratia aufert peccatum mortale. vnde minima gratia non compatitur secum mortale. gratia vero perfecta aufert peccatū veniale: nec ipm vllo modo secum patitur. vnde cum perfecta gratia nō potest morari peccatum mortale nec aliquod veniale. ergo cum perfectissima gratia non remanebit potentia ad peccandū. Si ergo postq̄ virgo concepit filium in ipsa fuit summa plenitudo gratie. vnde dixit angelus. Aue gratia plena. ergo secūda sanctificatio eius abstulit potentiam ad peccanduꝫ. quia nō potuit remanere cum gratia perfectissima.

Rn̄sio.

¶ Solutio. dicendum. ꝙ sicut in angelis cōfirmatis post suam cōfirmationem nō remansit potentia ad peccandū. ita in gloriosa virgine post sanctificationem illam quā habuit in conceptione filij sui non remansit potentia ad peccādum. quia ablata fuit per sanctificationem illam quā habuit. cum dixit angelus Luce. j. Aue gratia plena. vnde plenitudo gratie fuit gratia confirmationis in bonum. Sed notandū ꝙ potentia libe. arbitrij. vno modo cōsiderat̄ prout se habet indifferēter ad peccādum ꝛ nō peccādum. Et hoc modo consideratur quasi indisposita ad hoc vel ad illud. Alio modo consideratur cum dispositione ad peccādum. Tertio modo cum dispositione ad non peccandū. Quarto modo cum necessitate ad peccandū. Quinto modo cum necessitate ad non peccandū. Considerat̄ potētia liberi arbitrij vt indisposita et vt disposita et vt necessitas. sicut potentia materie potest considerari prout non est disposita ad aliquam formam: sed indifferenter se habet

se habet ad oēs. Alio modo prout est disposita ad aliquā formā. Tertio modo ꝓut est necessitas ad aliquā formā: ꝛ tunc non potest esse sine illa. Primo modo fuit potētia liberi arbitrij in adā in statu innocētie. s. non disposita: sed indifferēter se habēs ad peccandū vel nō peccandū. vnde ecclesiastici. xv. dicitur. Reliquit eū dominus in manu cōsilij sui. i. in lib. ar. potestate. Manus enim ibi dicit potestatē lib. ar. In regeneratis per sacramentuꝫ baptismi est potētia li. ar. cū dispositione ad peccandū quia ab ipis nō aufertur fomes qui est dispositio inclinās ad peccanduꝫ. In nō regeneratis est potētia li. ar. cū necessitate ad peccandū. vnde fomes in illis nō solū est vt dispositio ad peccatū sed vt quedā necessitas. In santificatis est potētia disposita ad nō peccanduꝫ: sicut in. Jo. ꝛ hiere. in beata virgine per gratiā sanctificationis vltime que maxime superabundat oībus alijs sanctificationibus: que est per plenitudinem gratie potentia li. ar. necessitas ad nō peccandū. ꝛ sic post illaꝫ sanctificationē non habuit potentiā peccandi vnde Aug. Cū de peccatis agitur: de maria nullā volo fieri mentionē.

Solutio. Ad primum.

¶ Ad primū antē obiectum dicendū. ꝙ nō posse peccare nō solum ptinet ad statū glorie: sed etiā ad statum pfecte gratie. sicut est in sancto hoie pseuerante finaliter qui morit̄ cuꝫ perseuerātia in bonū: nō habet potentiā peccandi. s. in vltimo instāti. tamē non est in statu glorie sed est in statu plene gratie: q: perseuerantia est finalis stat⁹ plene gratie. Cū ergo beata virgo post sanctificationē secundā esset in statu plene gratie vnde dixit. angelus. Aue gratia plena. patet ꝙ nō habuit potentiā ad peccandū.

Ad secundū.

¶ Ad aliud dicendum. ꝙ ex corruptione originali est aliquid qđ est pure ꝓ culpa. quiddā pure pena: quiddā mediuꝫ: sicut fomes qui est in nobis dispositio ad peccatū dico ergo ꝙ in virgine nō remāsit culpa post secūdaꝫ sanctificationē: nec dispositio ad culpaꝫ. s. fomes sed solum illud qđ est pure pena. s. ꝙ ipa fuit mortalis post secūdā sanctificationē. ꝛ hanc etiā penā accepit filius eius xp̄s volūtarie. vnde quia pure pena ista nō fuit ordinās ad culpā ſꝫ ad maiorē gloriam super Job. iiij. Est pena ordinans ad culpam ꝛ ad gloriā. et ita nō remansit in ea pena ꝓut ad culpā: sed ꝓut ad maiorē gloriaꝫ. Apostolus autem loquit̄ in non sanctificatis in quibus fomes remanet.

Consequēter que .§.iij.

Utrū in beata ꝟgine post scđaꝫ sanctificationē remāsit reatus ꝛc.

ritur vtrum in beata virgine post scđam sanctificationē remansit reatus scꝫ carētie visionis. et videtur ꝙ nō. q: originali peccato debet̄ carentia visionis dei. Sed ab ipa virgine remotū fuit peccatū originale cū sequela sua in scđa sanctificatione ergo post illā non remāsit in ea reatus carētie visionis dei.

Cōtra.

¶ Cōtra posito ꝙ xp̄s non moreret̄. adhuc non remoueret̄ rumphea siue interclusio ad beatā visionē. ergo si beata virgo moreret̄ anteq̄ xp̄s esset passus: interclusio inter ipsaꝫ ꝛ beatā visionē esset. ergo nō euolaret ad gloriā. ergo in ipsa remāsit reatus illius post scđam sanctificationē.

Respōsio.

¶ Solutio dicēdum ꝙ sicut duo sunt que prohibent visionem scilicet defectus visus vt cecitas: ꝛ defectus luminis. similiter sunt duo que prohibent visionem dei eternam priuans visionē: ꝛ prohibens lumē. Uisionē priuans fuit culpa originalis in singulis psonis. Prohibens autem lumen fuit ipsa rūphea que est ex reatu nature humane generali manēs scientia. Primū prohibet visionē eternā in habitu. Scđm in actu in nō circuncisis ergo fuit carētia visionis ꝛ q̄tū ad defectuꝫ visus ꝛ q̄tum ad defectū luminis: qui tempore circuncisionis non fuerūt circūcisi. In circūcisis aūt sicut in Abrahā ꝛ sanctis patribus fuit carentia visionis q̄tum ad defectū luminis reat⁹ videlꝫ hūane nature: qui designat̄ per rumpheā: qui solum potuit remoueri per passionē xp̄i. In virgine ergo p gratiā datam in sanctificatione remouebat̄ quicq̄d debebat remoueri qđ erat pertinēs ad cecitatē persone: sed nō qđ pertinebat ad reatuꝫ nature. ex quo est defectus luminis. ideo ꝙ beata virgo non euolaret ante passioneꝫ si moreretur: hoc nō facit defectus ex pte ipius videntis: sed quia sanctificatio nō remouet tenebrā nature. s. rumpheam. que est ꝓhibēs exterius qđ solū tollit̄ p passioneꝫ xp̄i.

Articulus tertius.

Querit̄ p quē fuit beata virgo sanctificata. Damas. Hugo.

C Onsequēter queritur per quē fuerit beata virgo sanctificata. Et dicit archangelus gabriel. Luce. j. Spūssanctus superueniet i te. ꝛ vir. al. ob. ti. vnde Jo. dama. Spūssanctus superueniēs in eam purgauit eam ¶ Itē dicit Hugo. ꝙ in corde ei⁹ amor spūssancti singulariter ardebat ideo in carne ipi⁹ amor spūssancti mirabilia faciebat. s. increatus Sanctificauit ergo eam spūssanctus. ¶ Cōtra. Uidetur ꝙ p creaturaꝫ fuit sanctificata. s. per angelū qui venit ad ipam. q: sicut dicit dyonisius: triplex est actus angeli. s. pficere. illuminare. purgare. Ad illuminationeꝫ sequitur purgatio vnde nō illuminat quin purget. Sed angelus gabriel missus ad mariam ipam illuminauit. quia virgo recepit lumē cognitionis ab angelo. cū ipse dixit spūssanctus supueniet in te. ꝛc. ergo Gabriel angel⁹ purgauit ipsam ergo purgata fuit p angelū.

Responsio.

¶ Solutio. dicendū. ꝙ duplex est purgatio. Quedā est purgatio a peccato ꝛ sequela peccati: ꝛ hoc solū fit per virtutem increatā. ꝛ est solius dei. xliij. Esa. Ego sum ipse q̄ deleo iniquitates ꝓpter me. Et ad heb. j. Purgationē peccatorū faciens. Similiter purgatio sequele peccati est a solo deo ꝛ ſm hoc purgata fuit beata virgo effectiue p spiritūsanctū. Est alia purgatio que est q̄tū ad defectum cognitionis. s. quādo purgatur intelleccus ab eo qđ nescit. Et talis purgatio habet fieri per angelos. q: oīs angeli sunt manifestatores: vt dicit dyo. ꝛ in hoc ꝙ manifestatores sunt purgatores. Hac purgatiōe que est ab ignorantia fuit beata virgo purgata per angelū: quando purgauit eam ab ignorantia qua nesciebat quomodo conciperet filium dei: cum diceret. quomodo fiet istud. quoniam virum nō cognosco. Et dixit angelus. Spiritussanctus supueniet in te ꝛc.

Articulus quartus.

Utrum. ante conceptioneꝫ xp̄i fuit beata ꝟgo obnoxia peccato. Utrū christ⁹ decimatus sit in abraham Arg. primū.

C Onsequenter queritur de sanctitate cōceptionis ex pte concepti. circa qđ queritur de carne xp̄i vtrum ante conceptionem fuerit obnoxia peccato. Et ſm hoc mouetur questio: vtrum xp̄us decimatus sit in Abraham sicut dicit apostol⁹ de leui ad Heb. vij. cum decimatio deberetur ratione peccati. ¶ Ad hoc obijcitur hoc modo. Illa decimatio aut fuit ſm carnem. aut ſm animam. Non ſm animam. quoniam leui in abraham non fuit ſm animam. ergo ſm carneꝫ. Sed tam xp̄s q̄ leui fuit in abraham ſm carnem indistincte. ergo tam xp̄s q̄ leui fuit decimatus. Nulla eni erat differentia carnis

Secundus. abrahe ad carnē leui ⁊ ad carnē xpi. ¶Itez q̄ omnes fuimus in lūbis Ade quādo peccauit: oēs peccauimus in adā ergo pari ratiōe q̄ oēs leuite fuerūt in lūbis abrahe. oēs decimati sunt in abrahā. ergo pari ratione xps cū fuerit in lumbis abrahe

Tertium. decimatus est in abrahā. ¶Item tota caro beate virginis fuit in lūbis abrahe decimata. ergo quelibet eius pars. Sed caro xpi fuit pars eius. ergo

Quartum. fuit decimata. ¶Itē tota massa humani generis fuit corrupta in adam ⁊ indigens curatione. Sed caro xpi fuit de massa humani generis: ergo indiguit curatiōe ergo ⁊ deciatione q̄ sicut dicit Aug.

Quintus. decimabatur q̄ curabatur. ¶Itē xps fuit circūcisus ⁊ altari oblatus: ꝫ nō habuerit peccatū originale: quare nō similiter decimat⁹. ¶Cōtra est

Contra. auctoritas apli ad heb. vij. vbi ꝓbat q̄ sacerdotiū

Primum. xpi q̄ est ꝑ ordinem melchisedech: maius est sacerdotio leui. q̄ leui decimatus fuit: quādo abraham decimas dedit melchi. Gen. xiiij. ⁊ dicit apls q̄ dignior est qui accipit decimas: q̄ qui dat. ergo melch. fuit dignior abraham. ¶Item dignior est qui benedicit: q̄ qui benedicitur. Sed melch. benedixit abrahe. sicut dicit. Gen. xiiij. ⁊ toti posteritati. ergo dignior fuit tota posteritate abrahe. ergo ⁊ dignior leui. ergo est dignius sacerdotiuz xpi q̄ est ꝑ ordinem. Melch. sacerdotio leuitico. relinquit igitur q̄ xps nō est decimatus in abrahā sicut leui. ¶Itē decimatio dabat ratiōe culpe originalis: per quā erat amissa decima dragma que fuerat ꝓdita luce. xv. scz genus humanū. Si ergo culpa originalis nullū respectū habet ad carnem xpi: nullo modo pōt dici decimata. ¶Itē obijcit cōtra rationem apli. quia non videtur valere: quē admodū non valet si dominus papa est in lūbis patris sui ⁊ pater suus det decimas alicui sacerdoti: q̄ ꝓpter hoc sacerdos sit dignior dño papa. ergo pari ratione non sequitur q̄ Leui sit dignior. Melch. ¶Itē dicit Aug. Nō decimabatur curabatur. sed nullus fuit curatus in abrahā: q̄ tam abrahā q̄ sua posteritas descendebat ad limbum vsq̄ ad xpm. ergo null⁹ decimabatur in abraha. ergo nec leui. ¶Itē si oblatio decimaꝝ tūc diminuebat cōcupiscentiam: ergo ⁊ modo debet diminuere. si ergo modo nō diminuit nec tunc. ergo nihil ꝑfuit esse decimatū quo ad remediū originalis. ¶Itē erāt ne oēs benedicti in abrahā: sicut decimati. eadē enim videtur ratio. ¶Preterea cum in bñdictione ⁊ decimatiōe Melch. diminuerēt originalis cōcupiscētia. sed hoc non erat nisi ꝓpter collationē gratie: gratia aūt nō est nisi in anima. ergo cū aīa non sit ex traduce: nihil est dictu leui benedictū fuisse in abrahā. nulle ergo sunt rationes apli. ¶Respōsio ꝑ opinionez quorundam quam ponit hugo de san. vic. in li. de sacramētis.

Respōsio. Hugo. Quidā putant carnem illā que accepta est a verbo ab initio in primo parēte: quādo tota massa ꝑ peccatū est corrupta: a cōtagione corruptiōis peccati immunē fuisse custoditā. Aiunt enim q̄ illa ps nature sub peccato esse nō debuit: ꝑ quam ipa humana natura a peccato liberāda fuit. Ad probandā quoq̄ existimationē suā adducūt rationē apli: qui cum nouū sacerdotiū veteri ꝓferēdū asseret Melch. qui typum xpi aut noui sacerdotij. vicem gerebat: ab abrahā decimas accepisse ostendit. Quomodo aūt Leui: qui ꝑ carnē in lumbis patris tūc fuit decimatus est: ⁊ xps qui ꝑ carnē ibidē fuit decimatus nō est: nullaz causam posse inueniri putāt: nisi quia caro Leui cum culpa ibi fuit caro vero xpi sine culpa fuit. sic nāq̄ leui i lūbis abrahe decimatus est. q̄ naturam ⁊ culpā ibi habuit: ⁊ ꝺa naturā ⁊ culpā inde accepturus fuit xps aūt decimatus nō est: ꝓpterea q̄ inde solum naturā accepturus erat: ⁊ culpam ibi nō habuit. Sed q̄ caro leui ⁊ caro xpi in abraham non erat actu sed potētia. ꝓpterea nō videt aliqua ratio dici vt dicaī caro a peccato a principio fuisse custodita. ¶Propt hoc dicēdū ꝑm glo. ad Hebre. vij.

Alia rñsio ꝓpriā mentē. Mō duo sunt in semine. copulēta substātia: ⁊ inuisibilis rō. Ideo esse in lumbis abrahe dicit dupliciter. materialr scz ꝑm copulētam substātiaz: ⁊ ꝑm inuisibilem rōnem: que quidē est ratio ꝓpugnationis cū libidine. Omnes ergo ꝓter xpm fuerunt in lūbis abrahe vtroq̄ modo. xps aūt tantū modo materialiter: q̄ copulētā substātiā de carne. b. virginis sumpsit. Ratio aūt cōceptionis nō a viruli semine: sed desup venit. Et ideo oēs ꝓter xpm decimari debuerūt. q̄ erant obligati nō tm q̄ ibi erant materialiter: sed q̄ ibi erant ꝑm semiualē rationē. Et per hoc ptz solutio ad obiectum primo.

Solutio ad Primū arg. Ad scōm. ¶Ad scōm vero dicendū. q̄ caro xpi esse in lumbis dicit duob⁹ modis. ꝑm actū: ⁊ ꝑm potētiā ꝑm actū nec caro leui nec caro xpi fuit in lumbis abrahe. Item ꝑm potentiam duplr. aut vnde fieri possit: aut vnde fiat. sicut dicit Aug. Dm in costa erat vnde posset fieri materialr: sed nō vnde fieret vnde posset fieri dicit materialē cām: vnde fiat dicit actiuā seu formalē. Scōm hoc ergo dicēdū. q̄ ceteri hoīes a xpo fuerūt in lumbis abrahe in potentia ꝑm vtrūq̄ modū. xps vo nō nisi ꝑm ꝓmū.

Ad tertium. Obligari aūt ꝑ peccato est: eo q̄ sunt in lūbis ꝑm potentiā actiuā que debetur soli seminali rationi que ꝑm legē carnalis cōcupiscentie oēs generat. ⁊ ideo decimabiles. ¶Ad tertiū q̄ obijcit de carne virginis. dicendū q̄ refert dicere carnē in abrahā ꝑm q̄ est in potētia ad carnē virginis: ⁊ ꝑm q̄ est in potētia ad carnē xpi. Nam ꝓut est in potentia ad carnē virginis: sic est educēda ꝑm potētiā materialē ⁊ rationez ꝓpagationis cū libidine. ⁊ ideo decimabilis. Scōm vero q̄ in potētia ad carnem xpi: sic solū ponitur potentia materialis que educēda est in actu per operationē spūssancti. ⁊ ideo nō decimabilis. tota ergo caro virginis erat decimabilis: sed nō tota caro virginis vt in potentia ad carnē xpi. Eodem modo respōdetur ad quartum q̄ obijcit. q̄ tota massa hūani generis fuit corrupta in adā.

Ad quartus. ¶Ad quintū q̄ obijcitur de circūcisione dicendū. q̄ nō est simile de circūcisione ⁊ decimatione: q̄ decimatio fiebat ratione nature: nō ratione persone. nō enim in lumbis abrahe decimabant hoīes in actu existentes Circuncisio vero ⁊ oblatio fiebāt ratione persone: nec fuit ratio circūcisionis xpi ꝓpter se vel ꝓpter culpaz originalē: sed ꝓpter nos. ⁊ ad ostendendū penalitatē assumptā.

Ad quintū. Ad contra. ¶Ad illud aūt q̄ obijcitur contra rationē apli. dicendū q̄ ratio ꝓcedit supposita ꝓpositione q̄ abrahā fuit dignior oīni sua posteritate ⁊ hāc supponit iuxta oppositionē iudeorum. consequit igitur hoc suppōito. q̄ si abrahā est dignior Melich. in quo figuratur sacerdotiū xpi: abrahā est dignior Leui ⁊ sua posteritate: ergo Melch. est dignior Leui ⁊ sacerdotium eius ⁊ ita sacerdotium xpi.

Ad auto. Augu. ¶Ad illud q̄ obijcitur ꝑm auctoritatē Aug. Non decimabatur nisi q̄ curabat. ꝑm quosdā exponitur. decimabatur. i. ad reddendā decimam obligabatur. q̄ curabatur. i. q̄ curatione indigebat. Sed aliter ⁊ melius exponitur. decimabat q̄ curabatur. q̄ in oblatione decimarū abrahe curatio originalis morbi per xpm significabat vnde significatio curationis erat in oblatione abrahe. sed effectus erat per fidem xpi. et ideo

Ad tertium. et ideo non ꝓcedit obiectio. ¶Ad illud q̄ obijcit q̄ oblatio decimarū diminuebat cōcupiscētiā dicendū q̄ hoc non erat ex virtute sua: sed ex virtute gratie fidei offerentiū. vnde non erat eis alligata gratia sicut modo ī sacramēto baptismi alligat gratia per xpm: cuius virtute originalis cōcupiscētia minuit. tamen signatio diminutionis cōcupiscētie originalis erat in decima. sicut dicit Hugo de san. victo. In lege naturali primo data sunt sacramenta. decimationes. sacrificia. ⁊ oblationes. vt in decimatione peccatoꝝ remissio. in sacrificijs mortificatio. in oblatione bonī operis exhibitio signaret. Sed obscura fuit signatio in sacramēto decimationis: vbi homo de bis que possidebat partē obtulit. vt ad hunc modum q̄ erat imperfectionis sibi tribueret q̄ ad bonitatē spectat: deo imputaret. ⁊ hoc sibi voluerunt nouem partes retētē. q̄ nouenarius signū imperfectiōis est a denario ꝑfecto deficiēs ¶Ad vltimū dicendum ꝑm Aug. q̄ omnia creata fuerunt ꝑm materiam vel ꝑm similitudinē. Similiter dicendus q̄ sunt filij aabrahe ꝑm carnē: ⁊ sunt filij abrahe ꝑm fidem. Illi sunt filij ꝑm materiā: isti sunt ꝑm similitudinē: q̄ imitatores fidei abrahe. Benedictio igitur erat oīm in abraham qui erāt filij eius ꝑ fidem. i. imitatores fidei eius. vnde ad Roma. ix. Non enim qui ꝑm carnē sunt filij dei: sed qui filij ꝓmissiōis existimant⁹ in semine ꝛc. Itē Rom. iiij. Signū accepit circūcisionis vt pater sit oīm credentium. nō bis qui sunt ex circūcisione: sed bis q̄ sectant vestigia fidei patris nostri abrahe. De decimatione aūt nō est sic. q̄ decimatio est persignatio faciende liberatiōis per xpm: que quo ad sufficientiā respicit omnes: sed quo ad efficaciam nō omnes sed tm electos. Hec ergo est ratio quare omnes decimabant⁹ non oēs benedicebant. Et q̄ obijcit q̄ gratia nō est extraducenec aīa. dicēdum q̄ ꝫ vna aīa nō sit ab altera nec gratia trās fundatur ab aīa in aīam: vna tamē pōt habere similitudinē. i. exēplum credendi ab alia. ⁊ sic patz solutio ad predicta.

Verbum quartum.

De perfectiōe dñici corpis. Augu. Deinde queritur de perfectione dñici corporis. Ad q̄ Aug. in li. de fide ad petrū firmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites: nō carnem xpi sine deitate esse conceptam in vtero virginis ꝑius q̄ susciperetur a verbo: sed ipsum verbum dñi sue carnis assumptione conceptū ipamq̄ carnē verbi assumptione cōceptam. Si ergo ipm verbum assumpsit corpus perfectū ⁊ formatū totaliter: ergo simul corpus fuit cōceptum ⁊ formatū. ¶Item Aug. in li. de tri. Augu. Nō ex vtero virginis ꝑius caro ꝓcepta est: ⁊ postea ꝛitas venit in carnē: sed mox vt verbum venit in vterum seruata ꝓprietate nature ꝓpie factū est caro: ⁊ perfectus homo in veritate carnis et anime.

Contra. ¶Contra. Aug. sup Jo. ij. Soluite tēplum. ⁊ subditur. xlvj. annis edificatū est templū ꝛc. Ihic numerus perfectioni dñici corporis conuenit: quot diebus forma corporis humani perficitur ex quo arguitur q̄ ꝑius fuit concepta caro xpi ⁊ formata q̄ verbo vnita: sicut est in alijs corporibus que ꝑius cōcipiuntur ⁊ formatur q̄ anime infundātur.

Rñsio. ¶Respōsio. nō hoc dixit Augu. vt negaret quin caro illa esset concepta simul ⁊ formata ⁊ assumpta sed quia membroꝝ distinctio in ipso momento cōceptionis ⁊ vnionis adeo erat parua: vt humano visui vix posset subijci. In diebus autez illis quos memorat est notabilis facta. Et nota q̄ dicit Augu. in lib. lxxxiij. questionū. De numero diērum perfectionis corporis christi conceptio humana sic dicitur procedere ⁊ perfici. vt primis sex diebus quasi lactis habeant similitudinē. nouem diebus cōcrētitur in sanguinem. deinde. xij. diebus solidetur. xviij. diebus formetur⁹q̄ ad ꝑfecta membra. deinde vsq̄ ad tempus partus in magnitudine augeatur. quadragesimoquito ergo ⁊ vno addito q̄ summā significat fit consummatio templi. Nō si multiplicetur hic numerus per sex: qui erat caput huius numeri: fiunt ducēti ⁊ lxxvj. in nouem menses ⁊ sex dies: qui computantur ab octauo Kaleñ. aprilis: quo die conceptus dominus creditur: vsq̄ ad octauum Kaleñ. ianuarij: quo die nat⁹ est. Non ergo absurde. xlvj annis fabricatum est templum: quod corpus eius significabat. vt quot anni fuerunt in fabricatione templi: tot dies fuerunt in fabricatione corporis dominici. Et sic patet q̄ hic numerus ꝑfectionī dñici corporis conuenit.

Questio x. De natiuitate filij dei.

Aquisito de his

que pertinent ad cōceptionem: inquirendū est de natiuitate filij dei in hunc modum. Primo an diuina natura sit nata. Secundo. an due sint natiuitates filij dei. Tertio. an possint dici duo filij dei. Quarto. vtrum xps sit filius adoptiuus. Quinto. vtruz vnitioce dicatur filius dei ⁊ filius virginis. Sexto. ad maiorem declarationem querit de filiatione ꝑm adoptionē.

Membrum primum.

M. an diuina natura sit nata.

Primo igitur dubitatur. vtrum diuina natura sit nata de virgine? Et videtur q̄ sic. Idē est deus ⁊ diuina essentia. cuz ergo vere dicitur deus est natus de virgine. ergo vere dicetur diuina natura est nata de virgine.

Arg. primū. ¶Item diuina natura est incarnata sed incarnatio ordinatur ad generationem: ergo diuina natura est genita. ergo nata.

Scōm. ¶Item Aug. dicit expresse diuinam naturam concipi ⁊ nasci de humana natura.

Tertium. ¶Contra. si diuina natura est nata de virgine. ergo diuina natura est filia virginis: quod est abusio dicere.

¶Item omni cui conuenit esse natum: conuenit esse ab alio. si ergo diuine nature nullo modo cōuenit esse ab alio: nec ei conuenit esse natum. cū ipa sit ens non ab alio

Responsio. ¶Responsio. dicendum. ꝓ regula. q̄ nulla dictio significans ꝓprietatem personalem creatā vel increatam conuenit diuine essentie. Inde est. q̄ sicut diuine essentie non conuenit esse genitam vel generari. quia hec est ꝓprietas filij que ponit esse ab alio ⁊ increata: ita non conuenit diuine essentie mitti vel nasci. quia in hoc q̄ dico mitti ⁊ nasci: intelligitur esse ab alio. q̄ nullo modo conuenit diuine essentie.

Sol. ad ꝓmū ¶Ad primum ergo obiectum dicendum. q̄ non est simile. nec sequitur deus est natus: ergo diuina essentia est nata: quāuis hoc nomen deus ⁊ diuina essentia significent idem: tamen alio ⁊ alio modo. quia diuina essentia significat essentiam vt essentia m. i. in absolutione ab omni relatione. ⁊ ideo non supponit personam: nec ei conuenit ꝓprietas personalis. Hoc nomen vero deus vt habentem illam essentiam

significat.ꝛ qꝛ hoc conuenit persone habere essentiam diuinam:ideo hoc nomen deus supponit p̄sonam:ꝛ ei conuenit proprietas personalis.Quis ergo dicatur deus natus non tamē dicetur essentia nata.¶ Ad secundum dicēdum.ꝙ non sequitur incarnatio ordinatur ad generationem: ergo cum diuina essentia sit incarnata: est nata. nam incarnatio essentie nō est ordinata ad generationem essentie:sed ad generationem persone.ꝛ ideo non sequitur ꝙ diuina essentia sit nata de virgine sed persona.¶ Ad vltimum dicendum.ꝙ autoritates debent intelligi hoc modo:vt non dicatur natura concipi vel nasci quantū est de se: sed hoc ratione persone.vnde sensus est.natura eterna non posset concipi vel nasci ꝛc.hoc est ille qui est natura diuina.s.filius non posset concipi sine susceptione veritatis humane nature.

Ad scōm. *Ad tertium.*

Membrum secundum.

Queritur an due sint natiuitates dei filij.

C Onsequenter queritur an sint due natiuitates filij dei.Et arguit̄ sic.Nūc eternitatis ꝛ nunc temporis nō faciunt numerum:quia eternitas cū tempore est: ergo nec faciunt bis.ergo cum xp̄s filius hominis natus sit in tempore:xp̄s filius dei natus in eternitate:non est dicere ꝙ sit bis natus.¶ Item bis dicit numerum ꝛ interruptionem temporum. ergo ꝛ discontinuationem ꝛ distātiam.Si ergo nō potest poni distātia entis in eternitate ꝛ entis in tempore:cum simul sint.nō erit dicere bis natum xp̄m propter eternam natiuitatem et temporalē.¶ Responsio.hec dictio bis dupliciter dicit̄. quādoqꝫ enim significat numerū tempoꝝ:q̄nqꝫ ordinem aliquoꝝ se habentiū ſm prius et posterius. Scōm primū modum hec dictio bis ponit interruptionem tempoꝝ vel vicissitudinem.ꝛ ideo ſm hunc modū nō esset dicere xp̄m bis genitum.Secundū autē modū alium est dicere xp̄m bis genitum.qꝛ per hoc notatur ordo generationis tēporalis ad eternam.et qꝛ eternitas prior est tempore ꝛ non tempus:ideo ratione natiuitatis eterne ꝛ temporalis est dicere bis natum christum ꝛ bis genitum.

Rn̄sio.

Membrum tertium.

An xp̄s possit dici duo filij dei. Arg.primū. Scōm. Tertium. Quartum. Quintum.

C Onsequēter queritur an xp̄s possit dici duo filij.Et videt̄ ꝙ sic.qꝛ cum filiū esse dicatur ratione natiuitatis:ꝛ due sunt natiuitates xp̄i.ergo xp̄us est duo filij. ¶ Item alia est substātia de qua genitus est fili⁹ virginis:alia de qua genit⁹ est filius dei.ergo duo erunt filij:ex quo substātialiter sunt due generationes.¶ Item generās dicitur ad genitum.si ergo sunt duo generātes:ꝛ duo geniti.ergo ꝛ duo filij.¶ Item persona ꝯsequitur naturā. ergo si plures nature sunt in xp̄o ꝛ plures erunt persone. qꝛ multiplicato priori multiplicabitur qđ ꝯsequēs est ad illud.Si ergo est generatio ſm plures naturas:necesse est plures personas esse genitas.ergo duo geniti personaliter.ergo xp̄s est duo geniti personaliter.¶ Item sicut se habet quantū ad vnitatem ꝛ pluralitatem vniuersale ad singulare sic se habet natura ad rem nature.si ergo pluriū vniuersalium nō est vnum singulare vel particulare.ergo nec plurium naturarū erit vna res nature.ergo nec vna persona sed xp̄s est genit⁹ quātum ad duas naturas.ergo non est vna persona. ergo est duo filij.¶ Responsio. dicendum ꝙ generatio non solum comparatur ad natū: sed ad illud ex quo est generatio.ꝛ ideo q̄uis non multiplicetur natū:tamē multiplicatur generatio vel natiuitas ex parte eius ex quo est generatio. Et ideo non sequitur due generationes vel due natiuitates.ergo duo filij vel duo nati. quemadmodum nō sequitur.due dationes:ergo duo data cū dominus dat seruo aliquid ad tēpus: ꝛ postmodum dat ei ad perpetuitatem.sicut etiam non sequitur.due factiones:ergo duo facta.sicut cū aliquis facit imaginem ꝛ postea deaurat eā. sed bene sequeretur.ergo factum dupliciter.Et per hoc patet responsio ad primum.¶ Ad secundū dicendum.ꝙ non sequitur.due sunt substantie ex quibus est generatio:ergo duo filij.quia vnitas filiationis nō est respectu eius ex quo est generatio:sꝫ eius cuius est.hoc est ratiōe qui generatur. Et qꝛ generatio ista est vnius hypostasis siue persone. ideo vna est filiatio ꝛ vnus est filius.¶ Ad tertiū dicendum.ꝙ non sequitur duo generantes : ergo duo geniti.Nam aliquid vnum ꝛ idem potest referri duobus differentibus ſm differentē habitudinem.nec ex hac relatione sequitur ip̄m esse duo Ita vnus ꝛ idem filius se habet relatiue ad patrē per generationem diuinam:ꝛ ad matrem per generationem humanam. nec erit diuersa filiatio: sed est filiatio respectu diuersorum.Similiter nec erit duo filij:quia filiatio dicit proprietatē siue relationem.persone.¶ Ad illud quod obijcitur vltimo in duabus rationibus sicut prius tactū est quia vt dicit Boetius de duabus naturis.ꝙ persona non est in accidentibus:sed solum in substātijs.ꝛ non in quibuscūqꝫ:sed in rationalib⁹.et nō in quibuscūqꝫ rationalibus:sed solū indiuiduis. Sed vlterius addendum est ꝙ est quedā substantia indiuidua per se habens subsistentiam. Quedam vero est que non habet per se subsistentiam sicut anima:licꝫ sit substantia rationalis indiuidua:non habet per se subsistentiā : ꝛ ideo non est dicenda persona.persona enim consequitur naturam rationalem indiuiduam per se existētem vel subsistētem.Hinc est ꝙ cum humana natura in xp̄o non habeat per se subsistentiam:nō habebit esse persona.immo cum persona dicat substātiā completam non possibilem ad perfectionem digniorem:nullo modo dicetur persona ſm humanam naturam.Per hoc etiā patet solutio.nō eñ est verum ꝙ persona.sequatur naturā quācunqꝫ: sed naturam per se subsistentem.Preterea.nō est vera cōparatio.ꝙ sicut vnum indiuiduum nō potest esse diuersorum vniuersalium:ꝙ vna persona non possit esse plurium naturarum: quia vniuersale dicit totum esse indiuidui.natura vero dicit vt partem vel quasi partem ipsius persone.sicut patet.ꝙ due nature sunt in vna persona in homine. scꝫ anima ꝛ caro.¶ Sed si obijceretur.ꝙ p se subsistere perfectionis est.cum ergo natura aliorum hominum sit per se subsistens:non autem natura humana in christo: videbitur humana natura christi esse imperfecta respectu naturarū aliorum hominum. Dicendum ꝙ esse vnibile perfectiori vel forme digniori non est imperfectionis: immo magis perfectionis.vt patet:quia vis vegetabilis perfectior est in sensibilibus q̄ in vegetabilibus.ꝛ tamē in vegetabilibus est per se: in sensibilibus vero est in vnione et ordine ad formam digniorem.Similiter vis sensibilis perfectior est in homine vbi est in ordine ad ratione: q̄ in brutis vbi est per se subsistens.Similiter natura humana perfectior est in xp̄o:qꝛ in vnione ad diuinā naturam

Rn̄sio. Sol.ad p̄mū. Ad scōm. Ad tertium. Ad quartū et quintum. Obijcitur.

q̄ in alijs hoibus vbi est p se subsistēs.

Membrum quartum.

Utrū xp̄s sit filius adoptiuus. Hyla. Aug. Tertium. Cōtra.

C Onsequenter queritur.vtrum xp̄s sit filius adoptiuus.Et videtur ꝙ sic.Hyla. in lib.de tri. Potestatis dignitas non amittitur:dum carnis humanitas adoptatur.ergo xp̄us ſm ꝙ homo est filius adoptiuus.¶ Itē Augu.de vocatione sanctorū.Et gratia fit ab initio fidei homo quicunqꝫ xp̄ianus:qua gratia ille homo factus est xp̄s.sed homo fit xp̄ianus p gratiam adoptionis.ergo ille homo fit xp̄us per gratiā adoptionis.ergo est filius adoptiuus.¶ Itē bene conceditur xp̄s ſm ꝙ homo est creatura. ergo similiter xp̄s ſm ꝙ homo est filius adoptiu⁹. ¶ Contra.Phil.ij.Dominus iesus est in gloria dei patris ꝛc.Glo.inq̄tum homo assumpsit nomen dei nō per gratiam adoptionis : sed per gratiam vnionis.s.vt non sit adoptione deus: sed verus deus cui flectitur omne genu.¶ Itē Rom.j. Qui predestinatus est filius dei ꝛc. Ambro. Uolui reuolui scripturas:nunq̄ filium adoptiuum inueni.¶ Item Augu.in ecclesiasticis dogmatibus.Natus est ſm veritatem nature ex deo dei filius : ꝛ scōm veritatem nature ex homine hominis filius.vt veritas geniti nō adoptione : nō appellatione:sed in vtraqꝫ natiuitate filij nomē nascendo haberet.¶ Respōdeo cum adoptio sit vt de nō filio fiat filius.non est autem dicere ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo fuerit nō filius.ideo ſm ꝙ homo nō potest dici filius adoptiuus .¶ Ad autoritatem Hylarij qua dicit ꝙ carnis humanitas adoptat̄. Dicendū ꝙ humanitas carnis potest accipi dupliciter.ſm speciem communē:aut ſm substantiam singularem.nullo modo est dicendū :ꝙ humanitas in xp̄o adoptetur ſm substantiam singularē.Secundum vero speciem communem posset dici adoptari humanitas in xp̄o.sed hoc nō respectu xp̄i:sed respectu aliorum hoim qui cū xp̄o cōmunem habent humanitatē vt diceret humanitas adoptari ſm hunc sensum.quia que nō habebat esse filij i alijs:in xp̄o habet esse filij.Et ſm hunc modum humanitas siue homo de nō filio in alijs fit filius in xp̄o.Et ſm hoc dicitur humanitas adoptari in xp̄o. ¶ Ad aliud dicendum .ꝙ est gratia creata informans animā.ꝛ est gratia in creata causans creatā Quando ergo dicit Augu. Eadem gratia qua homo fit xp̄ianus ꝛ homo factus est xp̄s.intelligitur de gratia icreata : que est spiritussanctus:qua sicut causa efficiēte efficitur homo christianus:ꝛ ille homo factus est christus Gratia vero creata non eadem:quia illa in homine puro est gratia adoptionis:in xp̄o vero homine gratia vnionis.¶ Item ad tertium dicendum ꝙ adoptio ponit differentem statum humane nature.vnū in quo fit non filius.qđ non est inuenire in xp̄o ſm ꝙ homo. Creatura vero non ponit status differētiam:sed solummodo esse de nihilo. qđ conuenit xp̄o ſm ꝙ homo.Preterea.creatura ponit esse post nō esse.adoptio vero bene esse post male esse.qđ nullo modo cōuenit xp̄o ſm ꝙ hō.

Respōsio. Sol ad auto Hylarij. Ad auto. Augusti. Ad tertium.

Membrum quintum.

Utrū xp̄s vniuoce dicatur filius dei ꝛ filius virginis.

C Onsequenter queritur. vtrum christus vniuoce dicatur filius dei ꝛ filius virginis.Et videtur ꝙ sic.Quia cum dicatur filius hominis ꝛ filius dei ſm rationeꝫ generationis naturalis ex vtraqꝫ parte non dicit̄ equiuoce filius:sed vniuoce.¶ Contra filius virginis est per decisionem patris a virgine.filius vero dei patris est non per decisionem:sed per totalitatem ipsius substantie quam accepit a patre. ergo equiuoce dicitur filius:non vniuoce.¶ Respondeo non dicit̄ vniuoce nec equiuoce:sed analogice.i.ſm prius ꝛ posterius . quemadmodū bonitas de bono creato ꝛ increato.¶ Item queritur vtrum debeat dici filius natura.nam hoc dicunt autoritates sanctorum.ꝛ cum filius dicatur filiatione.deus vero dicitur deus natura que diuina est.homo vero dicitur hō humana natura.Christus eñ deitate dicitur deus: humanitate homo: filiatione filius.Non igitur natura est filius:sed magis filiatione. ¶ Item cum essentia sit idem quod natura:poterit ne dici filius essentia : sicut filius natura?¶ Respondeo ad primū ſm ꝙ dicit magister in sententijs.Aliter enim dicitur de⁹ natura:aliter filius natura.cum enim dicitur de⁹ natura:ablatiuus est quasi formalis.sicut si diceretur deitate deus.cū vero dicitur filius natura: non est ablatiuus quasi formalis:sed quasi materialis siue substantialis.vnde sensus est filius natura:id est filius habens naturam.vnde licet dicatur filius filiatiōe formaliter:nihilominus est deus natura.¶ Ad aliud dicendum. ꝙ cum dico essentiā:dico deitatem absolute.cum vero dico naturam:dico deitatem cum ratione generationis scꝫ filij. Natura enim est essentia habens virtutē producendi ex se simile.propterea q̄uis concedatur filius natura:non tamen concedi debꝫ filius essentia in ablatiuo:cū per ablatiuū significetur circūstantia materialis.

Contra. Rn̄sio. Querit̄.an dicat̄ natura. An essentia. Rn̄sio. Ad aliud.

Membrum sextum.

Querit̄ de filiatione p adoptionē.

C Onsequenter queritur ad maiorem declarationem de filiatione per adoptionem in hunc modum.Primo.vtrū ratio paternitatis siue filiatiōis dicatur vniuoce de nobis ꝛ filio dei.Secundo. vtrum ratio qua dicitur pater noster:conueniat patri tantum aut toti trinitati.Tertio. vtrum xp̄us ſm ꝙ homo sit filius trinitatis siue filius adoptionis. Quarto.vnde sit in nobis filiatio. Quinto . vtrū ante incarnationē fuerit filiatio.

Articulus primus.

Utꝝ rō paternitatis siue filiatiōis dicat̄ vniuoce de nobis ꝛ filio dei. Arg.primū. Scōm. Cōtra.Aug.

A D primum sic obijcitur.Unum vni opponitur vno genere oppositionis.Si ergo alia est relatio qua xp̄s dicitur filius patris:ꝛ qua nos dicimur filij patris. qꝛ illa est increata:ꝛ ista creata. ergo alia est relatio qua dicitur pater filij:ꝛ qua dicitur pater noster. ergo hec paternitas alia est ab illa paternitate. ¶ Item Jo.xx.Ascendo ad patrem meū ꝛ patrem vestrum ꝛc.interlinearis.Aliter dicitur meū:aliter dicitur vestrum.Meū dicitur natura: vestrū vero gratia.ergo alia est ratio paternitatis ꝛ filiationis:qua dicitur pater filij:ꝛ qua dicitur pater noster.¶ Contra.Augu.in lib.de trini.Pater dicitur principium filij quomodo genuit eum.ꝛ principium spiritussancti quomodo donum eius est. et principium creature quomodo creauit eam.et tamen propter has rationes diuersas non multiplicatur ratio principij.ergo cum dicitur pater filij ꝛ pater creature:non multiplicabitur ratio patris respectu filij et respectu creature rationalis.

¶ Item ephes.iij.flecto genua mea ante deum et patrem a quo omnis paternitas in celo τ in terra nominatur.ergo paternitas in celo τ in terra sm hoc non dicitur sm rationem diuersam. Cum ergo paternitas in celo sit qua dicitur pater filij:paternitas in terra qua dicit̄ pater noster. ergo non erit differens ratio:cum dicitur pater filij:τ cum dicitur pater noster.

Rn̄sio.

¶ Respondeo sicut cum dicitur principium respectu filij et respectu creature.ratio principij ex parte eius qd̄ est principium non mutatur:sed ex parte illorum ad que dicitur principium.vnde non est dicere plura principia. Simili modo cum dicitur pater filij et pater noster:non est differentia paternitatis ex parte eius qui dicitur pater sm rem:sed tm̄ sm modum.Sed ex parte eorum ad quos dicitur pater. sicut cum dicitur principium filij dicitur personaliter. cum vero dicitur principium creature:dicitur essentialiter.Similiter cum dicitur pater filij:dicitur personaliter.cū dicitur pater creature: dicitur essentialiter.nec est ibi differentia sm rem: sed tm̄ sm modum.

Sol.ad.j.

¶ Ad illud ergo quod primo obijcitur. ꝙ vnum non opponitur multis correlatiue.dicēdum ꝙ falsum est etiam in inferioribus. immo cū vnus est pater multorum:vnum opponitur multis correlatiue. Dicendum ergo est ꝙ non multiplicatur relatio in patre sm essentiam: cum dicitur deus est pater filij:τ cum dicitur est pater noster.sed solum est ibi differens modus:q̄uis multiplicetur in his que sunt ab eo.

Ad scd̄m.

¶ Ad illud quod dicit August. super Jo. Aliter dicitur meum: aliter vestrum τc.dicendum ꝙ gratia τ natura non faciunt distinctionem ex parte illius a quo:sed ex parte eorum que sunt ab illo.

Articulus secundus.

Utrum rō qua dicit̄ pr̄ noster cōueniat toti trinitati aut patri tm̄.
Arg.primū.

Consequenter queritur.vtrum ratio paternitatis respectu nostri conueniat toti trinitati:τ cum filius sm rationē nominis non dicat respectū ad posterius sed ad prius:τ similiter spiritus inq̄tum spiritus nomen autem paternitatis dicat respectum ad posterius.ergo non cōuenit filio ꝙ dicatur pater noster:quemadmodum nec dicitur filius noster.qr filiatio dicit in respectu ad prius.pari ratione nec spiritussanctus.

Scd̄m.

¶ Item abstractis personis ab essentia:adhuc remanet summa bonitas p intellectum quo ad nos. sed summa bonitas quo ad nos non ostenditur nisi per impartitionē gratie. ergo adhuc intelligeretur impartitio gratie.ergo et filiatio. Ex quo relinquitur ꝙ esse filium p gratiam non dependet a patre τ spiritusancto.

Contra.

¶ Cōtra.Ipse filius dicit in euangelio.Fili remittūtur tibi peccata tua.ergo per consequens dicit se patrem. ¶ Item ad ephes.iiij.Unus deus: vnus dominus:vna fides:vnum baptisma:vnus deus pater omniū.Dicit glo.Pater omniū dicitur creatione:sed fidelium regeneratiōe. Si ergo creatio et regeneratio est cōmunis effectus trium personarum.ergo et paternitas.

Rn̄sio.

¶ Respondeo dicendum.ꝙ pater noster dicitur cōmuniter de tribus personis.ad filiationem enim per gratiam requiritur ꝙ simus ad imaginem τ similitudinem per gratiam. Qd̄ autem simus in esse gratie hoc pertinet ad patrem. Qd̄ vero ad imaginem: ad filium qui est imago patris. Qd̄ autem ad similitudinē ad spiritūsanctum qui est similitudo per quam assimilamur deo. Preterea a patre per filium regeneramur.ab vtroqꝫ per spiritūsanctum reformamur.ex quibus duobus est filiatio per adoptionē Ex quo relinquitur ꝙ ratio paternitatis qua dicitur pater noster:conuenit toti trinitati.

Sol.ad.j.

¶ Ad illud qd̄ primo obijcitur dicendū.ꝙ nomē paternitatis conuenit filio.non eo ꝙ dicitur filius:sed eo ꝙ principiū gratie redemptionis. Similiter spiritussanctus non eo ꝙ dicitur spiritus:sed eo ꝙ nobis est in pignus eterne hereditatis. Unde Augu. in libro de anima τ spiritu. Filium dedit in preciū redemptionis:spiritūsacntum in priuilegium adoptionis:se deniqꝫ totum seruat hereditatem adoptatis.

Ad scd̄m.

¶ Ad aliud dicendum.ꝙ q̄uis abstractis personis intelligitur impartitio gratie:non tamē sm appropriatam rationem vt gratie adoptionis ad gratiam enim optionis concurrunt duo in filijs ade qui nascuntur filij ire:siue filij dyaboli. Primum est redemptio a filiatione dyaboli. Secundum est adoptatio in filiationem dei. Primū per appropriationem fit a patre per filium. Secūdum ab vtroqꝫ per spiritumsanctum. Unde Augustinus in libro de anima τ spiritu. Pater tradidit filium quo redimeret seruos:misit spiritumsanctum quo seruos adoptaret in filios.

Articulus tertius.

Utrū xp̄s sm ꝙ hō sit filius trinitatis.

Consequenter queritur.vtrum christus sm ꝙ homo sit filius trinitatis Et hec questio supra determinata est: vbi queritur.quare christus non dicatur filius spūssancti.

Articulus quartus.

Querit̄ vn̄ sit in nobis filiatio.

Consequēter queritur vnde sit in nobis filiatio. Nā ad Roma.viij.dicitur. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro ꝙ filij dei sumus.ergo per spiritum sumus filij adoptionis.

Augu.

¶ Item supra Augu. Misit spiritumsanctū vt seruos adoptaret in filios. ¶ Item.viij.Roma. Non accepistis spiritum seruitutis sed spiritum adoptionis:in quo clamam9 abba pater. Glo.timor castus qui bonus est τ pficiens nos generat filios.ergo per timorem efficimur filij. ¶ Item Jo.j. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. ergo per fidem efficimur filij. ¶ Item.iij.Joh. Qd̄ natum est ex spiritu.τ sequitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua τ spiritussancto.ergo per sacramentū baptismi efficimur filij dei.quia per illud regeneramur. ¶ Item.j.Jo.iij. Uidete qualem charitatem dedit nobis deus:vt filij dei nominemur τ simus ergo filij sumus per charitatem. ¶ Item Augu. Ipsa humilitas facit nos nasci de spiritusancto ergo sumus filij per humilitatem.

Augu.

¶ Item Aug. Compertum est nos esse filios per adoptionem p illum qui est filius per naturam ergo filij sumus per filium. Queritur ergo istorum differentia.

Rn̄sio.

¶ Respondeo.adoptio respicit causam increatā: τ causam creatam. Causa increata est trinitas dupliciter.per gratiam in presenti:et gloriam in futuro. Per gratiam vero hoc modo pater per filium tollens filiationem dyaboli in redemptione.τ p spiritūsanctum conferens filiationem dei.τ hoc modo descendunt diuina ad nos. Ad gloriā vero pater per spiritūsanctum reducit nos ad conformitatem filij:τ filius reducit nos ad imaginem patris.vnde August.in lib.de anima τ spiritu. Spiritussanctus perducit ecclesiam ad xp̄m: quā ipse sine macula τ ruga tradet regnū deo τ patri. Causa vero creata determinatur multipliciter sm differentem considerationē. Nam causa disponens est humilitas,causa efficiens est gratia sacramēti.causa

pficiēs respectu p̄ris timor filialis.respectu filij fides.respectu spiritussancti charitas.

Articulus quintus.

Utrū ante incarnationem fuerit filiatio p adoptionē.

Consequēter queritur.vtrū ante incarnationē fuerit filiatio per adoptionem. Et cum dicatur Jo.j. Qd̄ postq̄ verbum caro factum est:dedit eis potestatem filios dei fieri his τc.videtur ꝙ ante incarnationem non fuerit filiatio per adoptionem. ¶ Item dicitur in.iij.lib.sentē.dist.viij. Nos dicimur filij adoptiui:quia cum nati fuerimus filij ire ephe.ij.per gratiam facti sumus filij dei. Cum ergo in statu innocentie nō essent filij ire:ergo nec poterāt esse adoptiui filij.ergo adam ante peccatum non fuit filius adoptionis. ¶ Contra. ante incarnationē et ante peccatum τ post sancti erāt filij. aliter nō pertinerent ad hereditatem. vnde Esa.lxiij. Uere tu pater noster es:et abraham nos nesciuit. Aut ergo filij naturales.aut adoptiui.aut solum filij per creationē:sicut cetera. Non primo modo: nec tertio solum:relinquitur ergo ꝙ filij adoptiui.

Rn̄sio.

¶ Responsio. adoptio respicit duplicem terminum a quo:τ ad quem. Quantum ad terminum a quo:refert in statu ante peccatum τ post peccatum.nam in statu post peccatum de filio ire fit filius. In statu vero ante peccatum non de filio ire sed de non filio per gratiā fit filius.vnde post peccatum est contraria dispositio ad filiationem. in statu innocentie negatio filiationis. Quantum vero ad terminum ad quem refert ante incarnationem τ post.nam ante incarnationem ex fide incarnationis erat filiatio in potentia.non in effectu:qui est cum cōsecutione hereditatis. Post incarnationem vero τ passionem erat filiatio in effectu cum cōsecutione hereditatis:remota obligatione per passionem. Item refert adoptio ante peccatum:si non esset incarnatio: et post peccatum post incarnationem.nam si non esset incarnatio esset solum hereditas in terra fluente melle scꝫ in dulcedine diuinitatis tm̄. Per incarnationem vero est hereditas aucta in terra fluente lac τ mel.i. delectationem diuinitatis τ humanitatis assumpte in vnitate psone filij dei.vnde.viij.Rom̄. Heredes quidem dei:coheredes autē xp̄i.

Questio.xj.de gratia xp̄i in generali.

Consequēter inquirendum est de gratia christi.hec enī questio perambula est ad ceteras: que sunt de potestate.scientia.volūtate. et merito domini saluatoris. Querēdū est ergo generaliter. Primo.an in christo sit ponenda gratia que dicitur vnionis. Secūdo.an in xp̄o ponenda sit gratia sm quam est caput. Tertio.an in xp̄o ponenda sit gratia absoluta vt consideratur vt quidam homo singularis.

Membrum primum.

Utrum in xp̄o ponenda sit g̃ra que dicit̄ vnionis.
Arg.oppo.j.

Ad primum obijcitur sic. In christo est vnio diuinitatis ad corp9. Si ergo ipm corpus non est susceptum gratie. ergo non vnitur corpus diuinitati nec diuinitas corpori per gratiam. Minor patet.s. ꝙ corpus non sit susceptum gratie.quia opposita nata sunt fieri circa idem.τ quod non est susceptum gratie vnius oppositi:non est susceptum alterius. peccatum vero τ gratia sunt opposita.sed corpus non est susceptum peccati.ergo nec gratie.non ergo est aliqua gratia que vniat corpus cum diuinitate. ¶ Ex hoc vlterius arguitur.quoniam simul est ratio vniendi totam humanitatem diuinitati si ergo corpus vnit̄ diuinitati sine gratia.ergo humanitas vnitur diuinitati sine gratia.

Damas.

¶ Ad illd̄ potest dari responsio sm Joh.dama.ꝙ diuinitas vnitur corpori mediante intellectu vel anima: et anima mediante gratia.τ ita cum anima sit susceptiua gratie:inde est ꝙ gratia est vinculum illius vnionis.quia corpus vnitur anime:et per ipsam animam que est susceptiua gratie vnit̄ diuinitati.

Scd̄m.

¶ Sed cōtra obijcit̄ hoc modo. In triduo erat separata anima a corpore christi:τ tamē corpus xp̄i vniebatur diuinitati.ergo nō vniebatur per animā.ergo in triduo non vniebatur corpus xp̄i diuinitati per grat.sed idem est modus τ fuit vniendi humanitatem cum diuinitate in conceptiōe iesu xp̄i:τ semper. Cum ergo in triduo non fuerit hec vnio per gratiam:ergo nec in eius conceptione. ¶ Item ponatur per impossibile ꝙ anima in triduo separetur a diuinitate.aut igitur ꝑpter hoc soluitur vnio diuinitatis ad corpus aut:aut non Si nō:ergo si non vnitur corpus diuinitati p gratiam nisi ratione anime.ergo gratia nō fuit medium vnionis in triduo. ergo illa vnio que est in xp̄o non fuit per gratiā.

Tertium.

¶ Item potentior est virtus eductus effectum sine medio: q̄ cum medio. quia ex defectu virtutis est ꝙ indiget medio ad ꝓductionem sui operis.sed virtus diuina est potētissima.ergo semper producit effectum suum sine medio. Cum ergo eius effectus fuerit incarnatio siue vnio humanitatis ad diuinitatē in xp̄o:ergo hec vnio fuit sine medio.ergo gratia non fuit medium in illa vnione.τ sic in xp̄o nō est ponere gratiam vnionis.

Contra.

¶ Ad oppositum. Aug. Maior gratia non potest cogitari q̄ ꝙ filius hominis sit filius dei.sed filius hominis est filius dei per vnionem.ergo gratia vnionis est in xp̄o. ¶ Item Augu. Quicquid cōuenit filio dei per naturam: conuenit filio hominis per gratiam.sed ꝙ hoc cōueniat filio hominis qd̄ conuenit filio dei: non est ex alia gratia q̄ que vnit filium hominis filio dei. ergo necesse est ponere gratiā vnionis in christo. ¶ Item Joh.j.habetur ꝙ verbum caro factū est plenum gratie τ v̄itatis. ergo est gratia vnionis verbi cum carne. ¶ Item impossibile est creaturam per naturam creature sublimari super creaturam siue super statum creature.sed vnio humanitatis ad diuinitatē est sublimatio creature super creaturam siue super statum creature: qua nō potest cogitari maior.ergo non est aliquo modo per naturam humane nature ꝙ vniatur ad diuinitatem.ergo necesse est ꝙ sit per aliquid additū nature:quod eleuet ipsum super omnem naturā. sed illud est donum gratisdatum.cōstat ergo gratia. Et cum per illud fiat illa vnio:necesse est ponere gratiam vnionis in xp̄o.

Rn̄sio.

¶ Solutio. dicendum τ concedendum est ꝙ in xp̄o sit gratia vnionis humanitatis ad diuinitatē.τ ratio huius est quia non est possibile ipsi creature humane p donum cōditionis nature:ꝙ eleuetur τ disponatur ad diuinam vnionem.τ ideo necessaria est ei gratia:que eleuet τ disponat ipsam ad vnionem diuinam.hanc autē gratiā dicimus gratiam vnionis.

Sol.ad arg.j.

¶ Ad primū qd̄ obijcitur in cōtrarium ꝙ corpus

nō est susceptiuū gratie. Dicēdū q̄ susceptiuū gratie dicit dupliciter. scz p se: ⁊ p aliud. sicut est susceptiuū peti p se ⁊ per aliud sola rationalis creatura est susceptiua peccati p se: ⁊ gratie p se. corpus vō per accidens siue p aliud scz per aiam. qz enim anima est pfectio corporis: ⁊ corp⁹ est susceptiuus pfectionis ab aīa. perfectio aīe que est gratia mediāte aīa suscipit a corpore: quemadmoduz erit in gloria. gloria enim erit in aīa: ⁊ aīa glorificata perficiet corpus. ⁊ inde erit in corpore gloria. Similiter est de gratia. qz aīa est pfectio corporis: gratia vō est perfectio aīe. ⁊ ideo mediāte anima corpis est perfectio. Dicenduz igit q̄ in xpo sicut ipa aīa vniebaī diuinitati p gratiā vnionis: ita ipm corpus per eandē gratiā vniebatur diuinitati mediāte aīa. sicut dicit. Dama. q̄ mediāte intellectu vnitur diuinitati. ¶ Ad illud qō postea obijcit de triduo. ⁊ ad illud qō sequitur dicenduz q̄ in triduo vniebatur diuinitas corpi mediāte anima. Quis esset etiā separata a corpore. naz aīa ergo vnitur corpori relinqt in corpore dispositionez que remanet in corpore separata aīa ab ipo. ⁊ illa dispositio est ipius aīe sicut effectus. Et ꝓpter hoc quicqd fit per illā dispositionē vel mediāte illa fit mediāte aīa sue cause ꝓprie. mediante vero illa dispositione erat vnio diuinitatis ad corpus in triduo. ⁊ ideo dicitur q̄ mediāte aīa fuit vnio. quia mediāte dispositione derelicta ab aīa in ipo corpore: per quā corpus ad vnionē disponebatur ⁊ tenebatur in vnione. Mō manifestatur sic. Aug. mouet questionē de abortiuis fetibus. vtrū ptineāt ad resurrectionē. Et dicit q̄ nō. quia ipsum puerperiū nōdū fuit animatū. ⁊ ꝓpter hoc corpus abortiuū nihil sortitur ab aīa: quia nondū fuit vn tū anime. ⁊ ideo ex impressione aīe nō sortitur dispositiones ad incorruptionē ⁊ perpetuitatem. ⁊ ideo oīno resoluitur in pristinā materiā. Corpus vō Herodis ptinet ad resurrectionem sed nō ad beatam. quia corpus eius vnitū fuit aīe: que erat substantia immortalis ⁊ perpetua: que tamē nullam habebat gratiā nec condignitatē ad gloriam per gratiam. ⁊ inde est q̄ sortitur corpus p dispositionē ad esse perpetuū: sed non gloriosuz ⁊ vnitur iterū anime herodis. Ulterius est i corpe beati petri: quia fuit vnitum corpus eius aīe que erat substātia perpetua. ⁊ habēs gratiam ex qua erat in eo condignitas ad gloriā. ⁊ ideo ex eius impssione sortitur possibilitatē ad resurrectionem ⁊ ad esse perpetuum ⁊ glorioſum. Habet ergo corp⁹ petri separata anima petri ab ipo possibilitatē ordinatas ad gloriā. Ulterius fuit in corpe ihu xpi: quia plus fuit in ipo q̄ in aliis. quia nō soluz erat gratia cōmunis in aīa sua sicut in aliis animabus sanctis sicut in anima petri: immo vlterius in sua beata aīa erat gratia vnionis ad diuinitatem. Sicut ergo in corpore petri per vnionē ad substantiam perpetuam que erat eius aīa habens etiam gratiam relinquebatur potestas in corpore petri ad resurrectionez ad gloriaz. eodē modo in domino ihu gratia vnionis qua beata eius aīa vniebatur diuinitati: relinquebat in corpore eius ab aīa sua que erat perpetua ⁊ gratiosa omni plenitudine gratie: possibilitatem ad esse perpetuū ⁊ glorioſum ⁊ ad diuinam vnionem. Abstracta vero aīa non abstrahitur impssio que est ab aīa in corpe. vnde in corpore iesu xpi manet dispositio ad diuinā vnionez separata anima per quā dispositionem manet vnio corporis ad diuinitatez qz quelibet materia sortitur ꝓprietatē ⁊ dispositionem sue forme. Et ita anima xpi separata a corpore i triduo illud qō ex anima erat scz impressio fuit medium: vel dispositio vnionis corporis ad diuinitatē. ¶ Ad aliud qō obijcitur. q̄ potētior est virtus ꝛc. dicēdū q̄ gratia vnionis fit necessaria in xpo ad vnionez diuinitatis. ⁊ humanitatis nō est de impotētia deitatis: sed de impotētia humanitatis. quia ipa deitas de se potentiā habet actiuam sufficientem ad vniendum sibi humanitatē sine aliquo medio ⁊ adiutorio. sz ipa humanitas impotentiā habet de se ad hoc q̄ vniatur diuinitati. per cōditionē enim nature impossibile est q̄ disponatur ad vniones illam. quia oportet q̄ in illa vnione eleuetur supra omnez naturam ⁊ creaturam.

Ad tertium.

Ad scōm.

Membrum secundum.

Utruz in xpo sit ponenda gratia ſm quaz est caput ecclesie.

¶ Onsequēter queritur an in xpo sit ponenda gratia ſm quaz est caput ecclesie. ad Ephe. j. Ipm dedit caput sup omnez ecclesiā: que est corpus eius. ⁊ hoc ſm humanam naturā. Si ergo xps est caput super omnem ecclesiā. ⁊ hoc habet ex dono patris. quia dicit. ipm dedit ꝛc. ⁊ istud donum est gratia. ergo ex gratia habet q̄ sit caput ecclesie. ¶ Item Aug. ad dardanum. In xpo bitat omnis plenitudo gratie sicut in capite in quo sunt omnes sensus. ergo ipe est velut caput ex gratia dei. ergo in ipo est gratia ſm quā est caput ecclesie. Item Hugo de san. vic. in li. de sacramētis dicit. Sicut spūs hominis mediante capite ad mēbra descendit vuificanda: sic spūs sanctus per xpm venit ad xpianos: cuius plenitudo quidē est in capite. ptcipatio vero in mēbris. ¶ Ad oppositum supponitur hec ꝓpositio: que asseritur a sanctis. Corruptio originalis traducta est per peccatum ade. ⁊ per carnem traducitur in nobis. quia em̄ caro est extraduce: ⁊ ex carne generatur caro. ideo traducitur de carne in carnem per generationem. sed gratia nō traducitur: quia anima est subiectum gratie. anima vero nō est ex traduce. vnde sicut nō traducitur anima ab anima: ita nec gratia a gratia. sed cum corruptio originalis sit in carne. sicut traducit caro ex carne: ita corruptio. ¶ Ex his obijcitur anime non sunt ex traduce: immo sunt diuise ⁊ distincte a deo create immediate. iuxta illud ps. Qui finxit sigillatim corda eorum ergo ab aīa xpi non traducitur gratia ad animas nostras. ergo nō perficiuntur anime ab ipsa gratia anime christi. non potest ergo anima ipsius trāsfundere gratiam nec influere ad animas nostras. Sed alia ratione non dicitur caput: nisi quia sicut caput vitam ⁊ spiritum transfundit alys membris: ita xps gratiaz membris suis que sunt fideles anime. Cuz ergo hec nō possint esse: relinquitur q̄ in eo nō est gratia ſm quam sit caput. ¶ Item Augu. Mens nulla interposita natura ab ipsa primaveritate formatur sed hec formatio nihil aliud est q̄ perfectio: que est gratia in anima vel in mente. ergo ipsa gratia est immediate in animabus nostris ab ipsa prima vitate. ¶ Item nullius creature est dare gratiam. quia sicut anima imediate est a deo: ita eius perfectio que est gratia. ergo gratia nullo mediāte est a deo. ergo cum christus inquātum homo sit creatura: non potest esse mediū influentie gratie dei ad nos. Sed alia ratione non dicitur habere gratiam ſm quam dicitur caput ecclesie. ergo non est in ipso ponenda gratia ſm quam dicatur esse caput ecclesie. ¶ Solutio. dicēdum q̄ in christo ſm q̄ homo est ponere gratiam ſm quam est caput ecclesie. Ad illud intelligendū nc tāduz est. q̄ influentia

ſm Augu.

Tertium.

Rñsio.

xps ſm q̄ hō est medius. per modū fidei.

Augu.

Per modum meriti.

Per modum orationis.

Per modum dispositiōis.

So. ad oppo. Arg. primū.

Ad scōm.

q̄ influentia gratie est a deo sine medio: ⁊ per medium sine medio christus ſm q̄ deus immediate est dator gratie autoritate ⁊ in propria ratiōe efficientis. vnde Esa. xliij. dicitur. Ego sum ipse qui deleo iniquitates ꝓpter me. per medium xps ſm q̄ homo multis modis. Est enim medium p modum fidei. per modum meriti. per modum desiderij: siue orationis. per modum dispositionis. ¶ Per modum fidei ꝓut ipse consideratur in fide. fides enim que de xpo siue de deo hoīe est: disponit immediate aīaz ad gratiā. imo ipossibile fuit sine fide illa aliquē gratū esse deo. vnde ꝓpter hoc dicit pater Matth. iij. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Slo. i. per ipsum mihi alij placent. Aug. Sine fide mediatoris nunq̄ alicui quis placuit deo. Similiter per modum meriti: quia per passionem suam meruit a patre vt daretur gratia omnibus credētibus in ipsum ⁊ amātibus ipsuz ſm q̄ dicetur Esa. liij. Iniquitates eorum ipse portabit: ⁊ ideo dispartiam ei plurimos Similiter per modum desiderij siue orationis: qz omnibus credentibus ⁊ desiderantibus gratiam orat et desiderat. ſm q̄ legitur Roma. viij. Deus qui iustificat: quis est qui condemnet? Jesus xps qui sedet ad dexteram patris: qui et interpellat p nobis. Et. j. Joh. ij. Aduocatum habemus apud patrem iesum christum iustum. ⁊ ipe est propiciatio pro peccatis nostris. Ipse enim est medium sicut aduocatus ⁊ orans pro nobis: vt nobis detur gratia. Item per modum dispositionis ꝓtum ad naturam. quia tota natura humana ante incarnationez erat digna odio ⁊ reprobatione propter peccatum originale. sed cum fuit natura humana assumpta a filio dei in vnitate persone: disponebatur ratione predestinatorum ad gratiam dispositione cōgruitatis siue dignitatis. Sicut ergo per vnum hominem fuit lapsa: ita per vnum hominem deum scz christum per vnionem cum diuinitate fuit dispositа ad iustificationem vnde ad Roma. v. dicitur. Sicut per vnius delictum oīs homines in condemnationem: sic ⁊ per vnius iusticiam omnes homines in iustificationem vite. quia dedecus esset filio habenti humanam naturam: si ipsa tota perderetur. ¶ Ad primum in cōtrarium dicendum. q̄ peccatum traducitur vno modo: ⁊ gratia alio modo. Peccatum enim traducitur per naturam corruptionis: gratia vero p spiritum sanctum. Sicut ergo videmus cōtinuationem ab adam vsq̄z ad vltimum filium ade. et hanc continuationem facit natura. et quia ipsa corrupta fuit in adam: ideo corrupta est in oībus alijs. ⁊ ideo per ipsum traducitur corruptio originalis in filijs ade. Sic spiritus sanctus per quem abundat gratia in anima christi ꝓtum ad omnē gratie actum. in alijs sanctis consimilem gratiaz infundit. Et sicut vnus est spiritus capitis ⁊ mēbrorum viuificans caput ⁊ membra: sic idem spiritus per quez in nobis est gratia ⁊ in christo. Et hoc est quod dicit Hugo in lib. de sacramentis. Sicut spiritus hominis mediante capite ad mēbra descendit vuificanda: sic spiritus sanctus per christū venit ad christianos: cuius plenitudo quidem est in capite: participatio vero in membris. vnde spiritus ille plenissime viuificat caput. consequenter alia membra. ⁊ in capite sunt oīes sensus: in membris vero est sensus vnus. s. tactus. sicut dicit Augu. Est ergo hoc modo gratia in nobis ab anima christi per spiritum sanctuz. ¶ Ad aliud quod opponitur. q̄ mens nulla interposita natura ab ipsa prima veritate formatur. Dicēdum q̄ aliud est dicere animam formari per gratiam: et animam accipere gratiam. Inter formationem anime per gratiam ⁊ deum: nulluz est medium. immo ipsa trinitas formatiplam id est reducit in diuinam formationem ⁊ similitudinem. ⁊ hec formatio est gratificatio. Sed in accceptiōe gratie ab anima potest incidere medium: quia acceptio respicit dantem ⁊ accipientem. sed inter dātem ⁊ accipientem potest esse medium. dico vel fidei vel meriti vel aliozū modozum quos diximus supra. ¶ Ad aliud quod obijcitur. q̄ nullius creature est dare gratiam. Dicendum q̄ dare gratiaz per modum autoritatis solius dei est. sed dare gratiam per modum impetrationis ⁊ meriti. ⁊ sic de alijs modis potest esse creature. ⁊ sic est ipsius iesu xpi ſm q̄ homo.

Ad tertium.

Membrum tertium.

Utruz in xpo fuit gra singularis sctitatis ſm quaz esset quidā hō sanctus. Arg. primū.

¶ Onsequenter queritur an in christo ponenda sit gratia absoluta vt consideratur vt quidam homo singularis: sicut in alijs hominibus sanctis. Et ostenditur q̄ non. quoniam maioz lux absoꝛbet minozē. gratia vnionis qua homo vnitur deo: vt sit idem homo quod deus: est maioz gratia que possit cogitari. vnde est sicut maioz lux. gloria vero singularis sanctitatis in homine singulari est sicut minoz lux. ergo hec gratia in christo qua diceret factus homo singularis: absoꝛbetur per gratiam vnionis hominis ad deum: que est in christo. ergo in christo non est ponenda talis gratia. ¶ Itē gratia vnionis est summa: qz maioz cogitari non potest. est ergo sufficiens ad omnia opabilia que potest efficere gratia. sed vanum est ponere p plura ad quod sufficit vnuz. Si ergo gratia vnionis sufficit ad omnia operanda: ergo cum ipsa sit in christo: vanum esset ponere gratiam singularis sanctitatis. ¶ Ad oppositum. Requiescet super eum spiritus domini. Esa. xj. Spiritus sapientie ⁊ intellectus ꝛc. ⁊ loquitur de christo. sed he sunt singulares gratie donozum seu virtutum. ergo in ipso sunt gratie singulares virtutum. In ipso ergo est ponere gratiam singularis sanctitatis ſm q̄ est quidam homo sicut in alijs. ¶ Solutio. dicēdum q̄ in christo fuit gratia singularis sanctitatis ſm quā esset quidam sanctus homo. ita vt nihil deesset sibi de gratia q̄ posset haberi ab homine. Item ipse fuit homo deus: ⁊ ideo necessaria fuit in eo gratia vnionis. quia q̄ sit homo deus hoc habet ipse per vnionem. Item ipe fuit mediator dei ⁊ homis. ⁊ ideo fuit gratia in ipso ſm quā esset caput: vt esset medium influētie gratie in nobis sicut caput ad alia mēbra. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum. q̄ non est simile de luce corpozali ⁊ spirituali. In luce em̄ corpozali minoꝛ lux absoꝛbetur a maioꝛi: sed non in luce spirituali. ⁊ hec est ratio. qz oīa lumia corpozalia sunt ad vnum actum. s. ad manifestandū visibile. et loquor de ipsis ꝓtum ad illuminationem. ⁊ ideo quātum ad manifestationem vnum absoꝛbetur ab alio. Sed tamen ꝓtum ad virtutē non absoꝛbetur vna lux per aliā. vnde virtus stelle non absoꝛbetur per virtutem solis: nec virtus lune. immo retinent stelle ⁊ luna speciales operationes ⁊ influentias suarū virtutum ad ista inferioria. Licet enim luna non luceat de die vt illuminet nos: tamen retinet suam virtutem: nec absoꝛbetur a virtute solis: immo potius ab ipsa foꝛtificatur. et virtutes stellarum similiter. vnde in

Contra.

Rñsio.

Sol. ad arg. j.

luminaribus celestibus fortificatur ⁊ multiplicatur virtus vnius luminis quando coniungitur cũ alio. In luce vero spirituali que est gratia: non sunt omnia luminaria ad vnum actum: sed ad diuersos per quos dirigunt animam ⁊ illuminant diuersimode. sicut fides illuminat animam ⁊ dirigit ad credendũ: ⁊ manifestat ei quid debet credere. charitas ad diligendum. ⁊ propter hoc vna nõ absorbetur ab alia in anima: sed fortificatur per coniunctionem cum altera sic ergo in christo gratia vnionis et alie gratie non sunt ad vnum actum. ⁊ ideo vna non absorbetur ab alia.

Ad scdm.

¶ Ad aliud dicendum. ꝙ non est vanum ponere istas gratias in christo siue gratiam sic multiplicatã quia ad diuersa sunt. Dico tamen ꝙ vna est gratia ſm essentiam in christo: non tamen est vna cõsiderãdo operationẽ vel actum: quia alius actus est vnire humanitatem diuinitati. alius actus influere gratiam ⁊ esse exemplar ad omẽs animas sanctas per spiritũsanctum. Item sua anima poterat cogitare de summa bonitate ⁊ amare eam. ⁊ hic est alius actus a predictis. Secundum primũ attenditur in christo gratia vnionis. Quantum ad secundũ gratia ſm quam est caput ecclesie siue medium influẽtie gratie in animabus nostris. quãtum ad tertium gratia singularis sanctitatis. Et ita cum isti actus non superfluant sed verissime sunt in christo: ideo non est vanum ponere istas gratias in christo.

Questio. xij. de gratia xpi in speciali.

Consequenter queritur de istis gratijs in speciali. Primo de gratia vnionis. Secundo de gratia ſm quam est caput. Tertio de gratia singularis sanctitatis.

Membrum primum.

De gra vnionis.

Primo queritur de gratia vnionis hoc modo. Primo de essentia ipsius gratie vnionis absolute. Secundo de essentia ipsius per cõparationẽ ad gratiam ſm quã xps dicatur esse caput.

Articulus primus.

Utrum gratia vnionis absoluta sit creata vel increata. Arg. primũ.

Ad primum ergo quo queritur de gratia vnionis absolute: vtrũ sit creata vel increata. Et ostenditur ꝙ sit increata. Nulla creatura habet actum supra creaturam effectiue vel formaliter. sed gratia vnionis est ad actum qui est super omnem creaturam scʒ vnire humanitatem diuinitati. vniri enim diuinitati que est principiũ omnium creaturarũ: est supra omnem creaturã. ergo causa effectiua vel formalis illius vnionis est supra omnem creaturam. ergo non est creatura. est igitur increata.

Scdm.

¶ Item eccli. j. Uanitas vanitatum ⁊ omnia vanitas. Ex hoc obijcitur. nihil cõiungit vel cõiungere potest vanitatem veritati nisi veritas. cum ergo humana natura sit vanitas. diuinitas sit veritas. ergo cum nulla creatura sit veritas: nulla creatura potest esse cõiungens deitatem humanitati: vel ecõuerso humanitatem deitati. Si ergo gratia vnionis est illud per qđ fit vnio ista. ergo gratia vnionis nõ erit creata.

Tertium.

¶ Item Ioh. iij. Pater diligit filium. non enim ad mensuram dedit ei spiritum ex hoc arguitur. Omnis creatura est in mẽsura: quia omne creatum est mensuratum et creatum sub certa mensura. sicut habetur sapiẽtie. xj. Omnia in pondere numero et mensura disposuisti. Sed spiritus qui datus est ipsi christo in vnione est sine mensura. ergo non est creatus. Spiritus autẽ ille dicitur gratia. ergo gratia data christo ĩ vnione est increata.

Quartũ.

¶ Item ad Roma. j. Predestinatus est filius dei in virtute. super illud dicit Aug. Nos sumus filij gratia: ipse autem filius natura. Si queratur an ad hominem referatur: sane dici potest idest si queratur si ipse homo sit filius per naturam patris. sane potest dici. Sed ipse homo non est filius nisi per vnionem. ergo vnionis gratia facit illum hominem esse filium natura. hoc est esse illum filium qui est filius patris eternaliter. sed hoc non posset facere aliquod temporale. ergo gratia vnionis non est temporalis. est igitur eterna: ergo increata.

Cõtra. Raba.

¶ Ad oppositum. dicit Rabanus. Cum spiritussanctus datur: hoc non est tantum ſm essentiam intelligendum: sed ſm dona eius. ergo cum dicimus ipsum datum christo non ad mensuram: nõ debemus solum intelligere de essentia spiritussancti: sed etiam de donis spiritussancti: que sunt sapiẽtia intellectus ⁊c. Sicut habetur. xj. Esa. Si ergo spiritus vel gratia in illis donis est creata. ergo in christo preter spiritumsanctum fuit gratia vnionis creata. ¶ Item conditio humanitatis christi non precedit tempore vnionem ipsius humanitatis cũ diuinitate: licet precedat ordine nature. Simul enim tempore fuit condita ⁊ vnita. In ipsa ergo vnione humanitatis christi ad diuinitatem: aut ipsi humanitati aduenit aliqua dispositio que non est nature: sed superadditur nature: aut non aliqua que non sit nature. Si dicatur ꝙ non aduenit ei aliqua dispositio que non sit nature. ex hoc sequitur ꝙ non plus se habet ad hoc ꝙ vniatur hec humanitas christi ad diuinitatem: quam alia humanitas. hoc autem falsum est et inconueniens. ergo aduenit ei aliqua dispositio que non est nature humane. ergo superaddita est et ei gratis data ad vnionem ipsius cum diuinitate. ergo ipsa est gratia vnionis. necessaria est ergo creata dispositio ipsa gratia vnionis.

Rũsio.

¶ Solutio. intelligendũ est primo ad solutionem huius questionis. ꝙ gratia vnionis duplex est. Est enim gratia vnionis disponens: ⁊ est gratia vnionis complens. Disponens est gratia creata. Complens vero ⁊ perficiẽs est gratia increata. ⁊ hec est ipse spiritussanctus. Ipse enim spiritussanctus non solum per appropriationem est donum: sed etiam per suam proprietatem est amor procedens a patre ⁊ filio: quia amor est per proprietatem. ideo est donum per proprietatem: quia illud quo proprie datur aliquid alij est amor. vnde amor est ratio doni: ⁊ est illud quod primo donatur: quia si ex alia causa datur aliquid quam ex pura liberalitate ⁊ amore. non est donum proprie: vt si detur aliquid ex timore: non est donum sed al's redemptio redibitio. Similiter si ex cupiditate detur: non est donum sed questus. ergo donum proprie respicit liberalitatem ⁊ amorem dantis. quia ergo spiritussanctus est amor: ideo est donum. ⁊ quia est donũ: ideo ipse est gratia. Ipse ergo est gratia increata. Gratia vero creata est ipsa dispositio que ab increata relinquitur: que dispositio non est aliud quam deformitas vel diuina assimilatio. ¶ Dicendum igitur ꝙ est gratia vnionis

tia vnionis duplex creata: ⁊ increata. Gratia increata est spũssanctus: qui est sicut cõplens ⁊ perficiẽs vltimo istã vnionẽ. Sʒ gratia creata est disponẽs ad hanc vnionẽ ex parte humanitatis: ⁊ cã propter quã oportet ponere illud duplex mediũ in vnione hec est: quia maxime distant substantia creata et increata: scʒ diuinitas ⁊ humanitas. vñ ad hoc ꝙ cõueniãt in vnionẽ necesse est ꝙ veniat mediũ in duplici ratione. mediũ aũt est gratia vniõis quam interuenit ad illã vnionẽ. Cũ igit ex vna pte sit substantia creata scʒ humanitas: ex alia parte sit substantia increata scʒ diuinitas: oportet ꝙ gratia vniõis illarũ sit gratia creata ⁊ gratia increata. Sed non potest esse vna gratia creata ⁊ increata: ergo oportet ꝙ sit duplex: oportet igit duplex esse mediũ in vna vnione: gratiam increatã ex parte diuinitatis: ⁊ gratiã creatã ex parte humanitatis. Et sic patet ꝙ in illa vnione necesse est esse duplicẽ gratiã que sit mediũ vnionis. s. gratiam creatam ⁊ increatã que est spiritussanctus. ¶ Ratio aũt propter quã hoc magis attribuitur spirituisancto ꝙ sit gratia increata vnionis quam alij persone hec est. Secundũ enim illud qđ propinquius est nobis ex parte diuinitatis ſm illud debet esse vnio deitatis ad humanitatẽ: que est natura nostra: quia que vniunt maxime vniunt in eo in quo appropinquãt: propinquius autem dicimus participatiõe vel cõmunione. Secundũ enim ꝙ deitas participatur ⁊ cõicat se creature: dicitur accedere vel appropinquare. non aliter.

Augusti.

Unde Augu. in lib. de aĩa ⁊ spiritu: hoc modo ponit fieri vnionẽ anime cũ corpore: ꝙ anima ſm illud ſm qđ magis appropinquat cũ corpore vnitur corpori. hoc aũt est infimũ ipsius anime: quia illud quod est infimũ ipsius anime maxime accedit ad naturã corporis: similiter corpus ſm illud ſm qđ magis appropinquat anime vnitur cum ipsa anima: hoc aũt est supremum corporis. Corpus enim ſm supremum suum quod est spiritus magis appropinquat ad naturam anime: quia illud supremũ est subtilissimum qđ sit in corpore: ⁊ quia magis accedit ad naturam anime: ideo est mediũ ex parte corporis ad vniendum corpus cum anima. Similiter est in parte ista prout possumus per quãdã similitudinẽ dicere: quia ſm illud ſm qđ magis accedit diuinitas ad humanã naturam: ſm illud ex parte humanitatis dicitur esse vnio diuinitatis cũ humana natura in xpo. Illud aũt ſm qđ magis accedit diuinitas ad humanã naturã est spiritussanctus: sicut dicit Augusti. in lib. de anima ⁊ spiritu dicens: ꝙ omnis vsus deitatis est nobis ex munere qui est spiritussanctus: vnde per ipsũ est nobis cõmunio totius trinitatis. Et ratio huius est: quia spiritussanctus amor est: illud enim per quod cõmunicat se trinitas est amor: amor autem essentialiter ⁊ personaliter in ipsa trinitate est spiritussanctus: ⁊ ideo per ipsum est nobis cõmunio deitatis que cõmunio deitatis summa fuit in ipsa vnione ipsius ad humanitatem in xpo in vnitate persone ⁊ ideo spiritussanctus potius dicitur medium istius vnionis ex parte deitatis quam alia persona.

Dyonisius.

¶ Item dicit Dyonisius in lib. de di. no. Amor est vis vnitiua: si ergo debet vniri diuinitas humanitati: magis debet ei attribui ꝙ sit ratio vel medium huius vnionis quam alij: quia amor est spiritussanctus per proprietatem. Item spiritussanctus est nexus ⁊ vinculum ⁊ cõmunio patris et filij: vt dicit August. ⁊ hoc eo ꝙ est amor. Sicut ergo spirituisan. cõuenit esse vnionem diuinarum personarũ in diuina natura: ⁊ est ostensiuũ vnitatis earum: ita cõuenie ei vt sit vnio naturarum in vna persona filij. Debemus preterea intelligere gratiam creatam vniõis in xpo in tanta perfectione ⁊ cõsummatione et excellentia: vt non solũ disponat ad amorẽ ⁊ cogitationem dei creatã ⁊ talem qualis cõpetit homini deo: sed vlterius ad vnitatem personalem cum deo ita disponẽdo: ꝙ quicquid conueniat filio dei per naturam: conueniat filio hominis per gratiam: sicut dicit August. Et sic gratia vniõis creata est perfectissima assimilatio creature rationalis ad deũ que possit esse aut intelligi. Gratia vero vnionis increata est spiritussan.

Solũ ad arg. primum.

¶ Ad primum ergo dicendum qđ obijcitur in contrariũ: ꝙ si loquamur de forma complente: sic nulla creatura potest se habere formaliter ad actum supra omnem creaturã: sed loquendo de forma disponẽte: sic potest se habere formaliter ad ipsum aliquo modo: quia potest ad ipsũ disponere: sed non ipsum complere. Hoc ergo modo se habet gratia creata ad vnionem in christo formaliter ex parte humanitatis: quia ipsa est velut forma disponens ad vnionem ex parte humanitatis. Gratia vero increata que est spiritussanctus: est complens ⁊ perficiens illam vnionem.

Ad scdm.

¶ Ad aliud dicendum. ꝙ gratia creata habet duplicem respectum: ſm ꝙ dicimus quam omnis creatura duplicem habet respectum: quia creatura cõparatur ad illud a quo est: ⁊ ad illud de quo est. Si respiciamus illud a quo est: sic inuenimus deum quia est a deo. Si respiciamus illud de quo est: sic inuenimus nihilum: quia omnis creatura inquantum creatura de nihilo est. Ex hoc vero ꝙ creatura est de nihilo: ex hoc est vanitas: ⁊ habet esse vertibile: sicut dicit Damasce. Sed ex respectu ad illud a quo est: quod est prima veritas: scʒ deus ex hoc ipsa est creatura habens esse verum et non est ſm hoc vanitas.

Ad tertium.

¶ Ad aliud patet solutio. ꝙ in christo est gratia vnionis duplex: scilicet creata ⁊ increata. Gratia vnionis increata illa est infinita et sine mensura et hec est spiritussanctus: et de hac loquitur Iohan. Non est ei datus spiritus ad mensurã. Sed gratia vnionis creata est in mẽsura: et de hac non loquitur Iohan. Unde nullum est incõueniens ꝙ dicatur gratia eius increata infinita et ꝙ in ipso sit gratia creata finita. Istud tamen inuenies plane determinatũ in primo libro in questione de infinitate diuine essentie.

Ad quartum

Ultimũ iam per dicta patet.

Articulus secundus.

De differẽtia vnionis p cõparationẽ ad gratiam ⁊c.

c Onsequenter queritur de differentia vnionis per comparationem ad gratiam ſm quam est caput. Et primo queritur: an gratia vnionis sit eadem cum gratia ſm quam est caput. Secundo queritur que illarum sit prior.

Ad primum arguitur. s. s.

sic. Augusti. Nulla maior gratia cogitari potest: quam ꝙ filius hominis sit filius dei: sʒ hec est gratia vnionis: ergo nulla maior gratia potest cogitari quam gratia vnionis. hec ergo est in christo de qua habetur Iohan. j. De plenitudine eius accepimus omnes gratiam. Et illa gratia de qua nos accepimus: est illa ſm quã christus est caput: ergo gra-

tia vniõis in xpo est gratia illa ſm quã xps est caput. ¶Item Hugo de sancto victo. dicit in lib. de sacramentis. Unus est spiritus qui per xpm venit ad xpianos: cuius plenitudo in capite ⁊ participatio in membris. Sed plenitudo spiritus in capite est gratia vnionis: ipsa vero participatio quevenit a capite in membra est gratia ſm quã est caput: q̃ ex illa fuit participatio in membris: ergo cadẽ est

Contra. hec gratia cum alia. ¶Ad oppositũ. Ad aliũ actũ est gratia vnionis: ⁊ gratia ſm quã est caput: ergo est alia ⁊ alia gratia. Maior patet: q̃ gratia vnionis est ad vniendum humanitatẽ cũ deitate: alia ad vniendũ caput ⁊ membra: sed isti sunt actus diuersi: ergo ab alia ⁊ alia gratia.

Solo ad arg. ¶Solutio. dicendum q̃ gratia vnionis intelligitur gratia creata ⁊ gratia increata. Et similiter gratia ſm quã xps est caput intelligitur gratia creata ⁊ increata. Si ergo intelligas ex vtraq; parte gratiã increatam. dico q̃ eadem est gratia vnionis increata: ⁊ gratia ſm quã est caput: increata re ⁊ ratione: scz spiritus sanctus. Et hoc vult dicere autoritas Hugo. scilicet q̃ vnus est spũs q̃ per xpm venit ad xpianos cuius plenitudo in capite: participatio in membris.

Si autẽ intelligamus gratiã vnionis creatam: et gratiam ſm quam est caput creatã: sic differt gratia a gratia ſm rationẽ: ⁊ non ſm substantiam. sicut si diceretur: q̃ eadem est lux que plenissime lucet in sole: ⁊ per quã est influentia luminis a sole per radios ad ista inferiora. Similiter eadẽ est gratia vnionis que ex sua plenitudine lucet in xpo: et que habet virtutẽ lucendi ⁊ lucet ⁊ radiat ab ipso in alijs. scz in membris: ⁊ ipsa eadem ſm substantiã ſm q̃ lucet in xpo vniẽs humanitatem deitati dicitur gratia vnionis: sed ſm q̃ ab ipso radiat in mẽbris dicitur gratia ſm quam est caput. Et per

Ad contrariũ hoc solutur ratio in contrarium: q̃ non ostendit diuersitatem essentie: sed ſm respectus qui solum sunt ſm diuersas rationes gratie.

Que istarum gratiarum sit prior

Consequenter que ſ.i.

ritur que istarũ gratiarũ sit prior: cuz differãt ſm intelligentie rationẽ: an gratia vnionis: vel gratia ſm quã est caput. Et videt q̃ gratia vniõis sit prior q̃ quo posito ponitur aliud: ⁊ quo remoto removetur: illud est prius illo natura. Sed posita gratia vnionis ponitur gratia ſm quã est caput: ⁊ remota hac removet illa: ergo prior est gratia vnionis natura q̃ illa. ¶Item caput est prius vnitũ anime: ⁊ postmodũ influit vitã ⁊ sensum aliis mẽbris. Similiter dicit Aug. Humanitas xpi vnit deitati quasi anime q̃ deitas est vita ipsius humanitatis. ex hoc ostenditur xpi humanitas caput: ⁊ infundit ad alios vitam spiritualem ⁊ sensum: scz caput prius respicit vitã ⁊ spirituz q̃ influit: ergo humanitas xpi prius vnitur deitati q̃ influat aliis vitã

Contra. spiritualem: ergo prior est gratia vniõis q̃ gratia influentie ſm quam est caput. ¶Ad oppositum. gratia vnionis nõ fuit nisi tempore incarnatiõis xpi: q̃ nõ fuit quousq; vniret humanitas xpi diuinitati. Sed gratia ſm quã dicitur caput fuit ante incarnationem iuxta autoritates sanctorũ: sed q̃ illa fuit a primo iusto ⁊ influebat in omnibus iustis: sicut in abel ⁊ in sanctis patribus: vitã ⁊ lumẽ gratie ratione fidei mediatoris: ergo prior est gratia ſm quam est caput: q̃ gratia vnionis. ¶Si dicatur q̃ gratia vnionis erat in fide ⁊ ideo precedebat gratiam influentie: sicut in abel erat fides de incarnatione christi: ⁊ ita fides de gratia vnionis ⁊ ex hac fide sequebatur influentia gratie in ipso

Tunc obijcitur. Esse in fide nõ est esse simpliciter sed ſm quid: ergo esse gratia vnionis in fide non erat esse simpliciter: sed alia simpliciter erat scilicz gratia influentie ſm quam est caput: quia influebat alijs: ergo prior est simpliciter gratia influentie ſm quam est caput: quia influebat alijs: ergo prior est simpliciter gratia influentie q̃ vnionis.

Responsio ¶Solutio dicendũ. q̃ christus dicitur esse caput ratione fidei. Unde eoipso est caput quo creditus Et quia fides nostra ⁊ antiquorũ eadem est q̃uis per tempora varietur: vnum tamen est creditus ⁊ idem: ⁊ tñ nos credimus xpm incarnatum: ipsi vero crediderunt incarnandum siue futuram incarnationem: ⁊ quia creditus idem: ideo fides vna modo ⁊ tunc: sicut dicit Augusti. ideo vnũ caput omnibus credentibus in christum modo et tunc: quia non est fides de homine tãtum: sed de homine deo. Hec autem non mutabatur ante incarnationem ⁊ post. Ex hoc vero q̃ est fides de homine deo creditur gratia vniõis: ex hoc vero q̃ creditur gratia vnionis est christus vel homo deus nobis caput: ⁊ nos membra eius: aliter non: scilicet nisi habeam⁹ fidem de homine deo: siue de deo homine. Est ergo prior ſm rationem intelligentie gratia vnionis q̃ gratia ſm quam est caput licet eadem sit ſm substantiam: quia aliter non esset caput nostrum: nisi crederemus gratiam vnionis.

Ad contra ¶Ad rationes in contrarium dicenduz. q̃ gratia ſm quam est caput ponit esse simpliciter ex parte deitatis: sed ex parte humanitatis non ponit esse simpliciter: sed esse in fide. Gratia vero vniõis credita facit q̃ sit caput: ⁊ propter hoc ante incarnationem erat caput.

Membrum secundum.

De gra xpi ſm quã est caput.

c Consequenter queritur de gratia christi ſm quam est caput. Et queruntur tria. Primo ſm quam rationem christus dicitur caput. Secundo quorum vel cuius sit caput. Tertio de vniõe capitis ad corpus ⁊ econverso.

Articulus primus.

Queritur ſm quã rationẽ sit caput.

Primo queritur ſm quam rationem sit caput: ⁊ circa hoc tria queruntur. Primum est ſm quam proprietatem dicatur caput. vtrum per gratiam influentie. Secũdum: per quam naturam dicatur esse caput. Tertium. an alij cõueniat esse caput.

Ad primum. ſ.i.

Queritur ſm quã ppietẽ xps dr esse caput.

Scõm quam proprietatem dicitur esse caput: procedit sic. Caput enim dicitur metaphorice in alijs sicut rex dicitur esse caput regni: quia per suuz imperium mouet regnum. Si ergo xps ſm q̃ homo est. rex regum: ergo habet regnũ super omnẽ creaturã: ſm q̃ habetur. xix. Apoca. In femore suo scriptum est: rex regum ⁊ dominus dominantium: ergo ſm hoc dicitur esse caput. ¶Item melius ⁊ dignius in quolibet genere dicitur caput in illo genere: sicut leo dicitur caput animalium: quia est dignissimum ⁊ nobilissimum aliorũ. Si ergo xps est dignissimus ⁊ nobilissimus in genere rationalium: constat q̃ ipse ſm hoc est caput creaturarum rationalium. ¶Item paterfamilias dicitur esse caput ⁊

tutis intellectiue.siue rōnis:nō igit ora

Argumentuꝫ primuꝫ

Secundum

uit xp̄s ſm sensualitatem. ¶ Item oratio est pius mentis affectus in deum directus sicut dicũt sancti. Si ergo sensualitas non dirigitur in diuina: q2 nec potest cogitare diuina. ergo nec affici circa diuina. Ergo pius affectus in deum directus nullo mõ est sensualitatis: ergo nec oratio: illa ergo oratio xp̄i qua orauit vt transiret calix nõ fuit sensualitatis: sed rationis.

Tertium

¶ Item ad solam rationez ptinet conferre res: siue per conditionem: siue alio modo. Ad sensualitatem vero pertinet simpliciter res apprehendere et non per collationẽ vel conditionem. Cum ergo petitio illa proponeretur a xp̄o sub conditione. Pater si possibile est ⁊c. relinquit ꝙ petitio illa vel oratio fuit rationis ⁊ non sensualitatis.

Quartum

¶ Item nullus discretus ſm discretionez operatur aliquid cuius contrarium velit: ergo xp̄s non petijt aliquid cuius contrariuz velit ſm rationem. Cum ergo petierit transitum passiõis. relinquitur ꝙ voluit ꝙ transiret passio ſm rationez. ergo ſm rationem orabat vel petebat non mori.

Contra.

¶ Contra illud expresse est qđ dicit magister. xvij. dist. in lib. iij. dicens. Ex affectu humano sensualitatis non rationis illud voluit ⁊ non petijt. nec impetrauit: nec ideo petijt vt impetraret.

Responsio

¶ Responsio dicendum ꝙ illa petitio vel oratio fuit ratiõis ⁊ sensualitatis. sed aliter et aliter. q2 sensualitatis: vt mouentis: rationis vt proponentis. Unde dicunt ꝙ in hac petitione ratio fuit sicut aduocat9 sensualitatis. vnde ⁊ in petitione notanda est materia petitionis ⁊ forma. materia petitiõis fuit vt transiret calix. forma vero fuit cõditionalis si possibile esset scđm diuinam dispositionem. materiã ergo petitionis vel orationis sumpsit ratio a sensualitate. sed formam petitionis vel orationis ex se seu ex sua intentione adiunxit. et per hoc soluũtur tria prima obiecta.

Patet sol. ad tria argumẽta

Ad quartum

¶ Ad illđ quod obijcit ꝙ nullus discretus facit aliquid cuius contrarium velit dicendum ꝙ discretus propter se nõ facit aliquid cuius contrarium velit: sed propter alios. discret9 enim ⁊ bonus propter alios bene operatur aliq̃d quod si compleretur quodãmodo esset ɔtra illud quod vult: sicut accidit in illis qui docent alios pugnare: quia faciunt intentationes ad ledendum: et tamen nolunt ledere. scđm istum modum dicẽdum ꝙ xp̄s proposuit petitionẽ vel orationẽ quaz impetrare noluit propter instructionem nostram duplicem. Prima est q2 per illã instruimur qđ nobis licet velle aliquid proprium ex sensualitate: nec est periculosum martyribus si horreant mortem. cum filius dei illam horruerit. Alia est ꝙ nos debemus supponere voluntatem sensualitatis voluntati diuine in periculis positi. Unde subiunxit: verũtamen non sicut ego volo: sed sicut tu.

Articulus secundus.

Utrum xp̄s ĩ omni oratiõe sua fuerit ĩ oĩbus exaudit9

c

Onsequenter queritur vtrum xp̄s in oratione sua fuerit in omnibus exauditus. quod probatur per illud Hebre. v. In omnibus exaudit9 est pro sua reuerentia. ¶ Item ipse pie et iuste petijt in omnibus quod petendum erat. ergo in omnib9 debuit exaudiri. ¶ Item ipse erat summus sacerdos sanctus: innocens: impolutus sicut dicitur ad Heb. vij. ergo ipse pro omnibus debuit impetrare pro quib9 orauit. ¶ Item Psal. voluntate labiorum ei9 nõ fraudasti euz. Contra psal. Deus meus clamabo per diem ⁊ non exaudies ⁊c. ¶ Item petijt vt transiret passio in quo non est exauditus. Non ergo ĩ omnibus est exauditus.

Responsio

¶ Rñsio dicenduz qđ in omnibus est exauditus quantum est de se ſm formam petitionis. Illa ergo autoritas psal. De9 me9 clamabo per diem ⁊ non exau. non intelligitur de capite scđm se. sed de capite ratione membrorum. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ scđm formam petitiõis est exauditus: non scđm materiam. non enim petijt passionem amoueri absolute. sed sub cõditiõe.

Questio. xvj. de merito christi.

Onsequenter querit de merito xp̄i. circa quod querũtur ista. Primo an proprie ponendum sit in xp̄o meritum. Secundo de tempore meriti vel merendi quantum ad ipsum. Tertio de causa merendi Quarto de effectu meriti.

Membrum primũ.

Queritur an proprie ponẽdum sit ĩ xp̄o meritũ. Argumentuz primum

a

D primum sic. Mereri est facere de indebito debitum. q2 sicut dicit Augu. qđ meremur quasi ex debito reddit. Cũ ergo xp̄o nihil fuerit indebituz. ergo xp̄s non potuit mereri vt fieret debitum. ergo nec simpliciter mereri.

Secunduz

¶ Item xp̄s a principio sue conditionis scđm qđ homo fuit in statu cõprehensoris. siue beati: quia fruebatur sicut sancti ĩ gloria sed status cõprehensoris non est mereri. ergo nec xp̄i.

Tertiũ.

¶ Item beatus Hyl. dicit non sibi orauit vt transiret calix. sed pro hominibus: quia per calicẽ passionis tentandi erãt omnes discipuli. ergo pari ratione nec sibi meruit.

Quartum

¶ Item quicunq3 meret proficit in melius. Si ergo xp̄s non poterat proficere in melius sibi. relinquitur ꝙ nõ poterat mereri sibi. Quod autem nõ posset proficere probatur autoritate Gregorij dicentis. Non habuit xp̄s iuxta anime meritum quo potuisset proficere. in membris autem que nos sumus quotidie proficit

Quintum

¶ Item omne meritum est ex motu caritatis que non est beatitudo nec pars beatitudinis: quia si esset beatitudo vel pars beatitudinis. sequeretur ꝙ idem esset premium ⁊ meritum: ⁊ ita idem eẽt causa et effectus respectu eiusdem. Cum ergo in christo motus caritatis fuerit pars beatitudinis: relinquitur quod non fuerit meritorius: ergo nec aliq̃s alius motus: cũ a motu caritatis habeant omnes alij esse meritorij.

Sextuz.

¶ Item cum in xp̄o fuerat summa caritas: magis merebat xp̄s q̄ aliquis homo mereatur ex caritate: sed homo ex caritate meretur visionem dei: ⁊ dilectionem eternam. Si ergo non est possibile mereri maius q̄ sit visio dei ⁊ dilectio eterna. non ergo erit possibile xp̄o habenti summaz caritatẽ mereri sibi cũ visionẽ ⁊ dilectiõez dei habuerit a conceptione. ¶ Contra augustin9 Humilitas christi claritatis est meritum. Claritas vero humilitatis est premium.

Responsio

¶ Responsio. mereri dicitur multipliciter. Uno modo dicitur mereri improprie: sicut dicimus mereri interpretatiue. prout dicitur quod existẽs ĩ peccato mortali: bonum faciens. sed mala intentione meretur: quia deus retribuit ei maius q̄ faciat. et ideo interpretatur deũs remunerãdo ac si ille meruisset. Alio modo dicitur mereri communiter secundum quod dicitur mereri de congruo. secundum quem modum dicũtur sancti mereri primaz gratiam existenti in peccato. Tertio modo dicitur mereri proprie scđm ꝙ nos dicimus mereri de nõ

debito

debito facere debitum: scđm quez modũ dicimus mereri ex gratia ⁊ libero arbitrio vitam eternam. scđm quod dicitur. ij. Thi. vlti. De reliquo reposita est mihi corona iusticie quaz reddet mihi in illa die iustus iudex. Quarto modo dicitur mereri de debito facere maius debitum. scđm quem moduz dicitur mereri ex sequentibus operibus factis in caritate. Unde aug. ad bonifa. Gratia meretur augeri vt aucta mereatur ⁊ perfici. Istis modis dicit mereri ĩ nobis. Quinto modo dicitur mereri de debito habitus facere debitum actus: scđm quẽ modum xp̄s meruit sibi: q2 cum ab instanti cõceptionis deberetur ei per habitum plenitudinis gratie quem habebat omne bonum: tñ per temporis successum ex actu gratie in operibus suis excellentibus fecit ꝙ sibi deberetur ex actu quod sibi debebatur ex habitu. Et per hoc patet responsio ad primum obiectum.

Patet solutõ ad primum.

Ad secunduz.

¶ Ad secundũ respõdet hoc mõ: q2 sicut angeli qui iam beati sunt duplicem habẽt operationem. Unã qua contemplantur deuz. aliã qua ministrant nobis. ⁊ scđm illam qua contemplantur non merentur: s3 iam sunt beati in substãtia premij. Scđo vero ministerium quo ministrãt nobis merentur excellentiam ⁊ augmentũ ipsius premij. Scđm istum modum magni consilij angelus homo xp̄s duplicem habuit operationez anime secundum partem rationis: vnam qua contemplabatur gloriam diuinitatis scđm quaz erat comprehensor ⁊ beatus. aliam ſm quam operabatur dispensationem nostre redemptionis in corpore mortali: ſm quem modum merebatur ⁊ erat in statu viatoris.

Ad tertium

¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ illud quod dicit Hyla. Non sibi orauit: intelligitur q2 non timore passionis ex parte rationis orauit quo ad se. quãuis timore sensualitatis orauerit pro se. vt patet ex dictis. Simili ratione dicendum ꝙ quantuz ad suam superiorem partem nihil meruit cuz ſm illam esset beatus. quamuis illam meruit quantũ ad aliam partem inferiorem ⁊ sensualitatẽ ex parte corporis ſm quaz erat passibilitas ⁊ mortalitas. ⁊ ipse meruit impassibilitatẽ ⁊ immortalitatẽ corpori. hoc infra patebit planius.

Ad quartum.

¶ Ad aliud dicendum ꝙ anima xp̄i ſm partem superiorem non poterat proficere in melius cũ ab instanti conceptionis haberet plenitudinem gratie ⁊ veritatis. ⁊ ſm hoc intelligitur autoritas greg. Scđm vero partẽ inferiorem ſm quam habebat comparationez ad passibile corpus erat proficere in melius: q2 iuxta illam ⁊ propter illaz dr̃ in ps̃. ⁊ hebr. j. Minuisti eũ paulominus ab angelis ⁊c. quo ad illam ergo erat imperfectio ⁊ ratione illius poterat dici perfectus

Ad quintum

¶ Ad aliud dicendum ꝙ motus caritatis duplex est. Est motus caritatis in deum: ⁊ est motus caritatis in proximũ. Motus caritatis in deũ est scđz viam superiorem. motus caritatis in proximũ ſm viam inferiorem rationis. Motus vero caritatis in deum in xp̄o erat pars beatitudinis ipsius. motus vero caritatis in proximuz erat actus meritorius quia motus caritatis in deum erat ſm statũ patrie: sed motus caritatis in proximum erat scđz statum vie.

Ad sextum

¶ Ad vltimum dicendum ꝙ mai9 bonum meruit xp̄s actu sue caritatis q̄ aliquis homo. Sed bonum illud quod meruit xp̄s põt intelligi quo ad nos: aut quo ad ipsum. quo ad ipm nõ meruit maius bonũ beatitudĩe q̄ nos meremur. sc3 in genere. sed hoc non fuit ex defectu caritatis sue. sed ex plenitudine sue gratie que augeri nõ poterat quo ad ipsum. quo ad nos vero meruit mai9 bonum: q2 ipse omnibus nobis meruit vitaz eternam quantum est de se. Unde premiuz sue caritatis non fuit particulare: sed vniuersale omnibus. nec nos ex actibus nostris possemus mereri vitaz eternam nisi eius meritum precessisset: sic igit patet de merito xp̄i vtrũ sibi vel membris meruit.

Membrum secundum.

De tp̄e merẽdi q̃tũ ad xp̄z

c

Onsequenter queritur de tempore merendi quantum ad ipsuz xp̄m. Et queruntur duo. Primo vtrum ab initio cõceptionis meruerit. Secundo an invita potuerit non mereri

Articulus primus.

Utrum christus ab initio sue cõceptionis meruit

Arg. primum

a

D primum sic in tertio lib. sentẽ. xviij. distin. dicitur ab ipsa conceptione tantum meruit quantum per martyrij tolerantiam. ¶ Contra prius esse q̄ operari. ¶ Sed omne mereri est opari. ergo prius est esse q̄ mereri. ergo prius fuit xp̄s q̄ meruerit. Nõ ergo ab initio conceptionis: sed post conceptionẽ meruit.

Secundum

¶ Item nullus meretur nisi sit diuisus a materno vtero. Cũ ergo a principio sue conceptionis non esset diuisus a materno vtero a principio sue conceptionis non meruit.

Rñsio ad. j.

¶ Respõsio. est principium extra sumptum vel intra sumptum. Si dicatur principium intra sumptum nõ est dicere qđ a principio conceptionis meruerit: q2 tunc principium illud dicit illud instans quo producebatur ĩ esse per spiritum sanctum. Si vero initium vel principium dicatur extra sumptum: tunc est dicere qđ xp̄s meruit a principio ɔceptiõis q2 statim post q̄ conceptus est habuit plenum vsum lib. arb. ⁊ fuit vir perfectus quantum ad animaz per plenitudinem scientie ⁊ gratie ⁊ vsum rationis. ⁊ perfectus quantum ad corpus fuit quantum ad distributionem membrorum ⁊ formationem: licet non quantum ad quantitatem ſm quod dicitur Hiere. xxxj Mulier circundabit virum.

Ad secundũ

¶ Ad aliud dicendũ ꝙ licet non fuerit diuisus a materno vtero ſm carnem siue corpus: q2 in eo erant perfecte quecunq3 requiruntur ad meritum merebatur. Incarnatio enim corporis non tollit potestatem merẽdi alijs concurrentibus que sufficiunt ad meritum. et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus secundus.

Utrum xp̄s vita sua nõ potuerit nõ mereri

Argumentuz primum

c

Onsequenter queritur an christus potuerit non mereri in vita. ¶ Ad qđ sic. Cum omne meritorium sit voluntariũ potest fieri et non fieri per arbitriũ voluntatis. ergo poterat xp̄s mereri et non mereri

Secundũ

¶ Item paruuli baptizati sine omni merito perueniunt ad gloriam. ergo christus sine omni merito peruenire poterat ad gloriam immortalitatis.

Tertium.

¶ Item in xp̄o erat liberum arbitriuz determinatum in bonum necessario. Cum ergo meritum attendatur penes liberum arbitrium indeterminatum. ergo christus non poterat mereri cum nõ cõueniret illud sibi. Ecclesiastici trigesimoprimo. potuit transgredi et non est transgressus.

Contra:

¶ Contra. gloriosius est habere premium ex suo merito q̄ nõ ex suo merito. Si ergo btitudo christi nõ potuit esse gloriosior q̄ fuit. ergo non potuit illam non habere ex merito. ¶ Item existenti in statu merendi perfectiõis est mereri. et imperfectionis non mereri. si ergo quicquid est perfectionis necessario est ei tribuenduz. ergo necesse fuit ipsum mereri in statu merẽdi. status autẽ merendi anime est cuz existit ĩ carne pas-

sibili.quia adhuc est in via distansa fine glorie cō summate. ¶ Rñ.dicendū. ꝙ xp̄s ſm rationē illā qua erat viator nō poterat nō mereri.Anima eniȝ rationalis xp̄i duplicem habebat opationē.vnaȝ ſm comparationem ad diuinam naturā cui vniebatur ſm quā fruebatur ⁊ cōtēplabatur diuinitatem.aliā ſm cōparationē quā habebat ad corpus cui vniebatur.ſm primā cōparationē erat in statu cōprehensoris ⁊ beatitudinis ſm secundā cōparationem erat in statu viatoris ⁊ merēdi.Secunduȝ hoc ergo ab initio conceptionis merebatur q͛ virtutes non poterant in eo esse ociose. ¶ Ad illō qđ obijcitur ꝙ mereri est voluntariū.ergo poterat nō mereri.dicendū ꝙ mereri pōt dici dupl͛r.in particulari ⁊ in vniuersali.In particulari.vt cū dicitur mereri hoc motu:vel illo:vel operatiōe hac.vl' illa Et hoc modo poterat xp̄s mereri et non mereri.i. mereri hoc motu ⁊ non mereri illo motu.q͛ in potestate sua erat moueri vel non moueri hoc motu Si vero mere dicatur in vniuersali.sic non poterat non mereri.q͛ quāuis posset non mereri hoc motu vel illo.tñ non poterat esse quin meretur aliquo:nec ex hoc sequatur ꝙ mereri non sit voluntarium.q͛ voluntariuȝ semꝑ determinatur respectu actus singularis vel particularis.Simile est cuȝ opponitur de peccato veniali quod non pōt vitari intelligendū est ꝙ pōt vitari in hoc motu ⁊ in illo. non tñ pōt vitari in vniuersali in quocūqȝ. ¶ Ad illud quod obijcitur de paruulis.dicendū ꝙ paruuli sine proprio merito perueniunt ad gloriā.nō tñ sine merito xp̄i.⁊ ratio est q͛ non habēt potestatem vtendi lib.arb.nec vsum virtutis possunt habere.In xp̄o aūt non sic.q͛ ab initio conceptionis habuit p̄tātem arbitrij ⁊ vtebatur arbitrio:et ideo mouebatur meritorie ſm habitus virtutū.Unde hiere.xxxj.Nouū faciet dn̄s super terrā mulier circundabit virum.Et ideo non est simile de xp̄o ⁊ de paruulis. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ lib.ar.erat ī xp̄o determinatum in bonū quod est finis ita qđ non erat ab illo auersio.In bono vero quod est ad finē quod est penes opera virtutū distinguēdū.q͛ si dicas bonū in vniuersali sic erat lib.arb. determinatum in bonū.Si dicas bonuȝ in particulari.vt in hoc opere vel illo.sic erat īdeterminatū ⁊ poterat hoc opus facere vel dimittere.⁊ ideo manet determinatio ſm quam attēditur meritum.Est em̄ duplex indeterminatio lib.arb.vna est inter bonū et malum:seu inter benefacere ⁊ malefacere.alia est inter hoc bonum ⁊ illud bonum.siue facere hoc:⁊ non facere.vtraqȝ indeterminatio est in nostro libero arb.Secunda tm̄ fuit in xp̄o sufficiēs ad merendum.⁊ sic patet solutio ad obiecta

Responsio — *Se. ad arg. j.* — *Ad secunduȝ.* — *Ad tertium.*

Membrum tertium.

Decā merēdi

Onsequenter queritur de causa merendi.Et querūtur tria.Primo quomodo meruit caritate.Scđo qūo meruit actōne.Tertio qūo meruit ꝑ passionem.

Atriculus primus.

Querit quomodo xp̄s meruit caritate Argumentuȝ primum. Secundum

Ad primū sic.Omne meritum in minus est ꝙ̄ sit premium quod reddit de⁹ merito.Cum ergo caritas xp̄i excederet oē premium:vel adminus equaretur cum deus semper remuneret supra condignū.ergo non poterat mereri per caritatem. ¶ Item quantamcunqȝ dulcedinem ⁊ iocunditatem in deo habere poterat per caritatem anima christi dabat ab initio conceptionis.Si ergo premiuȝ anime pro merito est ipsa iocunditas in deo.relinquit ergo qđ per caritatem nihil amplius merebatur.

¶ Contra.Omni operationi voluntarie debetur laus vel vituperium.vel indifferentia.cū est recte facta laus ⁊ premiū:cū male facta vituperiū ⁊ supplicium:cū indifferēter:nec laus nec vituperiū.Cū ergo xp̄s operaret voluntarie ⁊ recte cōstat cū omnibus circūstantijs debitis.ergo debebat ei laus et premiū. ¶ Itē xp̄s erat in statu operatoris ergo operabat aut digne deo:aut nō digne.Constat ꝙ digne ergo operationi ipsius debebat de⁹ premiū Communis enim conceptio fidei est ꝙ omnē operationem factā propter se digne renumerat deus ¶ Quod concedendū est. ¶ Ad illud vero quod obijcitur de remuneratione supra condignuȝ hoc intelligitur respectu actus in ꝙ̄tum principiuȝ ipsius est creatura.non in ꝙ̄tū actus meritorij principium est gratia etiaȝ increata.Unde in xp̄o erat remuneratio actus caritatis.supra condignū in ꝙ̄tum principiuȝ eius erat li.ar.creatū.sed ꝙ̄tum ad principiū summe gratie etiam increate:q̄ erat principium mouens in xp̄o non erat supra condignum. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ meritū in xp̄o non erat respectu premij substantialis quod consistit in contemplatione diuinitatis ⁊ in fruitione summe bonitatis:sed respectu premij accidentalis:qđ determinatur ī felicitate creata partis sensibilis: et immortalitate corporis ꝙ̄tum ad ipsum. ꝙ̄tuȝ vero ad nos impletio nostre redemptionis.

¶ Ad aliud volunt dicere quod est meritū rei habite:et hoc fuit in xp̄o respectu premij substantialis.sicut dicitur ꝙ angeli merentur beatitudineȝ habitam ministrando nobis ⁊ est meritum rei habende:et hoc fuit in xp̄o respectu immortalitatis et impassibilitatis:sed melius est vt dicatur sicut dictum est ad precedentem obiectionem.

Contra — *Responsio ⁊ solutio. ad j.* — *Ad secunduȝ*

Articulus secundus.

Q. quō xp̄s meruit actōe Argu. j.

Onsequēter queritur quō meruit xp̄s ꝑ actionē.ad qđ sic.xp̄s ab initio ꝯceptionis habuit plenitudinē grē ⁊ virtutū ergo.quicqđ meruit per passionē:meruerat ante per dilectionē ⁊ operationē:quia quantitas meriti attenditur penes quantitateȝ gratie et caritatis.ergo cum per passionem meruerit apertioneȝ ianue et liberationē.ergo ⁊ hoc ante meruerat. ¶ Iteȝ xp̄s quolibet motu suo meruit nobis vitam eternam. quod maius est ꝙ̄ apertio ianue vel liberatio.ergo in quolibet motu meruit quod minus est.ianue apertionem et liberationem.

¶ Item si quolibet motu suo meruit nobis vitaȝ eternam.ergo ⁊ illud quod de necessitate annexū est vite eterne.ergo et apertionem ianue et liberationem:ergo et ante passionem illud meruit.

¶ Item luc.iij.Baptizato domino aperti sunt celi.dicit Beda ꝙ per baptismum aperta est ianua paradisi. ¶ Item dicūt alie autoritates quod per ascensionem aperta est ianua paradisi. non ergo per passionem. ¶ Contra.Ambro.super epistolaȝ ad ro.Tantum fuit peccatum nostrum vt saluari non possemus nisi vnigenitus dei fili⁹ pro nobis mereretur debitoribus mortis.

¶ Respon sio dicendum.quod ꝙ̄tum ad vim merendi que attenditur penes gratiam ⁊ caritatem tantum meruit ante passionē quantū post.sed nō ꝙ̄tum ad effectum meriti:ꝙ̄tum autē ad effectū meriti meruit nobis aditum regni. Tota em̄ vis meriti consistit penes gratiam ⁊ caritatē:non tamen totus effectus:sicut tota vis conburendi ligna consistit penes ignem.non tñ totus effectus. sicut dictuȝ est prius:⁊ sic patet solutio ad primuȝ ¶ Ad aliud dicendum ꝙ ex caritate est meritū vite eterne:sed ex caritate informāte passionem est meritum remissionis pene.propterea nō sequitur meruit ex caritate nobis vitam eternam.ergo meruit quod minus est.s.liberationem:q͛ ad liberationem requiritur solutio pene: q͛ hoc est meritū remissionis pene. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ cum dicitur meruit quolibet motu suo nobis vitam eternam.intelligi potest dupliciter.in potentia ⁊ in effectu.In potentia meruit nobis quolibet motu vitam eternam.non tñ quod erat annexum.s.apertionem ianue ⁊ liberationem.In effectu vero nō meruit:nisi exhibita satisfactione pro originali reatu Unde dicendum est ꝙ quodlibet opus xp̄i añ passionem fuit nobis meritorium:sed passio fuit nobis meritoria ⁊ satisfactoria.meritoria vite eterne ⁊ satisfactoria quo ad remissionem pene. ¶ Ad vltimum dicendum ꝙ in baptismo xp̄i dicitur aperiri ianua paradisi per figuram. ¶ Illa enim apertio celi ī baptismo xp̄i fuit figura.quod baptizatis vel baptizandis baptismo xp̄i ex virtute passionis aperietur ianua.In passione vero dicit aperiri ianua per causam ⁊ meritum.In ascensione vero ꝑ effectum

Secundum — *Tertium* — *Quartum* — *Responsio ad primū so.* — *Ad secundū* — *Ad tertium.* — *Ad quartum*

Articulus tertius.

Qūo meruit ꝑ passionem. Arg. primum

Onsequēter queritur qūo xp̄s meruit per passionem. Ad quod sic.xp̄s ab initio sue conceptionis habuit parem caritatem in omni sua actione ⁊ passione Quantitas autem meriti attenditur ſm quātitatem caritatis:ergo par fuit merituȝ xp̄i ī omni sua actione ⁊ passione ab initio conceptionis:ergo nihil meruit sibi per passionem. ¶ Itē tota vis merendi est penes caritateȝ.Si ergo in xp̄o ab initio fuit eadem caritas ⁊ eodem modo se habens:ergo idem meritū.nihil ergo nouū sibi meruit ꝑ passionem. ¶ Itē Greg.non habuit oīno xp̄s iuxta anime meritū quo potuisset proficere.In mēbris aūt que nos sumus quotidie proficit. ¶ Itē cum ꝑ passionem non fecerit de indebito debitū:nec de debito magis debitum:q͛ caritas in eo nō poterat augeri:quare nec meritum.ergo nec de debito habitus debitum vsus:cum prius per vsum caritatis ⁊ aliarū virtutū meruerit oē bonuȝ.Relinquit ergo ꝙ per passionem nihil meruit ſm aliquam rationem merendi. ¶ Itē passio in xp̄o erat ex pte corporis:⁊ cōpassio ex parte aīe irrationalis:⁊ non ex parte rationali.ergo cū omne meritū sit ſm partē rōnalem nō erat passio eius meritoria. ¶ Itē passio est motus inuoluntarius.Motus aūt inuoluntarius non est meritorius:ergo passio non fuit meritoria. ¶ Contra aug.super Io.Ut xp̄s clarificaretur resurrectione prius humiliatus est passiōe. Humilitas caritatis est meritū.claritas humilitatis est premium. ¶ Responsio meritum quātuȝ ad virtutem consistit penes caritatem. quantum vero ad effectū consistit in opere mouente caritate:siue sit opus interius sicut voluntas:siue exterius quantum ad agere ⁊ pati.Attēdendo ergo ad virtutem meriti tantū meruit xp̄s ante passioneȝ quantum in passione.Attendendo vero ad effectū meriti plus meruit.i.pluribus modis:siue in pluribus ſm ꝙ dicit magister in sen.xviij.dist.iij.lib. quod non profecit quantū ad virtutē meriti:ȝ ꝙ̄tum ad numerū meritorum. ¶ Ad illud auteȝ qđ obijcit de quantitate meriti.dicendū ꝙ de quantitate meriti est loqui dupl͛r.aut per modū quātitatis continue ſm ꝙ dicitur quantitas virtualis in merito.⁊ hoc etiam attendit quantū ad caritateȝ. Aut per modū quantitatis discrete:⁊ hoc attenditur quantū ad numerū effectuū ipsius meriti. ſm primuȝ modū equale fuit in xp̄o semꝑ meritū:ſm modū secundum multiplicabat. ¶ Ad aliud iam patet rñsio.q͛ vis merendi consistit penes caritatem.non tñ totus effectus:sicut ptȝ q͛ tota vis cōburendi consistit penes ignē.non tñ totus effect⁹ immo effectus cōbustionis consistit in igne ⁊ materia lignorum.s.eodē mō tota vis merendi in caritate consistit:effectus vero consistit penes caritatē ⁊ opera caritate informata. ¶ Ad autoritatē Grego.ptȝ rñsio per magistrū q͛ dȝ intelligi ꝙ nō profecerit quantū ad vim merēdi:sed quantuȝ ad numerum meritorum sicut dictū est. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ mereri non solum dicit ſm illas rōnes de indebito facere debitū.vel de debito facere magis debitū ⁊c.ſm quas rōnes non pōt poni mereri in xp̄o:sed mereri dicitur de debito habitus faciendo debitū vsus ſm quē modū non dicit meruisse a principio conceptionis q͛ cū ſm habitū grē virtutum esset dignus oībus bonis nō exeundo ī actuȝ virtutis:ex ipso etiā actu habuit dignitatē ⁊ debebatur ei omne bonū vt non solum haberet dignitatē respectu premij ex habitu:sed etiā haberet merituȝ premij ex actu.Dicitur etiam alio modo mereri ex debito vnius actus facere debituȝ alterius actus:ſm quem moduȝ xp̄s merebatur quolibet actu:⁊ quod meruerat per vnum actū virtutis merebatur per alterum actū virtutis:⁊ quod meruerat per actionem merebat per passionē:⁊ ita ꝑ plura idē meruit.ſm ergo hunc modū dicitur meruisse per passionē immortalitatē corporis ⁊ impassibilitatem aīe.q͛ cū prius meruisset ex actiōe illud.et esset ibi debitū ꝑ actionē:idem meruit ex passiōe ⁊ factum est ei debitū ꝑ passionē.sic ergo est in ipso mereri ꝑ passionē:q͛ ex debito vnius actus fit debitū alterius actus. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ passio erat in parte irrationali:sicut accidēs in subiecto. Passio vero erat in parte rationali sicut volitum in volente:q͛ ergo passio non erat in parte irrationali solum:sed etiam in parte rationali.tamē ſm alium modum.scilicet ſm quem attenditur meritum.Non enim aliquid dicitur meritoriuȝ nisi sit in voluntate:sicut volitum ⁊ placitum.ꝑpter hoc est passio christi meritoria.quia fuit in parte rationali sicut volitum et placitum. ¶ Ad aliud dicendum quod aliter fuit passio in christo:aliter ī alijs sanctis.In christo enim fuit passio voluntaria. et quantum ad fieri:et quantum ad esse:non eniȝ in corpore suo passio fieret nisi voluisset:nec etiaȝ in ipso esset passio nisi voluisset.Erat etiaȝ passio voluntaria quantum ad actum:quia ei placebat pati.In sanctis vero quamuis passio quantuȝ ad fieri et quantum ad esse non subiaceat voluntati: q̄ est a violentia extrinsecus agente.tamen ipsuȝ pati qui est effectus passionis est volitum.Unde secundum hoc patet quod in sanctis passio secundum quid est inuoluntaria.simpliciter tamen voluntaria quo ad effectuȝ.et ideo meritoria.In christo vero et quo ad causam.et quo ad effectum est voluntaria.Cum ergo dicitur passio est inuoluntaria in christo.dicendum quod falsum est nec ꝙ̄tum ad causam:nec quantum ad effectum.In sanctis vero inuoluntaria est quo ad causam.sed voluntaria quo ad effectum. Et sic patet solutio ad quesita.

Secundum — *Tertium Gregorius Quartum.* — *Quintum.* — *Sextum.* — *Contra.* — *Responsio* — *So. ad arg. j.* — *Ad secundū* — *Ad tertium.* — *Ad quartum* — *Ad quintum.* — *Ad sextum*

Membrum quartum.

De effectuz meriti xpi.

COnseqnēter queritur de effectu meriti xpi ⁊ qꝛ meritū xpi cōpletur per passionem querunt hec. Primo quid sibi meruit. Secundo quid nobis meruit.

Articulus primus.

Q. quid xps sibi meruit.

a

D primū cū dicat Apl's phi ij. Fact9 est obediēs ⁊c. ppterea ꝙ ⁊ de9 exaltauit illum queritur an meruit exaltari: sm diuinā naturam aut sm humanā. Secūdo an meruit sui corpis glorificationez. Tertio qualiter meruit nomen de quo phi.ij. dicitur. Dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Ad primum ·S·j·

Q. an meruit sibi exaltationem. Queritur. Augustinus.

phi.ij. Factus est obediens vsq ad mortē: mortem autē crucis: ppter qd et deus exaltauit illuz: ergo meruit exaltationē suā p humilitatē vel obedientiā passionis. ¶ Itē iuxta hoc querit. vtrū exaltatio ista referatur ad diuinam naturam: vel humanam. Aug. In qua enim forma crucifixus est in ea exaltatus est: in ea donatum est ei nomē quod est super omne nomen: vt cum ipsa forma serui nominetur vnigenitus filius dei: hoc illi donatuz est vt homini quod iam habebat idem de9 ipse. hoc igit per gratiaz accepit vt ipse ens homo: vel subsistēs in forma serui. idest in anima ⁊ carne nominetur ⁊ sit deus: ergo exaltatus est sm humanam naturā non sm diuinam. ¶ Item Ansel. in li. de incarnatione verbi. In incarnatione filij dei non fuit diuina natura humiliata: sed solum natura humana exaltata. ergo nec i resurrectione fuit diuina natura exaltata cum non prius fuerit humiliata.

Ansel.

¶ Contra Ambro. dicit nomen illud donatū esse deo non homini: ⁊ ita videtur contrarius esse Augu. Et ita videtur exaltatio diuine nature nō humane. ¶ Item ad illam naturam pertinet eē exaltatam que fuit humiliata. Cum ergo diuina natura fuerit humiliata: qꝛ exinanita sicut patet phi.ij. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. ergo ipsa natura diuina fuit exaltata per obedientiam passionis. ¶ Item in vnione diuine nature ⁊ humane natura humana exaltata fuit in altitudine diuine nature. ergo ⁊ eadem ratione diuina natura humiliata est ex vnione ad humilitatem humane nature. Ergo ad diuinam naturam pertinet meritum exaltationis. ¶ Responsio natura diuina nunq̄ fuit exaltata sm rem: sed solummodo si dicatur exaltata intelligitur quantum ad hominum opinionem. Et hoc qꝛ in resurrectione apparuit xps non tantum homo: sed deus quod prius non apparebat. ¶ Ad illud Ambro. quod videtur contrarium Aug. dicendum sicut dicitur. xviij. distinctio. iij. lib. senten. quod Ambro. intelligit illō de naturali donatione qua eternaliter generādo dedit deus filio nomen quod est sup omne nomē scilicet deum esse per naturam: quia genuit ab eterno filium plenum ⁊ sibi equalem deum. Aug. aūt loquitur de donatione gratuita vel per gratiaz. sicut patet in autoritate sua. ¶ Ad illud quod dicit apostolus diuinam naturam exinanitam fuisse ⁊ ita humiliatam. dicendum ꝙ nō dicit hoc apostolus propter aliquam mutationem in diuina natura seu in persona filij: sed hoc dicit quo ad humanam opinionem eo ꝙ deitas mortalitate carnis induta non credebatur esse quod erat. ¶ Ad aliō dicendum ꝙ cum natura nobilior ignobiliori vnitur. hec vnio nō facit vt nobilior vilescat: sꝫ vt ignobilior nobilitetur. vt cum anima rationalis corpori vnitur non descēdit anima rationalis a sua nobilitate: sed corporalis ascendit ad maiorem nobilitatem. Multo magis ⁊ incomparabiliter erit in vnione diuine nature ad humanaz. Diuina natura non descendit: sed humana ascendit. In illa em̄ vnione alterum extremorum est mutabile: alterū prorsus immutabile: ⁊ ideo illa vnio non fit nisi cō mutatione alterius extremoꝝ. s. humane nature. non diuine: sicut contingit relationem mutari altero relatiuorum mutato solum. altero vero immutato. vt ille qui est dexter oīno quiescens ⁊ immutatus fiet sinister altero mutato qui est circa ipsuz a leua in dextram sicut dicit Boe. in li. de trinita. Similiter diuina natura vnitur humane ipsa oīno non mutata nec humiliata in deterius: sed humana natura mutata est ⁊ exaltata in melius

Cōtra. arg. j. Ambro.

Secundum.

Tertium.

Responsio.

Solū. ad. j.

Ad secunduz

Ad tertium.

Consequenter que ·S·ij·

An xps meruit sui corporis glorificatiōes. Ambrosius

ritur an xps meruit sui corporis glorificationem. ¶ Ad quod sic Ambro. Euidens fuit ꝙ xps p humilitatē ⁊ obedientiā passiōis meruit glorificationē vel clarificationē corpis. ¶ Cōtra. Meritū ordinat ad premiū: sꝫ mai9 bonū nō ordinat ad minus bonū: ergo premiū est maius bonū q̄ meritū. Cū ergo oīs affectio aīe ordinata sit ad mai9 bonū q̄ quelibet dispositio corporis. ergo sm actū caritatis in affectiōe anime ordinata non poterit esse meritū imortalis corpis. ¶ Itē corpus xpi nō habebat debituz mortalitatis. ergo sine oī merito ei debebatur imortalitas. ¶ Respōsio dicunt ꝙ dotes corporis gloriosi magis attribuende sunt anime q̄ corpi qꝛ ecōtrario necessitas ad moriendū ppꝛie est pena anime nō corporis Uñ in cōtrariū eius imortalitas ppꝛie magis est debita aīe q̄ corpori. Scōm hoc ergo dicūt: ꝙ actus aīe quib9 merebatur refertur ad dispositionē anime nō corpis nisi ex consequenti: qꝛ ex gloria anime ē gloria corporis. ¶ Ad aliud dōm. ꝙ q̄uis corp9 xpi nō haberet debitū mortalitatis: nihilomin9 imortalitatē poterat mereri q̄ tū ad acceleratiōez sꝫ ꝙ dicūt ꝙ christus p passionē accelerationez resurrectionis meruit iuxta autoritatē psal. Nō dabis sctm̄ tuū vi. cor. Et act. ij. Solutis dolorib9 iferni. iuxta qd impossibile erat illū detineri ab eo ⁊c. glo. p putrefactionē ⁊ incinerationē quib9 caruit. Posset tñ dici ꝙ nō ē incōueniens si dicam9 ꝙ ex maiori bono. scꝫ ex caritate xps meruit min9 bonū. s. imortalitatē corpis. qꝛ hoc nō est ex defectu caritatis ipsi9 merētis: imo ex pfectiōe q̄ cū non habeat mai9 bonū i quo se extēdat. extēdit se i bonū min9 merendū. ¶ Similiter dōm ad aliud. qd nō est incōueniēs. q̄uis imortalitas sit debita corpori: qd cadat sub merito sm rōnem merēdi qua dictū est supius qd mereri ē facere de debito magis debitū

Cōtra. arg. j.

Secundum

Rn̄sio ⁊ so. ad primum

Ad secundum

Consequenter que ·S·iij·

Qualiter xps meruit sibi nomen

ritur. qualiter meruit nomē quod est super omne nomen. de quo phi. ij. Et queritur de hoc nomine iesus. vtrum illud meruit christus: et an cōueniat ei ex tempore vel ab eterno. Ad quod sic Math. j. Uocabis nomē eius iesuz. glos. Non impones qd ab angelo vel ab eterno est impositū. ergo ab eterno habuit huiusmodi nomen. ergo illud non meruit. ¶ Item si hoc nomen est ab eterno impositū vel ab angelo. ergo non erat ex tempore imponendū vel ab homine scilicet ioseph. ¶ Contra. Hoc nomē iesus conuenit christo ab efectu salutis. sm quod dicitur Mathe. j. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. ergo cū per passionē meruerit effectum salutis nostre: relinquitur qd

meruit

Contra

meruit hoc nomen per passionem. ¶ Item Criso. exponens illum locū. dicens. Uocabis nomen ei9 iesum dicitur Joseph. hoc nomen do tibi imponēdum ⁊ si non sit tuus fetus: sed ea que patris sunt circa ipsum demonstrabis. ¶ Responsio hoc nomen Jesus idem est ꝙ saluator. Saluator autē tripliciter dicitur: vel ab actu saluādi: vel ab habitu: vel a potentia saluandi. Scōm ꝙ dicitur a potentia saluandi: sm hoc conuenit hoc nomen ab eterno: ⁊ dicitur impositum ab eterno. Scōm ꝙ dicit ab habitu saluandi: sic dicitur impositum ex tempore ab angelo quod conuenit a principio conceptionis. Scōm vero ꝙ dicitur ab actu saluādi sm hoc dicitur impositum a Joseph rōne future passionis: ⁊ hoc modo dicitur illud nomen meruisse. ¶ Item queritur de differētia huius nominis Jesus ⁊ hui9 nominis christus. ¶ Ad quod breuiter dicendum ꝙ cum deus ⁊ homo vnus sit christus in vnitate persone. potest signari psona christi dupliciter. vel ratione diuine nature in comparatiōe ad humanam sm quam dicitur Jesus. idest saluator. verbo enim in humana natura cōuenit saluare. vel ratione humane nature in comparatiōe ad diuinam: ⁊ hoc modo nominatur christus qd dicitur ratione humane nature per vnionē ad diuinā

Crisostomus

Responsio

Differētia de nomie Jesus: ⁊ christus

Consequenter queritur an

An xps meruit sibi nomen dei.

meruit nomen dei. hoc est manifestationē nominis sm ꝙ dicitur in. iij. lib. senten. xviij. distinctiōe ¶ Ad quod sic obijcitur Math. viij. Dicebant demones Jesu fili dauid: ad quid venisti ante temp9 torquere nos. Glo. tantum innotuit quantuz oportuit non sicut angelis per hoc ꝙ est vita ⁊ lux supple innotuit demonibus: sed eis terrendis p quedam virtutis effecta. ergo cum demones haberēt scientiam per effectum virtutis xpi ꝙ esset de9 aū passionem. ergo non meruit per passionez noticiā vel manifestationem nominis diuini. ¶ Itē Luce. iiij. Dixit demon scio ꝙ sis sanctus dei. glo. dominum in terra videntes se continuo iudicādos esse credebant. ergo cum scirent se non esse iudicādos nisi a deo sciebant xpm esse deum. ¶ Item prima Corin. ij. super illud. Si cognouissent ⁊c. Glo. maiores iudei qui ad cognitionem legis tenebantur sciuerūt ꝙ esset xps. minores vero ⁊ simplices qui ad cognitionem legis non tenebantur nesciebant. ergo cum demones maiorem habeant cognitionem maioribus iudeorū demones vt maiores iudeorum sciuerunt xpm esse deum. ergo p passionem non meruit illius nominis manifestationez. ¶ Cōtra. j. Corin. ij. sup illud si cognouissent nūq̄ dominum glorie crucifixissent ⁊c. sed sm ꝙ de iudeis exponit: dicitur crucifixisent. idest crucifigi pmisissent. sꝫ sm ꝙ d demonib9 dr crucifixissent. i. crucifigi suggessissēt: ergo nec demōes nec iudei cognouerunt. ¶ Respōsio dicendū ꝙ non cognouerunt: nec demones: nec iudei xpm esse deum: q̄uis cognouerunt ipm esse sanctum viruz. ¶ Ad illud quod obijcitur primo. dicendū ꝙ cognitio illa per effectum inducebat ad credendum ipsum virtute diuina operari. sed non ad credendum ꝙ eēt deus Unde. j. Corin. ij. Si cognouissent ⁊c. glo. quod dicunt demones in euangelio magis ex suspitiōe q̄ cognitione dicere credendi sunt. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ illud quod dicitur continuo se iudicandos credebant. intelligitur non de credulitate fidei virtutis: sed de credulitate opinionis. ¶ Ad vltimū dicendum ꝙ tam maiores q̄ minores iudei ex ignorantia peccauerunt. Sed differenter: qꝛ maiores sciuerunt ipsum esse messiam: sed nō deū qꝛ non inueniebant expressum in lege sm suum intellectum. Minores autem vtrunq ignorabant

Arg. primum

Secundum

Tertium.

Contra.

Responsio So. ad pmuz

Ad secundū

Ad tertium

Articulus secundus.

Queritur q̄d xps nobis meruit

c

Onsequēter queritur quid xps meruit nobis: ⁊ maxime p passionem. Et querūtur tria. Primo qualiter meruit vniuersaliter deletionem. Secūdo qualiter remissionem pene eterne. Tertio q̄liter ex merito passiōis sit remissio temporalis pene.

Ad primum ·S·j·

Utrū meruit nobis deletionem culpe Anselmus

obijcitur sic. Ansel. in lib. ij. cur deus homo. xiiij. c. Dic mihi cur ita tuuz cor iudicat vt plus horreat: vnum peccatum in lesione huius hominis q̄ oīa alia que excogitari possunt cum omnia quecunq fiunt peccata contra illum fint. Et respondet discipulus quoniam peccatum quod in persona ei9 fit incomparabiliter superat omnia alia peccata que extra personam illius excogitari possunt. Et seqtur. ita videmus qꝛ violationi vite corporalis huius hominis nulla immensitas vel multitudo peccatorum extra personam dei comparari valet ¶ Item idem. putas ne tantum bonuz tam amabile posse sufficere ad soluendum quod debet pro peccatis totius mundi. ⁊ respondet immo plus potest in infinitum. Uides igitur quomodo hec vita vincat omnia peccata si pro illis detur. si ergo dare vitam est mortem accipere: sicut datio huius vite preualet omnibus hominum peccatis: ita ⁊ acceptionem mortis. ¶ Cōtra idem Ansel. Si tā malum est xpm occidere q̄ bona est vita eius. quomodo potest mors eius superare ⁊ delere peccata eoꝝ qui eum occiderunt. Aut si alicuius eorum peccatū deleret quomodo potest aliorum quoq hominum peccata delere. Credimus enim ꝙ ⁊ multi ex illis saluati sunt ⁊ innumerabiles alij saluantur ¶ Responsio sm Ansel. ij. libro. Cur deus homo. xv. c. hanc questionem soluit Apostolus qui dicit. Quia si cognouissent nunq̄ deū glorie crucifixissent. Tantum namq differunt scienter factū peccatum ⁊ quod per ignorantiam fit. vt maluz quod nunq̄ facere possent p inmietate sua si cognoscere tur veniale sit quia ignoranter factum est. Deuz enim occidere nullus homo vnq̄ scienter saltē velle posset. Et ideo qui occiderunt illum ignorāter: non in illud infinitum peccatuz cui nulla alia peccata comparari possunt proruerunt. Nam si considerauimus eius imaginem ad videndum q̄ bona esset vita illa sm hoc quod ignoranter factum est. sed qꝛ scienter fieret quod nec vnq̄ fecit aliqs. nec facere potuit.

Contra.

Responsio Anselmus

Consequenter que ·S·ij·

Utrū meruit nobis remissionem pene eterne. Arg. primum

ritur qualiter meruit remissionem pene eterne p passionem ¶ Ad quod sic Anselmus in primo libro. Cur deus homo. dicit. Oportet in satisfactiōe plus reddere q̄ sit ablatum. Si ergo mors xpi est satisfactoria pro pena eterna quia hec iusta est redemptio. pena autem eterna est ablatio vite eterne. ergo mors xpi erit maius q̄ sit vita eterna. secūdū hoc ergo obijcitur sic. Dignior est vita qua anima viuit deo q̄ vita qua viuit in carne. Dignior etiam est vita gratie q̄ vita nature. ergo mors que priuat vitam in carne vel vitam nature nō erit cōpensabilis pro morte: que priuat vitam in deo. siue gratie. sed talis fuit mors christi: talis ex alia parte fuit mors culpe vel reatus pene eterne.

Secundum

relinquitur ergo ꝙ non fuit satisfactoria pro pena eterna. ¶ Item coniunctio anime ad deum est cõiunctio ad vitam que eam perficit. Cõiunctio anime ad carnem ponit vitam qua anima efficit. maior autem est delectatio in sua perfectione ꝙ in illo cuius est perfectio. ergo oppositũ erit maior pena. Maior ergo pena erit mors culpe ꝙ possit eẽ mors christi in separatiõe anime a corpore. ¶ Itẽ tanta potest esse delectatio anime cum deo ꝙ facit appetere separationem anime a corpore: sicut patet in Paulo Philip. j. ergo incõparabiliter maior pena est separatio anime a deo ꝙ sepatio anime a corpore. ¶ Item maior est pena q̃ aufert pacem anime in se ꝙ que aufert pacez anime ad corpus. Si ergo per mortem culpe perdet pacem ĩ se. per mortem corporalem pacem ad carnẽ. ergo primum.

Contra.

¶ Contra vita christi qua viuebat in carne erat vita dei: sed nulla vita qua viuat creatura est maior vita dei. relinquitur ergo ꝙ dare hanc vitã erit maius ꝙ fuerit ablatio vite eterne.

Anselmus

¶ Itẽ Anselmus. ij. cur deus homo. Putas ne tantũ bonuz tam amabile quantum fuit vita christi posse sufficere ad soluendum quod debetur pro peccatis totius mundi. immo plus potest in infinitum. relinquitur ergo ꝙ datio huius vite preualet omnibus hoim peccatis. ergo et acceptio mortis. ¶ Nõ concedendum est.

Rñsio et solu. ad obiecta.

¶ Ad obiecta vero dicendum ꝙ in satisfactione non solum pensandum est quantuz soluatur. sed a quãto, et ex quãto soluatur. Si ergo vita christi qua viuebat in carne per animam vnitam diuinitati consideretur: maius est vita christi ratione anime vnite diuinitati ꝙ aliqua vita creature. Si vero consideretur absolute maius est vita qua anima viuit deo. et pena maxima est mors siue separatio ab illa vita. non tamen sentitur. vt maxima nisi in statu separationis a corpore in quo statu anima nata est ad fruendum illa vita. Preterea si considerek a quanto fuerit satisfactio p mortalitatez christi: quia ab ipso dei filio qui est verus deus inuenietur super omnem estimationem pene satisfactum fuisse. Unde Roma. viij. Qui filio suo vnigenito non pepercit. sed pro nobis omnibꝰ tradidit illum. quomodo non nobis omnia donauit idest condonauit et remisit. Preterea si cõsideretur ex quanto. idest ex quanta caritate mortem subierit: qr fuit caritas immensa inuenietur super omnem modum estimatiõis satisfactio. Predicte igitur rationes procedũt facta comparatiõe mortis culpe seu pene eterne ad mortez hominis puri.

Cõsequẽter queri §. iij

Utrũ meruit nobis remissionem pene temporalis.

tur qualiter ex merito passionis sit remissio pene temporalis. ¶ Ad quod sic obijcitur Tren. j. o vos omnes qui transitis per viam attẽdite et videte si est dolor sicut dolor meus. Ergo dolor christi excessit omnes dolores. ¶ Item Psal. Omnes fluctus tuos induxisti super me. glo. idest omnes passiões ¶ Item augu. in libro de ciui. dei. Dolor adempti boni est testimonium nature bone. Si ergo ĩ christo fuit optima natura et complexio et bonum ademptum maximum. ergo suus dolor maximus

Contra obij

¶ Contra quanto aliquid magis voluntarium tãto minus est penale. Sed passio et mors christi maxime fuit voluntaria inter omnium passiones. ergo minus penalis. ¶ Item passio xpi erat coniuncta maxime delectationi que erat in anima christi quantum ad superiorem partem. ergo plus habet de consolatione ꝙ alicuius passio: ergo minus penalis. ¶ Item quantum aliqua passio minus habet de causa. s. merito patiẽdi. minus est penalis maxime viri perfecti. sed talis fuit passio xpi

Responsio

¶ Responsio magis penale dicitur vel quod magis est contra naturam patientis: et hoc modo passio christi fuit maxime penalis vel qđ magis habet de causa vel minus de consolatione. et hoc mõ non fuit maxime penalis: vel quod magis est contra voluntatem patientis: et hoc dupliciter vel cõtra voluntatẽ naturalem. vel sensualitatis: et hoc modo maxime fuit penalis: vel contra voluntatẽ rationis: et sic non maxime penalis: et per hoc soluuntur obiecta.

Cõsequẽter queri §. iiij

Querik quomodo nrã mortẽ destruxit

tur quomodo nostram mortem moriendo destruxit. hoc enim dicunt autoritates. ¶ Cõtra destruxit mortem: ergo temporalem vel eternam. temporalem non. qr ita morimur vt prius. eternam nõ qr presciti ad mortem ita damnantur sicut prius. ergo non destruxit mortem temporalem vel eternã.

Responsio

¶ Responsio dicendum ꝙ destruxit mortem per causam. Mors enim eius est causa. scilicet meritoria destructionis future mortis in gloriosa resurrectione. Mortem etiam eternam destruxit in suis qr fecit vt eam non incurrerent: sed et dominiũ mortis temporalis destruxit in pluribus. Ita enim dominabatur mors prius ꝙ timore mortis retro abibant. sed post factum est vt non timeretur: sed gratanter currerent ad mortem quod in martyribus claruit.

Questio. xvij. de dominica passione.

Onsequẽtia ĩquisitio inquirit vt agamus de veneranda et super omnia recogitanda dominica passione: cuius inquisitionis partes erunt sex

Prima inquiretur de veritate passionis.
Secunda de generalitate passionis.
Tertia de necessitate passionis
Quarta de conuenientia passionis.
Quinta de quantitate passionis.
Sexta de causalitate et effectu passionis questiõe sequenti.

Membrum primum.

De veritate passionis

p Rimo de veritate passionis querũtur duo. Primo de potentia passionis. Secundo de actu et sensu passionis

Articulus primus.

Queritur de potẽtia passionis

a D primum arguitur sic. Prestãtior est natura agens patiente. Si ergo nulla natura est prestantior natura christi. ergo non potest pati ab aliquo. maior patet per augu. super Geñ. xij. dicentem. Omni modo prestantior est natura agens natura patiente. ¶ Item corpus nostrum alteriꝰ est nature ꝙ corpus christi: qr infirme nature est corpus nostrum. corpus vero christi est potestatiue nature. vt scilicet feratur vndis et sistat in liquidis: et stricta trãscurrat. Si ergo corpus xpi habet potestatem nature huiusmodi. ergo corpus xpi non habebit infirmitatem nature nostre. ergo non habebit doloris nostri naturam. ¶ Item corpus xpi est conceptuz de spiritusctõ: et a principio celesti. et non a principio nature. sicut natura corporis nostri. Ex quo relinquitur ꝙ non habet naturam ad dolendum sicut corpus nostrum. ¶ Item non potest fieri vt timor significetur in verbis euangelij quibus dicik transeat a

transeat a me calix iste. et c. cum fiducia teneatur in factis. Cum ergo fiduciam habuerit in factis. sicut patet mathe. xvj. vbi dicit petro. Scandalum mihi es vade retro me et c. cũ prediceret passionem videtur ꝙ non timuerit passionẽ. ¶ Preterea quomõ timuit qui armatis obuius pdijt. Relinquik ergo ꝙ nõ fuit timor in mente: et ita nec dolor. ¶ Itẽ nõ est infirmitas in corpe ad cuiꝰ occursum cõsternata psequẽtiũ agmina supinatis corporibus concidũt. Sed tale fuit corpꝰ xpi sicut habek ioh. xviij. ergo relinqnik ꝙ nõ fuit infirmitas in corpore xpi cuiꝰ erat tãta virtus. ¶ Itẽ res que est sanatiua et ablatiua doloris dominak sup dolorem: sed talis fuit manus xpi et corpus: relinquik ergo ꝙ nec manꝰ nec corpꝰ xpi habuit doloris infirmitatẽ. ¶ Itẽ obijcik per cõparationẽ ad statũ ade dicebak eñ adã immortalis qr poterat nõ mori si eñ vellet nõ esset mortalis ergo similiter cuz christus nõ paterek nisi vellet. non dz dici passibilis. ¶ Itẽ est gratia q̃ cõpatik secũ peccatũ. s. veniale et est amplior gratia que non cõpatitur pctm̃. tñ cõpatitur penã peccati: sicut fuit de gratia beate virginis. Et est alia gratia que neutrũ istorũ secũ patik: sicut gratia fruitionis ergo cuz xps hanc habuitꝰ nõ debet dici passibilis.

Ad oppositũ

¶ Ad oppositũ augu. de ciui. dei. Est aliqua natura beata et imortalis. et est alia misera et mortalis ei opposita et est media que est misera et immortalis. sed illud medium est mediũ diuidens. qr nõ ponit nos in idez sed in diuersum. qr separat nos a deo. Ideo introducit vnum mediatorẽ iesum. qui habet beatitudinem et mortalitatem ergo est passibilis

Articulus secundus

Q. de actu et sẽsu passiõis Hylarius.

Onsequẽter querik de sensu passiõis ponit eñ hyl. x. de trinitate et introducit similitudinẽ celi pforantis aera. Et cũ in aere sit passio nullꝰ et ñ est ibi sensus passionis. xv. di. iij. li. senten. Si ergo sikr caro xpi patiebatur: in carne xpi non fuit sensus passionis ¶ Item ex hoc expresse dicit. dicens virtus corporis sine sensu pene vim pene deseuientis excepit.

obijcik de grã fruitionis.

¶ Item idem Hylarius. x. de trini. Tu vero q̃ sensu rationis intelligis dominum Iesum ad quid festinat timere et consternantem fortes infirmitate trepidare: et vulnera non permittentez dolere. vulneratum. et cõtumelia crucis dehonestari. cui crux consensus ad deum est et reditus ad regnum. ex q̃bus verbis videtur Hylar. dicere expresse in xpo non fuisse passionis sensus.

Dyoni.

¶ Itez Diony. ad Io. euangelistam. Absit vt ego ita insaniam vt credaz vos aliquid pati: sed et corporis passiones soluz ßm iudicare ipsas sentire credo. Si ergo non est discipulus super magistrum: si apostoli non patiebantur. ergo nec xps.

Q. de sẽsu. p. Aliud argu.

¶ Item Hylarius. virtus corporis sine sensu pene: vim pene deseuiẽtis excepit. ergo non habuit sensum pene. ¶ Item erat summa delectatio in ipso qua maior excogitari nõ potest qr comprehensor erat: ergo secum non patiebatur passiõis sensum.

Contra.

Contra Esa. liij. Vere languores nostros ipse tulit et c. Et math. xxvj. Tristis est anima mea et c.

Deorña.

¶ Item Esa. liij. Uidimus eum virum dolorum et scientem infirmitatem. ¶ Item querik de differentia passiõis in xpo et in nobis. Sic passus est Ioannes ante porta m latinam et tres pueri Danie. iij. et isti sine sensu pene. et sic non est passus xps.

Rñsio magi.

¶ Circa solutionem huius questionis nota solutionem magistri in. iij. lib. senten. xv. dis. vbi dicitur. Audisti lector et c. et est summa responsionis vt intelligantur verba Hylarij quibus dicit dolorem passionis in xpm non incidisse et huiusmodi. qr in se non habuit causam seu meritum doloris. s. originale peccatum. siue qr in eo non habuit dominiũ passio siue dolor. seu qr in eo nõ fuit necessitas dolendi siue timendi. In verbis ergo hyl. nõ excluditur veritas passionis a xpo: sed excludik cã dominium et necessitas patiendi Uñ magister ostẽdit per eundẽ hyl. verã tristiciã et passionẽ fuisse. vbi dicit tristicia aũt et c. vna est autoritas hyl. i li. de tri. in qua dicit ꝙ tristicia fuit in christo. sed tamen causa tristicie eius fuit defectus apostolorum et hoc est quod dicitur ibi interrogo quid sit tristem esse et c.

Hylarius

Itẽ hyl. in li. de synodis. dicit ꝙ genera passionũ infirmitatẽ carnis vel carnẽ affecerint. nõ tamẽ diuinitatẽ verbi. et hoc dr ibi: cũ hec passionũ genera et c.

Opinio aliorũ

¶ Alij dicũt ꝙ cũ in xpo sint due nature in vna psona illa. que dicit hyl. ibi intelligunk de psona put ẽ diuina natura: ßm quã nõ habuit passibilitatez nec naturã doloris: rõne enim vnionis personalis qđ dicitur de filio dei: dicitur de filio hois: Unde illud qđ dicit de impassibilitate q̃tum ad hominẽ: hoc dicitur ratione persone: nõ ratione humane nature. Et hoc patz per verbũ hyl. in li. de synodis. verbũ caro factũ est pati potuit: sz passibile eẽ nõ potuit. qr passibilitas nature ifirme signatio ẽ. et ẽ rõ dicti. qr actꝰ ptinet ad psonã sz passibilitas ptinet ad naturã. Iõ psone filij cõuenit pati pper assumptã naturã nõ tñ cõuenit ꝙ sit passibilis. Et ßm hoc exponunt verba hyl. Secundũ ergo hanc opinionẽ dõm. ꝙ aliqd fuit passibile in xpo simpliciter scz corpus aliquid vero impassibile simpliciter: tamẽ ßm quid passibile sicut anima.

Damascenꝰ

sicut dicit ioh. damas. Anima impassibilis existens. corpore inciso. ipsa nõ incisa cõdolet et compatitur. Aliquid vero simpliciter impassibile et compassibile sicut diuinitas prout dicit Iohan. dama. ꝙ diuinitas impassibilis ens nõ est compassa corpori sicut sole suplucente in ligno si securis incidat lignum. incisibilis et impassibilis remanet sol: sic persona vere erit impassibilis: et cõpati dicitur ratione humane nature: sed ꝙ verba Hylarij non intelligantur de persona: sed de ipsa humana natura. expresse habetur in littera vbi expresse dicit Hylarius. habuit sane illđ domini corpus doloris nostri naturam si corpus nostrum id nature habet vt calcet vndas. Item quam infirmitatem dominatam huius corporis credis: cuiꝰ tãtam habuit natura virtutem.

Alia opinio

¶ Preterea dixerũt alij assignantes differentiam inter potentiam patiendi et passibilitatem. Nam potentia patiẽdi dicit solum potentiam materialem. Passibilitas vero dicit preter illam potentiam aptitudinem que est necessitas ad patiendum ßm quem modum dicitur ꝙ materia prima non est mobilis ßm se sursum vel deorsum: sed tñ est in ea potentia ad motũ sed prout est ei coniũcta grauitas dicitur mobilis qr habet aptitudinem ad hoc vt moueatur deorsuz ßm hunc modum volunt dicere de natura humana xpi ꝙ habuit naturam ad patiendum: non tamen est passibilis qr non habuit necessitatem ad patiendum. Et hec volunt sensisse Hylarium qui dicit in libro de synodis ꝙ xps pati potuit: sed passibilis esse non potuit: qr in natura humana xpi nõ fuit principium materiale disponẽs necessario ad patiendum. quod quidem est lex concupiscentie siue fomitis traducta sicut in nobis. Sz principiuz patiendi fuit extra naturam suam. scilicet in causa efficiente: scilicet in voluntate eius qia nisi ipse voluisset non potuisset pati: nec vulnerari: nec ledi Et hoc modo exponunt verba Hylarij ꝙ non ha

buit naturam ad dolendum.idest legē nature seu meritum ſm quam est necessitas ad patiendū. Similiter exponunt non habuisse sensum pene quia non fuit dissensus voluntatis:⁊ ideo dicitur dolor non fuisse in sensu:quia non fuit in sensu voluntatis displicentia. ¶ Ad illud vero quod dicitur non timuisse non doluisse.dicūt ꝙ hoc dicitur qꝛ non fuerunt in eo passiones huiusmodi.sicut in nobis prout diffiniuntur a philosopho per motuꝫ in uoluntarium.ſm hoc ergo soluunt omnia.

Contra. ¶ Sꝫ contra hoc obijcitur.viij.Hebre.super illud.Si ergo esset super terram non esset sacerdos ⁊c.glosa. quid tam congruenter offerretur pro hominibus q̄ humana caro.⁊ quid tam aptum immolationi q̄ caro mortalis:⁊ sequitur de sacrificio quod obtulit xp̄s in passione de quo hoc est intelligenduꝫ Unde ibi dicitur vnus ipse erat qui offerebat ⁊ qd̄ offerebat. Ex quo relinquitur ꝙ caro xp̄i nō soluꝫ habuit potentiam ad immolationem ⁊ passioneꝫ sed etiam dispositionem ⁊ aptitudineꝫ. ¶ Itē boetius in libro de duabus naturis ⁊ vna persona xp̄i distinguit tres status hominis.statum innocentie.statum miserie.statum beatitudinis:⁊ dicit ꝙ a statu innocentie accepit xp̄s corpus animale indigens alimento sicut adam habuit. A statu miserie accepit corpus mortale. Unde dicit mortale corpus assumpsit vt mortem a genere humano fugaret. A statu vero beatitudinis accepit peccādi impossibilitatem. Si ergo est corpus mortale et non est cum potētia siue aptitudine:relinquitur quod corpus xp̄i habuit aptitudinem ad moriendum et patiendum.

Rñsio ſm augustinum ¶ Responsio ſm beatum Augus. voluntate tristiciam suscepit veram quo modo carnē Et sicut dicit beatus Hylarius.x.de trinitate.homo ille de celo est habens ad patiendum corpus ⁊ passus est.sed natura non habens ad dolendum. Item Hylarius.quam infirmitatem dominatam huius corporis credis.cuius tantam habuit natura virtutem. Iteꝫ Hylarius. Licet forma corporis nostri esset in xp̄o.non tamen vitiose infirmitatis nostre forma erat in corpore.ſm ergo beatum Augu.patet ꝙ fuit passio in xp̄o sed subiecta voluntati. Unde dicit voluntate tristiciam suscepit veraꝫ. quo modo voluntate carnem veram. Scd̄m vero beatum Hylarium non fuit passio in xp̄o per necessitatem.⁊ ideo dicit naturam non habēs ad dolendum.nec per dominationem vt passio dominaretur sue voluntati:propter quod dicit nō infirmitatem dominatam huius corporis:nec per vitium siue peccati obnoxietatem:propter quod dicit nō vitiose infirmitatis nostre erat forma in xp̄i corpore.

Rñsio ſꝫ mētem propriaꝫ Dicendum ergo ſm hunc modum ad determinationem verborum beati Hylarij.⁊ precedētiuꝫ sanctorum ꝙ in xp̄o aliter fuit potentia patiendi q̄ sit in nobis in statu miserie.⁊ q̄ fuerit in adam in statu innocentie. In nobis eñ est potentia cuꝫ necessitate patiendi ⁊ voluntate non patiēdi : nec potentem prohibere passionem. In adam fuit potentia in statu innocentie sine aliqua necessitate: ⁊ dispositione ad patiendum.⁊ volūtate ad patiēdum.nec potente prohibere passionem si esset. In domino vero Iesu fuit potentia ad patiendum.nō tamen indisposita.vt in adam:nec cum necessitate ad patiendum.vt in nobis:sed cum dispositiōe ad patiendum:⁊ cum voluntate potente prohibere passionem. Dicendum igitur ꝙ cum sit potentia actiua ⁊ passiua. Potentia actiua in nobis est solum subiecta voluntati.potentia passiua nō.sed sequitur conditionem nature. In domino vero Iesu potentia passiua sicut potentia actiua fuit subiecta voluntati vt esset domina sui actus ⁊ sue passionis.vt sicut voluntas nostra habet dominium sui actus potens prohibere eū:vel educere:ita xp̄i voluntas dominium habuit ⁊ potens fuit prohibere passioneꝫ a potentia patiendi assumpta:vel ipsam educere in actum patiendi. Et ideo qꝛ passio in effectu in xp̄o dependebat a voluntate q̄uis esset potētia disposita pati in carne. Propterea dicit Hylarius ꝙ non habet naturā doloris:nec excipit sensum pene necessario.nec timet:nec dolet: vel sentit vulnus per naturam.tamen dicit eū vere passum ⁊ habere corpus ad patiendum:nec infirmitatem dominatam suo corpori:nec vitiose infirmitatis formam habuisse. Dicendū ergo quod adam ad hoc qd̄ esset impassibilis erat ex virtute diuine protectionis ſm Hugo.in lib.de sacramētis non ex sua natura. Item in nobis est passibilitas cum necessitate ad patiendum.sed in xp̄o erat dispositio ad passibilitatem.tamē potens erat ꝓhibere omnes passiones.et hoc habebat amplius q̄ adam. Nos vero habemus dominium actionū nostrarum.non passionum ſm Damascenuꝫ.xp̄s autem habuit vtrunq; dominium.⁊ hoc vult Hylarius in autoritate predicta.

Ad id quod de gratia fruitionis obijcitur ¶ Ad illud quod q̄ritur de gratia fruitionis ꝙ deberet ꝓhibere oēm passionem ⁊ sensum passionis. Dicendum ꝙ gratia in christo cōsideratur dupliciter.vel ſm se.⁊ sic habebat summam delectationem. Vel vt ordinatur ad redemptionem:⁊ sic exigebatur quod habetur ⁊ passibilitatem:quia exigebat penam.

Ad aliud. ¶ Ad aliud quod obijcitur ꝙ habebat summam delectationē et voluntatem ad patiendum.⁊ ideo impassibilis dicendum ſm Augustinum de anima et spiritu Anima dupliciter consideratur vt anima:⁊ sic habet relationem ad mēbra que viuificat.et hoc modo patiebatur:vel consideratur vt spiritus.et sic fruebatur.

Ad auto.dio. ¶ Ad aliud quod obijcitur per autoritateꝫ Dionysij ad Iohan.euangelistam.dicendum ꝙ intelligitur de passione perturbante rationem:⁊ nō de propassione.

Ad id de sensu passionis ¶ Ad illud quod queritur de sensu passionis qꝛ videtur dicere Hylarius ꝙ nō habuit sensum passiōis.dicendum ꝙ sicut distinguitur passio ⁊ propassio.ita debet distingui sentire ⁊ prosentire.vt sentire dicatur de sensu perturbante rationem.prosentire de sensu qui est solummodo in sensualitate.

Ad id de differentia ¶ Ad aliud quod queritur de differentia passionum in nobis ⁊ in xp̄o.dicendum qd̄ in nobis est necessitas ad patiendum.in ipso vero solummodo dispositio absq; vlla necessitate. Iteꝫ nos patimur velimus nolimus.ipse autem dominium habuit sue passionis vt dictum est. Iteꝫ nos passibilitatem habemus per causam:qꝛ per peccatum seu ex peccato.ipse autem passibilitatem habuit.non per causam vel necessitatem aliquam.sꝫ sola voluntate assumpta.

Membrum secundum.

De generalitate passionis christi Consequenter queritur de generalitate passionis christi. Et queruntur duo Primo de generalitate passibilium Secundo de generalitate passionis.

Articulus primus.

De generalitate passibilium Circa primum queritur primo vtruꝫ pateretur ſm sensualitatē. Secundo vtrū scd̄m rationem.et si hoc.si scd̄m superiorem et inferiorem. Tertio vtrum pateretur ſm omnem voluntatem. Quarto vtrum ꝑ ateretur anima xp̄i scd̄m qd̄ anima ⁊ secūdum quod spiritus.

Ad primum

Utrū xp̄s pateretur ſꝫ sensualitatem.

Ad primum .§.i.

Hylarius. sic obijcitur Hylarius in lib.de trini.x. Hominibus sunt naturalia per aīe ad gloriaꝫ ardentis calorem.vt passiones suas nesciant:⁊ vulnera ignorent:⁊ mortem non intelligant. Ergo si in aliquibus feruor fidei absorbet passionem multo fortius gratia in xp̄o absorbuit oēm passionem. Unde hylarius ibidem. Dn̄s glorie Iesus xp̄s cuius fimbria virtus est cuius spūs ⁊ sermo natura corporis est.dū ⁊ mancus iam non mancus manus iubet extēdere:⁊ cecus natus natiuitatis vitia nō sentit.⁊ trūcus aure non truncus est.in ea infirmitate corporis deputabitur in qua gloriosos ac beatos viros fidei sue spiritu non relinquit. ¶ Item si dicat qd̄ intelligitur de sensu rationis non carnis. ¶ Contra Hyla.ꝙ pati animus glorie cupiditate contēdit:id se pati corpus aīa vegetante non sentiat. ergo si corpus nō hꝫ sensum qñ animus ꝓpter amorem glorie vult pati:relinquitur ꝙ nec in xp̄o:cuꝫ maxime fuerit amator glorie. ¶ Si dicatur ꝙ nō sentire dicitur qꝛ non reputat tñ est ibi sensus passionis verus.

Secundum ¶ Contra Hyla.xj.de trini.non vis impie heretice vt transeūte palmas clauo xp̄s nō doluerit. Interrogo cur pueri ignem nō timuerūt nec doluerunt.aut quid in eoruꝫ natura fuit vt naturam ignis excederet:Si ergo bona est comparatio quam ponit:videtur ꝙ xp̄s clauum non senserit.

Responsio ¶ Responsio dicendum ꝙ Hyla.non vult remouere verum sensum passionis:sed erroreꝫ arrij. Unde dicit volunt pleriq; eoꝝ ex passionis metu ⁊ ex infirmitate patiendi non in natura eū impassibilis dei fuisse.vt qui timuit ⁊ doluit non fuerit in ea securitate potestatis que non timet:vel in ea spiritus incorruptione que non dolet. Sic ergo dicebat Arrius ipsum non esse deum si passus eēt vere. Dicendum ergo qd̄ passio xp̄i fuit ſm sensuꝫ et in parte sensibili. Tamen ſm Hylar.hec est differentia ⁊ ſm Damas. Assignat autem Hyl.x.de trinitate differentiā in passione xp̄i ⁊ nostra. Est eñ pati ex infirmitate:⁊ est pati ex potestate. Qui patitur ⁊ non potest prohibere passionem patitur ex infirmitate. Qui autē potest prohibere patitur ex

Damascenus. virtute. Unde dicit Damas. Passus est vnigenitus deus oīm incurrentes in se passionum nostrarum infirmitates:sed passus virtute sue nature: sicut ⁊ virtute sue nature natus est. Nostrum auteꝫ pati est ex infirmitate.

Ad autoritatem Hylarij ¶ Ad autoritatem Hyla.dicendum ꝙ vult ostendere excellentiaꝫ nature diuine ⁊ etiam humane. Unde cū obijcitur qd̄ martyres non sentiunt passiones.dicendū ꝙ hoc est qꝛ non reputantur propter amorem glore.immo superferuntur passionibus.

Ad secunduꝫ. ¶ Ad aliud quod obijcitur d̄ pueris in ignem positis. Dañ.iij. dicendum ꝙ nō vult excludere sensum passionum.sed ostēdere excellentiam nature. Natura eñ dicitur natura patiendi ex corruptione humane conditiōis ex adaꝫ que non fuit in xp̄o:⁊ in nobis est passibilitas contracta ex necessitate.in xp̄o aūt solūmodo assumpta.⁊ hoc intendit ostendere. Unde dicit habens nostri doloris corpus.sed naturam non habēs ad dolendum. Unde Hyla.x.de trini.dicit. Cum lege hominum natus sit:non tamen lege hominū conceptus est habens in se constitutionē humane cōditionis in partu:⁊ ipse extra constitutionem humane cōditionis in origine. Patet ergo quod vult ostendere excellentiam humane nature in xp̄o.

Utruꝫ christus passus sit ſm rationem superiorem ⁊ inferiorem.

Consequenter que .§.ij.

ritur vtrum passio sit in xp̄o ſm rōnem inferioreꝫ ⁊ superiorem.

Arg. primum ¶ Ad quod sic obijcitur. Adam peccauit ſm partē superiorem ⁊ inferiorem:⁊ etiā punitus est.ergo ⁊ xp̄s debuit satisfacere ſm vtranq; ¶ Si dicatur ꝙ dupliciter est considerare superiorem partem rōnis:vt est natura:vel vt est ratio.si consideretur vt est ratio sic non fuit in xp̄o passio. sed prout consideratur vt natura. ¶ Contra in libe.arb.cum peccat est ratio vt ratio. Peccatū autem est in libe.arb.cum non eligit eligēda.ergo pena dꝫ esse in ratione vt est rō non solum vt est natura. ¶ Si dicatur ratio vt ratio dupliciter consideratur.vt ad suū superius ordinatur.⁊ sic nullam habebat passionem nec culpā. Si consideretur vt cōparatur ad suuꝫ inferius.s.ad suas vires:sic habuit passioneꝫ ⁊ culpam superior ratio in adam ¶ Contra. Marci.xiiij. Tristis est aīa mea ⁊c.hiero. Patitur anima xp̄i ne credat irrationalis:sed magis dicitur rōnalis ſm ꝙ conuertitur ad suum superius hoc est ſm superiorem portionem.relinquitur ergo ꝙ in illa fuit passio.

Secundum ¶ Itē ibideꝫ ambro. Remota delectatione deitatis tedio humane calamitatis afficitur.ex hoc videtur qd̄ patiebatur vt verus homo ex quo separata erat delectatio deitati.

Tertium ¶ Item adam peccauit ex comprehensione deitatis ⁊ ſm superiorem parteꝫ:⁊ ita ſm ꝙ ratio conuertitur ad suum superius fuit in adaꝫ culpa.ergo in ipso ſm hoc debuit esse pena seu passio

Contra. ¶ Contra xp̄s fuit cōprehensor.ergo summā habuit delectationeꝫ ex illa parte.ergo xp̄s nihil patiebatur ſm rōnem conuersam ad superius suum

Rñsio ⁊ so. ad primum. ¶ Responsio dicendū sine preiudicio ꝙ est considerare rationem dupliciter ſm ꝙ dicit aug.ꝙ ratio diuidit se in duo:in superiorem ⁊ inferioreꝫ ſm duplicem comparationeꝫ. ¶ Itē ratio pōt dupliciter considerari:vel vt ratio:vel vt natura.ſm qd̄ consideratur vt natura appetit vnionem cum suo corpore:⁊ refugit separationem.dicendum ergo ꝙ in xp̄o fuit passio in ratione ſm ꝙ ratio ⁊ ſm ꝙ natura. Unde Hie.xxvj. Mathei. Tristis est anima mea ⁊c.contristatur propter scandalum apostolorum:⁊ hoc intelligendum est de inferiori ratione. Scandalum vero non est soluꝫ in rōne.vt natura. seu motus scandali quem habebat vt dicit Hyla. sed in ratiōe vt ratio. In superiori vero parte fuit passio vt est natura.non vt est rō. Quod ergo obijcitur per Hiero. Patitur aīa xp̄i ne putetur esse irrationalis.dicendū ꝙ ipse loquitur contra hereticos qui dicebant ipsum solum habere deitatem cum corpore sine anima. Unde ostendit eū habuisse rōnē.

Ad secunduꝫ. ¶ Ad aliud qd̄ obijcit ꝙ remota delectatione deitatis tedio humane calamitatis afficitur. dicendum ꝙ xp̄s ante passionem gaudebat in superiori parte ratiōis. Et ex hoc erat influētia ipsis viribus inferioribus a quibus remota est consolationis influentia in passione. Unde ſm hoc intelligenda est autoritas Ambr.super illud. Deus meus deus meus vt quid ⁊c. Clamat homo deitatis separatione moriturus. Sed constat ꝙ non intelligit de separatione vnionis.sed de separatione consolationis influentis super inferiores vires q̄ etiam spirituales viri bene sentiunt dicentes ſm Psal. Omnia ossa mea dicent.domine quis silis tibi ⁊c.

Ad tertium. ¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ adam ex comprehēsione deitatis peccauit.dicendum ꝙ comprehensio deitatis est dupliciter.vna ſm auersionē scd̄m quod ei proponitur bonum commutabile. et alia ſm comprehensionem que ei adheret spreto omni commutabili:⁊ ſm hoc erat comprehensio in anima xp̄i.ſm hanc autem comprehensionem nullo modo committitur peccatum:sed ſm primaꝫ. vñ illa comprehēsio nō concludit ꝙ xp̄s debuit dolere ſm illam partem qua comprehendit.

Utrū xp̄s pateretur scōm omnem volūtatem

Consequenter que .§.iij.

ritur vtrum pateretur xp̄s ſm omnem voluntatē. ¶ Ad quod sic. Passio fit in xp̄o ſm ꝙ culpa fuit in adam. Sed culpa fuit in adam ſm voluntatem sensualitatis ⁊ rōnis. ergo ⁊ pena vel passio in xp̄o

Contra.

¶ Contra est pena damnatoria in inferno. Purgatoria in purgatorio. Satisfactoria in p̄senti. In pena damnatoria est pena sine voluntate. In pena purgatoria cum voluntate. In pena satisfactoria ex voluntate. Sed vbi est voluntas ibi est gaudium de satisfactione pro culpa. ergo gaudet volūtas de passione: ergo in xp̄o non fuit passio voluntatis rationis qua gaudebat de satisfactione.

¶ Item martyres gaudent de passionibus. qꝛ ibi adest quod volunt. Latrones cruciantur qꝛ ibi est quod displicet. sed vbi est quod vult aliquis nō est tristicia. ergo nec xp̄s habuit passionem rationis.

¶ Item ex eadem parte non potest esse volitum ⁊ inuolitum. placitum ⁊ non placitum. gaudiū ⁊ tristicia. ergo si in parte rationis superioris erat gaudium: ſm illam non inerat tristicia. ¶ Itē Arrius posuit ꝙ passio fuit in xp̄o ſm omnē naturam xp̄i sed queritur si ponamus sicut arrius si ponerem⁹ passionem magis meritoriam q̄ nunc. ⁊ videt̄ qꝺ sic qꝛ maiorem poneremus passionē. ⁊ ita magis meritū ⁊ magis meritoriam. Sed ad hoc dici posset ꝙ non dicit̄ magis meritoria passio qꝛ maior. sed qꝛ ex maiori caritate.

Responsio Damascen⁹.

¶ Responsio ſm Dam̄. Voluntas est rationis ⁊ liberi appetitus. Voluntas non est proprie ex parte sensualitatis: sed soluꝫ ex parte rationis qꝛ est appetitus rationis: sꝫ appetitus duplex. ideo voluntas duplex. appetitus rationalis ⁊ naturalis: sicut rōnalis volūtas est duplex. est naturalis respondens appetitui naturali rationis ⁊ deliberatiua que respondet appetitui rationali. vtraqꝫ autē voluntas idem est ſm rem. sed differens ſm rationem. In naturali ergo volūtate fuit passio: sed non in deliberatiua. Naturalis aūt voluntas est per cōparationem ad suū corpus. ⁊ dolet de contrario. i. de separatiōe. ideo passio fuit in volūtate rationali. Deliberatiua est ſm quam contulit vtilitatem passionis: et ſm hāc nō fuit passio. ſm hoc r̄ndendum est ad oīa obiecta. Et ſm hanc distinctionem distinguendum est cū obijcitur ꝙ habuit gaudium summum ⁊c.

Utruꝫ in xp̄o fuit voluntas absoluta vel cōditionalis.

Consequenter que .§.iiij.

ritur vtrum passio fuerit ſm voluntatem absolutam vel conditionalem. ¶ Ad quod sic obijcitur. Omne illud quod appetitur: appetitur voluntate conditionali. sed xp̄s appetebat pati non voluntate absoluta: sed conditionali. scꝫ pro redemptione ergo ⁊c.

Contra.

¶ Contra vbicunqꝫ est appetitus volūtatis conditionalis est partim inuoluntariuꝫ. ⁊ partim voluntarium. Et ponit Dam̄. exemplū de illo qui proijcit merces i mari: nec est simpliciter illa voluntas. Si ergo xp̄s passus est voluntate cōditionali: ergo sua passio non fuit simpliciter volūtaria. ergo nec simpliciter laudabilis qꝛ soluꝫ act⁹ voluntarij laudabiles sunt. ¶ Itē si non fuit volūtaria fuit cōpulsio. ⁊ vbi est voluntas cōditiōalis est cōpulsa voluntas: sed in xp̄o non est ponere voluntatem compulsam: ergo nec conditionalem.

Origenes

¶ Item Rom. v. Uix pro iusto quis moritur. Orige. distinguit. Est aliquis qui moritur necessitate ⁊ placet ei: talis moritur pro iusto. Est alius q̄ vult mori ex caritate sicut martyres talis morit̄ pro bono. Queritur ergo differentia istorum: ⁊ si xp̄s passus est ⁊ voluit pati non pro iusto: idest necessitate quod videtur. ergo pro bono mortuus est. idest voluntarie. ergo ⁊ mera voluntate: qꝛ melius semper est ei tribuendum.

Responsio

¶ R̄nsio triplex est voluntas absoluta. Velle absolutum est quo aliquid appetitur non aliqua coactione ex alio. Et est velle absolutum quo aliquid appetitur propter se. sicut volo beatitudinem. Utroqꝫ modo fuit volūtas absoluta i xp̄o: qꝛ a nullo fuit coacta. preterea appetebat aliquid propter se. scilicet beatitudinem membris suis. scilicet tertia. Prima est voluntas absoluta. idest non relata ad aliud. Si ergo accipitur voluntas absoluta primo modo vel secundo. sic xp̄s voluit pati voluntate absoluta. si autem accipitur absoluta. idest voluntas non relata ad aliud. sic non fuit absoluta.

Utruꝫ anima xp̄i pateretur ſm ꝙ anima ⁊ ſm ꝙ spūs.

Consequenter que .§.v.

ritur vtrum anima xp̄i pateretur ſm ꝙ est anima ⁊ ſm ꝙ est spiritus ſm quod dicit aug. Quod anima dupliciter potest considerari ſm suum esse absolutum: ⁊ sic est spiritus: ⁊ ſm comparationeꝫ ad corpus: et sic est anima.

Arguitur

¶ Ad quod arguitur sic. Passio seu satisfactio debet esse ſm quod obligati sumus: sed obligati sumus in anima et scōm qꝺ anima: ⁊ scōm quod spiritus est. ergo ⁊c. ¶ Cōtra in parte anime superiori ponimus gaudium non tristiciam. Unde ratio vt consideratur vt ratio absoluitur a pena: ⁊ est voluntas vt deliberata: ⁊ hoc quia plus abstrahitur q̄ naturalis a corpore. ergo cum anima inquantum spiritus omnino abstrahatur: videtur ꝙ vt sic consideratur nullaten⁹ patiatur.

Responsio

¶ Responsio scōm Augu. spiritus dicitur multipliciter. Aliquando dicitur nomen substantie spiritualis. Aliquando nomen potentie: et hoc dupliciter quia nominat potentiam anime rationalis vt est in esse absoluto non relato ad corpus. vel vt est vnita corpori. Primo modo considerata sic est idem ꝙ ratio considerata vt ratio: ⁊ sic i xp̄o nō fuit passio.

Ad argu.

Quod ergo obijcitur ꝙ natura nostra erat obligata ſm animam ⁊ scōm spirituꝫ ⁊c. dicendum ꝙ non sequitur qꝛ eodem modo posset destrui distinctio que est de ratiōe vt ratio. Et ratio huius est qꝛ voluntariam oportet esse passionē sed ad voluntariam exigitur ꝙ sit in aliqua parte gaudium: ⁊ hoc est in superiori parte rationis. ad meritum enim concurrit volūtas seu passio volūtaria. Item si omnino remoueretur delectatio seu gaudium a superiori parte rationis. tunc summa esset tristicia. ⁊ ita impatientia. ⁊ ita non esset passio: nec voluntaria: nec meritoria: quia ex hoc seq̄retur qꝺ pateretur sine caritate ⁊ amore. qui amor maxime exigitur in opere meritorio. ¶ Iteꝫ si obijcitur illud Marci. Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem. Glo. remota delectatiōe eterne deitatis tedio humane calamitatis afficitur. Ex quo videt̄ ꝙ etiam scōm partem superiorem que est in contemplatiōe diuinitatis fuerit passus. ¶ Ad quod dicendum sicut supra tactū est quod sicut dicitur lux solis remoueri cum non illuminat partem inferiorem: quamuis nunq̄ remoueatur lux ab ipso corpore solis. ita delectatio diuina secūdum rationem dicitur ammoueri cū non radiabat super partem inferiorem in passione. propter quod dicebat deus meus vt quid me dereliquisti ⁊c. vt eo dicat̄ derelictus quo passioni subiectus. Inquantuꝫ ergo per delectationem partis superioris vires inferiores cum delectabantur non dicitur derelictus: sed inquantum dispensatiue subtrahebatur delectatio in passione. dicitur remota delectatiōe eterne deitatis tedio humane calamitatis affici

Articulus

Articulus secundus.

De generalitate passionū

Consequenter queritur de generalitate passionis quantuꝫ ad genera passionuꝫ Et primo queritur vtruꝫ habuit oīa genera passionum corporalium. Secūdo vtrum passus sit omni genere passionum spiritualium esset querendum. Sed hanc questionem habes determinatam supra in inquisitiōe de assumptione humane nature q̄stione de effectib⁹ quos cum natura nostra assumpsit xp̄s

Utrū xp̄s habuit oīa genera passionum corporalium. Argumētum primum

Circa primum .§.i.

ergo obijcitur sic Hyla. x. de tri. Unigenitus deus ad peragendum mortis sue sacramentum cōsummasse omne humanarum genus passionum testatus est cum inclinato capite emisit spiritum. ergo passus est omni genere passionis humane taꝫ corporalis q̄ spiritualis.

Secundū

¶ Item Damasce. Totū hominem ⁊ omnia que hominis sunt assumpsit preter peccatum. Naturales etiaꝫ et indetractabiles passiones quecunqꝫ ex transgressione in humanā deuenere vitam. ergo passus est ſm omne gen⁹ passionum.

Tertium.

¶ Item passio xp̄i fuit satisfactoria ſm oīmodam iusticiaꝫ. Sed omnimoda iusticia exigit ꝙ fiat satisfactio per penam eiusdem generis. ergo si omne genus passionum humanarum debet absolui per passionem xp̄i: passus est ſm omnem passionem.

Quartum

¶ Item omnis habens omnes operationes omnium virium est habens omnes passiōes. Sed xp̄s fuit huiusmodi. ergo ⁊c. ꝙ omnes naturales virium operationes sint passiones: patet per Dama. qui dicit ꝙ ira est operatio seu actio ipsius irascibilis: ⁊ ipsa est passio. Unde patet ꝙ actiones sunt passiones.

Cōtra. p̄muꝫ

¶ Contra omnis passio inquātuꝫ passio est inuoluntaria. Sed nihil inuoluntariuꝫ ponendum est in xp̄o ergo nulla passio ponenda est in xp̄o. ¶ Item passio est motus ab aliquo incedente passo. Sed nullus motus poterat fieri in xp̄o: vel eē cui cederet natura xp̄i: ergo nec aliqua passio. ¶ Item est defectus cognitiue ⁊ affectiue. Sed nullus defect⁹ cognitiue fuit in xp̄o. ergo nec defect⁹ affectiue. Sed huiusmodi defectus est passio. ergo ⁊c.

Secundū

¶ Si dicatur ꝙ non est simile quia debuit tollere penam non ignorantiam: ⁊ ita xp̄s debuit habere passionem non ignorantiam. ¶ Contra. Utraqꝫ debuit tollere xp̄s: et ex parte affectiue ⁊ cognitiue. ergo vtrunqꝫ debuit accipere: sed non accepit defectū ex parte cognitiue. ergo nec ex parte affectiue. ergo nec passionē.

Tertium

¶ Item omnis passio aut est per modum passionis: aut propassiōis: sed non fuit in xp̄o per modum passionis: quia nō fuit ei⁹ rō perturbata. Esa. xlij. Nō erit tristis: nec turbulentus ⁊c. ¶ Item nec per modū propassiōis qꝛ propassio est subitus motus ſm glo. super illud apostoli. Ephe. iiij. Irascimini ⁊ nolite peccare ⁊c. Ira est subitus motus ⁊c. sed nihil subituꝫ fuit in xp̄o. ergo nec passio. ꝙ nihil subitum fuerit in eo. patet. quia nihil passus est quod non preuiderit.

Responsio

¶ Responsio ſm beatum Augus. ⁊ Hyla. est passio culpabilis que nunq̄ fuit in xp̄o. Et est passio penalis duplex. Quedam que derogat dignitati ⁊ quedam que non. prima est sicut dicerem⁹ passionem per modum passionis que turbaret rationeꝫ Similiter ignorantia ſm aug. similiter cōcupiscētia qꝛ hec derogāt dignitati sue. Item ille passiōes que non derogant dignitati sunt dupliciter. Quedam sunt ordinate ad nostram redemptionē. quedam non. Prime sunt sicut infirmitates febres: ⁊ huiusmodi. hec non cooperantur ad nostram redēptionem. Dicendum ei 3o ſm Augu. ꝙ assumpsit omnes passiones non culpabiles: et sue dignitati non derogantes: ⁊ ad nostram redemptionem ordinatas. Et hoc idem Hyla. x. de trinitate.

So. ad p̄muꝫ

¶ Ad hoc autem quod obijcitur per autoritatem Hylarij. dicendum ꝙ veruꝫ est ꝙ assumpsit omne gen⁹ passionum: non tamen omnem speciem. Unde dicit nihil vitiose infirmitatis assumpsit.

Ad secūdū

¶ Ad illō quod obijcitur per autoritatem Dama. dicendum ꝙ ipse determinat quid assumpsit cum dicit naturales ⁊ indetractabiles. Passiones naturales que conueniunt omnibus: nec possunt detrahi ab homine. vt fames: sitis ⁊ huiusmodi. Nota tamen ꝙ peccatum aliquando dicit culpam: vel quod est ordinans ad culpam. vt sic peccatum dicit idem qꝺ culpa: vel quod ordinans est ad peccatum vel pronitateꝫ: vel quod est ex peccato: ⁊ he sunt pene que insunt omnibus vel insunt aliquibus: illas assumpsit que insunt omnibus: ⁊ hoc vult dicere Damascenus.

Ad tertium.

¶ Ad illud quod obijcitur qꝺ debuit pati ſm omnimodam iusticiā ⁊c. dicendum quod non exigitur in satisfactione pati ſm omne genus pene: sed exigitur equiualentia pene ꝙ sit pena equiualens. Item oportet ꝙ sit condignitas in satisfactione. Si autem poneremus omnes passiones in xp̄o iam non seruaretur condignitas: et ita nec satisfactio.

Ad quartum

¶ Ad illud quod obijcitur omnis habēs naturales virium operationes ⁊c. dicēdum quod passio dicitur a pati in quod est informare. vnde cōprehensiones ⁊ affectiones dicuntur passiones in anima. ⁊ de his passiōibus intelligitur autoritas Jo. Damas. Si vero passio dicatur actus seu motus preter naturam. tunc dicitur passio a pati: ⁊ de hac non intelligitur illa propositio.

So. ad p̄muꝫ

¶ Ad primuꝫ quod obijcitur in contrarium. dicendum ꝙ volūtarium ⁊ inuoluntarium dicūtur dupliciter sicut supra distinguitur volūtas vt est natura. vel vt est deliberatiua. ſm deliberationem nihil fuit inuoluntarium in christo. ¶ Item aliquādo fit passio preter voluntatem. Aliquando contra voluntatē cum non potest prohibere quis passionem. Ulterius fuit in christo qui passus est ex voluntate. vn̄ dicit Damascenus. Nihil coactum in christo cōsideratur. sed omnia voluntaria: volens esuriuit: volēs sitiuit ⁊c.

Ad secundūꝫ

¶ Ad aliud quod obijcitur de ignorantia. dicendum ſm Anselmum in libro. cur de⁹ homo debuit assumere illos defect⁹ qui vtiles essent ad redemptionem. Ignorantia autē nihil vtilis est: et ideo non debuit eam assumere: sed cōpassio erat necessaria. ideo assumpsit.

Ad tertiū

¶ Ad aliud qꝺ obijcitur ꝙ nihil subitum in christo ⁊c. dicendum ꝙ subitum dicitur dupliciter quod non est preuisum ratione: et hoc modo nihil fuit subitum i xp̄o Uel subitum dicitur idem ꝙ non preuisuꝫ sensualitate. et sic subitum fuit in xp̄o.

Membrum tertium.

De necessitate passionis.

c Onsequēter queritur de necessitate dominice passionis. Et queruntur tria. Primo de necessitate quātum ad causam inferiorem materialeꝫ vel formalē.
Secundo de necessitate quantum ad causam inferiorem finalem.
Tertio de necessitate quantum ad causaꝫ superiorem efficientem ad nostram redemptionem.

Articulus primus.

De necessitate q̄ntū ad cāz materialē vel formalem.
Argu. j. ptis negatiue

[A]D primuz Aug. Christus assumpsit primitias carnis nostre. Sed primitie carnis nostre sunt caro hominis añ pctm̄ scilicet in statu innocentie. cū ergo in illo statu nō habuerit hō necessitatē ad moriendū sed potētiam tantū: nec caro Christi.

Secundum.

¶ Itē super illud Joh. iij. Qui desursum venit super oēs ē glo. augusti. quia de altitudine humane nature ante peccatum accepit verbum dei naturam humanā Si igitur in illa altitudine non fuit necessitas ad moriendum: relinquitur q̄ nec in carne Christi.

Tertium.

¶ Item necessitas ad moriendū est pena peccati. Sed remota causa vniuersaliter remouet effect⁹. relinquitur igitur cum caro christi fuerit penitus sine peccato quia magis etiā q̄ adam immunis fuit a peccato. in statu innocentie eo q̄ nō potuit peccare: quod potuit adam: ergo nec in carne ei⁹ debuit esse necessitas ad moriendum.

Quartum. Ansel.

¶ Item anselmus q̄ voluntas dei nulla necessitate facit aliquid sed sola potestate. Et voluntas christi fuit voluntas dei. nulla necessitate mortu⁹ est. sed sola potestate.

Quintum.

¶ Item. ij. Cur deus homo Cum queritur vtrum deus et homo potuit seruare vitam suam, vt nunq̄ moreretur. Dubitandū non est quoniam semper habuit potestatem seruandi q̄uis nequiuerit velle seruare vt nunq̄ moreretur. et quoniam hoc a seipso habuit vt scilicet velle non posset: non necessitate sed libera potestate animam suam posuit.

Sextum

¶ Item in eodem. Sicut non debes dicere quia non potuit velle non mori: aut necessitate voluit mori: sic non ē dicenduz quod non potuit non mori: aut necessitate mortuus est.

Septimum.

¶ Item in eodem Omnis necessitas aut est coactio aut prohibitio. que due necessitates cōuertūtur adinuicem contrarie: sicut necesse et impossibile quicquid namq; cogitur esse prohibetur non esse: et quod cogitur non esse: prohibetur esse quemadmodū quod necesse est esse impossibile est non esse: et qd necesse est nō esse: impossibile ē esse et ecōuerso Si ergo in xp̄o non fuit coactio ad mori nec prohibitio ad non mori ergo in xp̄o nō fuit necessitas ad moriendum.

Coutra arg. ptis affirmatiue.

¶ Contra omnis articulus fidei habet necessariam veritatem. Cuz ergo mori xp̄m esset articulus fidei: necessaria erat veritas. ergo non poterat esse falsum ergo necesse erat mori.

Secundum.

¶ Itē ansel. ij. li. Cur deus hō Si mortuus non esset virgo de qua assumptus est munda non fuisset. Quoniā hoc nequaq̄ valuit esse: nisi verā mortem eius credendo: nec ille de illa potuit aliter assumi. quare si non mortuus est ex necessitate postq̄ assumptus est de virgine: potuit de virgine non esse assumptus quod impossibile est.

Tertium.

¶ Itē in eodē qd deus immutabiliter vult nō potest nō esse sed necesse est esse. quapropter si de⁹ voluit: vt homo ille moreretur: non potuit non mori. sed necesse habuit mori.

Quartum.

¶ Item idē in eodem. Ad hoc valuit in xp̄o diuersitas naturarū et vnitas persone; vt quod opus erat fieri ad hominum restaurationē si humana natura non posset: faceret diuina. et si diuine minime conueniret exhiberet humana. et non alius nec alius sed idē ipse eēt. qui vtrūq; perfecte existens per humanā solueret quod illa debebat: et per diuinam posset qd expediebat. Ex qua autoritate reliquitur q̄ s̄m humanā naturā debebat pati xp̄s vt redimeret gen⁹ humanū Sed si habuit debitum ergo habuit necessitatem debiti ad moriendum: seu obnoxietatē qd idem est. ¶ Item augustin⁹ ad Julianum. Si talē carnem qualem habuit adā in primo statu assumpsit xp̄s: non solum caro xp̄i non esset caro peccati: sed nec similitudo carnis peccati. Quare videt q̄ non assumpsit carnem de primo statu ade. sz de secundo. Et ita relinquitur q̄ assumpsit carnez: vt est in ea necessitas ad moriendum.

Sextum.

¶ Itez assumpsit carnem de carne virginis licet non s̄m legem propagationis. sed opere spiritussancti. Cum ergo tota virginis caro habuit necessitatem ad moriendum. ergo et caro xp̄i.

Septimum

¶ Item Hebr. ix. glo. Sicut alijs hominibus statutum est semel mori. ita xp̄s eadem necessitate mortuus est. Relinquitur ergo qd xp̄s mortuus est necessitate.

Responsio

¶ Responsio s̄m quod dicit philosophus in metaphy. necessarium dicitur quattuor modis s̄m quattuor genera causarum. Est enim necessitas s̄m causam formalem s̄m quod dicitur q̄ calidum de necessitate calefacit: seu patiēs de necessitate patitur. Et est necessitas s̄m causam materialem s̄m quam dicitur qd necesse est calidum in summo fieri ignem scd̄m q̄ diceretur q̄ passibile in summo dispositum necesse est pati. Et est necessitas s̄m causam efficientez que vocatur necessitas s̄m violentiam vel coactionem s̄m quam dicitur q̄ fortiter lapidem impulsuz necesse est moueri. Et est necessitas s̄m causaz finalem s̄m quam dicitur q̄ serram necesse est esse ex ferro et calibe: quia est ad diuidēdum dura et solida. Dicendum ergo qd in nobis est necessitas ad moriendum vel patiendum s̄m causam materialem. formalem et efficientem. In domino vero Jesu fuit necessitas solum s̄m causam ad patiendum finalem s̄m quod dicitur Gala. iiij. Misit de⁹ filiū suum etc. vt nos redimeret etc. Sed ista redemptio non potuit esse nisi per satisfactionem: nec satisfactio nisi per passionem. ideo s̄m necessitatem cause finalis fuit necessitas patiēdi in xp̄o s̄m q̄ dicit Hebreo. ix. super illud. Ut morte intercedente etc. glo. mors erat necessaria in redemptione. et subditur. Tantum vtiq; fuit nostrum peccatuz vt saluari non possemus nisi vnigenitus dei filius pro nobis debitoribus mortis moreretur. Non autez in xp̄o fuit necessitas ad moriendum s̄m necessitatē cause efficientis: q: nulla causa poterat eum cogere ad moriendum causa inquā creata. Nec est necessitas s̄m rationem cause materialis: q: illa est necessitas contracta ex vitio propagationis in nobis: et illa est necessitas conditionis. Nec necessitas s̄m rationem cause formalis q: illa non potest prohiberi: nec est voluntaria. q: dicit Joh. damas. Passiones etsi s̄m legem nature fiebāt in xp̄o. nō tamen coacte: sed voluntarie.

So. ad primū et secūdū argumentum partis negatiue

¶ Ad ea ergo q̄ obijciuntur in partem negatiuam: et ad prima duo dicendum s̄m autoritatem Boetij in libro de duabus naturis et vna psona xp̄i q̄ xp̄s a triplici statu hominis accepit aliquid. A prio statu accepit indigentiam cibi et potus: vel ad cibum et potum A secundo necessitatem ad moriendum. A tertio impossibilitatem ad peccandum: et ita non accepit carnem in omni eo modo quo fuit in adam in statu primo. dicendum ergo q̄ cum dicitur assumpsisse de altitudine humane nature et de premijs nostre masse: hoc dicitur quia accepit carnem cū plena subiectione respectu mētis: vt sicut caro añ peccatum nullo modo cōcupiscebat aduersus spiritum. sed omnino subijciebat: sic et caro xp̄i etiaz plus subijciebatur spiritui. Non tamen attēditur similitudo quantum ad mortem. quia in adā fuit solum mortalitas s̄m potentiam absq; aliqua dispositione et necessitate ad moriendum. in xp̄o vero fuit mortalitas

cū assūpta dispositiōe ad moriēdū que quidem dispositio s̄m rationem cause finalis ponit necessitatem: quamuis scd̄m rationem cause materialis vel formalis. vel efficientis prout dictum est non ponat necessitatem. Et per hoc patz solutio ad duo prima.

Ad tertium

¶ Ad aliud dicenduz quod hoc quod hic dicitur remota causa remouetur effectus. intelligitur in causis naturalibus et effectibus: non in causis innaturalibus. vnde exempluz aug. tale est in libro de trini. Infixio teli in corpore est causa morbi: non tamen remota infixione teli remouetur morbus. Preterea sicut dictū est supra. Pena non semper est effectus peccati in sustinente penam. Quedam enim pena est que non ordinatur ad culpam. sed ad gloriam: sicut dicit beatus Gregorius. Quedam etiam est pena pro peccato alieno non proprio quomodo fuit pena i xp̄o ad satisfactionē nostri peccati non sui.

Ad quartum

¶ Ad aliud Ansel. dicēdum q̄ est necessitas immutabilitatis et est necessitas coactionis vel prohibitionis. Necessitate immutabilitatis dicendū est q̄ necesse fuit xp̄m mori: q: immutabiliter mori voluit: necessitate vero coactionis vel prohibitionis minime.

Anselmus

Unde dicit Ansel. sicut dicis. Jccirco non potuit nō mori. q: vere moriturus erat: et ideo moriturus erat q: hoc sponte et immutabiliter voluit. sequitur illum non ob aliud non potuisse non mori nisi q: immutabili volūtate voluit mori.

Ad alia obiecta p Ansel.

¶ Ad oīa alia obiecta per ansel. dicendum q̄ posse et non posse: et necesse et impossibile dicuntur duobus modis. Potentia vel ipotētia: necessitate vel ipossibilitate: vel ipossibilitate que est in ip̄o. aut que est in alio. Cū ergo dicitur de deo et de xp̄o necesse vel ipossibile: intelligendum est non de necessitate vel impossibilitate que est in ipso: sed necessitate vel impossibilitate que est in alio. et hoc proprio modo accepto nomine necessitatis s̄m q̄ dicitur coactio vel prohibitio. et hoc est quod dicit Ansel. Cum dicim⁹ iste homo potest vinci: sensus est aliquis potest eū vincere. Unde non ponitur potentia in ipso: sed in altero. Similiter cum dicimus ille non potest vinci sensus est q: nullus eum vincere potest. Unde per hoc non ponitur impotentia in ipso sed in altero. Similiter cum dicimus deum de necessitate facere aliquid: non signamus q̄ in illo sit aliqua necessitas. sed q̄ est in alio. Cum ergo dicimus aliquid necesse esse aut non esse in deo: non intelligitur q̄ sit in illo necessitas cogens aut prohibens: sed significatur q̄ in omnibus alijs rebus est necessitas prohibens facere eas et cogens non facere contra hoc quod de deo dicitur: nam cum dicimus q̄ necesse est deum semper verum dicere. et necesse est eū nūq̄ mentiri: nō dicitur aliud nisi q: tanta est in eo constantia seruandi veritatem vt necesse sit nullā rem facere posse. vt verum non dicat: aut vt mētiatur. quapropter cum dicimus filius dei nō potuit non mentiri. aut necesse habuit mori: non signat in illo villa impotentia seruandi vitam suam imortalem. Similiter cū dicitur necessario voluit mori. aut non potuit velle non mori. non signatur impotentia volendi seruare vitam suam. sed immutabilitas voluntatis qua se spōte ad hoc fecit hoiez. vt in eadem voluntate perseuerans moreret. et q: nulla res potuit voluntatē illaz immutare. ex hoc patet responsio ad omnia obiecta ad partem negatiuam.

Ad argu. tria partis affirmatiue. Anselmus

¶ Ad obiecta ad partem affirmatiuam ¶ Ad tria primo respondendum est per distinctionem Ansel. lib. ij. Cur deus homo. xvij. c. Est necessitas precedēs que causa est vt sit res. Et est necessitas sequens quam res facit. Precedēs et efficiēs necessitas est cum dicitur celum volui: q: necesse est vt voluatur. Sequens vero et que nihil efficit sz fit: hec est cum dico ex necessitate loqui cuz loqueris. Cuz enim hic dico significo te nihil facere posse: vt dum loqueris non loquaris: non qd aliquid te cogat ad loquendum. Nam violētia naturalis conditionis cogit celū volui. Te vero nulla necessitas facit loqui. Sed vbicūq; est precedens necessitas et sequens: non autem vbi sequens ibi statim et precedens. Possumus nāq; dicere necesse est celum volui q: voluitur. sed non similiter est verum idcirco te loq̄ q: necesse est vt loquaris: ita sequēs necessitas currit per omnia tempora hoc modo Quicquid fuit necesse est fuisse. quicq̄d est necesse est esse: et necesse est futurum fuisse. Quicquid futurum est necesse est esse futurum. Si vis ergo oīa que fecit xp̄s et que passus est veram scire necessitatem: scito omnia ex necessitate fuisse: q: ipse voluit Uoluntatem vero eius nulla precessit necessitas: quare si non fuerunt nisi q: ipse voluit: si nō voluisset non fuissent. Per hanc ergo distinctionem necessitatis patet solutio ad tria primo obiecta.

Ad quartum

¶ Ad aliud similiter patet solutio per distinctionem Ansel. in eodem lib. xviij. c. Scito q: sicut contingit posse et non posse. et necessitatem aliquādo dici: non q: sunt in rebus vbi dicūtur: sed quoniaz sunt in alio. ita et debere. Quippe cum dicim⁹ pauperes a diuitibus elemosynam debere accipere nō est aliud q̄ diuites pauperibus debere elemosynā impendere. hoc nāq; debitum non est exigendum a paupere. sed a diuite. Deus quoq; dicitur omnibus debere preesse. non q: in hoc ille aliquo modo sit debitor. sed quoniam omnia debent illi subesse et dicitur debere facere quod vult. quoniam qd vult dz eē. ita quādo vult creatura aliquid facere quod suum est facere et non facere dicitur debere facere. quia quod ipsa vult dz esse. Dominus itaq; Jesus cum mortem sicut dicimus voluit sustinere: quoniam suum erat et pati et non pati debuit facere qd fecit. quia quod voluit facere debuit facere. et nō debuit facere: quia non ex debito. et sic patz solutio ad quartum obiectum.

Ad alia

¶ Ad alia vero obiecta dicendum scd̄m Johan. Dam. q̄ naturales nostre passiones s̄m naturam et supra naturam fuerunt i xp̄o Scd̄m naturam enim mouebant passiones quādo deus permittebat carnem pati que sunt ei⁹ propria. Super naturam autem quia non precedebāt in domino naturalia. idest naturales passiones voluntatem. Nihil enim coactum in xp̄o considerat sed omnia voluntaria. volens esuriuit. volens sitiuit. volens mortuus est.

Ad septimum

¶ Ad vltimum quod obijcitur. ix. ad Hebr. in glo. Sicut i alijs hominibus statutum est etc. dicenduz q̄ vis facienda est i hoc quod dicitur semel. nō fit ibi comparatio mortis ad mortem: sed mortis semel ad mortem semel. secundum quod dicitur Rom a. quinto. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. etc. et sic absoluitur questio ista.

Articulus secundus.

De necessitate q̄ntū ad cāz inferiorem finalem

[C]Onsequenter querit de necessitate passionis quantum ad inferiorem causaz finalem: secundum quod dicimus serram necesse est esse ex ferro et ex calibe. quia est ad scindendum. eodem modo dici debeat christum necesse est pati quia incarnat⁹ est ad redemptionem.

Arg. primum

¶ Ad quod sic Gregorius. Tāta debuit esse humilitas redemptionis quāta fuit superbia preuaricatoris: et quanta fuerit humilitas patet quia Adam ascendere voluit ad deitatem. non

in vnione persone.sed in conformatione scientie
Sed deus descendit vsqꝫ ad vnionem cum huma-
na. Philipp.secundo. Habitu inuentus vt hõ ꝛc.
Ergo tanta fuit humilitas quãta preuaricatio.er
go non necesse fuit christum pati ad redimendum
Secundũ
hominem. ¶ Item tantũ meruit ab initio sue con
ceptionis quantum post.quod patet:quia quan-
titas meriti attenditur penes quantitatem.
Si ergo tanta caritate mouebatur ab initio quan
ta post:quia non creuit caritas in eo cum semper
fuerit plenus gratia ꝛ veritate.ergo tantũ meruit
ante et post.ergo non necesse erat pati.
Tertium Bernardus.
¶ Item Bernardus. Una gutta sanguinis suffi-
ciens fuit precium nostre redemptionis.ergo post
circuncisionem non fuit necesse eum pati.
Quartum
¶ Item per solam gratiam reconciliamur deo.er
go cum in plena reconciliatiõe sit plena remissio
pene et culpe.ergo non fuit necessaria passio. Ro
ma.tertio. Iustificati gratis per gratiam.
Contra.
¶ Ad oppositum. Hebre.secundo. Decebat enim
eum per passionem consummare. Glossa.nisi chri
stus pateretur homo non redimeretur:et non re-
dẽptus periret:et sic frustra omnia. Ex quo relin-
quitur quod necesse fuit ipsum pati ad redimẽdũ
hominem. ¶ Itẽ ad Thimo.secundo. Apparuit
gratia dei ꝛc. Glossa non essemus participes diui
nitatis ei⁹ nisi esset particeps mortalitatis nostre
Responsio Ansel.
ergo ꝛc. ¶ Responsio secundum Anselmũ quod
ex necessitate redemptiõis passus est christus.ta-
men distinguendum est inter liberationem et re-
demptionem. Redimere enim est rem suam iusto
precio recuperare:et nisi esset passio non esset per
iustum precium recuperatum quod erat amissũ.
tamen si alio modo liberasset ꝙ per passionem es
set liberatio nõ redemptio. Unde dicit glossa pre-
dicta nisi christus moreretur homo nõ redimeret
posito quod debebat redimi.idest iusto precio li-
berari vel recuperari. Deus enim creauit de terra
hominem secundum imaginem suam et iterũ cõ
uertit eum in ipsam.idest in ipsam imaginem: qđ
factum est per gratiam redemptionis. Ecclesiasti
So. ad arg.j.
ci decimoseptimo. ¶ Ad illud quod obijcitur ma-
ior fuit humilitas redemptoris in incarnatione
ꝙ superbia preuaricatoris ade. Dicendũ quod in
peccato Ade non solum fuit elatio:sed etiam per-
uersa delectatio. Unde Gen.tertio. Uidit mulier
lignum ꝛc.ꝛ fuit peruersa delectatio secundũ spi-
ritum.scilicet in appetendo:ꝛ secundum corpus.s.
comedendo. Unde sicut ab elatione incohauit pec
catum Ade:ita fuit consummatio in comestionis
delectatione.eodem modo dispensatio nostre re-
demptionis fuit in initio humilitatis incarnatio
nis:progressus in conuersatione in qua passus est
per compassionem.vnde fleuit. Luce decimonono
Consummatio vero fuit in passione.vnde dixit cõ
summatum est.decuit enim sic adimplere omnẽ
iusticiam.vt sicut delectatio fuit per oẽs sensus p̃
uaricatoris:vt patet Gene.tertio.ita christus pas
sus est per omnes sensus:vt patet in euangelio
Ad secundũ.
¶ Ad aliud dicendũ quod mereri est dupliciter
in virtute ꝛ in effectu. Meritum in virtute mensu
ratur secundum caritatem ꝛ quanta caritas tãtũ
meritum. Meritũ in effectu non solum est in ca-
ritate.sed in caritate coniuncta effectui. Primo mo
do tantum meruit christus in initio ꝛ post. Secũ-
do modo non. Unde per voluntatem coniunctam
caritati qua predicabat et huiusmodi faciebat me
ruit remissionem pene.sed per caritatem coniun-
ctam effectui meruit remissionem pene ꝛ culpe to
taliter. ¶ Ad aliud quod obijcitur de vna gut-
Ad tertium
ta sanguinis ꝛc.dicendum ꝙ satisfactoria pena po
test dupliciter ponderari.aut secundum gen⁹.aut
secundum circunstantias. Si secundum circũstã-
tias persone ponderetur pena cum vita xpi sit vita
dei.sic quelibet gutta sanguinis sufficiens fuit:et
sic intelligitur autoritas Bernardi. In satisfactio
ne autem respondere debet genus pene generi cul
pe.et ideo secundum genus culpe nõ fuit sufficiẽs
Ad quartum
¶ Ad aliud quod obijcitur per solam gratiam re-
conciliamur ꝛc.dicendum quod verum est suppo
sita passione christi. Unde dicit Apostolus Rom.
tertio. Iustificati gratis per fidem in sanguine.vñ
fides sanguinis passionis est que iustificat

Articulus tertius.

De necessitate quantũ ad causam superiorem efficientem nostram redemptionem.

Consequenter querit de necessitate pas
sionis quantum ad causam superiorem
¶ Ad quod sic. Necessitas multiplici
ter dicitur. Necessitas cause inferioris.
scilicet que ponit impossibilitatem non essendi.s.
quod impossibile est aliter se habere. Est necessitas
cause superioris que est necessitas immutabilita-
tis.vt cum dicitur deum necesse est esse bonũ:seu
illud fore quod deus vult:ꝛ de hac loquimur hic
¶ Anselmus in libro cur deus homo. Quodlibet
Obijcitur
inconueniens deo sequitur impossibile.idest ĩ deo
poni inconueniens est impossibile.immo quodli-
bet conueniens necesse est deo attribui. Sed nisi
christus patiatur sequitur incõueniens deo.ergo
christũ necesse est pati.probatio minoris: nisi chri
stus moriatur homo non redimitur:ꝛ nisi redima
tur frustra sunt omnia. Ergo cum inconueniẽs sit
deo aliquid facere frustra.inconueniẽs est deo qđ
christus non patiatur ergo necesse est xpm pati
¶ Item super illud Hebreo.secundo. Per passio
nem consummare ꝛc.glossa. Nisi christus morere
tur homo non redimeretur.et non redemptus pe
sicut in nobis: ita nec ex parte corporis incinera-
tio. ¶ Ad illud quod obijcitur. q̄ adesse de adam
Ad sextum
ſm corpulentam substantiam sequitur incinera-
tio. dicendum q̄ non est. sed incineratio sequitur
vitiū originis: vnde si adam non peccasset: nec
filij eius non haberent vitium originis: nec expo
liaremur: sed superuestiremur ſm illud. j. Corin.
v. ¶ Ad illud quod obijcitur. q̄ mortalitas sequi
Ad septimū
tur ad inuisibilem rationem ꝓpter quod nec x̄ps
debuit hanc suscipere. dicendum. q̄ non sequitur
qui enim venit in carnem vt hominē redimeret:
debuit accipere que ꝯuenirent ad hominis redē
ptionē. Unde licet non debuerit ad mortem obli
gari vt ad sequelā inuisibilis rationis. conueniēs
tamen fuit vt illam dispensatiue acciperet in q̄ tū
cōueniebat nostre redēptioni. ¶ Ad aliud quod
Ad octauum
obicitur. q̄ resurrectio x̄pi est nobis exēplar. Di-
cendum q̄ similiter est nostre exemplar: quātum
ad terminum ad quem scꝫ ad immortalitatē: sed
non similiter q̄tum ad terminum a quo scꝫ ab in
cineratione est exemplar nostre immortalitatis
et incorruptionis: non corruptionis seu incinera-
tionis.

Membrum secundum.

De causalitate ꝛ effectu resurrectionis.
Consequenter queritur de causalitate ꝛ
effectu resurrectionis. Et primo queri
tur in quo genere cause dicenda sit cau
salitas resurrectionis. Scdo an sit cau
sa iustificationis animarū ꝛ qualiter. Tertio an
sit causa resurrectionis corporum. Quarto de mo
do causandi: vtrum causa remota ab effectu vel
coniuncta. Quinto vtrum necessaria vel contin-

gens. Sexto de differentia causalitatis per passionem ⁊ resurrectionem.

Articulus primus.

Q. in quo genere cause.

AD primum scʒ in quo genere sit. Queritur primo an in genere cause meritorie vel efficientis vel materialis. Et obijcitur sic ad primum. Mereri non conuenit xp̄o ꝫm ꝙ deus: sed ꝫm ꝙ homo. Si ergo mereri non est post mortem: ergo nec resurrectio est causa meritoria cum sit post mortem ¶ Item status merendi ptinet ad statum viatoris ⁊ seruientis. cuius status terminus est beatitudo. Si ergo xp̄s resurgens non est in statu merendi: quia est ad finem seu ad terminum: ergo ⁊c. ¶ Item ꝑ phil. ij. ꝓpter qđ deus exaltauit illuʒ ⁊c. hoc pertinet ad p̄mium non ad meritum. Sed resurrectio ptinet ad exaltationem: ergo si exaltatio ordinatur ad premiū nō ad meritum ⁊ resurrectio ergo resurrectio nō pertinet ad meritum. ¶ Item caritas est radix meriti: ⁊ ꝫm quātitatē caritatis ē quātitas meriti. Si ergo tanta caritas fuit in xp̄o ab instāti ꝯceptionis quāta post: ergo tm̄ meruit ab illo istāti quātū post: ergo ⁊c.

Cōtra arg. j.

¶ Cōtra. Nō est inconueniens ponere in angelis statuʒ merendi ⁊ beatitudinis. similiter nec in xp̄o ante mortē: ergo in xp̄o post mortem similiter non erit incōueniens ponere meritum ⁊ beatitudineʒ.

Secundum.

¶ Itē xp̄s anticipauit tempus merēdi: q2 ab instanti sue cōceptionis meruit: qđ non fuit ꝫm legem communem. ergo similiter non erit incōueniens ponere meritum in xp̄o post mortem.

Utrū resurrectio sit causa efficiens.

Consequenter que .§.j.

ritur vtrū sit resurrectio eius causa efficiens. Ad qđ sic.

Arg. p̄mum.

ꝙ resurrectio xp̄i iustificet ptʒ ꝑ glo. Rom. iiij. Utraqʒ iustificāt mors ⁊ resurrectio. sup illud Resurrexit ꝓpter iustificationem: sed iustificatio est iustum facere. ¶ Item glo. ibidem vt iuste viuamus qđ aliter non poteramus. ergo est causa efficiens.

Secundum.

¶ Item. j. corin. xv. Si xp̄s predicatur. glo. qui est causa efficiens nostre resurrectionis. ¶ Item p̄s. Ad vesperum demorabitur ⁊c. glo. resurrectio xp̄i causa est nostre resurrectiōis anime in presenti: ⁊ corporis in futuro.

Tertium

¶ Contra. Nihil ignobilius in natura pōt agere in nobilius. Sed omne corpus ignobilius est quātūcūqʒ sit nobile anima. ergo quelibet passio corporis ignobilior ē qualibet passione anime. ergo resurrectio xp̄i nō pōt esse causa iustificationis aīe efficiens.

Quartuʒ

¶ Iteʒ ꝙ non sit causa resurrectionis videtur sic. Maiꝰ est esse perfectum q̄ factum. Sed nulla creatura pōt esse creatio corporum: ergo nec reparatio.

Postea queritur. .§.ij.

An resurrectio eius sit causa materialis

an sit in genere cause materialis. Ad quod sic. Resurrectio non habet effectum nisi inq̄tum credita. Sed non dicitur causa nisi respectu effectus. sed ꝫm creditur est materia fidei: ergo ē causa materialis. ¶ Contra. Si dicatur ꝙ sit solum causa in genere cause materialis: ergo non est causa resurrectionis maloruʒ. q2 fides non est in ipsis malis: ⁊ aliter non efficit resurrectionē: ergo nō ē cā materialis resurrectiōis eorum. Nō aut nō sit ita ptʒ per glo. super psal. dabit voci sue vo. ℣. glo. efficaciam suscitandi omnes mortuos.

Rn̄sio ad ar.

¶ Rn̄. dicendum. ꝙ resurrectio est in genere cause meritorie: sed non proprie: ⁊ in genere cause efficientis proprie ⁊ in genere cause materialis inq̄tum credita in genere cause finalis inq̄tum amata: ⁊ in genere cause formalis vel exemplaris inq̄tum cōsiderata. In genere ergo cause meritorie est improprie. Nam meritum non est in beatitudine, completa cum sit seruitium. nec est instantia in angelis: sed est in genere cause per modum interpellationis. Unde Ro. viij. Interpellat pro nobis: ⁊ de sanctis oramus adiuuēt nos eorū merita.

So. ad ꝯtra.

¶ Qđ obijcitur ꝙ non esset incōueniens in xp̄o meritū post mortem. dicendum ꝙ falsum est immo conueniens esset proprie sumendo meritum. q2 hoc esset ponere viatorem quodāmodo. Unde Joan. xxj. Stetit in littore ⁊c. Glō. dicitur de sanctis in littore erunt cum in fine cum xp̄o resurrexerint. Esset ergo hoc inconueniens: quia hoc esset ponere ipsum non in statu quiescentis quod significatur per littus.

Ad secunduʒ

¶ Ad aliud quod obijcitur ꝙ anticipauit tempus merendi ⁊c. dicēdum ꝙ non fuit incōueniens qđ meretur post mortem: nec sue dignitati: nec sue redēptioni ꝯueniret. Unde in passione totum meritum eius est ꝯsummatū.

Rn̄sio ad q. primi.

¶ Ad aliud quod queritur an sit causa efficiens. dicendum ꝙ sic ꝫm glo. ⁊ ꝫm sanctos. dicenduʒ ergo ꝙ est in genere cause efficientis. s. per modum operantis ipse xp̄s resurgens. Unde Joā. v. Uenit hora ⁊ nunc est ⁊c. Glo. per verbum filij dei fit resurrectio animarum. per verbum factum in carne fit corporum resurrectio. Causa autem resurrectionis prima est ipse deus. Causa media ipsa humanitas verbi seu verbum humanatum. Causa proxima est ipsa humanitas verbi apparens gloriosa in iudicio.

So. ad p̄mū

Qđ obijcitur ꝙ equale fuit merituʒ ad instanti conceptionis ⁊c. dicendum ꝙ possumus loqui de merito dupliciter. q̄tum ad formam merendi: seu quātum ad vim merendi. ⁊ sic veruʒ est ꝙ tantum meruit a cōceptione quātum post. Uel possumus etiam loqui de merito q̄tum ad numerum meritorum: siue q̄tum ad effectū meriti. ⁊ sic non tantum meruit quātum post. Et est exempluʒ in igne cuius tota vis cōburendi est in igne. tm̄ maior est cōbustio cum plura accenduntur ligna. Ita dicendum ꝙ tota vis meriti est ī caritate tamē plures sunt effectus in pluribus effectibus vel operibus caritatis: vel maius est meritum in pluribus effectibus caritatis.

Ad secunduʒ

¶ Ad aliud quod obicitur. ꝙ aliter viuere non poteramus: scʒ iuste nisi per resurrectionē. dicēdum ꝙ hoc intelligendum est prout iuste dicit modum iusticie seu iustificationis complete seu perfecte: ⁊ est responsio ex illa glo. Ro. iiij. Resurrexit propter iustificationem nostram. glo. noua vita a iustificatiōe incipit ⁊ in gloria consummatur. Unde est iustificatio perfecta cum homo pertingit ad perfectionem iusticie ⁊ est abolita pena inclinans ad culpam ⁊ ipsa culpa. Resurrectio autem ordinatur ad perfectionem iusticie: ⁊ perfectio iusticie est in omnimoda abolitione pene. que est etiam incineratio: quod nō fiet nisi per resurrectionem.

Ad tertium.

¶ Ad aliud quod obijcitur ꝙ nihil ignobilius altero non potest agere in nobilius ⁊c. Si ergo corpus q̄tūcūqʒ dignum non potest dignius esse anima Nec passio corporis poterit esse causa iustificationis anime dicendum ꝫm illud Jo. vj. Caro nō ꝓdest quicq̄. Unde nihil prodest: quia caro: sed q2 caro vnita verbo: sicut patet in sacramēto altaris de quo ibi dicitur. Qui non manducat carnē ⁊c. Passio enim corporis et resurrectio vt est simpliciter corporis non est causa passionis anime. idest iustificationis. sed corporis vniti verbo.

Ad quartum

Et ex hoc patet responsio ad illud quod obijcitur qđ nulla creatura potest esse creatio corporum. Unde nec

de nec

de nec reparatio: quia creatura non est corporum reparatio: vt est creatura absolute: sed vt est vnita creatori.

Rn̄. ad ij.

¶ Ad aliud quod queritur. an sit in genere cause materialis: quia non iustificat nisi inq̄tū credita: qđ nō ꝯuenit malis. dōm. ꝙ est causa resurrectionis cum immutatiōe gloriosa. j. Cor. xv. Oēs quideʒ resurgemus: sed non omnes immutabimur: et hoc in bonis inq̄tum credita ⁊ amata. Et est causa resurrectionis non cum immutatione ⁊ hoc in peccatoribus. Primo modo est in genere cause materialis in bonis. Secundo modo in genere cause efficientis in omnibus. sic ergo respondendum cum queritur de causalitate resurrectionis christi.

Articulus secūdus.

An resurrectio xp̄i sit cā iustificatiōis animarum.

COnsequēter queritur an resurrectio xp̄i sit causa iustificationis animarū ⁊ quō. Et queritur vtrum sit in genere cause efficientis. Ad quod sic. Ro. iiij. Resurrexit ꝓpter iustificationem nostram gl. vtraqʒ mors xp̄i et resurrectio iustificant. ¶ Item phil. iij. Ad agnoscendum virtutem resurrectionis eius. glo. ex resurrectione eius iustificamur.

Contra.

¶ Contra resurrectio xp̄i ordinatur ad futuram gloriam. iustificatio ad presentem gratiam. ergo nulla est causalitas resurrectionis respectu iustificationis. ¶ Item sicut se habet passio ad iustificationem: sic resurrectio ad nostram resurrectioneʒ ergo iustificatio est per passionem. ergo non per resurrectionem. ¶ Item Rom. iiij. Iustificati per fidem in sanguine. i. per fidem passionis. quare ergo magis attribuit apostolus iustificationem resurrectioni q̄ passioni: cum dixit resurrexit ꝓpter iustificationem ⁊c. ¶ Iteʒ ad hoc ꝙ aliq̄ causa agit in subiecto oportet ꝙ attingat illud. si resurrectō non attingit: queritur qualiter iustificat.

Rn̄.

¶ Ad hoc dicendum. ꝙ resurrectio xp̄i potest dupliciter considerari. vt est in re vel vt ē in aīa ꝑ cōsiderationem sicut tactum est superius in questione de passione. Secundum ꝙ consideratur ī re: sic se habet duobus modis ad nostram iustificationem. s. per modum dispositionis: ⁊ per moduʒ exemplaris. per modū dispositionis: quia tota humana natura ordinatur ad humanam naturam in xp̄o. Unde cum vnitur in xp̄o deitas: tota sublimatur ita vt sit in tota participatione deitatis. Hinc est ꝙ habetur in reuerentia a sanctis angelis. vt dr̄ apocalip. xix. Et hoc patet quia dyabolꝰ qui ante incarnationem adorabatur ab homine: iam non adoratur etiam a barbaris nationibus Disponitur ergo magis ac magis per incarnationem et passionem: ⁊ etiam per resurrectionem ad maiorem gratiam vnde p̄s. Respice in faciem xp̄i tui. Gl. fac xp̄um innotescere omnibus vt possimꝰ ire de virtute in virtutem. Item se habet per modum exemplaris ad nostram: ꝫm ꝙ dicit. Ro. vj. Queadmodum xp̄s resurrexit: ita nos in nouitate ambulemus. isto modo se habet ad iustificationem nostram presentem. Duplex enim est iustificatio. Nam iustificatio est rectitudo a curuitate ī rectitudinem. Iustificatio in presenti est a curuitate culpe ad rectitudinem gratie. Futura vero iustificatio erit a curuitate miserie ad omnimodam rectitudinem ⁊ sic iustificationis future est exemplar seu causa exemplaris. sic se habet ꝫm ꝙ consideratur in re. Secundum autem ꝙ consideratur in anima vt credita et amata iustificat sicut dictū est et in gloria consummatur. ¶ Ad illud qđ obijcitur. ꝙ magis attribuit iustificatio passioni dōʒ ꝙ non sequitur: quia plena iustificatio ab omnimoda miseria non erit nisi in beatitudine que iustificatio incipit in p̄senti. et in beatitudine cōsūmatur: ꝫm ꝙ dicit glo. Ro. iiij. Noua vita in iustificatione incipit ⁊c. ¶ Ad aliđ quod obijcitur. qđ vtraqʒ iustificant dicendum. ꝙ verum est etiam q̄tum creduntur et amantur. sed hoc est disponendo. resurrectio enim credita et amata disponit ad iustificationem. Resurrectio vero signum est ⁊ cā iustificationis solum. Passio causa est ꝫm ꝙ dicit glo. Bede. et ideo magis attribuitur iustificatio resurrectioni q̄ passioni: quia signum et causa est et complementum.

Articulus tertius.

An resurrectio xp̄i sit cā resurrectiōis corporum.

COnsequēter queritur an sit causa resurrectionis corporuʒ. Et p̄mo queritur an sit bonorum et malorum an bonoruʒ tātum. Ad p̄mum sic p̄s. Dabit voci sue vo. v. Gl. suscitandi generaliter omnes mortuos ⁊c. ¶ Item ioh. v. Uenit hora et nunc est ⁊c. Glos. per verbum carnem factum fiet: corporum resurrectio in futuro. ¶ Item ibidem omnes qui ī monumentis sunt audient vocem filij dei ⁊c.

Con. ar. j.

¶ Contra. sicut se habet passio ꝫm causalitatem ad redemptionem: sic resurrectio ad resurrectionem. Si ergo passio non habet effectum nisi ī bonis. q2 non iustificat nisi bonos: ergo nec resurrectio erit causa nisi resurrectionis bonorum.

Secundum.

¶ Item quicquid fecit: fecit ꝓpter iustificationē nostram et ꝓpter remissionem peccatorum. Unde Roma. iiij. Mortuus est ꝓpter delicta ⁊c. ergo resurrectio non habebit effectum nisi in bonis q̄ habent remissionem peccatorum. ¶ Si dicat ꝙ generalior est causalitas resurrectionis q̄ passionis. Queritur ergo quare causalitas resurrectionis sit generalior: et attigat bonos et malos plus q̄ causalitas passionis.

Rn̄.

¶ Ad quod dicendum. ꝙ resurrectio xp̄i est cā resurrectionis bonoruʒ ⁊ maloꝝ: sʒ differenter. q2 bonoꝝ cū imutatōe: maloꝝ nō cū imutatione. Jō hebr. vj. fūdamētū resurrectionis mortuorum. Glo. nisi aliquis credat ꝙ resurrectio xp̄i efficit nostrā: non habet super quod fundamentum edificet.

So. ad. j.

¶ Ad p̄mum obiectum dicēdum. ꝙ vno modo. s. loquendo de resurrectōe gloriosa sic se habet resurrectio ad resurrectionem: sicut passio ad redemptionem vel iustificationem. Si autem loquamur de resurrectione communiter non sic se habet et ratio huius est. quia xp̄s resurgens gloriose causa est resurrectionis: non tamen producitur effectus nisi cum apparebit iudex viuorum et mortuorum. q2 autoritas iudicandi data est ei cum gloriosa resurrectione: ꝫm ꝙ dicit gl. ibi. Parauit in iudicio thronum. s. q2 iudicatus fuit: datum est iudicium ei. Ideo etiam dr̄ phil. ij. Propter passionem dedit illi nomen. quod est super oē nomen. Et hoc etiam dicitur math. vlt. Data est mihi omnis potestas ⁊c. ⁊ hoc est sup bonos et malos: et ita cū venit iudex oēs oportet resurgere.

Ad secunduʒ

¶ Ad aliud dicendum. ꝙ licet xp̄s fecerit quod fecit ꝓpter iustificationem nostram. non tamē seqtur ꝙ resurrectio sua non habebit effectuʒ nisi in iustificatis. Licet enim q̄ fecit xp̄s ordinata fuerint ad hominis iustificationem nihilominus q2 humiliauit se ad sustinendum dura et indecentia: data fuit illi sublimatio q̄tū ad potestatē exercendi iudicium q̄tum ad bonos et malos vt patʒ ex p̄tactis. Un̄ cālitas resurrectionis fuit generalior cālitate passionis. Unde cum venerit ad iudicandum oēs resurgent.

Articulus quartus

An resurrectio xpi sit remota vel ꝯiuncta ad nostrā resurrectōez. Ambro.

Onsequenter queritur de modo an se habeat vt causa coniuncta: vel vt remota ad nostram resurrectionem. ꝛ si resurrectio efficeret modo in sanctis resurrectionem corporum. Ad quod amb. Gaudium patrisfamilias fidelium sibi leticia comitatur vt que subsecuti sunt similitudine passionis comitentur gloria resurrectionis. ſm ꝙ dr. ij. corin. j. Si socij fuerimus pas. ꝛc. ergo videtur ꝙ resurrectio eius sit causa coniuncta. ¶ Item amb. ibidem in quodam ſmone pasch. Matth. xxvij. Multa corpora sanctorum resurrexerunt. legimus in ꝑma resurrectionis festiuitate sanctorum corpora suscitata fuisse: cur non quotiens festiuitas resurrectionis eius celebratur quotiens resurgere credamus ꝛ sanctos.

Hiero.

¶ Item hiero. in ſmone de assumptione: veri testes non essent nisi vera esset eorū resurrectio ¶ Item ſm illud act. ij. Sepulcrum illius apud nos est. In quodam sermone hiero. nō fuit ausus dicerere ꝙ ipse aut corpus eius apud nos est: sed sepulchrum eius ꝛc. Similiter queritur de gloriosa virgine an resurrexerit. Ad quod respondeo quia deo nihil est impossibile: nec nos factum de beata ꝟgine abnuimus.

Contra

¶ Contra. ps. Ad vesperum demorabitur fletus ꝛc. glos. fletus est miseria originalis culpe que demorabitur vsqꝫ ad diez domini quo resurrectio nostra futura est. ergo nō sumus resurrecturi vsqꝫ ad diem domini. ¶ Item iob. xiiij. Nō euigilet homo donec atteratur celū idest donec mouetur gl. non negat resurgere: sed donec atteretur celum: ergo ꝛc. ¶ Item actuū. ij. Quem deus suscitauit. gl. non communi resurrectione que in finē differtur: sed que tertia die celebraretur. ¶ Item idem patet ad sensum cū sint apud nos corpora sanctorum.

Responsio. Augu.

¶ Respon. dicendum ſm. aug. ad paulinum. Alij sunt humani limites rerum. alij diuinarum signa virtutum: alia que naturaliter. alia que mirabiliter fiunt. dicendum ergo ꝙ ſm cursum nature non debet esse resurrectio ante innouationez mundi per passionē igitur xpi fuit meritum et nostre iustificationis et nostre resurrectionis et glorie quo ad corp⁹ ꝛ quo ad animam. vnde per sufficiētiam restituetur homo per illam in pristinam dignitatez. sed adhuc nō erat effectus ꝑductus. quia duplex erat adhuc tētatio. s. aīarum in limbo: et corporum incineratione: Ad soluendam tentionem animarū apparuit verbum in anima apud inferos. Similiter ad soluendum tentionem corporum oportuit ꝙ verbuz cuz anima ꝛ corpore appareat vniuersaliter quod fiet post innouationem. Primus effectus. s. liberationis animarum factus est statim post passionem. Reliquus fiet post innouationez mundi. vt dictum est. ꝓportionalia enim sunt locus et locatum. ideo ad gloriam corporū exigitur innouatio locorum. ſm ergo limites rerum non debet esse resurrectio corporum nisi cum apparebit in iudicio innouato mundo. Innouatio autem non debet esse nisi completa mortali generatione. sed ſm diuina signa virtutū non est negandum quin aliquorum resurrectio sit. ſm hiero. qui non ausus est negare resurrectionem beate virginis.

Ad auto. Amb.

¶ Dicendū ad illud amb. ꝙ gaudium patrisfamilias ꝛc. ꝙ est resurrectio in merito ꝛ in re. Unde amb. Est plane societas: quia si non resurrexerunt corpore: resurrexerunt iam mente. Unde ambr. intelligit de merito nō de re.

Ad auct. hier.

¶ Ad aliud quod obijcitur de resurrectione corporum sanctorum. dōm. ſꝫ hiero. Propter cautelaz salua fide pio magis desiderio dubitare oportet ꝙ temere diffinire que sine periculo sciri non possunt. Uel potest dici: ꝙ vera fuit eorum resurrectio. s. in corpore vero nō fantastico et anima. sed completo eo ꝑpter quod resuscitati fuerunt redacti sunt in puluerem. vt vult august. de mirabilibus sacre scripture. Unde dicit corpora sanctorum de monumentis venientia ī monumenta se retraxerunt vbi vltimam resurrectionez expectant.

Articulus quintus

An resurrectio sit cā necessaria vel cōtingens.

Onsequēter queritur an sit causa necessaria vel contingens. Ad quod sic ꝑma corinth. xv. Si xps resurrexit et nos resurgemus si consequentia est necessaria a causa ad effectum: ergo resurrectio xpi cā est necessaria.

Contra.

¶ Contra. si necessaria cā est: ergo circūscripta illa non erit ponere nostram. Dō autē circūscripta illa sit resurrectio nostra: pꝫ: quia circūscripta redemptiōe ꝛ resurrectione. necesse ē eē diuinam iusticiam: et ita oportet reddere vnicuiqꝫ qd meruit: et ita necessaria est resurrectio vt fiat retributio in anima et corpore. ¶ Item alius modus fuit deo possibilis: ergo resurrectio est cā ꝯtingens.

Responsio.

¶ Responsio dicendum. ꝙ est necessarium per se et per accidens. Primum est ꝙ non potuit nec potest: nec poterit aliter se habere. Per accñs est ꝙ non potest aliter se habere: sed potuit. talis est resurrectio. Uel aliter: est necessitas ſm causā superiorem et inferiorem sicut et veritas. Item ſꝫ causam superiorem dupliciter est necessitas ꝑscientie: ꝛ est necessitas iusticie. Necessitate prescientie necessaria erat resurrectio xpi. et etiam ab initio quia ibi ab eterno erat ꝑordinatuz: non tamē necessaria necessitate iusticie. immo post lapsum solum necessaria fuit necessitate iusticie. et nostra similiter circūscripta redemptiōe necessaria erat resurrectio ſm hunc modum vltimum. Item ſm causam inferiorem similiter distinguenduz: quia aut se habet ad semper ꝑducendum effectum idest coniuncta effectui: ꝛ sic non est causa necessaria vel se habet ad ꝑducendum effectum suum in determinato tempore. vt motus celi in tali situ ē causa eclipsis: sic resurrectio xpi ordinata in iudicio: est necessaria nostre resurrectionis causa. Et hoc dicit glo. super illud ps. Dabit voci sue ꝛc. et per hoc patet respōsio ad obiecta.

Articulus sextus.

De drīa resurrectiōis ꝛ passiōis i cāndo nrām resurrectionem.

Onsequenter querit de differentia passionis ꝛ resurrectionis in causando. Ad quod sic Ro. v. Non sicut delictum ita et donum glo. idest maius ē donū christi ꝙ peccatum ade. Si ergo peccatum ade introduxit peccatum in anima et pena. ergo donum mortis christi fuit sufficiens causa pro his omnib⁹ delendis. ergo resurrectio non est causa. ¶ Item saluatorez expectamus ea potestate qua potest sibi subijcere omnia. phil. iij. Sꝫ hec potestas data est illi per passionem. Phili. ij. Propter quod et deus exaltauit illuz ꝛc. ergo totum referēdum est ad passionem.

Responsio.

¶ Respōsio. passio xpi fuit vt causa meritoria nostre resurrectionis et felicitatis. Sed descēsus ad inferos: et resurrectio fuit ſm efficientiam. Unde Romano. quinto Glos. saluati sumus ab ira per passionem et reconsiliati patri: nondum tñ restituti

tuti

tuti ꝑ effectū felicitati: sed est felicitas essentialis et hec erit in deo ꝛ est felicitas accidētalis que est ex consortio vel loco. verbū ergo descendēs liberauit sanctos a loco doloris: ſm qd dicit glos. Act. ij. Solutis doloribus inferni vñ restituit ſm effectū felicitatē que in deo est per descensum ad inferos Sed alia est felicitas in cōtemplatione humanitatis: ꝛ hanc habuerūt per resurrectionē ꝛ hec iterum est felicitas accidentalis. Sed in ascensione addita est felicitas accidentalis que est ex consortio angelorum ꝛ pulcritudine loci. s. celi empirei. Ulterius addet aduentus ad iudiciuz. quia tunc erit plena restitutis felicitatis. scꝫ. in animabus ꝛ corporibus: ꝛ sic sunt differentes causalitates ſm effectum et sic patet responsio ad obiecta.

Membrum tertium.

De tēpore resurrectionis.

Onsequenter querit de tempore resurrectionis xpi Et queritur primo de acceleratione resurrectionis. Secūdo de dilatione resurrectionis vsqꝫ ad tertium diem. Tertio de determinatione resurrectiōis ꝙtum ad diem et horam

Atriculus primus.

De acceleratione resurrectiōis an fuit cōueniēs eaz differrē. Argu. j.

a

D primū sic obijcit. Heb. ij. Debuit ꝑ oīa fratribus similari. ergo debuit eis similiari in natura ꝛ gratia et similiter in gloria: non videtur ergo ꝙ debuerit gloriam suscepisse nisi cū fratribus: ergo nec ante fratres resurgere. ¶ Itē sic se habꝫ xps ad ecclesiā sicut caput ad corp⁹. Sed incōueniēs est caput esse dissimile corpori in natura. vnde monstrū est. sicut statua illa. Dan. ij. Similiter est incōueniens ꝙ sit dissimile in gratia ergo eadem ratione videt inconueniens ꝙ sit dissimile in gloria. Sed si ponatur resurrectio xpi ante generalem: ponitur dissimile caput et corpus: ergo ꝛc.

Secundū

¶ Item proportionaliter se habent gratia ꝛ gloria. Si ergo non precessit gratia ſm rem in capite. ergo non debꝫ precedere gloria: ꝙ autē nō precesserit ſm rem gratia patet qꝛ gratia fuit in antiquis patribus qui erāt eius membra. Si ergo ſꝫ rem ꝛ ordinē nō precessit in capite gratia. ergo nō debet precedere gloria.

Tertium.

¶ Item leui. xix. Non morabitur opus mercenarij apud te ꝛc. hec est lex diuina. non debet merces mercenarij detineri. si ergo sancti meruerunt gloriam anime: et corporis completa redemptione per christū: ergo non debet detineri quin habeāt mercedem suam ergo debuerunt resurgere cū xpo vel quare retinentur merces eorum.

Quartum.

¶ Item stipendium peccati mors est Ro. vj. Sed peccatum originale cōmune est omnibus quia simul omnes vniuersaliter peccauerūt. Sed ꝑ xpm fit destructio mortis que fuit per peccatum ade. ergo in resurrectione christi debent omnes resurgere.

Responsio.

¶ Respondeo dicenduz cum queritur de acceleratione resurrectionis christi. an cōueniens fuit eam differri dōm ꝙ non nec fuit conueniens. ꝙtum ad ipsum: nec ꝙtum ad nos: ꝙtum ad ipsuz quia non est similis sua conditio nostre conditioni: quia sua est a principio celesti. j. cori. xv. Secūdus homo de celo celestis. Glo. quia non humano ritu: sed nutu diuino conceptus est et natus. Nostra vero conditio de principio terreno est. vnde ibidē qualis terrenus tales et terreni. Itē qꝛ est primus ꝛ maximus in dignitate dignū est vt pri⁹ resurgat in gloria Item ꝙtum ad nos non fuit cōueniens ꝙ differretur resurrectio eius. immo necessarium erat ꝙ resurgeret quo ad nos: quia ad faciendum fidem in nobis: qꝛ nisi cito resurgeret quasi nullus deinceps ipsum crederet esse deum Item necessarium fuit ꝙ cito resurgeret vt daret nobis forma et exemplar nostre resurrectionis. non enim possemus ita allici ad amorem beatitudinis: nisi exemplar nostre resurrectionis videremus. Unde. j. Corin. xv. primitie xps ecclesie dignitas in xpo: per quam oportet resurgere. Unde glo. Primus tempore maximus dignitate qui prior resurrexit vt fidem faceret: et formam daret credentibus ꝛc. Ecce triplex ratio supradicta.

Ad ar. j. solō.

¶ Qd autem obijcitur ꝙ debuit fratribus ꝑ oīa assimilari. dōm ꝙ verum est in his que necessaria sunt ad nostrā redemptionem: et conueniunt sue dignitati. Quod autem differtur resurrectio non prodesset ad nostram redemptionem immo nocere ꝛ etiaz suam dignitatem vt predictum est nō deceret.

Ad secunduz

¶ Ad aliud quod obijcitur. ꝙ non debuit ꝑcedere gloria capitis. quia non precedit gratia. dicendum ꝙ ordo glorie non attenditur ſm ordinē temporis: sed ſm ordinem dignitatis. vnde quia habet prerogatiuam in gratia: debet habere ꝑrogatiuam in gloria. Unde super psal. Preuenisti eum in benedictionibus ꝛc. Glosa. in eo plenitudo diuinitatis habitauit vt ipse sit primus genitus in multis fratribus pre ceteris habens spiritum. i. gratiam ꝛ pre ceteris resurgens ꝛc.

Ad tertium.

¶ Ad aliud quod obijcitur. ꝙ non debet detineri merces sanctorum dicendum. ꝙ si retributio premij differretur ſm meritum vltra tempus quo cōferendum est: tunc non esset iusticia. si autem differatur ſm ꝙ ipse ordinat qui potius illam retribuit ex gratia ꝙ ex meritis et prout congruit: tūc non est iniusticia: et quia illud est ſm generalem iusticiam qua debetur premium electis. et ꝙ oēs insimul remunerabuntur. Unde apoca. vj. Date sunt illis singule stole et dictuz est vt sustinerent modicum donec impleatur numerus fratrum.

Quare differtur resurrō.

¶ Si queritur quare differtur resurrectio generalis dōm. ꝙ non debet esse ante innouationez mūdi: quoniam locus ꝛ locatum se habere debent ſꝫ ꝓportionem. quia ergo non conuenit ꝙ mundus iste innouetur donec impleatur numerus electorum: qꝛ oportet ꝙ sit locus merendi: ideo non proportionaretur locus locato: ideo aug. xx. de ciui. dei Nobis in melius immutatis ipse mundus innouabitur vt ita ꝓportionetur locus locato.

Ad quartum

¶ Ad aliud quod obijcitur. ꝙ omnes in adaz peccauimus. Dōm ꝙ omnes peccauimus in adam ſm causam: non tamen ſm effectum. eodem modo omnes resurgemus cum xpo ſm causam non ſm effectum.

Articulus secundus.

De dilatiōe vsqꝫ ī tertiuz diem. Argu. j.

Onseqnter ꝗrit de dilatione resurrectōnis vsqꝫ ī diem tertiū. Ad qd sic. Nō est maior dignitas ſui ꝙ dñi. Si ergo ex idignitate est resurrectōis dilatio: ergo non magis debet differri resurrectio xpi ꝙ alicuius serui. Sed aliq ſui rapient obuiā xpo ī aera. j tessal. iiij. et erit eorum resurrectio ī momēto tꝑis ergo multo forti⁹ resurrectio xpi.

Secundum.

¶ Itē act. ij. impossibile erat ꝟbū detineri morte ꝛc. ergo necessariū fuit ipsum resurgere. Si ergo ponat ꝙ nō resurrexit añ diē tertiū: ergo ponimus ipm detētū morte ¶ Itē ps. Que vtilitas ī sā. m. gl. si nō stati resurgo ꝛc. ¶ Cōtra. j. cori. xv. Resurrexit tertio die. gl. probata vera morte: et hoc tertia die vt credatur eadem potestate nos posse suscitare. sed si statim resurrexisset non crederetur vere mortuus. cum

ergo non debuerit resurgere ita vt ꝓbaret veram mortem: debuit differri resurrectio vsq3 in diem tertium. vt sicut in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. ergo in illis tribus diebus experiri possit omne factum.

Rñ.

¶ Rñ. dicendum. ꝙ conueniens fuit ꝙ expectaret tertium diem propter tria. Propter signationem. luc. xxiiij. Oportuit xp̄m pati et resurgere tertia die. Gl. merito vna die et duabus noctibus in sepulcro iacuit. quia lucem. i. gratiam sue mortis que tantum in carne erat tenebris nr̄e duple mortis: q2 in carne et aīa erant opposuit, Et ad significanduz ꝙ lux sue mortis curauit nostram duplā mortem. Secundo ꝓpter probationem. quia sicut in ore duorum vel trium testium stat omne verbum: sic in tribus diebus experitur omne factum. Unde hec est ratio litteralis. s. vt ꝓbaret veram mortem ſm glos. predictam. Tertio ꝓpter sue potestatis ostensionem: quia si statim resurrexisset non videret̃ hr̄e potestatem ponendi animam suam: sicut resumendi ꝛc. Et hoc est quod dicit gl. j. Cor. xv. Probata vera morte ꝛc.

So. ad. j.

¶ Ad hoc ergo qd̄ obijcit̃. ꝙ nō est maior glīa serui ꝙ̄ domini dicendum. ꝙ hoc non est ꝓpter dignitatem seruorum ꝙ ipsi statim resurgant: sed ꝓpter gloriam electorum que amplius non debet differri. Unde in instanti morient̃ ꝛ incinerabunt̃ et resurgent.

Ad secunduz

¶ Ad aliud quod obijcitur. ꝙ impossibile erat ipsum detineri morte. dicendum. ꝙ statim non dicit minimum temporis sed breuitatem. s. vsq3 ad diem tertiam. vnde glos. j. corin. xv. Probata vera morte et hoc tamcito. s. tertia die ꝛc. Unde tamcito non dicit minimum temporis sed breuitatem ꝛc.

Articulus tertius.

De resurrectiōis determinatione ꝙ̄tū ad horam et idem.

Consequenter queritur de terminatiōe diei et hore. Queritur ergo an tribus diebus ꝛ noctibus fuerit mortuus et post resurrexit. Ad quod sic matth. xij. sicut ionas ꝛc. ¶ Contra. Rom. vj. Hoc scientes quia vetus homo noster crucifixus est vt destruat̃ corpus peccati. gl. ꝗeuit in sepulcro vna die ꝛ duabꝰ noctibus: quia nostram duplam vetustatem sua simpla consumpsit.

Rñsio.

¶ Ad quod respondēdum. ꝙ fuit ibi tribus diebus et tribus noctibus. ꝛ ꝑ tres dies naturales sexta feria cum nocte ꝑcedēte erit vna dies: et ita per synodochen fuit ibi illa die. Item fuit ibi per totum diem sabbati cum nocte precedenti: et ita per illum totum diem naturalē absq3 synodoche. Item nox precedens dominicaz resurrectionis cum ipsa die est vna dies natural'. et per illam noctem fuit ibi: et ita per diem naturalem. i. per synodochen: et ita per tres dies naturales fuit in sepulcro: non tantum fuit ibi per vnū diem artificialem: et per duas noctes integras: ꝛ sic intelligitur illud. rom̄. vj. ¶ Item queritur de hora cum dicitur tertia die Nūquid intelligitur de luce surrexit vel ante lucem: et videtur ꝙ ante lucem. per illud quod dicitur iudi. xvj. Dormiuit samson vsq3 ad medium noctis ꝛc. Glo. Samson media nocte non solum exiuit sed portas tulit: q2 redēptor noster non solū de inferno liber exiuit: s3 de inferni claustro portas destruxit. et sic videtur ꝙ ante lucem resurrexit. ¶ S3 ꝯtra aug. sup illud j. Mach. iij. Elegit lysias ptolome. Glo. ab hora noctis xp̄i vsq3 ad diluculū resurrectionis cōstāt hore. xl. si ipsa nona connumeretur. Cum ergo dixerit ibi ꝙ in diluculo. patet ꝙ non ante lucem ī mo in die. ¶ Ad quod respondendum. ꝙ non sūt cōtraria hec: q2 ꝙ dicitur ante lucem surrexit respicit illud ꝙ dicit ioh. xx. Cum adhuc tenebre essent. Et sic intelligitur illud ante lucem. i. anteꝙ̄ esset clara dies. in diluculo enim nondum est clara dies.

Questio. xxj. de transfiguratione xp̄i preludio resurrectionis.

Restat querere de demonstratione resurrectionis. Resurrectio autez demonstrata est bis anteꝙ̄ fieret. In monte petro ꝛ iacobo et ioh̄i. xvij. Mat. ꝛ postꝙ̄ facta est pluries discipul' ꝑ dies xl. apparens eis Act. j. ¶ Questio ergo versatur circa primam demonstrationem seu ostensionem glorie resurrectionis. De qua dicitur matth. xvij. Transfiguratus est et resplenduit facies eius sicut sol: et vestimēta eius facta sunt alba sicut nix ꝛc. ¶ Circa quam queruntur plura. Primo vtrū mutatio facta in corpore domini debeat dici trāsfiguratio. Secundo an claritas ꝙ̄ apparuit in corpore domini, in illa fuit vera vel imaginaria. Tertio, an claritas illa esset in corpore xp̄i vt in subiecto vel in aere circūfuso. Quarto. an claritas illa fuit gloriosa. vel similis gloriose. Quinto. an claritas illa esset naturalis vel assumpta. Sexto an solum corpus xp̄i sit transfigurabile. et vtrum debeat dici transfiguratio fuisse in moyse ꝛ helia. Septimo. de comparatione et differentia apparitionis dominice anteꝙ̄ fieret et postꝙ̄ facta est. Octauo. de circunstantijs illius an. s. moyses ꝛ helias fuerunt ibi vere vel imaginarie. Nono. de visione apostolorum. an visio illorum fuit oculo corporali.

Membrum primum.

U. mutatio facta i corpe dn̄i debeat dici trāsfigu. Argu. j.

Circa ꝑmum obijcitur in hunc moduz. Nulla mutatio facta in corpore figurato. manente eadem figura que prius in illo: post illam mutationem deb3 dici transfiguratio. sed mutatio facta ī corpore xp̄i in illa apparitiōe quando resplenduit facies eius sicut sol: fuit facta in corpore figurato. et remāsit eadem figura in eo corpore que prius erat: ergo illa mutatio non debet dici transfiguratio.

Secundum

¶ Secunda ratio apparitio est in corpore xp̄i ante resurrectionem et post resurrectionem. Et tūc obijcitur sic. Sicut se habet corpus mortale ad ꝓprietatem mortalem: ita se habet corpus gloriosū ad proprietatem immortalem: ergo permutatim sicut corpus gloriosum se habet ad proprietatem corporis mortalis: ita se habet corpus mortale ad ꝓprietatem corporis gloriosi. Si ergo post resurrectionem corpus christi gloriosum fuit ostensuz sub proprietate corporis mortalis quia sub palpabilitate. Ante resurrectionez vero corpus eiꝰ mortale fuit ostensum sub ꝓꝑetate corporis gloriosi. Sed ꝑma ostensio que est corporis gloriosi nō dicitur transfiguratio: ergo similiter nec ista ostensio que est corporis mortalis sub ꝓꝑetate corporis gloriosi deb3 dici transfiguratio vel quare dicatur transfiguratio: et illa nō. Et ꝙ conueniat hec comparatio patet ex. xvij. Matth. Transfiguratus est ante eos ꝛc. Glos. Bede ostendit claritatem

tatem similem future immortalitati: sicut post corpore imortali. ostendit discipulis suis non mortalitatē: sed formā similem mortalitati. non eni3 corpus mortale subdituz est immortalitati: nec immortale mortalitati.

Contra.

¶ Ad oppm̄. j. Cori. iiij. hoc trāsfiguraui in me ꝛ in appollo. Gl. in me ꝛ appollo figuram ꝓposui. transfiguratio igitur nihil aliud est ꝙ̄ ꝓpositio figure. Si ergo xp̄s ꝓposuit illā claritatem in figuram glorie resurrectionis: ergo fuit ꝓpositio figure in illa mutatione. ergo recte dicitur transfiguratio. et hoc patet Math. xvij. Transfiguratus est ꝛc. Gl. gloriam future resurrectionis ostendit xp̄s. ergo ostendit illam claritatem in ꝓpositione figure. hoc est ī signum future resurrectionis.

Rñ. ad. j.

¶ Solutio dicendum. ꝙ figura in scriptura dicitur tripliciter. Uno enim modo dicitur figura distinctio ſm quantitatem. et hoc dicitur ꝓprie figura. De hac legitur sapi. vij. In ventre matris figuratus su3. Secundo modo dicitur figura idem ꝙ forma. Et hoc modo dicitur figura ſm qualitatem. ꝛ est in quarta specie qualitatis. ꝙ̄ est forma vel circa hoc aliquid constans figura. De hac habetur. j. Cor. vij. Preterit figura huiꝰ mundi. Tertio modo dicitur figura idem quod signum rei. De hac habetur. j. Cor. x. Hec autem ī figura contingebant illis. cum igitur transfiguratio sit mutatio figure seu ſm figuram potest trāsfiguratio esse mutatio figure ſm quantitatem vl' ſm qualitatem: vel ostensio signi. Si ergo dicat̃ transfiguratio mutatio figure ſm quātitate3 hoc modo non fuit transfiguratio in apparitione illa xp̄i: sed dicendo transfigurationem secundo modo hoc est ſm ꝙ dicitur quedam transformatio ꝛ mutatio in formam aliam. De qua etiam dicitur ij. cor. xj. Sathanas transfigurat se in angelu3 lucis. hoc mō fuit ibi transfiguratio. Loquendo ergo de transfiguratiōe dicta tertio modo: hoc modo etiam fuit ibi transfiguratio sicut patet ex glo. predicta. j. Cor. iij. ſm hoc ergo dicendum. ꝙ loquendo de transfiguratione ꝑmo modo bene ꝓcedit ratio ꝑma. sed non secundo vel tertio modo

Ad secunduz

¶ Ad aliud dicendum. ꝙ transfiguratio idem est quod transformatio ꝛ assimilatio ad aliquid. sed vbi est mutatio seu assimilatio ignobilioris ad nobilius: ꝓprie dicitur assimilatio vel transformatio et non econuerso. sicut domus in mēte seu ars non dicitur similis domui in opere seu artificio: sed econuerso domus in opere dicitur similis arti: seu domui in mente. Sed corpus gloriosum nobilius est ꝙ̄ corpus mortale. Ubi ergo fuit ostensio corporis gloriosi post resurrectionem sub proprietate corporis mortalis: non debuit dici transfiguratio vel assimilatio gloriosi ad non gloriosū. quia erat sub ꝓprietate deterioris ꝙ̄ sui. S3 vbi fuit ostensio corporis mortalis ante resurrectionez sub ꝓꝑetate corporis nobilioris sc3 gloriosi sc3 sub immortalitate: recte deb3 dici assimilatio ad gloriosum corpus.

Membrum secundum.

Q. an claritas ꝙ̄ appuit ī corpe dn̄i fuit vera vel imaginaria. Argu. ꝑmuz.

Postea queritur vtrum claritas que apparuit in corpore xp̄i fuit vera vel imaginaria. ¶ Ad quod sic. Luc. ix. Non gustabūt mortem donec videant regnum dei. glo. bede. Glorificationem corporis in transfiguratione. i. imaginariam representationem future beatitudinis. ex quo patet. ꝙ glorificatio illa seu claritas fuit imaginaria et non vera.

Secundum.

¶ Item consimilis mutatio fiebat in veste christi et in facie eius. sed in veste eius nō fuit facta mutatio coloris vnius in colorem alium q2 ex non alba: non fuit facta alba. Cum ergo se habeat color vestis ad splendorem illum sicut ꝓprietas corporis ad eundem: ergo facies xp̄i ex non clara nō fiebat clara. Si ergo apparebat clara: hoc erat solu3 claritate imaginaria.

Contra

¶ Contra. math. xvij. Non gustabunt mortem donec videant filium hoīs venientem in regno suo. Glo. in ea claritate in ꝙ̄ erit peracto iudicio. et loquitur de claritate qua3 visuri erat discipuli in transfiguratione. Si ergo illa in qua erit peracto iudicio est vera. ꝛ hec similiter cum sit eadem illi est vera: et non imaginaria. ¶ Item in natiuitate ostendit xp̄us vera3 subtilitatem. aliter non exiuisset clauso virginis vtero. Similiter ambulando suꝑ mare veram agilitatem: quia aliter non ambulasset. Ergo similiter in transfiguratione ostendit veram claritatem.

Responsio. Solō. ad. j.

¶ Solutio. concedendum est ꝙ claritas illa fuit vera. ¶ Ad ꝑmum quod obijcitur in contrariu3. dicendum. ꝙ imaginariū dr̄ dupliciter sicut imago. Uno enim modo dicitur imago similitudo ꝙ̄ est expressa in re. Alio modo dicitur imago similitudo in comprehensione sicut nos dicimꝰ ꝙ imagines rerum corporalium sunt in anima imagīaria. et ergo representatio potest dici ab imagine: ſm ꝙ habet esse per similitudinem expressam in re vel in comprehensione imaginaria. Ergo representatio future beatitudinis dicitur illa demonstratio glorie ab ipsa similitudine exꝑssa in re: ꝙa ipsa claritas exꝑssa fuit similitudo claritatis future beatitudinis. talis autem imaginaria representatio vera est. sed non secunda hec est realis: et de ista ꝓcedit ratio non de prima. ¶ Ad aliud dicendum sicut habetur luc. ix. facta est du3 oraret facies vultus eius altera. et vestitus eius albꝰ refulgens. vbi potest esse dyasintetica constructio vt sit sensus refulgens albus. et tunc erit dicendū. ꝙ ex splendore circunfuso videbatur albus. vl' erit sensus ſm ꝙ ordinantur verba albus refulgens ꝛ tunc hoc est dicere: ꝙ vestitus albꝰ refulgebat ex splendore vultus illius. Et hoc modo debet fieri constructio: et ita ex non alba non fuit facta alba.

Ad secundū.

¶ Ad aliud dicendum. ꝙ aliter fuit mutatio in veste et in facie: q2 in facie erat immutatio ab interiori. ipsa enim claritas que resplenduit in facie ꝓcedebat a virtute interiori sc3 a virtute diuinitatis ſm aug. sed quod fiebat in veste ꝓcedebat ab exteriori et solum ab exteriori erat immutatio in veste scilicet a splēdore faciei. vnde facies eiꝰ splēdebat: et ex hoc vestis. et vera fuit immutatio ī facie: sed non in veste sicut patet ex predicta autoritate Luce. Nec debuit etiam ita esse sicut in corpore christi. quia corpus christi erat glorificabile: et non vestis. et propter hoc debet ostendi in similitudinem proprietatis corporis gloriosi. que similitudo realis est, et vera.

Membrum tertium.

An claritas illa fuit ī corpe vel ī aere circunfuso

Deinde queritur de claritate illa que apparuit in corpore domini. in quo fuit vt in subiecto. vtrum scilicet in corpore Christi: vel in aere circunfuso. Ad quod sic Matthei decimoseptimo. Bonum est nos hic esse faciamus ꝛc. Glosa. Petrus videns clarificatam humanitatem tanto afficitur gaudio: vt nunquā velit ab eius intuitu secerni.

Uidebat igitur petrus clarificatam humanitatē sed non diceretur clarificata humanitas nisi illa claritas esset in hūanitate: ergo illa claritas erat in corpore domini vt in subiecto.

¶ Item math.xvij. Transfiguratus est ⁊c. Gl. gloriam future resurrectiōis ostendit. Illa ergo claritas erat ad ostendendā gloriam future resurrectionis. sed si illa claritas non esset in corpore dñi vt in subiecto sed in aere: iam per hoc non ostēderetur gloria future resurrectionis. quia claritas illa que erat in futura resurrectione: non erat in aere sed in corpore domini. ergo claritas illa que apparuit in transfiguratione cum esset in signum ⁊ ostensionem illius que erit in gloriosa resurrectione: non erat in aere vt in subiecto: sed in corpore domini. ¶ Item aliter est splendor in sole: aliter ī colore. quia splendor solis ab initio est. vnde emittit splendorem in alia corpora. in colore autem est splendor ab extrinseco vt in veste. Si ergo facies eius resplenduit sicut sol: relinquitur ꝙ splendor ille et claritas illa erat in corpore domini vt ī subiecto.

Con.ar.j. ¶ Cōtra. in corpore xp̄i sicut in alijs corporibus erat duplex natura. s. elementaris: et natura quinti corporis. s. natura celestis: que est natura lucis. sed corpus nostrum habeat potentiaꝫ ad claritatem: hoc non est per naturam elemētarem: quia ꝫm illam est corporale: ⁊ subiectū ꝯtrarietati et opacum. Ergo hoc est per naturam lucis que conciliat elementa in corpore nostro. sed sic se habet natura elementaris ad naturam lucis: vt cum vna apparet in corporibus: alia occultatur: sicut modo apparet in corporibus nostris natura elementaris sed latet natura lucis. Sed econtrario erit in ipsa gloria in corporibus glorificatis. ꝙ natura lucis manifestabitur: et natura elementaris latebit. Si ergo vna manifestata alia latet. cuꝫ in transfiguratione domini maneret natura elemētaris in suo dominio in corpore ipsius: nec mutaretur natura illa in ipso. quia ꝫm sensuꝫ adhuc erat passibilis et natus ad patiendum: ergo natura lucis et passibilitas ad eam latebat in suo corpore. Ergo si a natura lucis est claritas in corporibus: constat ꝙ claritas illa in qua tunc apparuit non erat per eductionem alicuius de potentia in actum in ipso: sed ab extrinseco erat. ergo fuit ī aere vt in subiecto: et non in corpe dñico.

Secundum. ¶ Itē impossibile est ꝙ circa idem subiectū simul sint opacum ⁊ clarū. Si ergo naturā elemētarē nō ꝯcomitatur iseparabiliter opacitas ꝫm actū: nullo mō erat claritas ꝫm actum in corpore in quo ꝫm actū ꝓuabaꝛ natura elementaris. sed in transfiguratione ꝓuabaꝛ adhuc ꝫ actū natura elemētaris ī corpe dominico: qꝛ ꝫm illam erat adhuc corpale ⁊ passibile: ergo opacitas erat ꝫm actū in ipso. Claritas ergo q̄ apparuit in ipso non erat ipsius nec in ipso vt in subiecto: sed in aere circūfuso.

Rñ. ¶ Solꝰ dōm ꝙ claritas illa fuit in corpe xp̄i tāꝙ in subiecto: ⁊ nō tātū ī aere circūfuso. Unde luc.ix. Facta est dū oraret spēs eiꝰ altera ⁊c. Et loquitur de trāsfiguratione ipsa. i. alterata: vt dt glo. ꝙ nō potest eē nisi fieret ī mutatio circa ipaꝫ. hoc aūt fuit ꝑ claritatē. Uñ claritas fuit ī corpe sicut ī subiecto: ⁊ alr ⁊ alr erat claritas ī veste ⁊ ī corpe. qꝛ ī corpe erat ab interiori sicut dictū est: ⁊ ita vt in subiecto: sed ī veste ab exteriori. s. a supfluo splēdore faciei.

So.ad.j. ¶ Ad pmū aūt ī ꝯtrariū dōm. ꝙ ī corpe dñi ē ꝯsiderare multiplicē naturā. s. naturā corpis ꝫ ꝙ corpꝰ: ⁊ naturā corporis ꝫm ꝙ animatuꝫ anima rationali. vel corporis naturam ꝫm ꝙ vnitum anime que est plena omni gratia: et naturam corporis ipsius prout cō iunctum est diuinitati. quia illud est alij natura. que comitatur suam originē ⁊ natiuitatē. Hec aūt vnio ꝯcomitaꝛ natiuitatē corpis dñi. iō est ei ipa vnio natura. Et ꝑ hūc modū ⁊ ꝫm has diuersas cōsideratiōes corpis: sunt habitꝰ diuersi ꝯsequētes corpꝰ ⁊ ꝓprietates diuerse. sicut ptꝫ corpꝰ meū ꝫm ꝙ corpꝰ est graue descēdēs deorsuꝫ nō mobile aū vel retro vel sursum: nec mobile motu ꝓgressiuo prout aūt ē vnitū aīe rōnali: sortiꝛ has ꝓprietates ꝙ est mobile in ante ⁊ retro in sursum ⁊ etiā ī motu ꝓgressiuo: qꝛ aīa ꝯparatur ad ipm sicut motor ad mobile. Sic corpꝰ dñi ꝫm illas ꝯsideratiōes sortitur diuersas ꝓprietates ꝫm eū ꝙ ꝯsideraꝛ vt corpus est in ipo natura elemētaris dominās ⁊ natura celestis latens: ⁊ q̄tū ad hoc. bñ verū est. ꝙ sortitur opacitatē ⁊ corruptionē: sed ex vnione ad diuinitatē sortiꝛ habitū qui dꝫ ꝓcellere omni creature corporali. ⁊ ex natura illius vnionis inest ei potētia ad agilitatē ad subtilitatē ⁊ ad claritatē. Uñ hyꝛ. in li. de tri. Hꝫ corpus dñi naturaꝫ vt feraꝛ in vndis: sistat in liquidis ⁊ stricta trāscurrat. ⁊ sicut corpꝰ relictū sue nature est tendens deorsuꝫ ⁊ immobile motu ꝓgressiuo. vnitū vero anime moueꝛ ⁊ habile ē ad hoc ꝙ moueaꝛ progressiue. sic corpꝰ dñi eleuatū ad vnionē cū diuina natura hꝫ altqd vltra naturā corpis. ⁊ sortiꝛ habilitatē ⁊ potestatē ad quedā que nō cōueniūt corpi alteriꝰ hoīs sciłꝫ claritatē agilitatē ⁊ subtilitatē: et est ei naturalis ex illa vnione. ¶ Illud ergo qđ obijciꝛ tenet in corporis natura ꝫm ꝙ corpus. sed hoc est plus. s. ipm corpus diuinitati vnitū: ⁊ ex hoc sortiꝛ ꝓtātem ad istā claritatē ⁊ ad aliaꝫ.

Hyla.

Ad secundum. ¶ Ad aliud qđ obijciꝛ: ꝙ nō sunt ꝯtraria simul. dōꝫ. ꝙ similiter posset obijci de agilitate quā habuit ambulādo supra mare et de subtilitate quā habuit nascendo de virgine sicut hic opponitur de claritate qꝛ in ipo erat corpulentia non ergo subtilitas ⁊c. propter hoc dicēdum ꝙ in exitu corporis domini ex vtero virginis fuit ꝫm actum subtilitas ⁊ corpulentia. ꝫm habituꝫ: similiter ambulando sup aquas fuit actu agilitas in ipo: sed habitu grauitas sic in transfiguratione fuit claritas actu: ⁊ hoc ex hac vnione ad deitatem. et opacitas in habitu. hoc modo nihil prohibet contraria simul esse circa idem subiectum.

Membrum quartum.

Q.an claritas illa fuit gloriosa vel similis gloriose.

Consequenter queritur an illa claritas fuerit gloriosa vel similis gloriose. Ad quod sic. Mathe.xvij. Trāsfiguratus est glos. bede. in corpore mortali ostendit non immortalitatem: sed claritatem similem future immortalitati: sicut post in corpore immortali ostendit non mortalitatem: sed similitudineꝫ siue formam simileꝫ mortalitati. Ex quo patet. qđ non fuit claritas gloriosa quam ostendit sed gloriose simul. ¶ Item ibidem beda in glos. Corpus mortale non est subditum immortalitati: nec immortale immortalitati. Si ergo corpus domini in transfiguratione adhuc erat mortale. ergo claritas que fuit tunc in suo corpore: non fuit claritas immortalitatis. ergo non fuit gloriosa claritas: ꝫ ei similis.

Contra. ¶ Contra. Marci.ix. Transfiguratus est Glo. in ea claritate in qua erit peracto iudicio Ea enim relatiuum est identitatis substantie. ergo supponit pro illa et eadem claritate ꝫm substantiam in qua erit peracto iudicio: sed claritas in qua erit paracto iudicio est claritas gloriosa: ergo et illa claritas fuit gloriosa.

¶ Item ad

¶ Item ad phi.iii. Expectamus dominum iesum christuꝫ qui reformabit ⁊c. Glosa. assimilabimur. claritati quam habuit in transfiguratione. Sed claritas nostra erit gloriosa: ergo et illa quam habuit in trāsfiguratione fuit gloriosa. ¶ Itē math. xvij. Duxit eos in montem. Glo. gloriam maiestatis ostensurus. Si ostendit eis gloriam maiestatis. ergo claritatem gloriosam ostendit: vel gloriosa fuit claritas in qua apparuit.

Rñ. ꝫ opiniones. ¶ Solꝰ. ad hāc questionē prenotandum: ꝙ hic sunt diuerse opiniōes. Una est ꝙ illa claritas non fuit gloriosa: sed similis gloriose. et hoc dicunt iuxta auctoritates bede. que est in corpore mortali ostendit non immortalitatem ⁊c. Alij dicunt ꝙ fuit gloriosa: ꝫ fuit assumpta ad tempus sicut alias ꝓpetates assumpsit ante resurrectionem ad tempus. s. agilitatem ambulando supra mare: ⁊ subtilitatem nascēdo de gloriosa virgine. ⁊ impassibilitat sicut quādo dedit corpus suum in sacramento in cena. Unde hiero. Corpus quod habuit ꝑ naturaꝫ dedit discipulis in cena non mortale: non corruptibile.

Hiero.

vt oculis glorificatis ostendat se ſm naturā quaz
capere possunt lucis non glorificatis autem qui
naturam lucis accipere non possunt ostendat se
ſm illud quod habet proportionem cum illis: Et
ita non erit sicut de sole qui videt̄ sub colore alie
no solum. quia illud corpus est nature elementa
ris: et si occultate et subiacētis nature celestis do
minantis: nec tamen erunt ibi due species. immo
cum species dicat completionem: vna autem sit
completio erit vna species: tamen ibi sunt plures
nature ſm quas ostendit se vnicuiq;: ſm illud qd
est in ipsa proportionabile videnti. Credimus ta
men ꝙ iste color non erit eiusdēz rationis cum co
lore qui nunc est immo longe alterius.

So. ad argu.

¶ His ergo visis facile est respōdere ad obiecta.
Non enim sequitur si nō videbitur sub specie glo
riosa. ergo non erat gloriosum. quoniam ratio hu
ius speciei non erat ex parte visus: sed ex parte vi-
dentium. et iō nō glorificatio plus debet argui ex
parte videntium. q̄ in viso.

Ad secundū

¶ Quod autem queritur vtrum sit ibi color: iam
patet responsio per predicta: non enim erit ibi si-
cut in cōplemento sicut est hic nec sub eadē rōne

Ad tertium.

¶ Quod ostendit de stellis: que non vidētur sub
proprio colore: iam visum est. ꝙ non est simile: cuz
nihil sit in eis de natura elementari:

Ad quartum

¶ Quod ostendit similiter ꝙ si corpus glorifica
tum excedit non glorificatum. ergo et ratio viden
di ibi. rationem videndi hic: ergo si hic est ratio vi
dendi. color ibi non erit. potest dici quod non se-
quitur. ergo non erit ibi color: sed sic: si est color:
nō erit eiusdem rationis cuius et nunc
¶ Similiter quod queritur quid predictorum

Queritur.

trium fuit in illa visione. dicimus quod quando
voluit manifestauit hoc quando voluit illud.
Si enim angeli hoc possunt facere de corporibus
non glorificatis: multomagis potest fieri de corpo
re glorificato. ¶ Sed si obijcitur. qd similiter se
habet non glorificatum ad non videri: et glorifica
tum ad videri: si non potuit facere anima q̄tum

Obijcitur.

cunq; potens vt non glorificatum non videretur:
neq; potuit facere vt gloriosuz videretur. Sed hec
obiectio non recte arguit. immo si tāta ē imperfe
ctio in corpore non glorificato. ex hoc non debz ar
gui magna perfectio in corpore glorificato. ſꝫ ma-
ior est perfectio et maior designatio potentie. Si
corpus glorificatum potest et manifestari sicut et
occultari: q̄ si posset occultari tantuz: immo hoc
vltimuz videretur quasi imperfectionis esse & im
potentie. Et ideo vtrumq; potest: q̄uis de imper
fectione

fectione non glorificati sit: vt non possit occulta-

Ad quintum
Grego.

ri. ¶ Ad aliud quod queritur de ista specie pere-
grini. dōm. qd sicut dicit glo. ibi proportionabat̄
visus exterior interiori. vnde Grego. in omel'. sup
illum locum luce vlti. hoc egit foris dominus ī o-
culis corporis: quod apud illos agebatur in ocu-
lis cordis. apud semetipsos intus amabant & du
bitabant: et dominus presens eis aderat propter
hoc ꝙ amabant: sed aberat propter illd quod du
bitabant. & ibidem Grego. Talem se exhibuit eis
exterius in corpore: qualis erat eis in mente. hoc
etiam possumus nos videre frequenter. qd dubi-
tatio interior anime facit etiam exteriorem dubi
tationem. Unde cum dicitur de hoc homine qd
alibi sit: si aliquo casu videretur hic rōne interio-
ris dubitationis crederetur non esse. sic cum dici
tur tu solus peregrinus. intelligitur peregrinus:
idest extraneus ſm ꝙ eis videbatur ꝓpter dubi-
tationem interiorem. Unde ſm hoc dicit beda.

Ad sextum.

Non veritate fallente &c. ¶ Ad aliud quod queri
tur ratione cuius tenebantur oculi: vtrum respe-
ctu speciei gloriose: vel non gloriose. dicim⁹ quod
nō respectu ei⁹: nec illius: sed tenebantur oculi eo
rum: quo ad hoc ne ex visu eius quem intuebātur
exterius: possent interius perpendere eum esse ie
sum xp̄m. ¶ Si queratur quare potius cognitus
est in hospitio q̄ in itinere? Dicendum. qd hoc
fuit ꝓpter modum suum frangendi panem quez

Grego

viderunt in domo. Uel secundum Gregori. ad si-
gnificandum ꝙ melius cognoscitur veritas ope-
re q̄ predicatione. Unde glosa luce vlti. quem in
expositione scripture non cognouerunt: in fracti
one panis cognouerunt: quia non auditores leg̃
sed factores iustificantur. Et Roma. ij. Ueritas
melius operando q̄ audiendo intelligitur. Un-
de a mandatis tuis in agendis. s. intellexi.
¶ Item si queratur quare plus in fractione pa-
nis eū cognouerūt q̄ in alio actu: dicunt ꝙ hoc fu
it ꝓpter quendam specialem modum frangendi
ex virtute manus xp̄i: quia sua fractio erat velut
cultelli incisio.

De argumēto q̄tū ad tactū

Articulus secundus.

SEquitur inquirere de argumento quod
fuit sumptum ex cicatricum ostensione
et ex palpatione. Luce vltimo. Palpate
et videte: quia spiritus carnez et ossa nō
habet. et pmo de eo quod ex palpatione. Secundo
de eo quod ex cicatricum ostensione.

Q. xp̄us fuit palpabil' manib⁹ discipulorū post suaz resurrectōez. Argu. j.

Ad primū sicut .§.j.

dictum est prius. ꝙ in palpatione ostendebatur
corporis figura vel forma que sunt sensibilia com
munia sed ostenditur ꝙ percipiebatur in palpati
one sensibile ꝓprium hoc modo. Sensibile diuidi
tur in sensibile per se: & sensibile per accidēs. Per
accidens autem sensibile nunq̄ sentitur sine sen-
su per se. Iterum autem per se diuidit̄ in sensibile
ꝑ se et primo et ꝑ se et non pmo. Per se et pmo sen
sibile est ꝓprium. per se & non primo est commune
ex quo relinquitur ꝙ q̄tūcūq; esset sensibile com
mune in aliquo. nunq̄ comprehenderetur sensu ꝑ
ticulari illud: nisi in eodem subiecto esset sensibi-
le proprium respectu eiusdem sensus. Q̄uis enim
aer sit quantus: nunq̄ potest videri q̄titas aeris
et hoc quia non est color in aere: quo viso videtur
magnitudo vel quantitas vel figura ipsius aeris
Ex quo iterum relinquitur qd non percipitur sen
sibile commune: nec a tactu neq; ab alio sensu
quin percipiatur aliquod proprium. Si ergo pro
pria sensibilia ſm que immutatur tactus nō glo
rificatus sunt calidum & frigidum: durū molle et
huiusmodi. he autem sunt qualitates corporum
non glorificatorum: ergo corpus xp̄i in isto tactu
erat molle vel durum: et ita vt videtur corpus nō
glorificatum: ergo si fuit glorificatus non fuit pal
pabile ab illis ¶ Item luce vltimo. Palpate & vi-
dete quia spiritus carnem et ossa non habet sicut
videtis me habere. ibi glo. igitur post resurrectio-
nem dominus in corpore suo duo contraria osten
dit. s. corpus palpabile et eiusdem nature vt infor
met ad fidem et incorruptibile alterius glorie vt
inuitet ad premium. Si ergo ostendit: aut vere in
ipso erant. aut non. si non videtur fuisse deceptio:
scilicet ostensio eius quod non est. Si sic: ergo fu

Secundum.

erunt vera contraria in eodem.
¶ Item palpabile et incorruptibile sunt contra
ria. Ad palpabile enim sequitur corruptio: vt di-
cit greg. in omelia pasche. Omne quod palpat̄ ne
cesse est corrumpi et ita omne palpabile ē passibi

Queritur. ex alia parte.

le: ergo vere sunt contraria in eodem. ¶ Querit̄
etiam ex alia parte quomodo sint contraria īcor
ruptibile seu glorificatum & palpabile. hoc etiam
non videtur. quoniam luce vltimo super dictum
locum. dicit Beda de corpore cuiusq; resurgen-
tis loquens. post resurrectionem est corpus nr̄m
subtile per effectum sp̄ualis potentie et palpabile
per veritatem nature. sed quod est de veritate na-
ture non tollet̄ in gloriosa resurrectione. ergo etiā
quodlibet corpus glorificatum erit palpabile.
Non ergo videntur contaria: nec in xp̄o nec ī alio
corpus glorificatum & palpabile quid est ergo qd

Rñsio. ſm opinionē aliquorū.

dicit greg? ¶ Circa hanc questionem nota diuer
sas opiniones. Ad hec generalis solutio est. ꝙ cor
pus glorificatum non est palpabile naturaliter a
manibus nō glorificatis: sicut nec visibile ab ocu
lis non glorificatis: sed palpabile est a manibus
glorificatis. Conceditur ergo ꝙ palpatuz fuit cor
pus a manibus discipulorum post resurrectionē
sed miraculose. et palpabile et incorruptibile nō
sunt contraria simpliciter: sed ſm rationem natu
ralem sunt contraria. Ratio enim negocians cir
ca corpora que inuenit palpabilia ponit esse cor-
ruptibilia: quia non consueuit palpare nisi corpo
ra corruptibilia. quia ergo contraria sunt ſm rati
onem naturalem: ideo ponit grego. illa esse cōtra-
ria: licet simpliciter non sint contraria Et sic patz

Ad secunduz

solutio ad primum obiectum. ¶ Ad aliud soluit̄
per hoc ꝙ non valet hec argumentatio. Corp⁹ xp̄i
palpabile est a manibus discipulorū: ergo corru
ptibile. Deberet enim addi est palpabile per na-
turam vel naturaliter: et hoc est falsum. sicut non
valet hec argumentatio: hec est virgo. ergo nō pe
perit: sed sequitur hec ē virgo: ergo non peperit na

Contra. obijcitur

turaliter. ¶ Sed contra hanc solutionē multipli
citer obijcitur. quia corpus christi glorificatuz aut
est naturaliter palpabile a manibus non glorifi-
catis: aut non. Si sic: habeo ꝓpositum. si non sed
ante passionez erat naturaliter palpabile a mani
bus non glorificatis: ergo variata est natura. er-
go corpus xp̄i glorificatum non est eiusdem natu
re cuius erat ante passionem. et greg. dicit ꝙ eius-
dem nature. ¶ Item si eiusdem nature est cuius
et ante. sed manente causa manet effect⁹: ergo cuz
ante passionem esset palpabile ex natura quā ha
bebat a manibus non glorificatis: et modo ex ea
dem natura est palpabile a manibus non glorifi-
catis. ¶ Item corpus christi glorificatum. aut po

test palpari a manib⁹ non glorificatis: aut nō pōt
Si non potest. Contra. palpatum fuit a manib⁹
discipulorum: ergo poterat palpari. Si vero potest
palpari a manib⁹ non glorificatis: ergo naturali
ter palpari potest a manibus nō glorificatis. Di
citur enim ꝙ cecus naturaliter non potest videre:
Rñsio. quia non potest videre naturaliter. ¶ Sustinen
ꝫ opinonez tes hanc opinionem respondent dicentes vel di
aliam. stinguentes triplicem naturam. Unam que da
tur ad esse rei scilicet naturales potentie. Aliam
que datur ad bene esse. videlicet habitus natura
les per quos idonei sum⁹ ad opa. Tertia que da
tur ad bene esse ꝯtum ad nunc scilicet vt fiāt ope
ra generationis ꝛ corruptionis. Unde datur inte
rim homini grossities: sm quā ē palpabilis: q̄ re
mouebitur a resurrectione. Dicunt ergo ꝙ non
valet hec argumentatio. hoc corpus glorificatum
naturaliter non potest palpari a non glorificato.
ꝛ prius poterat palpari naturaliter. ergo non est
eiusdem nature cuius prius. Remanet enim pal
pabilitas naturalis grossities. ergo que, remota
est non est proprietas tangibilis sed est medium
quo in presenti sit palpatio sicut medium in visu
non est visibilis proprietas. sed lux vel color. Tan
gibiles enim proprietates sunt calidum ꝛ frigidū
humidus siccum: asperum lene. molle durū: pon
derosum leue. quorum nullum est grossities. Se
cundum autem Prepositum sicut dictum est prius
diceretur: ꝙ corpus glorificatum sm nutuz vo
luntatis est palpabile ꝛ impassibile per naturam.
et huic consonant predicte autoritates. ¶ Et ad
illud quod primo obijciebatur dicendum. ꝙ im
palpabile et incorruptibile non sunt contraria ni
si sm naturalem rationem. naturalis. n. ratio nō
consuevit inuenire palpabilia nisi corruptibilia
Ad secunduz ¶ Ad secundum obiectuz patet solutio ꝙ non va
let sm istam opi. hoc est palpabile naturaliter. er
Contra. go corruptibile. ¶ Sed contra vtranq; opi. fic ob
vtrāq; opio- jcitur. Dicitur in euange. fulgebunt iusti sicut
nē. arg. primuz sol decimotertio math. Si ergo sol ex necessitate
est visibilis nature: vnde videtur si obijciatur vi
sui. eodem modo corpus glorificatum ex luce sua
vel colore ex necessitate naturaliter visibile debet
esse oculo non glorificato. ꝛ non est voluntate sua
videri vel non videri: immo videtur velit nolit: dū
Secundum. modo obiectum sit visui. ¶ Item nihil est palpa
bile sine resistentia. hec propositio est quasi per se
nota. sed corpus glorificatum non resistit corpori
non glorificato. est. n. subtile et penetratiuum.
Unde dominus sine miraculo post resurrectionez
intrauit ad discipulos ianuis clausis. Si ergo cor
pus glorificati ad non glorificatum non sit resi
stentia. glorificatum non est palpabile a non glo
rificato. subtile. n. resistit subtili: ꝛ glorioſum glori
Tertiū. oso. sed grossum non resistit subtili. ¶ Item quan
do corpus glorificatum palpatur a non glorifica
to. aut sumit aliquam proprietatem quam prius
nō habebat: aut nullam. si nullam: ergo qua ratio
ne modo est palpabile et prius. ergo si modo pal
patur a corpore nō glorificato: et prius palpabat
cum eque propinque essent. Si aliquam proprie
tatem assumpsit: non nisi grossiciem. ergo cuz pal
patur est grossum. ergo non est subtile. ergo nec
Rñsio. glorificatū. ¶ Solutio sm vltimam opi. que no
ad. q. ꝫ opi- bis magis placet. Dicendum est ꝙ sicut lignum
nionē vlti. putridum ꝛ q̄dem vermes duas habent proprieta
tes. s. luciditatem que de nocte videtur: et propri-
um colorem qui de die videtur. Similiter corpus
glorificatum duas habet proprietates. Est. n. pal
pabile per veritatem nature et subtile per effectū
spiritualis potentie. Unde cum vtitur palpabili
tate potest palpari a corpore non glorificato. cum
vero vtitur subtilitate non potest palpari a non
glorificato. sed ꝙ luciditas ligni putridi vel ver
mis aliquando videtur aliquando non: nō est de
natura ligni putridi: ꝫ ab extrinseco: ꝫ corp⁹ glifica
catū de natura sue glificatiōis hz ꝙ videtur si vult
et si non vult non videtur. et palpetur si vult: et si
non vult non palpetur. Unde quod habuit beat⁹
Bartholomeus a miraculo non glorificatus. sci
licet ꝙ videbatur quando voluit: et non videba
tur quando non voluit: habet corpus glorificatuz
de natura sue glorificatōis. ꝫ hoc ergo facile ē re
So. ad. j. spondere ad obiecta. ¶ Ad primo ergo obiectuz
dicimus. ꝙ non est simile de sole: quia corpus glo
rificatum dignioris potentie est q̄ sol. Est. n. cor
pus spirituale vt dicit apostolus. j. corin. xv. Se
minatur corpus animale surget corpus spiritua
le. Unde in potestate sua habet videri et non vide
ri: sol autem non habet potestatem spiritualem.
Ad secundū ¶ Ad secundo obiectum dicimus. ꝙ bene est falsa
corpus glorificatum non resistit corpori non glo
rificato. immo quando vult resistit: ꝛ sic prebet se
palpabile. Abscondit. n. quando vult subtilitatez
suam per quam est penetratiuum ꝛ vtitur palpa
bilitate naturali. sicut dicit august. in lib. de ciui.
dei. Nō dominus quando apparuit discipulis su
is et prebuit se visibilem eis: abscondit lucem su
Ad tertiam. am. ¶ Ad tertio obiectum dicimus. ꝙ cum cor
pus glorificatum palpatur a non glorificato: non
assumit aliquam nouam proprietatem: sed vtitur
quadam proprietate qua prius non vtebatur. vi
delicet palpabilitate. proprium enim est spiritua
lium apparere quando volunt. sicut dicitur de an
So. ad ea q̄ gelis super primo luce. ¶ Et patet responsio ad
primis obijci omnia. ¶ Aliter potest dici. ꝙ reuera in ista pal
ut patione fuit sensus tactus: ꝛ non solum modo re
spectu sensibilis cōmunis: sed respectu proprij. cū
enim nature impotentis in corporibus sit cedere
potentis vero sit resistere. Corpus autem glorifi
catum nobilius ꝛ potentius sit non glorificato:
multo magis resistere glorificatum non glorifica
to ꝙ econtra quando vult ille qui habet corpus
glorificatum. fuit ergo in palpatione christi non
solum sensus quantitatis vel figure: immo etiam
ibi fuit sensus resistentie. et etiam sm magis ꝛ mi
nus potuit percipi illa resistentia. Dicit enim pal
pate ꝛ videte quia spiritus carnem. ꝛc. Unde non
solus oportuit vt resisteret qō palpatur: immo eti
am oportuit: vt differenti modo resistendi co
gnoscerent carnem et ossa. vt percipiendo quod
hoc magis resisteret: illud minus percipere et of
ferentiam ꝙ hec esset caro: illud autem os. Fuit
ergo resistentia ibi q̄si ꝓpriū sensibile. ꝫ i hoc est
differentia a resistentia corporis non glorificati:
quoniam resistentia in corpore non glorificato: ē
sm dispositionē materie condēsate. resistētia vero
in corpe glorificato nō ē sm cōditionē materie: im
mo magis ex parte virtutis q̄ materie. et per hoc
pz responsio ad primum.
¶ Ad secundum autem notandum est. ꝙ cum in
corpore glorificato sit natura duplex. s. celestis et
elementaris habet aliam rationem palpandi ra
tionem nature celestis: ꝛ aliam ratiōe elementa-
ris quia

ris. quia ergo receptum non fit in recipiente nisi
sm modum recipientis. intelligenduz est ꝙ licet
ratio palpandi a corpore glorificato potuit esse ra
tione nature celestis. ratio tamen palpandi a nō
glorificato fuit magis secūdum naturam elemen
tarem: quod esset reuera corruptibile: si in eo do
minaretur natura elementaris. q; ergo apprehen
debatur propter impotentiam accipientium ma
gis secundum naturam elementarem ꝙ secūduz
celestem: vt corruptibile apprehendebatur ꝙ huis
non esset corruptibile. Et propter hoc bene dicit
Gregorius: ꝙ dominus ostendit duo contraria
in corpore suo non ꝙ sibi essent cōtraria in se: sed
quia modus in quo ostenditur erat contrarius q̄
litati ostense. tamen non ex parte ostendentis: ꝫ
Ad id qō que- ex parte eius cui ostendebatur. ¶ Ad alia autem
ritur ex alia que queruntur dicimus. ꝙ duplex est palpatio.
parte. Est enim vna que sequitur naturam corporis: se
cundum ꝙ corpus omne solidum esse dicitur eo
ꝙ corpus est. ꝛ hoc bene est in corporibus glorifi
catis. nec ponit corruptibile de se. ꝛ de hac loquitur
Beda. Est autem alia palpatio que addit ra
tionē quasi materie: vt materialitatis ꝛ grossiciei
sm qō distinguimus superiora ab his inferioribꝰ
ꝙ hec sunt corpora materialia: illa autem non.
Et hoc modo dicitur ꝙ sola palpabilia sunt gros
sa: que sunt densa vel condensabilia sm rationem
sue materie. ꝛ hoc modo bene ponit palpatio cor
ruptibilitatem. Et sm hoc loquitur Gregorius
cum dicit. qō omne quod palpatur necesse est cor
rumpi.

Postea queritur. §.iij.

Utrum thomas tāgeret cicatrices xp̄i de cicatricibus que in carne xp̄i apparuerunt: vtr̄
eas tangeret Thomas. Dicunt enim quidam ꝙ
non tetigit illas: sed sufficit ei ꝙ dominus osten
dit sibi illas ꝛ obtulit palpandas. Et ad hoc etiā
inducūt ꝙ in penultimo Joā. non dicitur. Quia
tetigisti me thoma credidisti: sed quia vidisti me
ꝛc Unde videtur ꝙ viderit tantum ꝛ non tetigerit
Leo papa. ¶ Sed cōtra Leo papa. Quis dubitet a mortuis
rediisse saluatorez cuius presentiam agnouit ocu
lus: attrectauit manus: digitus pscrutatus est.
ex quo videtur ꝙ tetigerit. ꝛ si hoc redit questio
quare dicitur quia vidisti: non quia tetigisti.
Responsio. ¶ Solutio. dicimus ꝙ thomas ꝛ vidit ꝛ tetigit.
sed ad suam fidem sufficit ei videre. q̄cito enim
vidit credidit. vnde de ipso dicitur quia vidisti ꝛc.
quia in visu fuit primum ꝛ sufficiens motiuū ad
credendum. Quia autem nos possemus de eo du
bitare, quia crediderat in visu tantum: ideo teti
git vt nos credcremus sibi. ergo vidit solum cica
trices: nobis autem non solum vidit sed et tetigit
vt nullaten⁹ dubitem⁹. Uñ Leo papa. Thomas
cū esset sanct⁹ ꝛ fidelis nō dubitauit: sed vt omnē
suspitionez incredulitatis a nobis excluderet suf
fecit ad fidem propriam vidisse quod viderat: sed
nobis operatus est vt tangeret quem videbat.
Q. cicatrices an mansure sunt i xp̄o im perpetuū ꝛc. ¶ Item queritur vtrum cicatrices quas xp̄s ser
uauit quādo ostendit eas discipulis suis manse
runt in in ipso tantum ad tempus: vel manſure
sint semper ꝛ imperpetuum. Dicit enim dama. ꝙ
tantum sm dispensationem fuerunt in ipso: sed
qō est sm dispensationem est temporale. ¶ Item
obijcitur similiter quod semper est attestatur et
quod sm naturā est. quod enim naturale est, sem
per debet manere. ergo quod non est, naturale nō
semper manebit: sed huiusmodi cicatrices natu
rales non sunt: non ergo semper manebunt.

¶ Item Luce vlti. Ostendit eis manus ꝛ pedes.
glo. Bede. cicatrices tūc seruauit ꝛ in iudicio ser
uaturus est. Primo ad fidem resurrectiōis astruē
dam. Deinde vt pro nobis patri supplicans qua
le genus mortis pro homine pertulerit semp ostē
dat. Tertio vt sua morte redempti ꝙ misericordi
ter sint adiuti. propositis eiusdem mortis insinua
ut indicijs. Postremo vt in iudicio ꝙ iuste dam
narentur impij deñciet: ostensa quam ab illis ac
cepit cicatrice. Si ergo oēs iste cause quare cica
trices seruet dñs temporales sunt: ꝛ non extendi
tur effectus vltra causam: videtur quod non im
petuum sed temporaliter seruet solum dominus
illas cicatrices. ¶ Sed contra. Beda in fine eius
dem glo. non ex impotentia creandi cicatrices ser
uauit: sed vt imperpetuum victorie suc circūferat
triumphum. ¶ Responsio. de hoc neutrum diffi
nimus, sed tamen de hoc dicit Augustinus. de ci.
dei. ꝙ si ad decentiam sunt martirū indicia rema
nebunt semper ad decentiam: ꝛ ad ostendenda si
gna victorie semp. Unde ꝛ si alie cause que deter
minantur in illa glo. bede temporalis sint: ista ta
men est ꝓpetua scilicet vltima. Nō ergo dicit da
mas. ꝙ sm dispensationem fuerūt in ipso dicim⁹
ꝙ si ad hec ita est dispensatio. tamen ista non op
ponuntur veritati nature ꝛ perpetuitati: sed dicit
dispensatio respectu aliorum hominū: in quibus
non esset ita cōuenies seruari cicatrices sicut in
ipso ad circūferendum perpetuum victorie trium
phum: ꝛ redemptionis titulum qua nos per ista
vulnera redemit. quod nullus aliorum sanctoruz
fecit ¶ Ad hoc quod obijcitur. ꝙ cicatrices iste
non sunt naturales: ꝛ ita non debuerunt manere
in gloria. dicere possumus sicut dictum est supra.
ꝙ glorificatio in xp̄o non solum respicit creatiōis
rationem: sed etiam rationem redemptionis: et
ideo dicimus ꝙ remanebunt vel remanere pote
runt in gloria.

Cōtra.

Rñsio.

Ad obiec. se
quens.

Ad auto. da.

Articulus tertius.

De argumen to ex parte gustus

Rñsio

Quēter queritur de argumēto sum
pto ex parte gustus: quia super illud
Luce. vlt. Cum manducasset dicit glo.
grego. ad insinuandam veritatem re
surrectionis non solum tangi. sed etiam conuesci
voluit. sed corpus glorificatum nullo cibo indi
get. manducatio enim est propter cibi indigentiā
magis ergo apparuit ex illo eius resurrectio non
esse gloriosa. ¶ Ad quod dicimus. ꝙ est manduc
catio. ex indigentia deperditionis: ꝛ hec non est
in corporibus glorificatis. ꝛ de hac procedit obie
ctio prius facta. Est etiam manducatio potesta
tis non indigentie. ꝛ quia magis potētia sunt cor
pora glorificata q̄ non glorificata: ideo non ami
serunt potestatem illam. ꝛ hac mā ducatione mā
ducauit xp̄s post resurrectionem. ꝛ hoc est quod di
cit glo. ibidem consequenter. non ꝙ ipse vel nos
post resurrectionem cibo debeamus indigere: sed
vt corpus non spiritum esse manifestaret mandu
cauit: potestate non necessitate. Aliter enim absor
bet aquam terra sitiens. aliter radius solis calēs.
illa indigentia: iste potestate. Voluit ergo cōuesci
ad insinuandam veritatem resurrectionis. ꝙ sc̄z
corpus suum erat corpus verum ꝛ non fantasti
cum. fantasmata enim ꝛ si soleat aliquando cor
poraliter oculis apparere: non tamen solent co
medere corpora fantastica. ipse autem comedit.

Que. de cibo sumpto.

¶Querit postea. quid fiebat de cibo quē assumpsit xp̄s post q̄ habuit corp⁹ glorificatū. aut enīz conuertebatur in eius naturā: aut desinebat simpliciter esse: Nō autē conuerterek in eius naturaz videtur velle aug. in libro sex questionū: future resurrectionis corpus imperfecte beatitudinis esset si cibos capere non potuisset. Ex quo videtur q̄ cibos possit capere vere corp⁹ glorificatū. Si ergo vera ciborū captio est in quersione in naturā ꝓpriā videk q̄ ibi fuit conuersio in naturā illam. ¶Itē aug. in eodē dicit. q̄ sicut angeli legunk frequēter manducasse ita verū fuit: ergo si angeli multotiens habebāt naturā corporis q̄ xp̄s manducauit ergo et xp̄s vere. ¶Item aug. loquēs de istis manducationibus dicit. non vt statim in stomachum et intestina transeant: sed cum viderentur digessisse in spiritualem naturam conuertātur. ¶Cōtra cū ibi nulla sit ꝛperditio si adderetur ꝛuerterek: ergo esset augmentū. si ergo non est possibilis additio ad perfectū. adhuc corpus glorificatum non esset perfectū: cum ei esset possibilis additio fieri. ¶Preterea si idē in substantia est qō nutrit ꝛ qō auget: ꝛ nutrimentū est prius augmento. vbi non est possibile nutrimentū: nec augmētū: si ergo ibi non fuit possibile nutrimētū: ergo nec augmētū.

Contra.

Responsio.

¶Solutio. dicimus q̄ in qmestione xp̄i etiā angelorū. sicut dicit aug. fuit veritas. sed hec veritas comestionis solum consistit in masticatione cibi: et traiectione eius in partē interiorem et non in conuersione in corpus ibi apponebatur. tamē verior est manducatio christi q̄ angeli: quia christ⁹ homo habet vim determinatam ad manducationem per naturam sue anime. angelus vero non. Unde nullo modo sicut dicit aug. licet manducaret christus conuerteretur cibus in corpus eius.

¶Ad illam autoritatem aug. que dicit. q̄ in spiritualem naturam conuertatur. dicendum q̄ nō est intelligendū in spirituale naturā que sit corporis glorificati sz itelligit i spūalē naturā respectu materialitatis quam habebat prius cibus assumptus. vnde quemadmoduz radius solis agens in aquam que grosse nature est conuertit illam. non in naturam sui sed in vaporez cuius scilicet est natura subtilis respectu nature aque ita potest intelligi ex parte ista.

Questio. xxiij. de ascensione domini.

Post inquisitionez de dominica resurrectione inquirendū est de ascensione domini ꝑm q̄ in symbolo continetur. Ascendit ad celos: sedet ad dexterā patris Querendum igitur primo ꝛ de ascensione eius ad celos deinde de sessione ad dexteram dei ꝑris. ¶De ascensione autem queruntur hec. Primo. an sit. Secundo quid sit Tertio quomodo sit. Quarto. ꝑm quid sit. Quinto. quando sit. Sexto. ad quid sit: Septimo. propter quid sit vt propter quem finem vel effectum.

M. an sit. Ascensio. Argumentū primum.

Membrum primum.

D primuz sic obijcitur per rationes cōmunes. ad quodlibet corpus glorificatum sic. Omnis motus est actus imperfectus seu ꝓpter indigentiam sed corporis glorificati nullus est actus imperfectus nec vlla indigentia. ergo nec motus. ergo cum ascensus sit motus corporis glorificati non est ascensio ergo nec corporis domini post glorificationez potest esse ascensio. Minor patet q̄ corporis glorificati nulla sit indigentia quia hoc non conuenit beatitudini. nam anima non diceretur beata vel glorificata si aliquo indigeret extra vel intra. ergo nec similiter corpus: cum similis sit ratio beatitudinis corporis ꝛ anime. si ergo corpus glorificatū indigeret aliquo sicut loco. non esset summe beatum. non igitur conuenit moueri ei ad locum. ergo nec ascēsio. ¶Item Augu. loquēs de statu beatitudinis animarum in corporibus glorificatis: dicit. Ibi erit quicquid voles: non erit quicquid noles ergo anima glorificata in suo corpore glorificato habebit quicquid volet. ergo omne suum volitum erit et presens. ergo non queret aliquid extra se. sed cum voluntas mouet querit aliquid extra se. ergo non mouebitur corpus anima post glorificationem ipsius. ¶Item augu. anima stabilita in deo: stabiliret consequenter corpus suum si ergo anima totaliter in deo stabilietur: ergo corpus glorificatum totaliter stabilietur in ipsa anima. ergo nullo modo erit motus ipsius cum totaliter stabilitum sit. ¶Itē corpora glorificata nec mouentur per naturam: nec per voluntatem. ergo nec mouentur. Nō non per naturam patet. Motus enim celi causa est omnium motuum naturalium. sed cessante causa cessat effectus. Si ergo post glorificationem corporuz cessabit motus celi. ergo ꝛ motus corporum naturalis cessabit. similiter nec per voluntatem: quia voluntas mouet ꝓpter aliquid. Cum ergo illud esset aliud a deo: sequitur q̄ diuerteretur intentio voluntatis in aliud q̄ deum. quod est contra anime beatitudinem. ergo non mouebitur per naturaz nec per voluntatem nec per violentiam. constat ergo ꝛc.

Secundum

Tertium

Quartum.

Quintum.

¶Item omne moueri est imperfectionis: qz nullum mobile in q̄tum mouetur habet conformitatem cum primo perfecto scilicet cum deo: cui nullo modo cōuenit moueri. ergo omnis motus in q̄tum huiusmodi deficit a beatitudine. Si ergo beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus. non potest simul stare motus ꝛ beatitudo. Si ergo corpus xp̄i fuit beatum post glorificationem: cōstat q̄ nullo modo potuit moueri. ¶Item corporibus nostris glorificatis corpora celestia immutabūtur in melius. ꝛ erunt in quiete sicut dicit glo. super illud Ro. viij. Omnis creatura ingemiscit ꝛc. Quiescēt nobis assumptis ꝛc. ergo melius est eis esse in quiete ꝛ ꝓfectus q̄ esse in motu. Si ergo corpora glorificata habebūt quicq̄ perfectionis erit ꝛ bonitatis in ipsis. constat q̄ habebunt omnino quietem: ꝛ nullo modo motum. Sed consimilis fuit ratio de corpore xp̄i post glorificationem sicut de aliis. ergo ꝛc. ¶Ad oppositum cum natura corporis determinata sit ad vnum locum tantum. Si corpus glorificatum immobilitaretur in illo loco omnino iam nō posset anima illam transferre ab illo loco. deficeret igitur a virtute, supra corpus suum. ergo ꝛ a beatitudine. poterit igitur corpus moueri. ¶Item cū locus maxime ꝙueniēs corpori glorificato i quo predominatur natura celestis scz lucis sit celum. Omne autem corpus est mobile ad locum sibi cōueniens: ꝛ anima beata suo corpori eliget locum magis conuenientem. Si ergo corpus xp̄i sit in terris. ꝑ naturam mobilis: ꝛ motoris mouebitur ad celum. ergo ascēdit ad celos. ¶Item ad hoc sunt autoritates ad Ro. x. Ne dixeris in corde tuo nemo ascendit in celum. Glo. ne cogites in corde tuo quis ascendet in celum. quia qui hoc cogitat

Sextum

Cōtra.

Responsio.

gitat negat xp̄m ascendisse. xp̄s ergo ascēdit. ergo ascensio est. ¶Item p̄s. Ponis nubem ascensum tuum: ꝛ loquitur de xp̄o. ergo xp̄s ascendit. ¶Itē actuū. j. videntibus illis elevatus est. ergo ꝛc.

¶Solutio. corpus omne ꝓter primum celum scz localem: est ꝑ naturam corporis determinatum ꝛ coartatum ad vnum locum solum. hec autem determinatio ad vnuz locum solū non est ꝑfectionis in eo: sed imperfectionis. qz dicit cōclusionem subſtantie virtutis ꝛ operationis. Unde causa prima que perfectissima est ad nullum locum determinatur. similiter substantie spūales q̄ perfectiores sunt corporalibus: minus determinantur ad locum q̄ corporales. Ex quo patet. q̄ immorari in loco solo est imperfectionis ipsi corpi. Si ergo detur ei virt⁹ q̄ possit moueri de loco ad locum. istud erit ꝑfectionis in ipso hoc autem est in illis que mouenk a principio qō est inter se. Judicium ergo virtutis est moueri a principio intra se. Unde in animatis: quia ipsa habēt causam motus in seipsis: est moueri ꝑfectiōis respectu inanimatorum. et hec est distinctio motus per comparationem ad mouens. Similiter per cōparationem ad finem distinguendum est. q̄ est motus ꝓpter supplemētum indigentie: ꝛ est motus ꝓpter explicationem virtutis. motus primus ponit imperfectionem in mobili: sed secūdus ponit ꝑfectionem. qz si defectus virtutis est immobilitari in loco: virtutis ꝑfecte erit moueri de loco ad locum. Ascensio ergo xp̄i non fuit motus habens principium extra se: nec fuit ad supplemētum indigētie sed habuit principium in se scz suam beatam aiaz ꝛ naturam sui corporis glorificatam obedientem anime: ꝛ vtrāq; obedientem deitati. ꝛ nō fuit motus in ipso ꝓpter supplementum indigētie: sed ꝓpter declarationem virtutis. hoc autez modo est motus in corporibus glorificatis. Rationes aūt prime ꝓcedunt alio modo de motu. ¶Ad primū ergo patet solutio. tamen dicendum est q̄ est beatitudo subſtantialis ꝛ accidentalis. Subſtātialis beatitudo post q̄ est: non recipit magis nec min⁹ Accidentalis autem aliquo mō recipit. verbi gratia. subſtantia beatitudinis anime est in gloria cognitione ꝛ amore ꝛ fruitione dei perpetua. que post q̄ est nō augetur nec minuitur. Accidens autem beatitudinis determinatur respectu exterioris: sicut gaudium illud quod habet de societate sua in qua est. ꝛ illud augetur ꝛ minuitur. sic dico de beatitudine subſtantiali corporis que est cum habet corpus omne quod necessarium est sue perfectioni. Accidentalis aūt est quicquid est conueniens sue potentie vt locus quenientissimus. Ut̄ augustinus distinguit q̄ est absoluta perfectio et comparata. primam habuit sine ascensione. secūdam scz comparatam habuit in ascensione scz qz per ascēsionem fuit in suo conuenientissimo vbi.

So. ad ꝑmuz

Ad secundū.

¶Ad aliud dicendum. q̄ anima glorificata habebit quicquid volet ꝛc. ergo nō poterit mouere. Si enim iste motus esset ꝓpter supplementum indigentie bene sequeretur: sed de alio nō sequitur

Ad tertium

¶Ad aliud dicendum. q̄ corpus glorificatū quātūcūq; moueak semp stabilietur in sua beatitudine totaliter subſtantiali quam habet ab anima: ꝛ ita semper stabilietur in sua perfectione. non tamen sequitur. q̄ totaliter stabilietur in loco ꝑm immobilitationem. ita q̄ non habeat virtutem mouendi se de vno loco ad alium locū. ¶Ad alīd dicendum. q̄ non mouētur corpora per diuersionem intentionis voluntatis a deo diuertendo se per intentionem ꝛ voluntatem a deo: sed per intē

Ad quartum

tionem in deum. sicut videtur sentire augustinus ꝑm philosophos de angelis. Cum enīz angeli moueant celos: non potest diuerti intentio eorum a deo sed magis in faciendo hoc fertur in deum. qz mouēt celos vt suo creatori assimilentur ꝑm operationem: ita dicendum est q̄ anima mouendo corpus glorificatum si moueret non diuerteret intentionem suam a deo: sed magis fertur in deum vt per hoc assimiletur deo. ¶Ad alīd quod obijcitur dicendum q̄ moueri est imperfectionis: q̄ aliter est in re que nullo modo determinatur ad locum: ꝛ que determinatur. quia in primo nullo modo cōuenit moueri localiter. sed quādo est determinatio in loco. aut ponitur ibi quies: aut motꝰ. Quies ibi est imperfectionis: sed motus ibi est ꝑfectionis. ꝛ hoc ratione determinationis in loco. licet ergo moueri non sit simpliciter perfectionis tamen moueri respectu determinationis in loco perfectionis est quia quando res mouetur de loco ad locum: minus est determinata ad locum. ꝛ maior est tunc cōformitas eius cum deo qui non determinatur in loco. cum igitur corpus glorificatū quātūcūq; beatificatum sit cum determinetur in loco. patet q̄ cum beatitudine eius potest stare motus sine imperfectione. ¶Ad vltimum patet responsio. quia moueri a principio quod est in se ꝓpter declarationem virtutis est perfectionis.

Ad quintum

Ad sextum.

Membrum secundum.

Quid sit ascēsio. Arg. ꝑmum.

Onsequenter queritur quid sit ascēsio. et cum sit motus queritur vtruz sit motus naturalis vel violentus. Ad quod sic. Omne vectum de loco ad locum est violenter motum. sed corpus xp̄i in ascensione ad celos fuit vectum de loco ad locum. ergo fuit violenter motum. Maior patet. quia quattuor sunt species motus violenti. scilicet tractus: pulsus: vectio: vertigio. Minor patet. Leo papa in sermone de ascensione exponit illud verbum videntibus illis elevatus est: dicens. Cum audis elevatum agnosce militie celestis obsequium: in eo qui elevat diuinam potētiam: in eo qui elevatur humanam agnosce naturam. ergo fuit elevatus ꝛ ita vectus. ¶Item in p̄s. Angelis suis deus mandauit de te. Glo. manibus angelorum sublatus est xp̄s in celum. ergo latus per aliuz. ¶Item motus naturalis cuiuslibet corporis est ad vbi conueniens sue nature. sed corpus humanum siue sit glorificatum siue non: habet vbi conueniens sue nature citra celum. scilicet in parte mundi elementari ꝛ non in celo. ergo nullo modo naturaliter mouetur ad celum: sed ad partem elemētarem citra celum. Minor patet. corpus enim humanum siue sit glorificatum siue non: elementatum est seu elementare. celum autem empireum non est elementare. ergo non habet conuententem naturam cū celo empireo. ergo celum empireū non potest esse locus eius naturalis: cum sit ꝓportio loci ad locatum. Si ergo ad ipsum moueatur corpus humanum seu glorificatum: seu non mouetur violēter. ergo ascēsio dominici corporis in qua fuit huiusmodi motus fuit violenta. ¶Item locus debetur rei a parte materie. vnde determinatur locus rei ꝑm determinationem sue quātitatis. Quantitas aūt est a ꝑte materie. sed materia corpis humani nō est celū empireum: sed elemētatuz. ergo per naturam erit in loco qō est elementatum vel complexionatum ex elemētatis: ꝛ non in celo empireo. ergo contra naturā ꝛ violenter mouetur ad celū empireū. ¶Item grego. dicit super illud ver

Secundum.

Tertium

Quartum

Quintum.

bum homo quidam peregre proficiscens ⁊c. Carnis locus proprie terra est: que quasi ad peregrinandum ducitur dum per redemptorem in celo collocatur. Peregrinus ergo locus humane nature est celum empireum. ꝓprius autem terra. ergo per violentiam mouebatur corpus xp̄i in ascē-sione ad celum. ¶ Ad oppositum Esa. lxiij. Quis est iste qui venit de edom ⁊c. gradiens in multitudine virtutis sue. hoc dixerunt angeli de xp̄o quādo ascendit celos. Ex quo patet ꝙ mouebatur virtute ꝓpria. ergo non ferebatur. ¶ Item Michee. ij. ascendit pandens iter ante eos. ergo ꝓpria virtute ascendit.

Sol. ad .j.

¶ Solutio dicendum ꝙ ferri dicitur dupliciter. Uno modo necessitate sustentationis. s. cum virtus corporis non est sufficiēs ad sustinendum motum. Alio modo dicitur aliquid ferri obsequio venerationis: sicut rex fertur a suis militibus: ⁊ papa ab episcopis suis. Cum ergo dicitur corpus xp̄i fuisse latum per angelos in ascē-sione: hoc fuit solum obsequio venerationis: ⁊ nō necessitate sustētationis. Et hoc est quod dicit leo papa. Cum audis eleuatum agnosce militie celestis obsequium ⁊ similiter super illud ps. In manibus portabunt te. Glo. por. te. i. angeli qui obsequebantur regi. ⁊ sic ad demonstrationem honoris regalis fuit istud. Et hoc sensu itelligitur illō ps. Currus dei decem milibus multiplex milia letantium ⁊c. Et per hoc soluitur secunda ratio: quia si esset vectus primo modo bene obijceret.

Ad secunduꝫ

¶ Ad aliud dicendum. ꝙ duplex est status corporis: et ſm hoc duplex vita. scꝫ animalis ⁊ spiritualis: sicut distinguit apostolus. j. ad Corin. xv. vbi dicit prius est quod animale est: deinde quod spirituale.

Ad tertium.

Sm qd est vita animalis est natura corporis animalis: ⁊ est vbi ꝯueniens vite animali. Sm autem ꝙ est vita spiritualis: est natura spiritualis. ⁊ ē locus vel vbi cōueniens vite spirituali. Ubi autem vel locus cōueniens vite animali est elementatuꝫ vel corpus ex elementis cōplexionatū. Ubi auteꝫ cōueniens vite spirituali est celum empireuꝫ. nec habet corpus ſm vitam illam tantam ꝯuenientiā cum vllo corpore: quātum habet cum celo empireo. Corpus enim glorificatum coaptabitur vt sit ꝯueniens ꝑ omnia anime deum contemplanti. sꝫ esse in celo empireo plus est cōueniēs diuine contemplationi ꝙ̄ esse alicubi. ⁊ ꝓpter hoc conueniētior locus empireum celum ſm vitam spiritualeꝫ est ꝙ̄ elementum. quia ergo resurget tūc corpus spirituale scꝫ quando glorificabitur. i. abstracta corpulētia ⁊ mole que impedit motum anime ⁊ obūbrat eius contemplationem. ⁊ ꝓpter hoc celū empireum est vbi cōuenientissimum corpori glorificato ⁊ non corpus elementare. Ratio auteꝫ ꝓcedit ſm primam viam.

Ad quartuꝫ.

¶ Ad aliud dicēduꝫ. ꝙ materia corporis humani nō solum est elementum: immo etiam quinta essentia vt nobis sine preiudicio melioris sententie videtur scꝫ natura lucis celi empirei. qd pꝫ. Corpus enim animatum compositum est ex contrarijs: sed impossibile est ꝙ cōtraria cōueniant ⁊ faciant armoniam nisi per naturam conciliantem. hoc auteꝫ nō potest esse natura elementaris: quia habet ꝯtrarietatem. ergo hec debet esse natura illa que cōciliat naturas elemētares ꝯtrarias ⁊ que habet ꝓportionē ad omnes hec aūt est natura lucis. Ad hoc ergo ꝙ corpora sint debito modo ⁊ in debita armonia ꝯposita ad susceptionē anime. necesse est naturā lucis in ipsis corporibus esse: sꝫ corpora ita se hn̄t ad suas ꝑfectiones ꝙ respectu nobilioris ꝑfectiōis nobilior est dispositio. Si ergo ad susceptionem aīe vegetabilis est dispositio ex parte corpis ꝯcilians partes cōtrarias corpis: ipsa lux visibilis que est lux firmamenti. cum anima sensibilis sit nobilior perfectio: necesse est ꝙ lux nobilior disponat ⁊ conciliet corpus ad susceptionem ipsius. hec autem est lux cristallina: que est lux celi cristallini. ⁊ cum vlterius nobilior sit ꝑfectio inter istas anima rationalis. necesse est ꝙ lux nobilior disponat ad illaꝫ hec autem lux est celi empirei. necesse est ergo ꝙ lux celi empirei ꝑ influentiam infusam subintret corpus humanum ad susceptionem anime rōnalis. Et istud apparet. quia homo aliter nō posset appellari minor mundus. nisi aliquid de celo empireo influeret corpus humanum. hec autem est influētia lucis sue. Sed in vita spirituali: quādo erit corpus glorificatum: tunc natura lucis dominabitur in corpe ⁊ manifestabitur. natura autem elementaris latebit ⁊ occultabitur. sed modo fit ecōtrario ⁊ ideo conueniet locus corpori glorificato ſm naturam lucis ⁊ non ſm elemētarem. Hic autem locus erit celum empireum: quia natura lucis est celi empirei. ⁊ ita naturalis locus erit corpi glorificato.

Ad quintum

¶ Ad aliud dicēduꝫ. ꝙ est natura informata in vita animali que indiget alimento. et de hac dicit grego. ꝙ ꝓprie locus carnis terra est. sed hoc non est verum de natura instituta in vita spirituali. sicut erit natura corpis glorificati. immo ꝓprie locus erit celum empireum.

Membrum tertium.

Quomodo sit ascēsio vtrū sit motus descriptus scd̄m spacium ⁊c. Aug.

Postea queritur quomodo sit ascensio. Queritur enim vtrum ascensio sit motus descriptus ſm spacium ⁊ vtrum ascensio sit motus successiuus in tempore. ¶ Ad quod sic augustinus loquens de corporibus glorificatis dicit. Ubicūq; spiritus voluerit: illic erit corpus. ergo motus corpis glorificati est ſm motum voluntatis mouentis. sed motus voluntatis mouentis est ab vno in aliud in puncto ⁊ nō describendo spacium. ergo et motus corporis glorificati. Si ergo similis ratio motus fuit corporis domini post resurrectioneꝫ domini scilicet in ascensione. constat qd ascensio non fuit motus descriptus per spacium: nec successiuus in tempore. ¶ Item scd̄m philosophum. tria sunt que faciunt ad agilitatem motus scilicet virtus mouētis. figura ipsius mobilis. ⁊ spacium per quod est motus. Quanto enim spacium minus resistit corpori mobili: tanto citius mouetur: sicut patet. ꝙ citius mouetur lapis in aere ꝙ̄ in aqua ꝓpter minorem resistentiam. Similiter ad hoc facit figura: quia disponit ad motum. vnde figuram circularem sequitur motus circularis: ⁊ rectaꝫ rectus. Similiter ⁊ virtus mouentis: quia tanta virtus mouet in tanto tempore: ⁊ dupla virtus in minori tempore in duplo ⁊ quanto maior est virtus: tāto mouet in minori tempore. ergo infinita virtus mouet in nullo tempore. Si ergo in corpore xp̄i post resurrectionem erat virtus infinita ad mouēdum: mouebat corpus eius in non tempore. ergo motus eius in ascensione non fuit successiuus in tempore: nec spacio descriptus. ¶ Item posito vacuo corpus motum ꝑ vacuum non describit spacium: nec mouetur successiue siue in tempore. sed in instanti: quia vna ratio quare non mouetur corpus in instanti. est propter resistentiam partium spacij. sed corpus glorificatum se habet ad corpus non glorificatum per quod mouetur sicut corpus motum per vacuum. ergo non mouetur in tempore nec describendo spacium.

Minor

Minor patet. quia in nullo partes corporis non glorificati possunt retardare motum corporis glorificati. nec prohibere. sicut nec vacuum motum corporis quod fieret per ipsum. ⁊ hoc est propter subtilitatem corporis glorificati per quam etiam mouetur per ipsum et per pares eius ergo. ⁊c. ¶ Item augu. in questionibꝰ de resurrectiōe dicit ꝙ tales sunt motꝰ corporū glorificatorū sicut motus radij solis.

Augustinus.

Un̄ ipse dicit. ꝙ corpꝰ glorificatuꝫ vtraq; interualla pari celeritate cōtingit: vt radiꝰ solis qui nō citius peruenit ad propinquiora spacia opposita ꝙ̄ ad remotiora. Si ergo non citius ergo nec describit mutatio eiꝰ per spaciū. ergo nec motꝰ corporis dn̄i i ascēsione.

Responsio.

¶ Rn̄detur ad illō ꝙ motꝰ corporis glorificati est descriptus spacio et in successiōe: sꝫ hoc nō est ex pte resistētie spacij. sed ex pte dimēsionis corpis glorificati moti quā hꝫ. lꝫ sit glorificatū. Nō pōt aūt intelligi dimensio sine pte post partē. ⁊ ita intelligit diuisio partiū ⁊ ideo nō potest esse simul eius motꝰ

Cōtra obijcitur ⁊ q̄ritur.

¶ Sed cōtra istud obijcit sic: ⁊ queritur. Posito corpore glorificato in tanto spacio: pōt ne esse in minori spacio ꝙ̄ sit modo q̄tū ad locum. patꝫ ꝙ sic q̄m maioris potestatis est posse esse in maiori ⁊ minori loco ꝙ̄ determinari ad alterū tātū. Si ergo quicquid est potestatis corporalis cōuenit corpori glorificato: ergo in eius potestate est esse in maiori vel minori loco. Nō igitur ſm suā dimensioneꝫ est descriptio motus ipsius in spacio: ergo eius dimēsio nō impedit quin eius motus sit totus simul ergo ⁊c. ¶ Item corpus glorificatū motū nō potest prohibere per partes spacij: nec etiaꝫ vna pars corporis glorificati potest prohibere aliā eiꝰ partē: cū plus conueniant inuicē eius partes. ꝙ̄ cū partibꝰ loci et econuerso: ꝙ̄ partes loci cū ipsis. Cuꝫ ergo nec ſm dimensionē nec ſm spaciū: nec ꝑ partes prohibeatur quin totum simul moueatur. patet qd nihil prohibet motum eius quin possit esse totuꝫ simul et in instanti ⁊ quin ipm̄ corpꝰ totū simul possit ferri ad locū.

Oppo. arg. j.

¶ Ad oppositū Omne corpus diuisibile est et habens parteꝫ post partē si ergo mouetur: parti succedit pars: ergo successiue: sed corpus glorificatū retinet naturā ⁊ rationē corporis ergo ⁊c. ergo ascensio domini fuit successiua ⁊ cōmensurata spacio.

Secundum.

¶ Itē si ascensio domini nō describeret spaciuꝫ: ergo motus esset subito ad celuꝫ ergo nō posset percipi nec describi ꝑuisum in motu suo. si ergo vidētibus apostolis eleuatꝰ est act. j. constat ꝙ motus eius describebat spaciū ⁊ erat in successione.

Rn̄sio et ſm opi.

¶ Solutio. notandū ꝙ circa questionem istam diuerse sunt opiniones Quidā eñi ponunt absolute. ꝙ corpus glorificatum motum non describitur per spaciū: sicut nec voluntas suo motu describit spacium. et dicunt ꝙ quando ipsa mouetur a volito in volitū: ipsa non mouetur per spacium ita etiam dicunt quod non mouetur corpus glorificatum per spacium. Sed ipsi deficiunt quia cum voluntas seu anima mouetur a volito in volitum: ipsa non mouetur extra seipsam. sed cum mouetur corpus de loco ad locum mouetur extra seipsum. vnde non est simile.

¶ Item patet quod non bene dicunt: quoniam natura corporalis nunꝙ̄ potest pertingere ad subtilitatem nature spiritualis. ergo nec operatio nature corporalis ad subtilitatem operationis nature spiritualis. Unde licet glorificatuꝫ corpus simplex sit in genere corporeitatis: nunꝙ̄ tamen peruenit ad simplicitatem anime. ergo nunꝙ̄ simplicitas motus corporis potest esse tanta quanta est simplicitas motus anime. ipsi tamen dicunt hoc propter predictas autoritates.

Alia opinio.

¶ Alij dicunt ꝙ corpus glorificatum in suo motu describit spacium et mouetur in tempore. sed illud tempus est imperceptibile. Et illa descriptio est imperceptibilis propter subtilitatem corporum. Unde sicut radius si esset corpus moueretur imperceptibiliter in maiori vel minori spacio: ita dicunt de corporibus glorificatis. tamē successiue mouentur vt dicunt: quia in ipsis est pars post partem ⁊ mouetur vna post aliam sicut dictum est.

Alia opinio

¶ Alij dicunt medio modo. ꝙ sicut se habet res ad circūscriptioneꝫ in loco: ita se habet ad moueri in loco. Est ergo res que nullo modo circūscribitur in loco: nec replet locum: nec commetitur se loco. sicut ipse deus qui vbiq; est incircūscriptus. nec tamen sicut materia que replet locum mole sua. nec commēsurat se loco: immo est supra omnia ⁊ extra omnia non exclusus ⁊ intus omnia non inclusus. Est alia res que circūscribitur loco: sed non replet locum nec commetitur se loco. sicut angelus circūscribitur in loco vbi est. ⁊ habet suam circūscriptionem tantum sue virtutis. vnde ibi est vbi operatur. non tamen sua substantia replet locum nec commetitur se loco. quia sua circūscriptio non commetitur se circūscriptioni loci. Est alia res que circūscribitur in loco ⁊ cōmetitur se loco: sed non replet locum. Corpus eñi pure luminosum non habet naturam repletiuaꝫ loci sicut radius solis: secūdum illos qui ponunt ipsum corpus. quia si sit sol in aere: non propter hoc est aer spissior: tamen circūscriberetur in illo loco: ⁊ commetiretur ei. Est alia res que circūscribitur ⁊ commetitur se loco ⁊ replet locum. sicut corpus elementare non glorificatum ⁊ inde est ꝙ talia duo corpora non possunt esse in eodem loco sensibiliter: quia replent locum. Dicunt ergo ꝙ quātum ad conditionem corporis glorificati potest se describere ⁊ moueri successiue. sed quātum est de potestate glorie potest se non commetiri ⁊ non circūscribi sensibiliter. quia quadaꝫ potestate glorie est quasi infinitum quo ad nos respectu possibilitatis corporis nō gloriosi. ⁊ hoc est quod vult dicere Augustinus. ꝙ vtraq; interualla pari celeritate ꝯtingit ⁊c. idest si voluntas sit anime potest illud corpus ferre in perceptione per spaciuꝫ longum ⁊ breue. ⁊ hoc est de potestate glorie non corporis quia corpus. Et sic procedunt prime rationes.

So. ad. j. arg.

¶ Ad primum in contrarium dicendum. ꝙ est ꝯsiderare partes corporis glorificati scd̄m ordinem quem habēt in corpore: vel secūdum ordinem quem habent ad locum. Primo modo est distantia ⁊ successio partiuꝫ descriptibilis in illo ita qd pars sit post partem. Sed secundo modo de potestate glorie omnes partes vno modo ⁊ simul quantum ad descriptionem perceptibilem possunt se hr̄e ad vnū locuꝫ.

Ad secunduꝫ

¶ Ad aliud dicendū et concedendum est bene: ꝙ corpus domini in ascēsione mouebatur describēdo se in spacio ⁊ successiue. sed hoc fuit ex voluntate ⁊ non ex necessitate sicut in alijs corporibus. Et per hoc soluuntur obiecta.

Membrum quartum.

Q. ſm quid sit ascēsio. an ſm eandē naturam ascendit ⁊ descēdit

c

Consequenter queritur ſm qd sit ascēsio in xp̄o. Et queritur an ſm eandē naturā ascendit xp̄s ⁊ descēdit. ¶ Ad qd obijci-

tur sic.iij,ad eph'e.Mō ascendit quid est nisi quia descendit primum in inferiores partes terre.glo. constat q̄ fm humanitatem xp̄s descendit ⁊ ascēdit ⁊c.sed fm deitatem que vbiq; est nec ascendit loco:nec descendit,⁊ ita fm idem scz fm humanitatem ascendit ⁊ descendit. ¶Item dama.ascendere ⁊ descendere sunt proprietates corporis circūscripti,ergo diuine nature non conuenit ascendere. ¶Item scōm diuinam naturam est vbiq; sed hoc est contra rationem descensus.qui a ascensus et descensus ponit motum ab vno loco in alium. ¶Contra.Jo.iij.Nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo.glo.ascendit fm qō homo:descendit fm q̄ deus.non ergo fm idem.

Contra.

¶Item Augustinus in sermone de ascensione. De nostro fuit quod apprehendit: de suo quod ascendit.fm ergo humanitatem pependit in cruce:⁊ fm diuinitatem ascendit. ¶Solutio.dicendum q̄ descensus dicitur dupliciter. proprie scilz et improprie.Improprie dicitur descensus de xp̄o scōm diuinitatem.scilicet ipsa exinanitio de.tatis quia exinanuit semetipsum,formam serui accipiens Philip.ij.Et hec est ipsa apparitio in carne:quando se vnuit paritati nostre,⁊ hec descensio non ponit motum sed terminum vnionis.iij. ad Ephe.Descendit in inferiores partes terre. Glo.Descendit quidem diuinitas non localiter: sed per exinanitionem.Descensus autem.proprie est proprietas substantie diffinibilis in loco.scōm quod dicit Dama.q̄ ascendere ⁊ descendere sunt proprietates rei circūscripte.⁊ hoc modo descendit fm humanitatem xp̄s ad inferos:⁊ descendet ad iudicium. Unde glo.super illud.iij. Ephe.qō ascendit quid est ⁊c.dum scōm animam ad inferos descendit:fm corpus⁊ animam ad celos ascēdit.Item ascensio similiter dicitur dupliciter.scz proprie ⁊ improprie.Improprie dicitur ascēsio de xp̄o:ita exaltatio humanitatis xp̄i in resurrectiōe quia manifestata est potestas⁊ celsitudo deitatis Alio modo dicitur ascensio proprie scilicet motꝰ localis qui est ab inferiori loco ad superiorem locum.sumendo igitur ascensum ⁊ descensum proprie:sic fm idem ascendit ⁊ descēdit.quia descensus eius proprie fuit ad iferos.⁊ hic fuit fm animam.ascensus proprie fm animam ⁊ corpus.vnde fm humanitatem fuit vtrūq;. ¶Mō autem queritur fm quid queniat ascēsio xp̄i.dicendum q̄ hec prepositio fm.aliquando notat q̄ditionez nature.aliquando notat causam.aliquando vnitatem proprie persone.Conditionem nature notat cum dicitur xp̄s fm q̄ homo passibilis:fm q̄ deus impassibilis.Causam notat cum dicit xp̄s fm q̄ deus resurrexit:quia virtus diuina fuit causa resurrectionis. Unitatem persone notat cum dicitur xp̄s secūdum q̄ homo creauit mundum. ideſt xp̄s scōm q̄ est persona illa que habet humanitatem creauit mundum. Si ergo scōm in presenti notet q̄ditionem nature: hoc modo xp̄s scōm humanitatem ascēdit. Si notet causam:sic ei queniet ascensio secundum diuinam naturam. quia virtus diuina fuit causa sue ascensionis. Et hoc vult dicere Augustinus cum dicit.de suo est q̄ ascendit loquens causaliter. id est virtute sue deitatis fuit hoc qō ascendit. Si notet vnitatem persone:sic est q̄ deus ascendit.⁊ scōm qō homo similiter ascendit.quia scōm q̄ deus est illa persona que est homo:⁊ hoc modo homo ascendit.⁊ sic patet responsio ad predicta argumenta. Et sic intelligitur illud Jo.iij, Nemo ascendit in celum nisi qui descēdit de celo.filius hominis qui est in celo.quātum ad vnitatem persone loquitur.

M.fm quid queniat ascēsio xp̄i.

Resp̄onsio.

Membrum quartum.

Muādo fuit ascēsio xp̄i.

Deinde queritur quādo fuit ascēsio xp̄i Ad quod sic p̄ phi.ij. factus est obediens vsq; ad mortem: propter quod ⁊ deus exaltauit illum ⁊c. Et quo etiam ⁊ fm beatum Augustinum videtur.q̄ xp̄s per passionem suam meruit exaltationem.non solum quātum ad gloriam resurrectionis:sed etiam quātuz ad locum exaltationis.vt scilicet ascenderet.ergo statim post passionem debuit ascēdere. ¶Iuxta hoc queritur.quare non tertia die ascendit post resurrectionez:sicut tertia die resurrexit post passionem.cum per tres dies p̄bari possit veritas resurrectionis.sicut per tres dies veritas passiōis

Resp̄onsio.

¶Solutio.dicendum scōm beatum lucam.qui dicit in actibus primo.⁊per dies quadraginta apparens eis ⁊ loquens de regno dei: q̄ dilata fuit ascensio eius per quadraginta dies post resurrectionem.⁊ hoc dicit Leo papa in sermone de ascēsione. Quadragenarius expletus est numerus sacratissimo ordine dispositus: vt dum a domino hoc spacio mora corporalis extenderetur.fides resurrectionis documentis necessarijs monstraretur. Dicendum ergo q̄ dispensatio fuit q̄ natus fuit xp̄s:⁊ q̄ fuit mortuus:⁊ q̄ resurrexit:⁊ q̄ ascēdit.⁊ sicut propter dispensationem dilata fuit resurrectio eius quousq; probaretur veritas passionis eius:ita per dispensationem necessarium fuit differre ascensionem eius quousq; veritas sue resurrectionis probaretur.⁊ hoc est quod dicit Leo papa.per omne tempus quod inter resurrectionem domini ⁊ ascensionem eius exactuz est: hoc prouidentia dei curauit. hoc decuit vt dominus iesus xp̄s vere agnosceretur resuscitatus: qui vere erat natus passus ⁊ mortuus.

Leo papa.

Queritur.

¶Sed queritur quare plus fuit dilata ascensio post resurrectionē q̄ per tres dies.dicendum q̄ difficilius erat probare veritatem resurrectionis q̄ passionis.quia a tertia die vsq; ad tertiaz poterat vere probari passio:sed ad veram resurrectionem probandam plures dies requirebantur.⁊ ideo maius tempus requirebatur inter ascensionem ⁊ resurrectionez q̄ inter passionem ⁊ resurrectionez.Item alia ratio est.quoniam consolationes diuine semper superabundant tribulationibus.sed tempus illud passionis ante resurrectionem fuit tempus tribulationis apostolorum.tempus autem quod fuit inter resurrectionem ⁊ ascensionem fuit tempus cōsolationis eorum. Si ergo diuina bonitas semp debet extendere ⁊ augere tempus p̄solationis sup tempus tribulationis sanctorum.ideo magis dilatū fuit tēpus inter ascensionem ⁊ resurrectionē q̄ inter passionem ⁊ resurrectionem. ¶Sed tūc sequitur questio quare dilatum fuit per quadraginta dies ⁊ nō per plures nec pauciores. Dicendum q̄ dies p̄solationis diuine comparantur ad horam tribulatiōis sicut annus ad diem.⁊ ita cōsuetum est in scriptura.⁊ hoc est de misericordia dei ad quam pertinet q̄ magis extendatur tempus consolationis q̄ tribulationis.vnde Esa.lxj. Ad annunciandum misit me ⁊c.vt predicarem annum placabilem domino:⁊ diem vltionis deo nostro.Unde pro die reddit annum:⁊ diem pro hora Cum ergo.xl.fuerunt hore passionis ⁊ tribulationis apostolorum:cōstat q̄ debuerint esse.xl.dies consolationis.⁊ hoc est quod dicit Glo.actū.j. Quadraginta horis mortuus fuerat: propter hoc.xl.

Queritur.

hoc.xl.diebus se viuere confirmat.⁊ hoc fuit vt status desolationis esset sicut hora.consolationis sicut dies. Et sic patet propter quid.xl.die ascēdit.⁊ qō fuerunt.xl. hore sue passionis: et ita tribulationis apostolorum.Illud patet quia prima die fuit ibi per tres horas mortuus per vnum diez ⁊ per duas noctes fuit in sepulchro.⁊ hoc in quolibet per.xij.horas.⁊ ita.xxxvj.hor.⁊ addant tres p̄me et erunt.xxxix.⁊ hora.xl.surrexit .s.mane diluculo tertia die ⁊ ita q̄dragesima die ascēdit.

M.ad qđ fit ascensus.

Membrum sextum.

Postea queritur de termino ascensionis xp̄i ad celos:qui notatur per hāc prepositionem ad.cum dicitur ascendit ad celos.Et primo queritur de termino ascensus respectu corporalium. vtrum ascendit super omne corporeum.Secundo respectu spiritualiū. vtrum ascendit super omnes spiritus.

Articulus primus.

Utrum ascēdit super omne corporeū.

Arg.primū.

Secundum.

Do primuz obijcitur sic.ps. Elevata est magnificentia tua super omnes celos: in ascensione scz.ergo super celuz empireum ascendit.⁊ ipsum vltimum corporum.ergo vltra omnes celos ⁊ vltra omne corporeum.sed vltra non est nisi celum trinitatis.ergo ascēdit vsq; ad celū trinitatis. ¶Itē locꝰ determinatur nō solū fm q̄ditionē nature vel ordinē vniuersitatis:immo etiā fm meritū determinatur locus.ergo vbi est ip̄roportio meriti ad meritū fm excellētiā ē ip̄roportio loci ad locū.sed meritū xp̄i q̄tum ad excellentiā nō hz p̄portionē cū meritis alioꝝ ergo fm hoc dz ei dare locus oīno differēs a locis omnium creaturarum ⁊ angelorum:⁊ etiā excelsior locis earum.ergo locus in quo ē sua gloria debet esse supra locum angelorum quod est celum empireum.sed vltra non est nisi celum trinitatis.ergo ascendit supra omne corporeum ⁊ vsq; ad celum trinitatis. ¶Item Hebre.vij.Excelsior celis factus.Glo.i.omni rōnali creatura.ergo angelis est excelsior.ergo ascendit vltra locum angelorum ⁊ vsq; ad celum trinitatis:qz nō est aliud vltra. ¶Itē.ps.A summo celo egressio eius. glo. id est ab equalitate patris.⁊ occursus eius. Glo. occurrit ipse homo plenitudine diuinitatis vsq; ad equalitatem patris.Occursus xp̄o q̄uenit fm hominem:dum ad sedem patris ascēdens occurrit.igitur vsq; ad celum trinitatis ⁊ super omnes celos ascendit. ¶Item.iij.ad ephe.Ascēdēs in altum.glo.dignitate ⁊ loco.⁊ postea dicit textus.super omnes celos.Ex quo ptz qō sup omnes celos ascendit:non solum dignitate sed etiam loco.⁊ ita vsq; ad celum trinitatis. ¶Ad oppositū.ps.Dominus in celo sedes eius.ergo terminus sue ascensionis est celuz. ¶Si dicatur q̄ hoc intelligitur de celo trinitatis quod est sedes ei⁹:⁊ sic est supra alios Cōtra.celum trinitatis non aliud est q̄ celsitudo trinitatis.sicut habetur in.ij.sentē.sed impossibile est q̄ creatura vllo modo sublimet vsq; ad celsitudinem trinitatis.qz sic creatura in aliquo equaretur creatori. qō est impossibile.vnde etiā xp̄s fm q̄ homo qz est creatura:non potest ei equari.ergo non potest ascēdere vsq; ad celsitudinem trinitatis:qō est celum trinitatis. Mō ergo dicitur dñs in celo itelligitur de celo empireo.ergo ibi est terminus sue ascensionis.⁊ ita nō est supra omne corporeum. ¶Solutio dicendum sicut habetur hebre.ij.vbi introducitur autoritas ps. Constituisti eum[super opera manuum tuarum.

Tertium.

Quartum

Quintum.

Cōtra.

Rñsio

⁊ omnia subiecisti sub pedibus eius. Glo.scilicet potestate ⁊ dominio:vt adorent illum ⁊ vereantur fm hoc ergo dicēdum.q̄ quando dicitur christus constitutus super omnes.hec prepositio super:potest dicere eminētiam dignitatis ⁊ potestatis:vel eminentiam loci. Si primo modo sic ascendit super omnia:quia omnia potestati ⁊ dominio eius subijcūtur.vnde etiam ab angelis honoratur humanitas sua beata. Et hoc dicit glo.hebre.ij. Constituisti eum super opera manuum tuaruz . Glo. id est super digniora opera angelos ⁊ homines. Et iterum hebre.primo. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.Glo.dicens in excelsis:non in loco concludit deum:sed ostendit christum omnibus altiorem ⁊ omnibus eminētiorem.⁊ hoc etiā ibi dicit tertius.Si autem ly super dicat ordinem loci.distinguendum.quia sunt localia:⁊ sunt nō localia.vltimum continens scilicet celum empireum:locale non est.Super igitur omnia localia est loco:⁊ non super nō localia est loco.super omnia vero dignitate ⁊ potestate. ¶Ad rationes q̄ ostendunt q̄ supra celum empireum sit loco dicēdum ad primam.q̄ si intelligatur illud super celos:scilicet potestate ⁊ dignitate: sic bene dico: q̄ elevata est sua potestas supra omne celum. Unde data est ei potestas in celo ⁊ in terra.⁊ nomen super omne nomen ⁊c. Si autem istud intelligatur localiter non est verum:quia super non locale potest ordinem loci.nihil est dictu nec possibile.

So.ad p̄muz

Ad secūdum

Quia ergo corpus illud scilicet celum empireum est non locale:quia vltimum.in eo dicere q̄ sit super ipsum loco christus.hoc nihil est dictu. ¶Ad aliud dicendum.q̄ meritum christi est meritum hominis:⁊ etiam hominis dei. Secūdum q̄ homo est.secundum hoc meritum eius bene potest esse proportionale.sed fm q̄ homo deus non:sed magis respicit meritum q̄ homo est:q̄ q̄ homo deus:quia dei non est mereri.⁊ ita fm hoc cum ascensio conueniat ei proprie fm q̄ homo.conuenienter terminatur sua ascensio ad locum angelorum. ¶Item si locus esset de substantialibus beatitudini bene procederet obiectio:sed ita non est.immo de accidentibus.eque enim potest beatificari christus in loco corporali sicut in alio loco et ideo non sequitur q̄ si meritum sit improportionale:q̄ locus improportionalis.quia illud nō tenet nisi in illis que sunt de substantia beatitudinis.sicut sunt visio.dilectio.⁊ etiam dotes corporis.agilitas.claritas.subtilitas.qui enim plus meruerit:⁊ plus habebit de beatitudine:⁊ plus videbit:⁊ plus amabit ⁊c. Unde iesus christus plus habebit ista fm q̄ homo q̄ creatura alia.⁊ improportionabiliter sicut meritum improportionale.

Ad tertium.

¶Ad aliud patet solutio fm distinctionez factā vt ly excelsior dicat talem ordinem vel talem ⁊c.

Ad quartum

¶Ad aliud quod obijcitur de glo.q̄ occursus eius vsq; ad sedem patris convenit christo secundum hominem. Dicendum q̄ fm:aliquando dicit cōditionem nature.aliquādo vnitatem persone. Si dicat conditionez nature tunc hec distinguenda est.christo fm hominem convenit occursus vsq; ad sedem patris.quia vsq; potest teneri exclusive vel inclusive. Si exclusive.tunc est vera:quia ponit tunc q̄ non pertingerit ad sedem patris.tamē perfecte occurrit,nihilominus circa ipsum ⁊ tamen vsq; ad ipsum. sicut ille dicitur currere vsq; ad ciuitatem qui peruenit vsq; ad portā:⁊ tamen non intrat sed manet extra.⁊ tūc vsq; exclusive tenetur. Si aūt intret tūc tenetur inclusive. Si aūt hic ly vsq; teneatur inclusive:⁊ ly secūdum dicat

conditionem nature:sic est falsa.quia ponit tūc ꝙ perfecte attigerit ꝛ participet celsitudinē patris et ponit equalitatē ipsi⁹ ad patrē ſm humanā naturā.qḋ nō est possibile.Si dicat veritatē persone ꝛ tūc est sensus xp̄s ſm ꝙ ipse ē illa ꝑsona q̄ ē hō: occurrit vsq̄ ad sedē p̄ris.hoc bn̄ verū ē ꝛ est equalis p̄ri ¶ Ad aliḋ qḋ obijcit ꝙ loco ꝛ dignitate ascēdit sup oēs celos Dōm ꝙ sup oēs locos locabiles ascendit loco ꝛ dignitate.super omnes autem dignitate:sed non loco.

Ad quintum

Articulus secundus.

U.ascēdit super oēs spūs Argu.j.

P Ostea querit de termino ascēsionis respectu spirituū.vtrū ascēdit sup oēs spiritus:sicut sup angelos et aīas beatas. Ad qḋ sic substātijs spūalibus debet locus spūalis.ꝛ corporalib⁹ corpalis.loc⁹ igit angelorū est spūalis:ꝛ locus cuiuslibet corporis corporalis.ꝛ ita locus corpis xp̄i.sed impossibile est qḋ aliquis locus corporalis sit tante dignitatis quāte spūalis:ergo loc⁹ corporis xp̄i nō est tāte dignitatis quante locus angelorū ergo nō est super euz sed citra.Nō ergo sup spūales substātias beatas ascendit. ¶ Itē angelica natura sublimat ad contemplationē diuinā.Ad hoc autē non potest sublimari natura corporea etiam in xp̄o qꝛ hoc est cōtra naturā corporis.sed ſm sublimationez nature sublimatur eius locus:ergo locus angelorū ꝛ beatarū animarū sublimior est q̄ locus corporis xp̄i. non igitur sup angelos ascēdit.

Secundum.

¶ Cōtra corpus xp̄i est dignius omni corporali creatura.si ergo debet determinari locus ſm dignitatē nature:oportuit ꝙ locus eius sit in supremo loco corporali. ¶ Item corpus xp̄i est vnitum deitati.sed vnio cū diuinitate est excellētissima: qua nulla maior cogitari potest in creatura ergo ſm hoc excellit omnem creaturam:ergo si ſm dignitatem detur locus super angelos dabitur locus ei⁹.

Contra

Responsio

¶ Solutio. dicendum ꝙ simpliciter xp̄s ascendit et est supra omne corporale et spirituale:sed tamen differenter.quia supra omne locabile est loco:simpliciter autem super omne quod est creatum tam locale q̄ non locale est dignitate et potestate.et sic super angelos.vnde ad ephe.j.Constituens ad dexterā suam in celestibus super omnem principatum et potestatem virtutem et dominationem.ꝛc.

Solu.ad.j.

¶ Ad primam rationem in contrarium dicendū ꝙ locus spiritualis angeli dicitur tripliciter Uno modo ipsum corpus in quod operatur ſm ꝙ dicitur angelus esse vbi operatur.et dicitur iste locus spiritualis:quia quod angelus sit vbi operatur. hoc intelligitur et non percipitur sensu.Alio modo dicitur loc⁹ spiritualis terminatio sue virtutis et essentie Tertio modo dicitur metaphorice put dicitur deus locus communis angelorum et animarum beatarum Si loquamur de loco spirituali angeli primo modo:dicitur spirituale angeli ratione contenti:quia intelligibiliter est in eo sic superior est locus christi ſm corpus q̄ locus spiritualis angeli. quia angelus in celo empireo est et ibi operatur opere.quod est ornatus siue ornare: et vltra q̄ angelus ornet est ipse christus. Et hic etiam locus spiritualis non est dignior loco corporali christi cuz hic locus spiritualis corporalis sit ſm veritatem et dicatur spiritualis ratione cōtenti quod est spiritualiter in illo.et iterum contētum corporale quod est christus. dignius est illo contento spirituali ratione vnionis ad diuinitatem.Si loquamur de loco spirituali angeli secundo modo.sic:nulla est comparatio neq̄ proportio quia terminus corporis ꝛ terminus substātie spiritualis non se habent vniuoce:sed equiuoce. Si tertio modo:adhuc superius est corpus xp̄i q̄ tuz ad illum locum q̄ angelus:qꝛ plus est saluari in deum per vnionem ꝛ vnitatem persone q̄ solum per amorem ꝛ cōtemplationem.quo vltimo modo saluatur vel vnitur angelus deo.corpus autez christi primo modo.

Ad secundū

¶ Ad aliud quod ostēdit ꝙ locus xp̄i sit inferior angelorum loco.Dicendum ꝙ licet corporea natura in xp̄o non sublimet ad contemplationem.tamen sublimatur ad vnionē cū diuinitate.ꝛ hec sublimatio superior est q̄ sublimatio angeli.qꝛ hec est in vnitate ꝑsone cū deo: illa non.ꝛ ratione huius debetur ei locus sublimior in celo empireo.

Membrum septimum.

Q.ꝓpter q̄ fit ascēsio domini.

C Onsequenter queritur ꝓpter quid fit ascensio.i.quis fuit fructus ascensiōis. Et primo querit quis fuit fructus ascēsionis q̄tum ad ipsum.Secundo quis fuit fructus quātum ad nos.

Articulus primus.

Q.q̄s fit fructus ascēsionis quātū ad ipsum.

E T primuz queritur.vtrū aliqua noua iocūditas ei accreuit ex sua ascēsione Ad qḋ sic p̄s.Delectatiōes in dextera tua vsq̄ in finem.Glo.delectatio ꝛ leticia erit mihi i ꝯsensu tuo: humanis obtuitibus subtracto. sed iste ꝯsensus fuit in die ascensionis.ergo delectatio ꝛ leticia fuit ei in die ascensionis.accreuit ei igitur aliquod nouuz gaudium.

Contra.

¶ Ad oppositum.xp̄s ante ascensionē erat perfecte beatus.sed beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus.ergo cuz esset in illo statu.nō erat possibile ꝙ accresceret ei aliquod nouum gaudiuz ex ascensione.

R̄nsio.

¶ Solutio dicendum ꝙ nouuz gaudium potest dici quo ad nouam speciem gaudij:ꝛ quo ad numerum gaudiorum.aut potest dici nouum gaudium solum: qꝛ est nouus modus gaudendi vel gaudij.Primo modo non accreuit ei nouum gaudium: quia de nullo gauisus est in ascensione de quo prius non gauderet. Uñ sicut modo gaudet de hoc ꝙ sedet ad dexteram patris.i.loco competentiori fruitiōi potiorum bonorum patris.ita prius gaudebat de hoc quod sciebat se sessurum ad dexteram patris. Sed modus gaudij differt:vnde ei accreuit nou⁹ modus solum.vnde sicut dicimus:ꝙ cum sit descensus a theorica practice ad practicam experientie.non fit descensus a noto ad ignotum: sed ad notum alio modo.sic de nullo habuit delectationem post ascensionem:quin ante de illo habuit ꝛ quātum etiam ad numerum gaudiorum. tamen nouus modus ipsi hūmanitati accreuit.cum per experientiam sciuit ꝛ vidit militiam angelorum sibi subiectam.

Articulus secundus.

Quis fit fructus q̄tum ad nos.

c Onsequēter queritur iuxta hocḋ fructu ascensiōis quo ad nos.Et primo quo ad mortuos.Secūdo quo ad viuos.

Ad primum obijcitur.§.j.

U.sit causa nostre ascensionis.

et queritur vtrum ascensio christi sit causa nostre ascensionis.Et videtur ꝙ sic.quia sua resurrectio est causa nostre resurrectionis. ergo similiter ꝛc. ¶ Item augustinus in sermone de ascensione. Mors xp̄i viuificat nos:resurrectio erexit.ascēsio vexit.

vexit:ergo sua ascensio est causa nostre subiectionis seu ascensionis. ¶ Contra per passionem xp̄i amotum fuit omne impedimentū qḋ erat ex parte nostra ascendēdi in celū.Similiter ex parte sanctorū erat meritū vt ascēderēt ꝛ glorificarentur in celis: ergo de iusticia dei ipsi ascenderent etsi xp̄s nō ascendisset:ergo sua ascēsio nō est causa nostre ascensionis.

Utrum ascensio aperuit ianuā paradisi

¶ Iuxta hoc queritur vtrū ascensio xp̄i aperuit ianuaz paradisi.Ad qḋ sic.Hebre.iiij. Habentes pontificē qui penetrauit celos.Glo.penetrauit.i.penitus intrauit vt nos sequi possim⁹: ergo.ascensio xp̄i aperuit ianuam celi. ¶ Contra Marci.xv.Hora sexta tenebre ꝛc.Glo.diuine pietatis ordo poscebat vt eodē tēporis articulo quo ade preuaricāti obcluserat:latroni penitēti ianuā reseraret paradisi: sed hoc fuit in sua passione:ergo passio xp̄i ianuam aperuit: non ergo ascensio. ¶ Itē Luce iij.Baptizato iesu ꝛ orāte ꝛc.Glo.dū aquas iordanis subijt nobis ianuā celi pandit: et dum caro noxia aquis frigentibus tingitur: opposita noxijs quondam rumphea ignea extinguitur:ergo baptismus eius aperuit nobis ianuā paradisi:nō est igitur hic effectus ascēsionis: ꝓpter quod queritur:si ascēsio aperuit ꝛ passio ꝛ baptismus quomodo differētur.

R̄espōsio.

Solutio.duplex est ordo.vn⁹ est ordo iusticie generalis:ꝛ est ordo dispēsationis specialis.Ordo iusticie generalis attēditur ante peccatū ꝛ post.Et considerando istū ordinem:ſm ipsum debent reddi bonis bona: ꝛ malis mala.ꝛ finaliter malis suppliciū eternū.Sed vlterius est ordo qui respicit dispensationē specialem: que fuit etiā in incarnatiōe ꝛ passiōe ꝛ resurrectione ꝛ dn̄i ascēsione. Quia hec oīa fuerunt ex dispensatione diuina ꝓpter nostrā redemptionem. Primo modo si nō fuisset peccatū: sufficeret prim⁹ ordo ad aperiendum ianuā celi. qꝛ nō fieret nisi bonū ꝛ redderetur bonū ꝓ bono. Et hoc mō nō dicitur ascensio dn̄i causa nostre ascensionis:sed quātū ad aliū ordinē est causa:qꝛ ex dispensatione ꝛ resurrectio ꝛ alia sacramēta ordinātur ad nostram redemptionē. ¶ Et si obijcit. Nōne iusticia generalis sufficeret ad nostrā ascēsionē sine alijs dispēsationibus specialibus : dicendū ꝙ sic ante peccatum:sed nō post peccatū:immo semper post peccatum ſm illā nobis redderetur malum ꝛ nunq̄ bonū:qꝛ nō fuit bonū nisi per cōparationem vel aspectum ad incarnationē:ꝛ habendo fidē de ipsa ꝛ de alijs sacramētis:sicut dictū est ꝛ probatū superi⁹.

An alie sint cause nostre salutis.

¶ Et si queratur an alie sint cause nostre redemptionis ꝛ aperitionis ianue.dicendū est ꝙ sic.quoniā est causa ſm meritū ꝛ ſm effectū. Secundum meritū causa nostre ascensionis ꝛ reserationis ianue fuit ipsa passio xp̄i : qꝛ per suā passionē nobis hoc meruit.Causa aūt ſm effectū dicitur ꝑceptio beatitudinis:determinatur aūt beatitudo quantum ad gloriā in cōtemplatione deitatis: ꝛ quātū ad visionē assumpte humanitatis:ꝛ quantum ad societatem confruentium deo . Unde ſm hoc debet determinari effectus isti⁹ causalitatis. Descēsensus igitur ad inferos fuit effectus glorie quātum ad cōtemplationē deitatis.Unde tūc habitātibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. sicut habetur.Esa.ix.Qꝛ autē humanitas xp̄i non erat glorificata ante resurrectionē: dicimus ꝙ resurrexio xp̄i fuit causa glorie que est in contemplatione ꝛ fruitione ipsius hūanitatis:ꝛ hec fuit gloria in lacte:sicut prima in melle ſm ꝓmissionem factā.Exoḋ.iij.Ascēsio autem causa fuit glorie que est in societate confruentium:ꝛ in hoc est magna gloria ꝛ maxime in illo loco q̄ plus participat operatione dei ꝛ gratia:vbi cōgregate sunt beate anime cum angelis ꝛ simul vidēt deum.hanc eñ gloriam adduxit ascensio:ꝛ sic patet ꝙ ascēsio est causa nostre beatitudinis siue ascensionis ꝛ alia sed differenter.

Utrū baptismus aꝑuit.

¶ Ad aliud quod obijcitur de baptismo.dicendum ꝙ passio aperuit celuz ſm meritū. baptismus sicut causa disponens: quia baptism⁹ per gratiā quam confert disponit animā vt sit digna illa beatitudine: ipsa ascensio vt causa introducens:ꝛ hoc est quod dicitur in illis auctoritatibus pandens iter ante eos. Mich.ij.Et penetrauit.i.penitus intrauit ꝛc.iiij. ad Hebre.

Postea queritur.§.ij.

De fructu ascensionis q̄tum ad viuentes.

de fructu ascensionis quo ad viuētes:ꝛ obijcit sic. Si omnis actio xp̄i fuit ꝓpter nostrā salutē:ſʒ presentia dn̄i magis esset ad nostrā salutē q̄ eius absentia.ergo nō debuit ascēdere:sed morari nobiscū hic.

Contra.

¶ Contra. Leo papa in sermone de ascensiōe Dn̄s iesus dū humanā conditionē sideribus importauit credentibus celū post se patere monstrauit.Si ergo hoc erat necessariū nobis:patet ꝙ necessarium fuit ipsum ascendere.

Contra.

¶ Item ascendit super omnes celos vt adimpleret omnia. iiij. ad Ephe.Glo.suis donis rationali creature:ꝛ etiam omni creature profecit sua ascensio ꝛ contulit dona:ergo necessarium fuit nobis ipsum ascendere. Queritur igitur que sint illa dona quibus omnia adimpleuit in sui ascensione.

Responsio.

Solutio. dicendum ꝙ duplex fuit fructus dn̄ice ascensionis quo ad viuos.Unus fuit quantum ad certificationem spei beatitudinis.alius fuit quantū ad susceptionem ꝛ participationem spiritualiorem diuini amoris. Primū fructum assignat Leo papa dicēs.Ascensio xp̄i nostra est prouectio: ꝛ quo precessit gloria capitis:eo spes tendit et corporis:ꝛ sic ex ascensione xp̄i certioratur spes beatitudinis corporis.i.ecclesie siue spes nostra.De secundo fructu habem⁹ in Joh.xvj. Nisi ego abiero paracletus nō veniet ad vos.ꝛ dicit glo.Augu.Non ꝙ positus in terra. non posset dare:sed quia non sunt idonei accipere nisi cum ſm carnem desistāt noscere ꝛ statim post dicit.Si carnaliter heseritis: capaces spiritus nō eritis.Patet ergo ꝙ ipsa presentia corporalis erat generatiua amoris carnalis domini in apostolis: ꝛ ille amor carnalis īpediebat ꝛ diminuebat amorem spiritualem dei.ꝛ ideo dicit nisi ego abiero ꝛc. Nisi presentia mea corporalis a vobis subtrahat: non erit in vobis perfectio diuini amoris : et hoc est.quod dicit Augusti.super illud Joh.Si cognosceritis me ꝛc.Ideo subtraho a vobis formā istam serui:in qua pater maior est me : vt ab oculis carnis serui forma subtracta deuz spiritualiter videre possitis:ꝛ sic fructus ascēsionis eius est perfectio diuini ꝛ spiritualis amoris ꝛ cognitionis spiritualis.

Sol̄o ad obiectionem.

¶ Ad illud quod obijcitur in contrariuz.dicēdum per interemptionem: ꝙ presentia corporalis ipsius saluatoris min⁹ esset ad nostram salutem quia minus esset ad nostram spem:ꝛ minus ad diuinum amorem.Et ideo necessarium fuit quantū ad nostram salutem ꝙ ascenderet.

Ad aliud qḋ queritur.

¶ Ad aliud qḋ queritur quid sit dictu:ꝙ adimpleuit omnia suis donis.dicendum ꝙ illa impletio omnium dicitur quantum ad hominem qui habet cōmunionem cum omnibus : ꝛ qui quodāmodo est omnia: ſm qḋ dicitur Sapien.j.Et hoc quod continet oīa scientiam habet vocis:ibi appellatur qḋ continet omnia homo.Et similiter Marci vlti.Predicate euangelium omni creature : appellatur hic omis

creatura homo. Implenit ergo omnia. i. hominẽ suis donis: scz gratia spiritussancti in sua ascẽsione: quia non erãt homines bene dispositi ad amorem spiritualem nisi ipse auferret suam presentiã corporalem ab eis.

Questio. xxiiij. de sessione

xpi ad dexteram dei patris.

ONsequenter viso de ascensione xpi: & de termino ascẽsiõis: querẽdũ est de sessione xpi ad dexterã patris. De qua dicit in symbolo sedet ad dexterã patris. ¶ Et circa hoc q̃runtur quattuor. ℔Primo. an cõueniat alĩ q̃ xpo sedere ad dexterã patris. Secundo. an xpo ſm q̃ homo conueniat sedere ad dexteram patris. Tertio. an conueniat spiritui sancto. Quarto an cõueniat filio dei ſm diuinam naturam.

Membrum primum.

An sedere ad dexteram conueniat alĩ q̃ xpo.

AD primũ arguitur sic. j. ad Ephe. Cõstituens illum ad dexterã. Glo. i. eternam beatitudinem. Unde dicit q̃ dexterа dei est beatitudo eterna que sanctis datur: sicut sinistra eius miseria perpetua que impijs datur. Sed omnibus sanctis conuenit quiescere in beatitudine eterna: ergo omnibus sanctis alijs a xpo cõuenit sedere ad dexterã patris. ¶ Cõtra hic dexterа ſm q̃ dicitur de xpo nõ exponit nisi dupliciter: sicut patet ad Roma. viij. vbi dicitur qui est ad dexterã dei. s. patris. Glo. i. equalis patri: vel in potioribus bonis patris: ergo dexterа patris vel est equalitas patris: vel potioritas bonorum patris. ℔Hec autem sunt quibus nulla bona possunt cogitari meliora: sed nulli creature alij conuenit equalitas cum patre nec potioritas bonorum patris: ergo nulli alie creature a xpo conuenit sedere ad dexterã patris. ¶ Item ad ephe. j. Constituẽs illum in celestibus: sed iste sensus conuenit nature diuine: v̄ creature vnite diuinitati: ꝫ nulla creatura talis est nisi christus: ergo non conuenit alĩ q̃ christo iste consensus. Ad probandum minorẽ dicit Leo papa in sermone de ascensione. ℔Humanitas xpi est eterni patris recepta concessu. Et ponit rationem huius sic. Conueniens erat vt illius glorie sociaretur in throno: cuius & natura copulabat in filio. Si ergo sola humana natura christi copulatur diuinitati & non alia: ergo &c. ¶ Solutio dicẽdum q̃ sedere ad dexteram patris soli christo conuenit: ita q̃ non alĩ creature ab ipso cõuenit iste consensus: vnde etiam nec angelis conuenit: & hoc habetur primo ad Hebre. Cui aliquando angelorum dixit: sede a dexteris meis: quasi dicat nulli. ¶ Sed notandum. q̃ differunt esse ad dexteram patris: & sedere ad dexteram patris. Esse enim ad dexterã patris: & si possit conuenire alijs a xpo: nõ tamen sedere ad eius dexteram: quia sedere importat vnionem vel equalitatem & quandam communionem beatitudinis cũ patre: quod nulli alij a christo conuenit. Sed esse ad dexteram est esse in eterna beatitudine: quod bene conuenit multis alijs a christo. Et per hoc soluntur rationes in contrarium.

Contra.

Responsio.

Membrum secundum.

An xps ſm hõ cõueniat sedere ad dexterã patris.

DOstea queritur: an christo ſm q̃ homo conueniat sedere ad dexterã patris. Ad ad q̃ sic: ſm enim primam expositionẽ eius q̃ dico sedere ad dexterã patris nõ est dubiũ quin ei conueniat: quia ipse collocatus est in potioribus bonis patris: scz in amore dei in visione veritatis &c. Sed quantum ad aliã exposition em qua exponitur sedere ad equalitatem patris maior est dubitatio. ¶ Ad quod sic Joh. Damascẽ. ℔Nõ localem dexteram patris dicimus: dextera enim & sinistra eorum que circunscribuntur sunt. Dexteram patris dicimus honorem et gloriam dei patris siue deitatis in qua dei filius añ secula: vt deus patri consubstantialis & in vltimis increatus corporaliter sedet glorificata eius carne. Si ergo dei filius cum glorificata eius carne sedet ad dexteram patris que dicitur honor & gloria dei patris: ergo ſm q̃ homo sedet in equalitate patris. ¶ Item ps. A summo celo egressio eius. Glosa. ab equalitate patris egressio eius: & occursus eius vsq; ad summum eius. Glosa. i. in equalitate patris. Unde dicit ipsa glo. Occurrit ipe homo plenitudine diuinitatis vsq; ad equalitatem patris ¶ Ad oppositum ℔Impossibile est q̃ creatura in aliquo equetur creatori: quia omnis creatura finita: creator autem infinitus: ergo impossibile est creaturã sedere in equalitate patris. Sz christus inquantum homo est creatura: ergo nõ sedet in equalitate patris: ergo ei non conuenit sedere ad dexteram patris ſm vltimam expositionem. ¶ Solutio. dicendum q̃ consensus in dextera patris potest intelligi: vel ſm rationem equalitatis: vel ſm rationẽ vnionis ad illũ qui est equalis patri. Si secundum rationem equalitatis: sic christo non conuenit iste consessus ſm humanã naturam: vt ſm: dicat conditionem nature. Si autem intelligatur hic ſm rationem vnionis ad illũ qui est equalis patri: sic iste concessus conuenit xpo ſm q̃ homo siue humanitati: & dicit ibi ſm vnitatem persone: cõuenit enim humanitati christi vnitri in vna persona filij dei qui est equalis patri. Et hoc modo dicit Damascẽ. Adoratur vna hypostasis cum carne ab omni creatura. Et sic loquitur & intelligit Leo papa concessum ipsum in predicta autoritate. Et sic etiam loquitur de isto concessu glo. super illud. Et occursus ei⁹ &c. quia dicit glo. occurrit plenitudine diuinitatis ad equalitatem patris. ℔Hec enim plenitudo est per vnionem ad diuinitatem: vnde per hoc signat q̃ hoc conuenit ei ſm vnionem illam ad illum qui est equalis patri scilicet filio dei ſm diuinam naturam.

Damascẽ.

Contra.

Responsio.

Membrum tertium.

An sedere ad dexterã cõueniat spiritui sancto.

c DSequenter queritur an spirituisancto conueniat sedere ad dexteram patris. Ad quod sic obijcitur & accipitur sedere ſm secudam expositionem que est sedere ad equalitatem patris. In lib. de regulis fidei dicitur in patre vnitas: in filio equalitas: in spiritusancto vtriusq; connexio: ergo soli filio conuenit sedere ad equalitatem patris et non spirituisancto. ¶ Item dexterа manu nos operamur: sed filio cõuenit hoc quod dico per ipsum omnia fieri. vñ Johan. j. Omnia per ipsũ facta sunt. & ad Rom. xj. Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ex ipso dicitur ꝓpter patrem: in ipso propter spiritumsanctus per ipsum propter filium: ergo ipse est cui conuenit q̃ per ipsum fiunt omnia: & non spiritus sanctus

sanctus: ergo debet dici filius ad dexteram: quia ex parte illa qua operatur deus omnia & nõ spiritus sanctus. ¶ Ad oppositũ. sedere ad dexteram patris importat distinctionẽ personaꝝ & equalitatẽ persone ad personam in gloria & honore. sed sic se habet spiritussanctus ad patrem. ergo ei cõuenit sedere ad dexteram patris. ¶ Solutio dicendum q̃ est loqui de equalitate proprie vel per appropriationem ſm q̃ sumit proprie non dicit aliud equalitas in diuinis nisi diuinam essentiam: vt virtutem que nõ est maior in personis in vna q̃ in alia. sed vna eadem in qua coequatur persone. hoc modo est vna equalitas in diuinis pſonis: sicut vna essentia. vnde equalitas est ipsa diuina essentia. Alio modo sumit equalitas in diuinis ſm appropriationem: vt dicatur equalitas conformitas in notione siue habitudine. & hoc modo appropriatur filio equalitas enim ponit dualitatem. In ordine enim primo diuinarũ personarum pater est principiũ. filius intelligitur proximus ab illo. et ideo in filio prima dualitas que coequatur principio patri in essentia in virtute & etiaz in notione: quia sicut pater est persona a qua alia est per spirationem: sic filius est persona a qua est alia persona per eandem spirationẽ. & hoc modo comparatur. Equalitas primo dicit ꝓformitatẽ in essentia diuina & virtute. & hoc conuenit cuilibet persone. & hoc modo sedere ad equalitatem patris conuenit spiritui sancto. sed si sedere ad equalitatem dicitur ſm appropriationem ſm q̃ equalitas dicitur ſm appropriationẽ que est cõformitas in notione: sic soli filio & nõ spiritui sancto cõuenit sedere ad dexteram patris.

Contra.

Rñsio.

An sedere ad dexterã cõueniat filio ſm diuinã naturam.

Membrum quartum.

c DNsequẽter queritur quomodo conuenit filio ſm diuinaz naturam sedere ad equalitatẽ patris. & loquamur de equalitate ſm notionẽ. Et videtur q̃ nõ conuenit hoc modo. ℔Pater est persona non ab alio a quo alius. et ex hoc attribuitur ei ratio autoritatis & autoritas primi pricipij. sed filius est ab alio licz ab ipso alius. ergo non est plena cõformitas in notione filij ad patrem. Cũ ergo equalitas notionalis importet plenã cõformitatem notionalem. ergo nõ cõuenit filio sedere ad equalitatẽ patris que est in notione. & ita nec ad dexteram hoc modo. ¶ Item Hyla. in lib. de synodis ponit verbum cõcilij. non exequamus vel comparamus filium patri: sed subiectum intelligimus. et loquitur de filio ſm diuinam naturam. ergo filio ſm diuinam naturam nõ cõuenit sedere ad equalitatẽ patris. ergo nec ad dexteram: cuz ſm equalitatem dicam⁹ sedere ad dexterã pris. ¶ Solutio. dicendũ. absolute ꝓprie & per appropriationẽ cõuenit equalitas filio et sedere ad dexteram patris. ¶ Ad illud vero quod obijcit dicendum. q̃ est differentia inter equare & exequare. hec enim est simpliciter neganda: non equamus filium patri. hec autem exponenda est nõ exequamus. Equare enim dicit conformitatem in natura virtute. & hoc est inter patrem & filium. sed hec prepositio ex: dicit habitudinem ad aliud vt ad principiũ. & hec beatitudo conuenit filio & non patri ratiõe cuius dicitur non exequamus filium patri ideſt non exequamus. in ex. hoc est in habitudine importata per hanc prepositionem ex: quia pater non est ex alio sicut filius. quia pater est principiũ sine principio. filius est principium de principio. sed subiectum intelligimus: qz filius a patre. vnde ratione originis dicitur illud verbum & non rationevirtutis et essentie. Non enim possumus dicere q̃ filius sit ens nõ ex alio sicut pater: & propter hoc nõ exequamus. Unde statim accipit concilium illud verbum Genes. xix. ℔Pluit dominus a domino: et dicit: non enim pluit filius a seipso: sed a domino autore.

Hyla.

Rñsio.

Questio. xxv. de aduentu

xpi ad iudicium.

INquisito de ascensione saluatoris ad celos cõsequenter inquirendum est de aduentu ei⁹ ad iudicium. nam discipulis dictuz est ab angelis. Actu. j. Uiri galilei quid statis aspiciẽtes in celũ. hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quẽadmoduz vidistis eum ascẽdentem: & Mat. xxiij. Uidebitis filium hominis venientem in virtute multa & maiestate. j. Corin. iiij. Itaqz nolite ante tempus iudicare quoadusqz veniat dominus: qui illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit consilia cordium. ¶ Et quantum est ad presentem intẽtionem queruntur hec. ℔Primo de signis precedentibus aduentum ad iudicium. Secundo de loco⁹ tẽpore iudicij. Tertio de persona venturi iudicis. Quarto de apparatiõe iudicis. Quinto de assistẽtibus iudici.

Membrum primum.

De signis precentibus iudicium.

c IRca primum nota. q̃ ſm Mat. xxiij. a saluatore ponũtur multa genera signorum preambula aduentum iudicis. Quedam remota vt diuersis generibus tribulationuz. Surget enim gens cõtra gentem & regnum contra regnum &c. Oportet eñ hec fieri sed nondum statim finis. Quedam vero propinqua: vt aduẽtus antixpi & suorum: vnde ibi dicitur. Cum ergo videritis abominationem desolationis que dicta est a daniele propheta stantem in loco sancto: & ibi sequitur: statim autẽ post tribulationem &c. Quedam ꝛo proxima: vt immutatio superioruz sol obscurabitur &c. & sequitur videbunt filium hominis veniẽtem. Quedam vero cõiuncta vbi dicit mittet angelos suos cum tuba &c. ℔Missis igitur signis remotis & ppinquis de quibus tractabitur cuz agetur de iudicio generali: in presenti queremus de signis proximis & cõiunctis. ¶ Queritur igitur de illis tribus signis que ponuntur Mat. xxiij. Quorum vnum est immutatio corporum celestium. Aliud cõmotio virtutum celorum. Tertium apparitio signi redemptionis hominum. Unde ibi dicitur sol obscurabitur: & luna non dabit lumen: et stelle cadent de celo. ecce primum. Et virtutes celoruz mouebuntur. ecce secundum. Et tũc apparebit signũ filij hominis &c. ecce tertium. Quartum vero signum ponitur conflagratio mundi in. ps. Ignis ante ipsum precedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Quinto de signis coniunctis.

Articulus primus.

De imutatione corporum celestiũ.

ID primum introducuntur autoritates Apo. viij. Et quartus angelus tuba cecinit: & percusa est tertia pars solis: & tertia pars lune: & tertia pars stellaruz: ita

vt obscuraretur tertia pars eoꝝ.Esa.xiij. Quoniā stelle celi ⁊ splēdor earū nō exp̄dēt lumē suū.obtenebratus est sol in ortu suo:⁊ luna nō splēdebit in lumine suo.Apoca.vj.Et sol factus est niger tāq̄ saccus cilicinus:⁊ luna tota facta est sanguis: et stelle de celo ceciderunt ꝛc. ¶ Contra.cōstat q̄ corpora celestia inalterabilia sunt:ergo non obscurabuntur. ¶ Item quomodo intelligitur hec obscuratio:aut per mutationem factam in ipsis coporibus:aut quantum ad apparitionē dicunt trāsmutari. ¶ Item cū constat q̄ ſm substantiā ⁊ frictionem sunt ꝑpetua⁊ immutabilia:quomodo dicuntur cadere de celo. ¶ Respōsio quia obscuratio potest intelligi:vel immutatio sicut fuit i morte christi ita in cōsūmatione et exaltatione christi vel absconsio quemadmodum minor lux sub maiori: ita adueniente maxima luminositate corporis christi:obscurabuntur per absconsionem sol luna ⁊ stelle celi.vnde Hiero.Sidera in die iudicij videbuntur obscurari non diminutione sue lucis accedente: sed claritate veri luminis superueniente.vnde Esa.xxiiij.Erubescet luna ⁊ confundetur sol cum regnauerit dominus exercituum. Ceterū peracto iudicij die fiet quia idem ꝓpheta dicit alibi.xxx.⁊ erit lux lune sicut lux solis:⁊ lux solis erit septempliciter sicut lux.vij.dierum ¶ Ad illud q̄ queritur quomodo dicuntur cadere stelle de celo Dicendum q̄ hoc intelligitur dupliciter. ꝓmo quātum ad mutationem luminositatis in obscuritatem sicut dicit Raba.q̄ de stellis dictum est: ⁊ stelle cadēt de celo hoc in Marci.xiij.ita scriptū est:⁊ stelle celi erunt decidentes: hoc est suo lumine ꝓinabunt vt vicinum domini indicent aduētum. Secundo potest intelligi quantum ad apparitionem sicut videtur nunc vapor ascendens inflammatus cadere ad modum stelle vt veniētem precedēt signa inflammationis mundi.ps.Ignis ante ipsum precedet ꝛc. Eleuatis vaporibus et inflammatis apparet casus stellarum.

Contra.

Respōsio.

Hieroni.

Articulus secundus.

De cōmotiōe virtutum celorum.

Circa secūdum signum queritur:quid intelligātur virtutes celorum:⁊ cuz dicatur in.ps.Benedicite domino omnes virtutes eius:ministri eius qui facitis voluntatem eius:et sequitur per expositionē Benedicite domino oñes angeli virtutes celi:angeli intelliguntur. ¶ Item Beda ⁊ Remigius. Quid mirum tremere homines: cum aspectu iudicis tremēt angelice potestates. Unde Job.xxvj. Columne celi contremiscunt ⁊ pauent ad nutum eius. Grego. Quid ergo facient tabule quādo trement columne:quid virgula deserti patitur quando cedrus paradisi concutitur. ¶ Contra.cuz angeli sint beati:beatitudo vero excludit omnem miseriam⁊ mutabilitatem:nullo modovere possunt dici timore affici vel moueri ¶ Item quare nō dicuntur angeli hic sicut virtutes. Respōsio ad primum moueri dicuntur angeli affectu ex contēplatione maiestatis christi resilientes in propriam parnitatem:⁊ hic affectus dicitur reuerētie siue timoris. Alio modo quantum ad effectum exequendo ministerium consummationis mundi ⁊ innouationis ⁊ humane resurrectionis. ¶ Ad aliud dicēdum q̄ angeli dicuntur ante iudicium: qz in ministeriū missi propter eos qui hereditatem capiūt salutis (Hebre.). Virtutes vero in iudicio dicuntur propter excellētiam operum motus in innouatione mundi ⁊ resurrectione corporum.

Respōsio.

Articulus tertius.

De signo filij hominis.

Circa tertium signum queritur.quid dicatur signum filij hominis.nā signū illud potest intelligi multipliciter. Et ad hoc respōdetur:q̄ potest dici aut signū crucis.vnde Crisosto. Crux apparebit sole lucentior existens:⁊ nō est necessitas excusationis cū viderint crucem. Aut signa passionis in carne xp̄i. Unde Crisosto.Quidam putant crucem xp̄i ostēdendam esse in celo:verius autem ipsum xp̄m habentem in corpore suo testimonia passionis.i.vulnerum lancee ⁊ clauorum: vt impleatur illud.Zacha.xij. Videbunt in quē transfixerunt. Apoca.j. Ecce venit cum nubibus celi ⁊ videbit eum oñis oculus: ⁊ qui eum pupugerunt. Aut signum crucis impressum frontibus fidelium quod figuratur in Exechie.ix. in tau. Super frontes virorum gementium ⁊ dolentium. Apoca.vij.Nolite nocere terre ⁊ mari neq̄ arboribus quousq̄ signemꝰ seruos dei nostri in frontibus eorum. ¶ Sed nunc queritur:si apparebit cum cruce:vtrū hoc erit cuz cruce:facta gloriosa vel non. Et videtur q̄ erit gloriosa: quoniam dicit Crisosto. Omel'.lxxvj.super Matth.Quod tunc crux multo solaribus radijs luculentior erit.ergo apparebit in maiori luminositate q̄ habeat sol ⁊ radij eius sed hoc non potest esse nisi glorificetur.quia per sui glorificationem ita luminosa apparebit nō per naturam.ergo apparebit cum cruce facta gloriosa. ¶ Sed hoc posito queritur.vtrum ipsa crux in hac immutatiōe vel luminositate permanebit. et videtur q̄ non quia sicut dicit Augu. Omnia que propter hoīs necessitatem creata sunt desinent esse ⁊ cessabunt quoniam ipsa necessitas hominis cessabit.

Queritur.

Queritur.

¶ Sed vegetabilia ⁊ corpora mineralia⁊ animalia bruta et huiusmodi terrenascentia tantum ad homins necessitatem ordinata sunt:elemēta autem ⁊ huiusmodi non solum creata sunt propter hominis necessitatem:immo etiā propter vniuersitatis decorem:⁊ ista manebunt quantuz ad hoc q̄ sunt ad decorem vniuersitatis: euacuabuntur autem quantum ad hoc q̄ sunt ad hominis necessitatem.Ergo cum crux sit de numero vegetabiliū ⁊ ita propter hominis necessitatem creata:nō permanebit: immo desinet esse postq̄ apparuerit in hac claritate.ergo non erit glorificata:cum omne glorificatum sit perpetuū. Respōsio.dicendum q̄ nihil hic debet temere diffiniri: cum sancti ponant diuersa. Mā ſm quosdam:si corpora immutabuntur:vt elementa que corruptibilia sunt⁊ corpora celestia:multofortiusvidetur q̄ illud q̄ fuit instrumentum nostre redemptionis: ⁊ istud fuit crux.Unde per hoc datur intelligi: q̄ ipsa crux in illa luce apparebit de qua dicit Crisosto. q̄ luculētior erit solaribꝰ radijs:⁊ q̄ etiā in illa remanebit sicut alia corpora⁊ elemēta que corruptibilia sunt de sui natura:cum istud corpus fuerit nostre redēptionis instrumentum. Unde per hoc habet quādam dignitatem ex qua videtur habere cōgruentiam ad permanendum sicut illa. Posset dici tamen q̄ sicut xp̄s in transfiguratione ostēdit quādam claritatem manente adhuc corpore suo mortali:ita posset ibi ostēdere claritatem in cruce manente tali corpore corruptibili: ⁊ sic post talē ostensionem non oporteret q̄ remaneret: nō tamen est diffinita sententia a sanctis: ideo nec hic diffinire volumus sententiam.

Respōsio.

Articulus quartus.

Circa

De cōflagratione mundi. ps.xcvj.

Circa quartuz queritur de cōflagratiōe que fiet per ignem vtrū precedet iudiciū aut sequetur.psalmista. Ignis añ ipsuz precedet. Et vltimo. Esa. super illud. In igne veniet. Glo. qui purgabit electos. ꝓima corinthioruz.iij. Uniuscuiusq̄ quale sit opus ignis probabit. Item Malachie.iij. Ipse sedebit cōflās ⁊ post sequitur:⁊ purgabit filios Leui:⁊ post accedam ad vos ꝛc. Ex his oñibus arguitur q̄ prius erit conflagratio q̄ iudicium. ¶ Contra. Arguit ex ordine iudicij determinato ab Augustino de ciuitate dei.xx.cap̄.vlti. In illo iudicio has res dicimus esse venturas. Helyam tesbitē fidem iudeorum antichristum persecuturum christum iudicaturum:mortuorum resurrectionem:bonorū ⁊ malorū direptionem:mundi cōflagrationem:eius denicz renouationem:⁊ post existimo ea que a me cōmemorata sunt ordine omnia esse ventura. ¶ Itē videtur q̄ hec omnia debeāt esse simul: scilicet cōflagratio:iudicium:⁊ condemnatio⁊ huiusmodi. Ecclesiastici.xxviij. Qui viuit in eternum creauit omnia simul.ergo pari ratiōe omnia simul recreabit. ¶ Responsio. potest dici q̄ ille ignis diuersos habebit effectus. ꝓpurgabit enim ⁊ ſm hoc precedet iudicium. Mō enim accedent electi ad iudiciū nisi prius purgati. Item per ipsuz ignem fiet innouatio vniuersi ⁊ hoc post condēnationē maloruz. ⁊ ſm hoc sequetur:⁊ ſm hoc concordande sunt auctoritates que videntur cōtrarie. ¶ Ad hoc quod obijcitur q̄ omnia reparabuntur simul:dicenduz q̄ non est simile de opere creationis ⁊ reparatiōis finalis. nam creationis actus solum recipit causam creatricem. Reparatio vero finalis ⁊ consummatio respicit causam ⁊ creaturam rationalem. ratione cuius dispensatur non simul sed ſm exigētiam ipsius. Ideo primus effectus est purgatiōis bonorum. Secūdus erit iudicium bonorum ⁊ malorum. Tertio succedet malorum condemnatio et beatificatio bonorum. ꝓposset tamen dici q̄ sicut in opere prime cōditionis triplicatur actus vt sit opus creationis:opus distinctionis: ⁊ opus ornatus:ita in opere vltime consummationis triplicatur actus:vt sit actꝰ vel opus purgatiōis: ⁊ opus discretionis iudicij:⁊ opus retributionis: ⁊ tamē simul omnes purgabuntur:purgandi simul oēs iudicabunt:simul premiabūtur q̄uis non simul sit purgatio:iudicium ⁊ retributio.

Contra.

Responsio.

Articulus quintus.

De signis cōiunctis ⁊ voce archangeli ⁊ tuba dei.

Consequenter queritur de signis coniunctis:de quibus.j.Thessaloni.iiij. Quoniam ipse dominus in iussu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei descendet de celo ꝛc. Quia nō videtur ibi necessitas istorum:quia sicut soloverbo creauit deus omnia:ita solo verbo potest omnia suscitare. ergo non requiruntur ista. ¶ Preterea que est differentia inter tubam et vocem: quoniam per tubam videtur designari vox. Unde super illud.xxiij.Matth. Mittet angelos suos cum tuba dicit Augusti. q̄ tuba est potestas suscitandi mortuos:vox magna vt nullus remaneat non iustificatus: ⁊ vt omnes sint in iudicio. Et super illud prima Thessa. iij. In iussu ꝛc. dicit glo. q̄ tuba erit vox magna angelorum. in quo ergo differt a voce. ¶ Solutio. dicēdum q̄ in ipso iudicio bene sufficeret iussus dei sicut et in creando:tamen ad notandum congruentiam apponuntur illa tria. Mam sicut dictum est ipse vel tota trinitas iudicabit potestate auctoritatis. filius dei inquātum homo iudicabit potestate excellentie. Ipsi autem angeli licet non iudicent habebūt tamen ministerium antecedens iudiciū. Ipsi enim congregabunt electos a quattuor ventis terre. sicut habetur Mat.xxiij. Et conueniētia ergo notatur q̄ ex parte dei in illo iudicio est:⁊ hoc notatur in iussu. In voce archangeli notatur q̄ est ex parte christi. In tuba notatur q̄ est ex parte angeli:scz potestas ministerij christi collata ad congregādum ad iudicium. vnde Mat.xxiiij. habetur plane q̄ mittet angelos suos cum tuba⁊ voce magna ⁊ congregabuntur ꝛc. vnde tuba ad angelos refertur: ⁊ si est vox:potest dici vox angelorum. ps. Ecce dabit voci sue vocem virtutis:istud patet ibi ex glo. Solus ergo iussus sufficeret ad iudicium:tamen ex congruentia notantur illa:quia congruebat q̄ aliquid notaretur in illo iudicio ex parte dei: aliquid ex parte christi hominis:aliqd ex parte angelorum propter suum ministerium quod antecedit iudicium.

Respōsio.

Membrum secundum.

De loco iudicij.

Postea queritur de loco ⁊ tēpore iudicij. Et primo de loco: quia videtur q̄ locus eius debet esse in valle Josaphat. ſm q̄ habetur Joel'.iij. Congregabo ergo omnes gentes in valle iosaphat:ibiq̄ disceptabo cum illis:⁊ loquitur de congregatione ad iudicium:ergo ꝛc. ¶ Sed contra.ps. In celo parauit sedē suā. Glo. de bonis ⁊ malis iudicabit in celo existens. ¶ Contra.j. Thessa.j. vbi loquitur de aduētu ad iudicium. dicit in reuelatione domini nostri iesu xp̄i de celo cum angelis venientis: ergo dominus ad iudicandum venit de celo: non ergo in celo iudicabit. ¶ Solutio. dicendum q̄ non erit iudiciū in valle iosaphat. immo determinat glo. super illum locum vbi erit. vnde ſm glo. nihil aliud intelligitur ibi per vallem iosaphat nisi vallis iudicij. vnde non determinatur ibi locus. dicit enim glo. sic. Quidam pueriliter intelligunt q̄ in valle q̄ est in latere montis olueti descensurus sit dominus ad iudicium. quod friuolum est: quia non in terra:sed in spacio huius aeris sedebit circa locū mōtis olueti: ex quo ascendit. Et sumitur ex hoc qō dicit.ij.thessa.iiij. Simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam xp̄o in aera. Et sicut Johan. Crisosto. ait. Angeli deferent ante eum signum crucis. Josaphat interpretatur iudicium domini. Ad iudicium ergo domini cōgregabuntur non solū iudei qui credere noluerūt: sed omnes impij qui ab initio fuerūt. Justi vero non descendent invallem iudicij:id est damnationis: sed in nubibus eleuabūtur obuiam christo. ¶ Ad illud vero quod obijcitur. Judicabit in celo existens:vult dicere:q̄ christus per ascensum eius in celo ad dexteram patris siue in potioribꝰ bonis patris accepit iudiciariā potestatem. Et ideo dicit.ps. Dominꝰ in celo parauit ꝛc. i. ex hoc habet potestatem iudiciariam:q̄ sedet in potissimis bonis patris. vnde sensus illiꝰ glo. non est talis q̄ dominus iudicabit in celo sed q̄ ipse qui modo est existens in celo parauit sedem suam:id est per hoc quod in celo est ad dexteram patris: parata est ipsa christo homini potestas iudiciaria.

Obijcitur.

Responsio.

Ad obiectuz.

De tēpore iudicij.

Deinde queritur.

de tempore iudicij. Et primo de die. Secūdo de hora iudicij propter illud quod dicitur. Mat.xxiiij. Mō de die illa et hora nemo scit neq₃ etiam angeli celoꝝ neq₃ etiam filiꝰ: sicut quedam littera dicit sed solus pater.

Contra.

¶ Cōtra. noticia est nomen essentiale in trinitate: ergo omnia quecunq₃ nouit pater nouit filius: ergo habet noticiam de illo die. sicut pater. ¶ Item filius est sapientia patris. ergo quecunq₃ sunt nota patri: nota sunt filio. ¶ Item Mat.xj. Et nemo nouit filiū nisi pater: neq₃ patrē quis nouit nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Ex his patet ꝙ indiuisa est noticia patris ⁊ filij: ergo de omnibus noticiam habet filiꝰ de quibus ⁊ pater: ergo et de illo die.

Responsio.

Solutio. dicendū ꝙ filius habuit ⁊ habet noticiam illius diei. Cū ergo dicitur neq₃ filius. istud intelligitur de filio pro corpore suo quod est ecclesia. vnde cū dicit: nisi solus pater: non excluditur filius neq₃ spiritus sanctꝰ quia in noticia patris est noticia filij ⁊ spiritussancti: ideo non potest excludi: sed fit exclusio ipsius corporis ecclesie scilicet angelorum ⁊ hominum cuius est caput cū dicitur neq₃ filius: ⁊ hoc

Augusti.

est quod dicit Augusti. in lib. de verbis domini cū dixit pater scit ideo hoc dixit: q₂ in patre ⁊ filio scit nescit tñ filius: id est corpus eiꝰ in terra positū qđ est ecclesia. Item dicit Augusti. pater solus scire dicitur: quia solus facit filium scire: ⁊ est simile tentat vos deus vt sciat: id est scire faciat si diligitis eū.

Queritur an xp̄s hō nouit diē extremū. Grego.

¶ Sed tūc queritur: christus homo nunquid nouit illam diē: quia videtur ꝙ sic: quoniam Colocen.ij. habetur: ꝙ in christo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi: quid est ergo ꝙ dicit nemo. Dicendum est ad hoc sm beatum Gregorium qui dicit. Nouit vnigenitus horam iudicij: sed non ex natura humanitatis: hoc est ex generali natura humanitatis: quia tunc alij homines scirent: sed ex virtute diuinitatis influente super illum hominē. Cum ergo dicit nemo nouit ⁊c. per hoc non excluditur christus homo a noticia illius diei: sed per hoc excluditur ꝙ non ex virtute humanitatis ipsam habet: sed ex virtute diuinitatis.

De hora iudicij.

¶ Item queritur de hora iudicij: propter hoc quod dicitur Math.xxv. Media autem nocte clamor factus est: igit̃ erit nocte media. Cōtra Rom.ij. In die ire ⁊ reuelatiōis iusti iudicij dei. ¶ Respōsio. media nocte dicitur venturus: vt dicit Augusti. nō pro hora temporis: sed quia tunc veniet cum non speratur. Media ergo nocte scilicet cum valde obscurum erit: id est occultum veniet. Dies enim domini sicut fur in nocte ita veniet. Potest tamen non incongrue intelligi medie noctis tempore venturus: quia vt ait Cassiodorus. hoc tempore

Cassiodo.

primogenita egipti percussa sunt. Aduentus vero christi dicitur dies domini nō pro qualitate temporis sed rerum: quia tunc cogitationes et cōsilia singulorum patebūt. j. Corin. iiij. Nolite ante tempus iudicare quousq₃ dominus venerit qui illuminabit abscondita tenebrarum: et manifestabit consilia cordium.

Membrum tertium.

De psona iudicis. Arg. primū.

Consequēter querit̃ de psona iudicis. an soli filio cōueniat ⁊ an sm humanā naturā iudicabit. ¶ Ad primum sic habemus peccata appropriata contra personas. sed iudiciū respicit peccatum qm̃ est de peccatis iudicium. sm ergo appropriationes peccatoꝝ sunt appropriationes iudicioꝝ. sicut ergo habemus pctm̃ in patrem in filium et in spm̃ sctm̃: ita videt̃ ꝙ pater de peccato qđ est contra ipm̃. ⁊ filiꝰ de peccato qđ est cōtra ipm̃. ⁊ spūssanctus de peccato qđ est cōtra ipm̃ iudicabit. ⁊ ita cuiuslibet psone est iudicare.

Scđm.

¶ Itē indiuisa sunt opa trinitatis ergo iudicat tota trinitas. nō ergo solus filiꝰ.

Tertiū.

¶ Preterea videtur ꝙ pater iudicat. qm̃ Daniel. vij. habet̃. Mō antiquus dierum sedit. ⁊ per antiquum dierum signatur pater. ⁊ loquitur de sessione iudicij vel in iudicio. Unde subdit̃. Judicium sedit et libri apti sunt: ⁊ loquitur de iudicio extremi examinis. ergo ipius pr̄is est iudicare. ¶ Ad oppositum Joh.v. pater non iudicat quēꝙ. s₃ omne iudicium dedit filio. ergo patris nō est iudicare. nec spiritussancti: sed solius filij. quoniā omne iudicium dedit filio. ¶ Item ad idem facit qđ dicit psal. Deus iudicium tuum regi da. i. xp̄o dedit. Glo. ⁊ ita videtur ꝙ solius filij sit iudicium.

Rn̄sio. Hugo.

¶ Sol. sm Hugo. de sancto victo. Ita dictum est ꝙ pater non iudicat quēꝙ. s₃ omne iudicium dedit filio. ac si diceret̃. patrem nemo videbit in iudicio viuoꝝ ⁊ mortuorum: s₃ omnes filium: quia filius hominis est: vt possit ⁊ ab impijs videri. cū ⁊ illi videbunt in quē pupugerunt. Omne igitur iudicium dedit filio. quia iudex in forma filij hominis apparebit. que forma nō est patris s₃ filij. nec ea filij est inq̄tum equalis est patri vel ī qua: s₃ in qua minor est patre: vt sit in iudicio cōspicuꝰ bonis ⁊ malis. Sic ergo patet ꝙ illud intelligitur de iudicio exteriori. nihilominus pater ⁊ tota trinitas iudicabit in iudicio interiori seu intelligibili.

Ad scđm.

quia īdiuisa sunt opera trinitatis. vnde erit iudicium totius trinitatis. tamen exterius apparebit esse solius filij. quia solus apparebit: ⁊ pferet sententiam extra: et causā proponet. Si enim nō esset ibi illa prolatio sententie ⁊ ppositio cause: nihilominus anime iudicarētur: quedam ad penā. quedam ad premium. ⁊ haberet quelibet qđ habere deberet. Et hoc dicimus iudicium interius seu intelligibile: ⁊ illud est ꝙ tota trinitas iudicat. Filius autem faciet illud qđ ibi apparebit exterius: sine quo nihilominus esset iudiciū. Sic ergo patet. ꝙ tota trinitas iudicabit: et qualiter solus filius.

Ad scđm.

¶ Mō autē dicitur in Daniel. ꝙ antiquus dierum sedit. dicimus. ꝙ hoc dicitur propter hoc ꝙ filius habet a patre ꝙ iudicet. Unde dicit̃ illud ad denotandum ꝙ persona filij habet a patre ꝙ iudicet. ⁊ ꝙ pater nō habet ab alio ꝙ iudicet. quia ipse est principiū nō de pricipio.

Sol. ad. j.

¶ Ad illud obijcitur est peccatum in patrem ⁊c. dicimus ꝙ peccatum in patrē dicitur: quando homo peccat ex infirmitate nō ꝙ offendatur pater ⁊ non filius: sed quia ex hoc disconuenit a patre cuius est summa potentia. Similiter peccatum ex ignorantia dicit̃ peccatum in filiū. q₂ per illud disconuenit homo a filio qui est dei sapientia. Peccatū autem in spiritumsanctum dicitur peccatum ex malicia. quia per illud discōuenit homo a spiritusancto qui est summa bonitas. Licet ergo dicatur peccatum in patrem ⁊c. tamen cōmunis est offensa in his triū personarum. Unde reatus ⁊ offensa communiter respiciunt totam trinitatem: et ideo iudicium illorum cum sit ad penam est totius trinitatis.

Queritur postea .s.f.

cum pater omne iudicium dederit filio sicut dicitur Joh.

Crisosto.

tur Johan.v. vtrum hoc intelligitur de persona filij ratione humane nature tantum: vel diuine tātum: vel ratione vtriusq₃ Johan. Crisosto. Dare iudicium filio nihil aliud est nisi iudicem gignere s₃ iudicem gigni est filij in diuina natura: ergo iudicare est filij tantum in diuina natura. Mō autē in humana patet: quoniam Johan.v. dicitur. Potestatem dedit ei iudiciū facere: quia filius hominis est: ergo iudicare attribuitur filio ratione humane nature non diuine. ¶ Item Hebre.j. Tāto melior angelis effectus est. Crisost. vult ꝙ hoc intelligatur de xp̄o ratione humane nature: q₂ effectus dicitur ex tempore: vnde non cōuenit eterno: sed datum similiter dicitur ex tempore vel cū tempore: ergo non conuenit eterno: ergo qđ dicitur pater omne iudicium dedit filio: hoc dicitur ratiōe humane nature in christo quam habet ex tempore vel cum tempore: ⁊ non ratione diuine: q₂ hoc quod est dare connotat tempus: ergo si detur filio ꝙ iudicet hoc erit ex tempore: vel cum tempore. Judicare ergo ipsi attribuit̃ in humana natura.

Responsio.

¶ Solutio. dicendum ꝙ iudicare conuenit ipsi filio in vtraq₃ natura: sc₃ diuina et humana: dicendum ergo ꝙ sicut cum dicitur filius missus est a patre: ibi est principale signatum: in hoc quod est missus: sc₃ processio que est eterna: et ibi est connotatum temporale: similiter dico dedit ei iudicium facere: ipsum dare duo importat: sc₃ vnum quod est eternum: alterum quod est temporale: ⁊ illud est connotatum: ratiōe principalis significati qđ est eternum: sensus est istius autoritatis. Potestatem dedit ei iudicium facere ⁊c. id est filius habet a patre ꝙ iudicet: ⁊ ratione huius dicit Crisosto.

Crisosto.

non propterea suscepit iudicium quoniam homo est: quia quid prohibet omnes homines esse iudices: sed quia ineffabilis illius substantie est filius propterea ⁊ iudex. Unde sm hunc modum dicendum: ꝙ attribuitur ipsi filio esse iudicem ratione diuine nature: sm quam habet parilitatem ad patrem: sicut dicit Crisosto. Item hoc qđ est dare cōnotat temporale: vnde sm hoc sensus est: dedit ei iudicium facere: hoc est ꝙ filius causam opponat exterius dicēs. Esuriui ⁊ non dedisti mihi māducare ⁊c. et sententiam proferat. Ite venite ⁊c. Unde ratione illius connotati dicitur illud potestatem dedit ei iudicium facere: quoniam filiꝰ hominis est. Unde hanc clausulam quoniam filius hominis est vult ipse legere coniungēdo consequēti dicens: ita igitur legēdum est: deus pater dedit ei iudiciū facere: ⁊ non mireris propter hoc ꝙ filiꝰ hominis est: id est nō est mirandum si ille qui est filius dei habet potestatem iudicandi a patre: licet acceperit humanam naturam. Alio modo lege sic: quoniam filius hominis est: id est dedit ei causam proponere ⁊ sententiam proferre.

Membrum quartum.

De appartione iudicis ⁊ in qua forma veniet.

Consequenter queritur de apparitione iudicis in qua scilicet forma veniet ⁊ apparebit reprobis scilicet vtrum apparebit eis sm vtramq₃ formam diuinitatis scilic₃ ⁊ humanitatis: ⁊ loquimur de apparitione intelligibili: nō de sensibili. Mō per formam diuinitatis videtur. Habent enim in presenti mali aliquam cognitionem ipsius diuinitatis seu iusticie: aut per acquisitionem aut per fidem: ex qua cognitione augmentat̃ ⁊ aggrauatur in ipsis contemptus: sm quod dicitur Luce.xij. Seruus qui scit voluntatem domini sui ⁊ non facit: vapulabit multis. Augmento igitur culpe in iudicio respondebit augmentum pene: ergo malis ad augmentum sue pene apparebit dominꝰ in iudicio sm formam diuinitatis: sm etiam ꝙ dicitur de demonibus. Jaco.ij. Demones credunt ⁊ contremiscunt.

Contra.

¶ Contra Isido. in lib. de summo bono. In iudicio reprobi humanitatem christi in qua iudicatus est videbūt vt doleant. Diuinitatem vō eius non videbunt ne gaudeant. Quibus enim demōstratur: ad gaudium demonstratur: ⁊ in hac sententia concordat Augusti. et omnes sancti et Hugo de sancto victo. ¶ Item Math.v. Promittit̃ ista visio mūdicie beatitudini. Beati mundo corde quoniā ipsi deum videbunt: non ergo mali immundi.

Utrū mali videbunt hūanitatē xp̄i glorificatam. ij.

¶ Postea queritur vtrum reprobi videbunt humanitatem sm ꝙ glorificata est ⁊ gloriosa. Et videtur ꝙ non: q₂ ad talem visionem sequitur delectatio sicut dictū est de diuinitate ergo ⁊c. ¶ Itē sicut post resurrectionē apparuit discipulis dubitātibꝰ in spē peregrina. Luc.xxiiij. ita poterit tunc malis apparere in forma non glorificata. ¶ Item August. dicit ꝙ oculus interior reficietur in cōtemplatione diuinitatis exterior in aspectu hūanitatis: ergo ex aspectu corpis gloriosi sequetur delectatio. ¶ Ad hoc respondent quoniam excellens distātia ipsius xp̄i ad peccatores priuat delectationem que est in visione delectabilis cum delectabili: quia tñ peccatores erūt tunc incorruptibiles: ipsum xp̄m videbunt: sed non ad delectationem: quia in aspectu corporis glorificati: non potest delectari corpus non glorificatū. ¶ Item Luce.xvj. Inter nos ⁊ vos chaos magnum firmatum est: ibi habetur ex glo. ꝙ mali ante vltimam sentētiam cognoscēt aliquid quod erit de gloria electorum: ⁊ hoc cedet eis in penam sicut contigit de diuite epulone qui vidit Lazarum in sinu abrahe: sic igitur absq₃ delectatione poterunt videre humanitatem christi in forma gloriosa: ad quam ordinati erant ex creatione: ⁊ hoc cedet eis in penam.

Utrū mali debūt cicatrices ⁊c. iij.

¶ Queritur etiam vtrum ostendet reprobis cicatrices vulnerum. Quod sic videtur Apocalip.j. Uidebit eum omnis oculus: et qui eum pupugerunt.

Utrū vniformiter apparebit ⁊c. iiij.

¶ Item queritur vtrum apparebit vniformiter reprobis ⁊ electis ⁊ videtur ꝙ non Isido. Apparebit terribilis reprobis ⁊ blandus bonis. Item Hiero.xxv. A facie ire columbe. Glo. Grego. in extremo iudicio: ⁊ incommutabilis in seipso manet sed nequaꝙ sub specie immutabilis apparebit: quia tranquillus iustis et iniustis apparebit iratus. Unde erit hec difformitas: nūquid a parte ipsius iudicis cum sit vnus ⁊ idem in se incommutabilis?

Obijcitur.

Si dicat̃ ꝙ hec difformitas erit sm merita ⁊ demerita electoꝝ ⁊ reproboꝝ. Cōtra. In hoc nō determinat̃ nisi cause diuersitas: nec propter hoc mutabitur dispositio in iudice. Item.ij. Joel. Terribilis apparebit malis etiam bonis. Quid ergo dicit Isido. et Grego. ꝙ eis apparebit blandus.

Responsio. Hugo.

¶ Respō. ad primum sm Hugonem de sancto victo. Cum boni et mali visuri sint iudicem viuorū et mortuorum. proculdubio mali videre non poterunt nisi sm formam qua est filius hominis: sed cum claritate in qua iudicabit non in humanitate in qua iudicatꝰ est. Non enim in cruce christus iterum videndus est. Ceterum illam dei formam in qua equalis est patri: proculdubio impij non videbunt. Non enim sunt mūdi corde. Beati enim

qui sunt mūdi corde quoniam ipsi deum videbūt. Alioquin si filius dei iudex in forma in qua equalis est patri etiam impijs cum iudicaturus est apparebit: q̄d est ꝙ pro magno dilectori suo pollicet dicens. Ego diligam eum ⁊ ostendam meipsum illi. Est autem alia visio que non est facie ad faciem immo est obscura: quia est cognitio specular̄. Unde sicut dicitur ꝙ demones credunt et contremiscunt: vnde habent quandam cognitionem obscuram de diuinitate per effectum diuine potentie: et etiam per illud quod datum fuit eis: ita mali habebunt huiusmodi cognitionem obscuram per fidem: et hec est cognitio specularis: ⁊ hec erit ipsis ad penam. Hac enim cognitiōe cognoscent ipsuz deum vt beneficum: ⁊ cognoscent ipsum per creaturas quas in beneficiuz contulit homini: ꝙ quia ingrati sunt: cedit illis ista cognitio ad tristiciam ⁊ ita ad penam: ⁊ ideo istam habebunt ad maiorē sui damnationem.

Obijcitur.

¶ Sed tūc obijcitur. Nunquid potest visio dari rationali creature nō existēte gaudio cōcupiscibilis: quoniam iste sunt diuerse vires anime: ergo potest ab ipsis videri diuinitas sine gaudio. Dicendum ꝙ visio que dicitur esse merces dei: non tantum est ſm intellectum speculatiuuz immo etiam ſm practicum: ⁊ ideo visio illa est cuz affectione: ⁊ ideo non potest esse in rationali sine gaudio concupiscibilis: cum obiectum sit afferēs summam delectationem intellectui ideo mali illā non habebunt. Electi autem videbunt ipsam diuinitatem facie ad faciem: ⁊ ipsam humanitatem glorificatam.

Ad aliud qd queritur. ij.

¶ Ad secūdum quod queritur vtrū mali videbunt humanitatem glorificatam christi. Dicendum ꝙ sic ſm autoritates sanctorū etiā iam dictas. ¶ Quod ergo obijcitur ꝙ hec visio humanitatis glorificate non potest esse sine gaudio sicut nec visio diuinitatis.

Obijcitur.

Dicendum ꝙ non est verum. Sensus enim delectatur in medio sibi conuenienti. Unde ad habendum delectationem in visu non solum oportuit offerri luminosum visui: sed luminosum proportionale. Licet autem sit proportionale quantū ad visionem propter oculi immortalitatem: non tamen quantum ad delectationē habendam in illo visu: oportet enim esse cōiūctionem immortalis glorificati cum immortali glorificato: quia delectatio est proportionalis cōuenientis cum proportionali conuenienti. Ideo igitur visio ista cedet bonis ad gaudium ⁊ delectationem: quia ipsi habebunt oculum dispositum ad videndum ⁊ ad delectandum: habebunt enim oculum incorruptibilem et glorificatuz. Malis autem cedet ad penam: ⁊ hoc erit ꝓpter indispositionē oculi: q2 non habebunt oculum dispositum vt eius visionem sustineant sine pena: sicut nec oculus noster visionem solis sustinet sine pena propter suā indispositionē. ¶ Quod ergo obijcitur ꝙ in visione humanitatis reficitur sensus exterior. dicendum ꝙ verum est de oculo bene disposito: sed non de indisposito cuiusmodi sunt oculi malorum.

Queritur.

¶ Sz tunc queritur nunquid potest cedere visio diuinitatis ad penam oculo indisposito sicut visio humanitatis. Constat ꝙ sic. sicut enim mali videbunt ipsam humanitatem ad sui penam: ita et ipsam diuinitatem: cum nihil ibi debeat deesse: qd eis cedat ad penam. Respondeo. dicendum ꝙ non solummodo habebunt oculum intellectus nō dispositum ad delectandum in ipsa diuinitate: immo etiam indispositionem habebunt ad vitandū ipsum. Non enim incorruptibilitas vel perpetuitas intellectus est dispositio ad videndum diuinitatem: sicut ex parte alia dictū est. Nam si sic esset tunc anima in presenti videre posset diuinitatem facie ad faciem: ꝙ cum non habeant dispositionem ad eius visionem: manifestum est ꝙ non poterunt ipsum videre ad sui penalitatem. Preterea posito ꝙ ipsum possent videre: non tamen posset esse eis hec visio in penam: immo non posset sine magno gaudio eis esse: quoniam ista visio est ita coniuncta summe delectationi: ꝙ nihil in ipsa potest videri qd non sit ad summam delectationem: cum ipsa sit finis omnium visionuz. Et ideo visio ista non potest alicui conuenire nisi ad summam delectationem et nullo modo ad penam.

Ad aliud q queritur. iij.

¶ Ad illud quod queritur vtrum mali videbunt cicatrices vulnerum christi: dicendum ꝙ sic. et cedet eis ad magnam penam: quia ex hac visione christi: percipient se esse omnino ingratos. Uidebunt enī que ⁊ quanta passus est dei filius pro ipsis. Unde videbunt beneficium eius et hoc cedet eis ad magnum dolorem ⁊ tristiciam. Et hoc est quod dicit Johannes Crisosto. super Mateū. Omel' lxxvj.

Crisosto.

Justiciam maximam habens scilicet crucem: ita adueniet in illud iudicium christus non vulnera solum: sed et mortem exprobrabilissimam ostendens. Eius autem gratia hoc signum apparet vt et superabundantia multa opiliet iudeorum inverecundiam: et preter hoc illorum perfidorum pro quibus passus est: et accipitur hoc ex illo verbo Math. xxiiij. Tūc apparebit filij hominis signū hoc est signum crucis: hec est illa mors exprobrabilissima de qua dicit. ij. Sapien. Morte turpissima condemnemus eum.

Ad sequēs situm. iiij.

¶ Ad illud qd queritur vtrum vniformiter vel difformiter apparebit christi humanitas bonis et malis. Dicendum ꝙ difformiter: quoniam electis apparebit blandus: et reprobis terribilis. Unde licet sit vna forma apparens: tamen difformiter recipient: et hoc est qd dicitur super illud Hiere. xxv. A facie ire columbe. Glosa. dicit Gregorius dicit ꝙ eorum mentes eque vnum respicient: sed non equaliter modificabuntur: quia ⁊ istis eum benignum ostendit ante actam iusticiam illis terribilem culpam.

Grego.

Unde quia diuersimode dispositi sunt ad ipsum videndum boni et mali: ideo differenter illis apparebit ſm differentias dispositionum in ipsis. Et habetur exemplum huiusmodi de discipulis euntibus in Emaus quibus dominus post resurrectionem suam apparuit sub specie peregrini non sub specie corporis glorificati: qm̄ sicut vult Gregorius. Talis apparuit eis extra: qualem ipsum habebāt intra. Unde quia habebant ipsum vt peregrinuz intus in mente: ideo et ipsis vt peregrinus apparuit: et sic ſm dispositionem recipientium ipsum ipsis apparuit. Ita dicimus hic. ꝙ ſm dispositiones recipientium bonis ⁊ malis apparebit. Et hoc habetur super illud Job. xl. Disperge superbos in furore tuo. vbi dicit Gregorius. Ipse quidem in iudicio ſm conscientiam vniuscuiusqꝫ modificabitur iratus vel placatus.

Ab obiectum

¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ etiam terribilis apparebit bonis: et ita apparebit vniformiter bonis ⁊ malis: notanda est intelligentia illius verbi: dicendum enim ꝙ ipse iudex xp̄s dicit terribilis duobus modis. Terribilis enim pōt dici in accessu ad iudiciū. Uel terribilis in remunerando. vtroqꝫ ergo modo erit terribilis ipsis reprobis in iudicio: qm̄ ⁊ in accessu eius ad iudicium: ⁊ in remuneratione incutiet eis timorem damnationis eterne. Primo autez modo. s. in accessu ad iudicium erit terribilis ipis reprobis: sed

bis. sed blandus erit bonis facto iudicio siue in remuneratione. Et propter hoc non dicitur ip̄e terribilis iustis: sed dies eius in qua accedet ad iudicium. Ipse tamen erit blandus ⁊ benignus in remunerando: quia supra condignuz remunerabit ipis. Dicitur autem terribilis ipis bonis in accessu eius ad iudicium propter hoc ꝙ incutiet eis timorem quendaz reuerentie non terrorem damnationis ⁊ malis. Unde Job. penultimo. dicit. Quod timebunt angeli ⁊ territi purgabuntur. Unde dicit glo. ꝙ angeli vocātur predicatores seu nuncij qui nunciauerunt fidez domini per bona opera: ⁊ iste pauor erit ipis ad purgationem si quid sit purgabile in ipis. Unde dicit immenso terrore concussi etiam superne patrie nuncij cōtremiscent. ⁊ quia in eis hoc pauore excoquitur si qua in eis potuit esse leuium rubigo vitiorum. aperte subdit ⁊ territi purgabuntur: non tamen erit timor in ipsis de pena vel damnatione eterna.

Membrum quintum.

De assistentibus iudici.

Consequenter queritur de assistētibus iudici. Et primo queritur: vtrum angeli iudicabunt. Secundo vtrum apostoli iudicabunt.

Articulus primus.

Utruz angeli iudicabūt. Arg. primū.

Ad primum sic obijcitur. ij. Thessa. j. vbi loquitur de iudicio in reuelatiōe domini nostri iesu xp̄i de celo cuz angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam his qui non nouerunt deum. ex quo videtur: ꝙ ipsi angeli venient cum christo iudicaturi.

Scdm.

¶ Item Math. xix. habetur ꝙ ipsi apostoli iudicabunt. Unde dicit vos qui secuti estis me in regeneratione: cuz sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim: iudicātes duodeciz tribus israel. Et in psal. Illic sederunt sedes in iudicio sedes super domum dauid. Glosa. id est iusti. et post dicit. Ibi sedebunt cum christo super sedes duodecim vt iudicēt domum dauid. i. familiam xp̄i cui dederunt cibum in tempore. Judicabunt autem illi qui omnia reliquerunt christū sequentes. Ex his patet ꝙ omnes iudicabunt in illo iudicio.

Tertium.

¶ Item super illud psal. Non resurgunt impij in iudicio ibi assignat glo. quatuor ordines dicens. ꝙ alij erunt q iudicabunt ⁊ nō iudicabuntur vt apostoli ⁊ alij perfectissimi. Si ergo homines iudicabunt multo fortius angeli ⁊ hoc tali ratione patet. quoniā angeli videntur magis accedere ad rationē iudicis ꝙ ipsi apostoli. quoniaz boni angeli nihil habuerunt de iudicando: sed apostoli boni aliquid habuerunt de iudicando adminus originale peccatum ⁊ aliqua actualia aliquādo. ipsi autem angeli boni nō. ergo angeli plus accedunt ad rationem iudicis ꝙ apostoli. Si ergo est dicere ꝙ apostoli iudicabunt. multomagis est istud dicere de angelis.

Quartum.

¶ Itē Mathei. xxiiij. habetur. Cuz venerit filius hominis in maiestate sua ⁊ omnes angeli eius cum eo ⁊c. ⁊ loquitur ibi de iudicio. ⁊ loquitur de angelis non de apostolis. videtur ꝙ angeli erunt iudices ⁊ nō apostoli. sed potius erūt de iudicandis de quibus ibi dicit. Statuet oues a dextris ⁊c. ¶ Respōdeo. dicimus ꝙ angeli iudices nō erūt tamen habebunt multiplex ministeriuz. Habebunt enim ministeriū congregandi ad iudicium ⁊ suscitandi mortuos. Et ideo dicit apostolus p̄ma thessa. iiij. Quod ipse domin veniet in iussu ⁊ in voce archangeli ⁊c. venient ergo angeli ad illud officiū et de isto officio vel ministerio habetur Math. xiij. vbi dicit domin⁹ ꝙ messores sunt angeli scilicet congregantes ad iudicium et suscitantes. Et istud erit ante separationez. Unde ipsi conuocabunt ad iudicium ⁊ congregabunt. Itez habebunt ministeriuz separandi ſm ꝙ habetur. xxiiij. Quod angeli venient cum eo. qd dicitur ratione huius ministerij. Unde sequitur post. ⁊ separabit eos abinuicem: sicut pastor segregat oues ab edis. ⁊ istud fiet ministerio angelorū. Et Math. xiij. Mittet filius hominis angelos suos: ⁊ colligent de regno eius omnia scandala: ⁊ eos qui faciunt iniquitatē: ⁊ mittent in caminum ignis. Similiter testificatio erit ministerium eorum: quia testes erūt sicut dicit Remigius. Similiter post iudicium habebunt ministerium mittendi ad penas. sicut habetur Math. xiij. Quod mittent eos in caminum ignis. sic igitur multipliciter habebunt ministerium circa iudicium antecedens vel sequens ipsum: sed nec ipsi iudicabunt. Unde nec ipsi discutient: neqꝫ diffinient. Sed filius hominis christus discutiet ⁊ diffiniet. Unde non intelligitur ꝙ ipsi angeli habeant ministerium iudicandi.

Sol. ad p̄mū.

¶ Autoritates ergo que dicunt ꝙ ipsi venient ad iudicium non intendunt dicere ꝙ ipsi debeant iudicare: sed dicunt hoc propter diuersa ministeria que habebunt circa iudiciū.

Ad scdm.

¶ Ad aliud dicēdum ꝙ non est simile de angelis ⁊ apostolis. quoniam ipi apostoli annunciauerunt fidem iesu christi ipsis gentibus ⁊ iudeis. ⁊ ideo veniēt ad iudicium iudicantes sicut testes. Est enim iudicium autoritatis: ⁊ istud pertinet ad totam trinitatem. Et est iudicium excellētie: ⁊ istud pertinet ad filium in humana natura. Apostoli autem sicut assessores ⁊ veritatis testes iudicabunt quia annunciauerunt fidē christi ⁊ fuerūt testes ipsi⁹ in hac vita. ⁊ sicut hic testes eius fuerunt: ita erūt testes ipsi⁹ in iudicio contra reprobos. Unde erūt iudices sicut assessores: non ꝙ proferant sententiā: vel ꝙ causam discutiant: sed assidebunt ibi vt testes ⁊ socij sicut dicetur. Item est iudicium comparationis: hoc etiam modo ipsi iudicabūt. quia comparatione ipsorum iudicabuntur alij sicut infra patebit. De hoc iudicio Math. xij. dicitur viri niniuite surgent in iudicio cum generatione hac ⁊ condemnabunt eam ⁊c. Et post dicit. regina austri surget in iudicio cum generatione ista et condemnabit eam: quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis.

Ad tertium.

¶ Quod ergo obijcitur ꝙ angeli magis accedunt ad rationem iudicis. dicendum ꝙ non: quia non dicitur ꝙ ipsi angeli annunciauerunt fidem christi ipsis iudeis et gentibus sicut apostoli.

Ad quartum

¶ Item secuti sunt ipsuz christum: ⁊ ideo dicitur eis. Matthei. xix. ꝙ iudicabunt et ideo magis accedunt apostoli vt sint iudices ꝙ angeli. iudices inquam comparatiōe vel assessorie.

Articulus secundus.

Utrū apl̄i iudicabunt.

Postea queritur de ipsis apostolis vtrū ipsi iudicabunt: ꝙ sic videtur Mathei. xix. Sedebitis et vos iudicātes. Et Math. xij. dicit. ipi iudices vestri erūt: de apostolis loquitur. ¶ Cōtra apl̄i non habent

Cōtra.

consimilem rationem iudicandi.quam habet ipa
gloriosa trinitas ⁊ christus homo:sed trinitas iu
dicat autoritate.Christus homo iudicat exterius
potestate sua exequendo: secundum quam ergo
rationem dicuntur apostoli iudicare? Si dicatur
Math.xij.
ꝙ sint iudices cōparatiōe:hoc certe cōuenit alijs
ꝙ apostolis. Unde.xij.Mathei habet.ꝙ viri ni
niuite cōsurgent in iudicio cū generatione ista:et
cetera.⁊ loquitur de iudicio cōparationis.⁊ simi
liter de regina austri.sicut ergo ipi dicūtur iudica
re:ita ⁊ illi.Quero ergo que est ratio specialis qua
Utrum soli apli iudicabūt.
re dictū est eis. Sedebitis super sedes duodecim.
¶ Preterea queritur de hoc ꝙ dicit sedebitis sup
sedes duodecim sm hoc videtur ꝙ alij nō iudica
bunt nisi duodecim apostoli. sed hoc est falsum:
quoniam ipse Paulus iudicabit ⁊ alij sancti viri.
quoniam Sapien.iij.dicitur. Iudicabunt sancti
nationes ⁊ dominabuntur populis. ¶ Preterea
obijcit de hoc ꝙ dr iudicātes duodecim tribꝰ isrl
quoniam ex hoc videtur ꝙ alij nō iudicentur.Cō
tra qd Joel.iij.habetur.Congregabo omnes gen
tes in valle iosaphat ⁊ disceptabo cum eis:⁊ loqui
tur de disceptatiōe iudicij.Quare ergo specialiter
dicit iudicantes duodecim tribus israel.queritur
Rñsio.
ergo sm quam rationem apostoli dicuntur iudi
care ⁊ quare.¶ Solutio.dicendum ꝙ sm triplicē
rationem dicuntur apostoli iudices.Iudicabunt
enim comparatione.Item iudicabunt vt socij.Item
iudicabūt vt testes vel assessores. Comparatione
sicut dicitur de regina austri et viris niniuitis. id
est comparatione peccatorum iudicabunt tribus
israel.nam eisdem legibus erant educati iudei et
isti:quia sicut dicit Chrys. Ipsis credentibus:alij
credere noluerunt.Item ipi apostoli iudicabūt per
associationem:quia scilicet socij sunt christi i hoc
ꝙ ipsum imitati sunt vt sicut associati erant chri
sto imitatione passionis ⁊ tribulatione:ita erunt
associati in potestate: ⁊ sm hoc dicitur ꝙ iudica
Chryso.
bunt potestate.in glo.j. Cor.vj. An nescitis quo
niam angelos iudicabimus. Unde dicit Chryso
stomus. Nomē throni aliquod magnum signifi
cat.manifestum est ꝙ conregnabunt et commu
nicabūt ipsi scilicet xpo. Si enim sustinuerimus
⁊ conregnabimus.Item ipsi dicuntur iudices qr
testes vel assessores:quia per imitationem christi
testificabuntur ipsum iudicem.Unde dicit domi
nus ipse discipulis suis Actu.j.Vos eritis mihi
testes in hierusalem ⁊ in omni iudea ⁊ samaria et
vsqꝫ ad vltimum terre.Unde ⁊ super illud Math.
xij.Ipsi iudices vestri erunt.dicit glosa.ipsi testes
mei iudicij iudicabunt duodecim tribus israel.
¶ Sed obijcitur.j.Cor.vj.An nescitis quoniam
sancti de hoc mundo.Glossa.iudicabunt autori
tate ⁊ potestate.Contra hoc autē habetur Mat
thei.xij.Ipsi iudices vestri erunt.Glossa.nō pote
state sed cōparatione.Ad hoc dicendum ꝙ ipsi
iudicabunt comparatiōe sicut ⁊ dicit glo.j.Cor.
vj.Sancti iudicabūt melioris facti comparatio
ne.quia exemplo illorum perfidia huius mundi
Nota.
damnabit:⁊ post sequitur.iudicabunt etiam au
toritate ⁊ potestate.¶ Circa qd notādum.ꝙ po
testas iudiciaria est multiplicit. est em potestas
autoritatis:et hec est potestas trinitatis i iudicio.
quia trinitas iudicabit autoritate.Item est ptās
excellētie:⁊ hec est xpi hois in illo iudicio.Item est
ptās comparationis qua scz fit cōparatio ad iu
dicandos.Autoritas autē est sententia digna imi
tatione.ipsa igit trinitas iudicabit qr dabit pote
statē xpo homini vt iudicet.⁊ similiter ipsis apo
stolis:quia ipsi sentient idem in iudicio qd trini
tas.Unde ipsa trinitas sentit ita esse iudicandum.
Ad quesitū.
⁊ christus. ⁊ ipi apostoli imitabūtur trinitatem.
¶ Ad aliud ergo ꝙ queritur vtrum soli apostoli
iudicabunt:vel etiam alij viri sancti.dicendū sm
ꝙ dicit Rabanus.Nemo putet tantū duodecim
apostolos iudicaturos:nec tm̄ duodecim tribus
iudicandas. tunc enim leuitica tribus non esset
iudicanda.⁊ Paulus nō iudicans cum dicat.Ne
scitis quia angelos iudicabimus. tamen per quā
dam preeminentiā dicitur illud de apostolis.xix.
Matthei.Sedebitis ⁊c.licet etiam de alijs intel
ligitur.

Questio.xxvj.de lege eterna.

Summa theologi
ce discipline in duobus consistit in
fide ⁊ moribus. Expeditis inquisi
tionibus pertinētibus ad fidem.vt
de redemptore: cum adiutorio iesu
christi.procedendum est ad inquisitiones pertinē
tes ad mores.Ad informationem autem morum
concurrūt necessario precepta ⁊ leges.gratia ⁊ vir
tutes.dona.fructꝰ ⁊ beatitudines.Leges ⁊ prece
pta vt ostendentia debitum boni faciendi: ⁊ mali
vitandi gratia ⁊ virtutes ⁊c.vt prestantia facul
tatem faciendi ⁊ vitandi.Prima igitur pars inqui
sitionis moralis erit de legibus ⁊ preceptis.Secū
da de gratia ⁊ virtutibus.Tertia de donis:fructi
bus:⁊ beatitudinibus.¶ Sed quia omnes leges
prout dicit Augustinus.⁊ precepta ab eterna lege
deriuata sunt.Ideo ab ipa lege eterna incohanda
est querendo.Primo an sit lex eterna. Secundo
an notio eius impressa sit menti rationali.Tertio
qd sit.Quarto de intentione legis eterne secundū
ꝙ in deo.Quinto de eius immutabilitate. Sexto
de eius vnitate.Septimo de deriuatione legum tē
poralium ab ipsa.Octauo de subiectis legis eter
ne.Nono de effectu legis eterne.

Membrum primum.

Queritur an sit lex eterna.
AD primum ysidorus in.ij. ethimologia
rum.Si ratione lex constat.lex erit om
ne quod ratione constiterit. Si ergo p
uidentia dei constat ratione. ergo pro
uidentia dei est lex:sed non nisi eterna. Cum ergo
prouidentia diuina sit:cōstat legem eternam esse
Minor patet.Nam sicut dicit Boecius.Proui
dentia est diuina ratio a summo principe cōstitu
ta qua cuncta disponit.¶ Amplius augustinus
in libro de libero arbitrio.videtur lex ista que regē
dis ciuitatibus fertur multa cōcedere atqꝫ impu
nita relinquere:que per diuinam prouidentiā vin
dicantur ⁊ intendit ibi augustinus istam propo
sitionem assumere quod nullum malū debet esse
impunitum.⁊ quod similiter omne malum puni
tur secundum aliam legem. Si ergo est aliquod
malum quod non punitur per legem temporalem
⁊ non relinquitur impunitum.ergo punietur per
legem eternam.Ergo ipsa est.¶ Item augustinus
in libro primo de libero arbitrio.Due leges ita si
bi videntur contrarie.vt vna earum honorem dā
di populo tribuat potestatem:alia non. vt nullo
modo in vna ciuitate esse possint simul. Numquid
dicemus aliquam illarum iniustam esse ⁊ ferri mi
nime debuisse: quasi dicat non.et ita vtraque est
iusta. ¶ Ex hoc obijcitur. Impossibile est le
ges contrarias temporales conciliari in ratio
ne iusticie

ne iusticie:nisi per legem non habentē contrariū
cōciliantem illas:quam legem eternam appella
Cōtra. Arg.primū.
mus.¶ Item in partem oppositam arguitur. Lex
habet statum in dispositione latoris:⁊ sic nō me
retur nomen legis:quia ꝙdiu est in dispositione:
Scdm.
adhuc non obligat.¶ Item habet esse in promul
gatione.⁊ tunc meret nomen legis.qr tunc ligat.
Lex ergo non pōt dici ex dispositione sed ex pmul
gatione.Si ergo pmulgatio aliquorum faciēdo
rum vel vitandorum non potest esse eterna: qr p
Tertium.
mulgatio fit creature: constat ꝙ non pōt lex esse
eterna.¶ Item si lex nō esset impressa creature ra
tionali nō ligaret eam:cuius signum est ꝙ non li
gat creaturas irrationales quibꝰ nō est impressa
nō est igitur lex ex impressione nisi ad rationem:
seu qd imprimit rationi.sed hec impressio est tem
Rñsio. Augu.
poralis ⁊ non eterna.ergo intentio legis est tēpo
ralis ⁊ nō eterna.¶ Solutio.dicendū sm ꝙ dicit
Aug.in li.de vera religione.Menti nostre conces
sum est videre legē veritatis immutabilē.Mens
enim nostra iudicat de veritate immutabili.vt iu
dicat istam ppositionem. Justum est vt omnia
sint ordinatissima.Cū ergo ipa scz mēs humana
mutabilitatem pati possit erroris.apparet supra
mentē nostram esse legē que veritas dicitur. hec
Sol.ad.j. cōtra.
autem est lex eterna.qd enim est supra mentē no
stram est eternum.¶ Ad primum obiectum dicē
dum.sicut dicit Isid.ij.ethimologiarum lex vno mo
do dicit a legendo.alio modo a ligādo.scdm ꝙ di
citur a legendo:extenso nomine lectionis non so
lum ad lectionē temporalem sed ad lectionem sm
ꝙ legit in mēte:sic lex est in dispositione.Lex aūt
put est in promulgatione dicitur a ligando.pri
mo ergo modo est eterna .scdo autem non. Tamē
potest distingui cum dicit lex ligat:quia ligare po
test sumi actiue vel passiue.Si actiue: sic lex eter
na in deo dicit a ligando sm ꝙ accipitur passiue
dicitur respectu creature.Sed adhuc distinguen
dum de lege ligāte in deo:sicut de dominio in deo.
Ad scdm.
Dominiū enim est potestas coercendi subditos:
⁊ sic dicit sm habitum.Vel potest dici scdm actum
⁊ sic dominiū est actus coercendi subditos.⁊ vtro
biqꝫ cōnotatur respectus ad creaturam. sed pmo
modo i habitu.scdo in actu Sicut ergo dominiū
in habitu de deo dicit ab eterno dominiū in actu
ex tēpore:ita lex si importet habitū ligandi:sic ab
eterno est in dispositione ad ligandū:⁊ hoc modo
Ad tertiū.
dicitur lex eterna.sed si importet actū ligandi nō.
⁊ per hoc patet responsio ad scdm.¶ Ad tertium
patet solutio:nam licet impressio ab eterno nō sit
in effectu cū est in ratione.Unde lex ab eterno est
in dispositione:⁊ ad hoc vt anime rōnali imprimat
licz ab eterno nō imprimat in effectu.

Membrum secundum.

An notio legis diuine sit impressa mēti rationali. Arg.primū.
SEcundo queritur an notio legis diuine
sit ipressa cuilibet rōnali aie in creatiōe
Ad qd sic Aug.in li. de vera religione est
lex sm quā deus iudicat oīa.de qua nul
lus iudicare pōt.sed hec est lex eterna: ergo nullꝰ
potest iudicare de lege eterna.Si ergo iudicare est
Scdm.
noscere.patet ꝙ eius notio nulli ipressa est.¶ Itē
Aug.in lib.cōfes.iij.Ignorabā ⁊ nō nouerā iusti
ciam verā interiorem ex iustissima lege dei omni
potētis.qua formarent regionū mores. cum ipsa
Cōtra.
vbiqꝫ esset.hoc aūt est lex eterna:ergo Augu. eam
ignorabat.ergo nō est nota cuilibet aie. ¶ Ad op
positū de vera religione.mēti nostre talē legem vi
dere cōcessum est.ergo ipsa est nota aie rationali:
⁊ eius notio ei impressa.¶ Item Aug.in lib.de li
be.arbi.eterne legis notio nobis ipressa est ea em
est qua iustū est vt oīa sint ordinatissima. Quera
tur em a quolibet vtrū impressum sit aie sue ⁊ no
tū:ꝙ iustū est vt oīa sint ordiatissima. dicet vtiqꝫ
Rñsio. Augu.
ꝙ sic.¶ Solutio.scdm beatum Aug.in lib de ve
ra religione.eternā legem mūdis animis fas est
cognoscere:iudicare nō est fas.hoc aūt interest in
ter nosse ⁊ iudicare ꝙ ad cognoscendū satis est vt
videamus aliquid ita esse:vel non esse. Ad iudicā
dum vero aliquid addimus vt iudicemus ita pos
se esse vel aliter.velut cum dicimus.ita debebit esse
vel debuit:vt in suis operibꝰ artifices faciunt. Iu
dicare ergo de lege eterna nullus potest. quia iu
dicans semp est superior iudicato.Sed videre seu
cognoscere eam cuilibet anime impressum est: et
sic notio eius anime impressa est:sed nō eius iudi
Ad scdm.
cium ⁊ per hoc soluitur pmo obiectum. ¶ Ad se
cundū dicendū sm Dama.in lib.j.ꝙ cognitio exi
stendi deum nobis naturaliter inserta est. sed ta
men intantū inualuit perniciosa hominum mali
licia ⁊ deduxit in baratrū:vt dicerent nō esse deū:
sicut in ps.Dixit insipiens in corde suo nō est deꝰ
Sicut ergo habitus cognoscendi deum impressus
est anime naturaliter:tamē anima actu pōt deum
ignorare.cum ipsa euertit se ab habitu illo ad ex
teriora per sui maliciā:sic lex eterna non est omni
anime scdm habitū.tamē p maliciā nostrā quan
doqꝫ ab ipsa auertimur ad exteriora mala: ita ꝙ
ipsam ignoramus sm actū.⁊ hoc vult dicere Au
gust.cum dicit ignorabam.Nam quicūqꝫ cōuer
tit se ad illum habitum cognitionis legis eterne.
semp eam cognosceret.⁊ ꝙ eā aliquando ignoret:
hoc est per auersionem ab illa.

Membrum tertium.

Quid sit lex eterna. Prima diffinitio. Augu. Arg.cōtra.
TErtio querit quid est lex eterna.Et assi
gnantur plures eius diffinitiones.Au
gust.in lib.de libe.arbi.vnā assignat di
cens.vt breuiter legis eterne nomē expli
cem:ea est qua iustum est vt omnia sint ordinatis
sima.¶ Contra istam diffinitionē obijcitur.Nō
est iustum vt omnia sint optima etiam bonitate
quā nata sunt habere.ergo nō est iustū vt omnia
sint ordinatissima.⁊ ꝙ sequat patet: quia similis
est ratio boni ⁊ ordinati.Nam sicut malū ⁊ inor
dinatum ex vna parte cadūt:ita bonum ⁊ ordina
tum ex vna parte:optimū ⁊ ordinatissimū ex vna
Qd autem nō sit iustū vt omnia sint optima. ptz
quoniā si hoc esset iustū:oīa essent optima boni
tate:etiam quā nata sunt habere. hoc autem est
falsum.ergo nō est iustum vt omnia sint ordina
Diffinitio.ij. Augu.
tissima.¶ Itē alia diffinitio legis eterne assigna
tur ab Augu.in lib.de vera religione.Apparet su
pra mētem nostrā legem esse que veritas dicitur:
hic est incōmutabilis veritas:que est lex omnium
Cōtra.obijcit
artium:⁊ lex omnipotētis artificis.¶ Cōtra hāc
diffinitionē obijcit.Et primo contra hoc qd dicit
omniū artiū.Nam sicut dicit Augu.viij. de ciui.
dei.Inueniūt artes magice ⁊ maliciose.si ergo lex
eterna nullius mali est:lex ergo nō est lex malarū
artiū.ergo male dicitur ꝙ sit lex omnium artium.
immo deberet addi ꝙ est lex bonarum artium.
¶ Similiter obijcitur contra hoc quod dicitur
lex omnipotentis artificis. quia hic est libertas
dei vt nulli legi subiaceat nullius iudicio:vt dicit
Ansel.in lib.cur deus homo.ergo male dicitur lex
Diffinitō.iij Augu.
omnipotentis artificis.¶ Tertia diffinitio legis
eterne ponitur ab Augusti.in lib.j.de libero arbi.
Lex eterna est summa ratio cui semper obtempe
randū est.per quam mali miserā:boni bonā vitā

merent̃:p quam illa que temporalis est recte fert
recteq; mutatur. ¶ Cõtra istã diffinitionez obij-
citur. ⁊ pmo contra istud membrũ.cui semper ob
tempandũ est.quoniam lex ista eterna est idez qð
dei volũtas.summa enim ratio est voluntas dei.
Sed dicit Aug.ꝙ bonus fili⁹ bona volũtate vult
patrẽ viuere quez deus vult mori.ꝙ pater moriat̃
hoc est ſm legẽ eternã:seu ſm dei voluntatẽ: ergo
Scdm.
bonus filius bene põt velle contrariũ legi eterne.
ergo nõ est ei semper obtempandum. ¶ Contra
illud membrũ per quam mali miserã:boni bonaz
vitã merentur.obijcitur sic.quoniã in voluntate
nostra cõsistit meritum ⁊ demeritum .in lege aũt
premiũ vel suppliciuz.ergo per illã non meremur
vł demeremur. ¶ Preterea querit̃ an iste ratiões
notificẽt legem eternam ſm equalẽ comparatio-
nẽ ad rẽ:aut vna vniuersalior sit alia.⁊ quomodo
Rñsio.
ei cõueniũt. ¶ Sol.dicendũ ꝙ notio legis diuine
cõsiderari põt tripliciter: sicut ⁊ lex eterna. Nam
lex eterna põt considerari scdm respectum ad bo-
na vel mala:vel ſm ꝙ respicit bona tantuz .⁊ hoc
dupliciter.q: potest ꝯsiderare ſm ꝙ respicit bona
generaliter.vel bona spãliter que sunt bona ratio
nalis creature tantũ.Quantũ ergo ad pmã ratio
nem cõuenit ei hec ratio.lex eterna est qua iustuz
est vt omnia sint ordinatissima.Lex enim eterna
ſm ꝙ est ius ordinãdi respicit bona ⁊ mala : quia
deus bona facit ⁊ ordinat.malũ autẽ non facit ſ;
ordinat.Unde ordinare est actus cõmunis ipsius
legis respectu bonoꝝ ⁊ maloꝝ.⁊ ita hec est notio
ipsius prout respicit bona ⁊ mala. Scdm autez ꝙ
respicit bona generaliter. seu sint bona ratiõalis
creature seu irrationalis:cõuenit ei ista ratio Lex
eterna est lex oĩm artium ⁊ lex omnipotẽtis artifi
cis.inq̃tũ enim est ars omnipotentis artificis: re
spicit causaz diuinã que est ars ⁊ causa oĩm bono
rum.Scdm autẽ ꝙ respicit bona rationalis crea
ture tantũ cõuenit ei ista diffinitio.Lex eterna est
summa ratio cui semp obtempandũ est ⁊c.Ratio
nalis enĩ creatura ordinãda est p leges. Unde lex
tẽporalis fertur ab hoĩe ⁊ super homines.⁊ ita cũ
ei cõueniat ferre leges tp̃ales vt dicit̃ in diffinitio
ne:cõstat ꝙ hoc est respectu rationalis creature:
Similiter qð dicit̃ cui semper obtempanduz est.
ꝯuenit ei respectu creature rationalis:q: soluz ra-
tionali creature cõuenit ille actus qui est obtem-
Sol. ad obiectũ ꝯtra diffinitionẽ pmã.
perare. ¶ Ad obiectũ cõtra primã diffinitionẽ di
cendũ est ſm Aug.qui dicit in geñ.super illud.Ui
dit deus cuncta que fecerat ⁊ erant ⁊c.ꝙ de singu
lis est dictũ ꝙ erãt bona:de vniuersis aũt ꝙ erant
valde bona.q: quodlibet in se est bonũ sed in vni-
uerso est valde bonũ.Distinguendũ ergo ꝙ possu
mus intelligere in singulari:⁊ hoc modo dicitur
ꝙ omnia erãt bona.vel in vniuersitate:et hoc du-
pliciter.vel in respiciẽdo ordinẽ vt nunc:vel respi-
ciendo ordinẽ simpliciter ſm ꝙ cõprehendit totã
seriem ordinis presentiũ preteritoꝝ ⁊ futuroꝝ . q:
res que presens est adhuc habet ordinẽ ad rẽ pre-
teritã:⁊ ad aliã rem futurã Si ergo dicatur ordo
vniuersi ⁊ accipiat̃ ꝓ ordine vt nunc : ad hoc non
est dicere ꝙ oĩa sint valde bona in vniuerso:q̃m
possunt esse meliora.sed cõprehendẽdo totã seriẽ
ordinis presentiũ preteritoꝝ ⁊ futuroꝝ:sic omnia
sunt valde bona vniuerso.ita ꝙ non possunt esse
meliora.Sicut ergo bonuz est ꝙ oĩa sint optima.
nõ in singulari sed in ordine vniuersi prout dictũ
est:eodem modo dicendũ ꝙ iustum est vt omnia
sint ordinatissima ⁊ hoc modo intelligit̃ illa diffi
nitio.Uel põt dici ꝙ omnia in genere ordinatissi-
ma sunt in vniuerso.ſm ꝙ habet̃ ab Aug.viij.sup
geñ.dicen ⁊c.Uolũtas diuina subijcit sibi primit⁹
omnia.deinde creaturã corporalẽ spirituali. dein
de irrationalẽ rationali.terrestrem celesti. Posse
mus tamẽ dicere.ꝙ in illa ratiõe est fallacia figu-
re dictionis.ꝙ in illa diffinitione ly oĩa non ha-
bet actualẽ suppositionem.vnde nõ supponit res
ipas in actu:immo ab eterno posset dici istud.sed
cum dicitur post non iustũ est vt omnia sint opti
ma.ly omnia habet ibi suppositionem actualem
⁊ supponit ibi pro ipsis rebus actualiter existenti
Ad obiectum contra scdam diffinitionẽ
bus ⁊ vt nunc. ¶ Ad oppositum primo contra se
cundã diffinitionem dicẽdum.ꝙ sicut proprie nõ
est lex que mala est seu que sonat malum:ita pro-
prie nõ est ars que mala est.ars enim virtus ⁊ lex
cadunt sub ratione boni.similiter malum vitiuz
et inherentia cadũt sub vna ratione.s.mali.Pro-
pter hoc dicendũ.ꝙ artes magice inq̃tum est ibi
veritas sunt a lege eterna.inquantũ autem est ibi
falsitas ⁊ malicia non:nec sunt proprie artes:⁊ sic
lex eterna non est lex earum. Illusio enim demo-
num principium est artium magicarum: et quã-
tum ad hoc est ibi falsitas ⁊ malicia et inordina-
Ad scdm.
tio.⁊ sic proprie non sunt artes. ¶ Ad scdm dicen
dum ſm August.in lib.ꝯfes.qui dicit.Lex tua do-
mine lex legum:⁊ lex tua tu:⁊ tu ipsa lex.Istud er
go debet intelligi intransitiue et non transitiue.
lex omnipotentis artificis.Unde dicit August.ꝙ
ipsa est summa veritas. ⁊ constat ꝙ summa veri-
tas est deus.Ratio autẽ ꝓcedit ac si illud trãsiti-
ue et per diuersitatem diceretur. Diffinitur ergo
ibi lex eterna per comparationem ad omnia bo-
na generaliter.que deriuatur ab arte prima eter-
na que est causa.Sed quedam bona sunt ab ipsa
immediate:sicut illa que sunt ab operatione diui
na.Quedam autẽ mediate:sicut illa que sunt ab
operatione humana.Dicitur ergo lex esse omniũ
artium vt intelligatur esse regula operationum
bonarum a rationali creatura.Dicitur autez lex
omnipotentis artificis.scdm ꝙ est regula illoruz
Ad obiectum cõtra tertiam diffinitionẽ
bonorum que immediate sunt a creatore. ¶ Ad
obiectum primo cõtra tertiam diffinitionem di-
cendum.ꝙ hec diffinitio conuenit legi eterne per
comparationem ad creaturam rationalez . ſm ꝙ
ipsa lex est principiũ ordinis rationalis creature.
sicut dictum est.sed rationalis creatura triplicez
habet ordinẽ ad deũ:ad se.⁊ ad proximũ. Inquan
tum lex eterna est principium ordinis rationalis
creature ad deũ cui ordinat̃ per subiectionẽ ⁊ obe
dientiam.dicit̃ cui obtemperãdũ est.Inq̃tum au
tẽ ipsa est principiũ ordinis rationalis creature:
ad se dicit̃ per quã mali miserã:boni ⁊c. q: homo
sibi meret̃ vel demeret̃ penã vel gloriam.Scdm ꝙ
est principiũ ordinis ipsius ad ꝓximũ dicitur per
quã illa que temporalis est recte fertur ⁊c.vt ergo
ostendit ꝙ ipsa est principium vniuersale ordinis
rationalis creature.tot ponunt̃ membra in diffi-
nitione illa.Qð ergo obijcitur ꝙ nõ est ei obtẽpe
randũ dicendũ ꝙ rectitudo volũtatis nostre non
semp attendit̃ in cõformatione eius ad diuinã vo
luntatem respectu voliti : sed respectu volentis.
Motus enim voluntatis cõparat̃ ad voluntatẽ
⁊ ad volitũ.Cõformatio ergo voluntatis mee ad
diuinã semp dz esse q̃tuz ad volentẽ:sed nõ semp
ad volitum.Unde debeo me sic conformare ei. vt
ego velim qð deus vult me velle : non vt velle qð
vult semper.Unde sup illud ps.Rectos decet col
laudatio . dicit glo. conuenit vt quodcunq; vult
deus te velle:velis et tu.non dicit vt velis quodcũ
ꝙ vult deus.⁊ sic bonus filius volens patrem vi-
uere quẽ deus vult mori: conformat voluntatem
suam ⁊

suam ⁊ obtẽperat diuine.q: ipẽ vult qð deus vult
ipsum velle.s.patrez viuere.Et hoc dicit Augu.in
encħ.vult ꝙ ipẽ filius velit patrẽ viuere ex natu-
Ad scdm.
rali pietate.quez vult mori ex suo iudicio . ¶ Ad
scdm dicẽdũ ꝙ meritũ appellat̃ vno modo actus
dignus beatitudine vel miseria hoc est bonus vel
malus.Alio modo dicit̃ meritũ ordo actus ad p-
miũ seu sit beatitudo seu sit pena. actus ergo est
a li.ar.sed ordo actus illius ad premiuz est a lege
eterna.Unde q̃tũ ad primũ modum veruz est qð
dicitur ꝙ in volũtate nostra cõsistit meritũ ⁊ de-
meritum:sed non scdo modo.q: ordinare actum
bonũ vel malum ad beatitudinẽ vel supplicium.
non est li.ar.Unde Aug.intẽdit ꝙ lex eterna ordi
net bonũ actum ad beatitudinẽ: malum autem
ad suppliciũ dicens.hoc lex eterna incommutabi
stabilitate firmauit vt in voluntate meritum : in
beatitudine ⁊ miseria premiũ.Et sic patet ꝙ ordo
ad premium est ex ipa.

Membrum quartum.

De intẽtione legis eterne.
Quarto querit̃ de intentione legis eterne
scdm quã intentionẽ sit in deo.an.s.ap-
propriet̃ ꝑsone vel essentie.Et ꝙ essentie
patet p Aug.Apparet supra mentẽ no-
stram esse legẽ que veritas dicit̃.nec ambigenduz
est illã esse incommutabilez naturam:et ita est in
Querit̃.
deo scdm rationem essentie.⁊ istud verum est.illa
enim natura incõmunicabilis est diuina essentia
Augu.
¶ Sed tunc est questio.vtrum alicui persone ap-
proprietur. ⁊ ostenditur ꝙ ſm intentionem pote-
statis ⁊ sic appropriatur persone patris Augu.su
per Geñ.Deus naturas creat bonitate.volunta-
tes ordinat potestate.vt nec sit natura que ab eo
nõ sit:nec voluntas bona cui non presit :nec ma-
la qua bene vti non possit. Potestas ergo in deo
est principium ordinis.si ergo lex eterna est princi
pium ordinis:ergo est in deo scdm intentionẽ vel
rationẽ potestatis.ergo appropriatur persone pa
tris.Consequenter ostẽditur ꝙ sit scdm intentio
Augu.
nem veritatis:⁊ ita appropatur filio.quia lex eter
na dicit̃ veritas.Unde Aug.in li.de vera religione
Lex eterna est incõmutabilis veritas.⁊ vult ostẽ-
dere ꝙ lex approprietur filio.sicut iudiciũ filio in
illo libro ⁊ dicit.pater nõ iudicat quenq̃ . sed om-
ne iudiciũ dedit filio.⁊ spiritualis homo a nemi-
ne iudicatur.i.a nullo homine . sed a sola ipsa le-
ge scdm quã iudicat omnia ⁊ ideo verissime dictũ
est.oportet nos oẽs exhiberi ante tribunal xpi.
Si ergo omne iudicium datum est filio . quoniaz
veritatis seu sapientie est iudicare:⁊ iudiciũ scdm
legem est vt dicit.ergo lex est in deo scdm rationez
veritatis appropriate filio.Cõsequenter ostendit̃
ꝙ scdm rationem bonitatis.⁊ sic appropriat̃ spiri
tuisancto.ps.Nõ est qui se abscondat a calore ei⁹
glo.i.a spiritusancto: qui spũssanctus est lex ⁊ te
stimoniũ ⁊c.ipsi ergo appropriat̃.et ita est ſm ra-
tionẽ bonitatis.Item.viij.ad Ro.Lex spiritus vi
te.glo.i.spiritussan.qui docet quid agẽdũ sit vult
ergo ꝙ spiritussanctus est lex.⁊ ita lex eterna ha-
Rñsio.
bet esse scdm rationẽ bonitatis.q: spirituiscto at
tribuit̃ bonitas:ſm quã ergo intẽtionẽ sit in deo
querit̃ ⁊ cui appropriat̃ persone. ¶ Solutio.dicẽ-
dum ꝙ ad quãlibet legem cõcurrũt tria.s. autori
tas.veritas.⁊ bonitas.⁊ hoc ſm tria que concur-
runt ad hoc ꝙ sit lex.s.pncipiũ legis: forma legis
⁊ finis.Ratiõe principij debet̃ ei autoritas : quia
nõ põt esse principiũ legis nisi habẽs autoritatẽ.
Ratione vo forme debet̃ ei vitas:q: lex nunq̃ fer
tur sine recta rõne.Itẽ rõne finis debetur ei boni-
tas:q: lex non est nisi ad bonũ.Unde sicut habet̃
ex alia scientia.Lex est sanctio sancta iubẽs hone
stũ ꝓhibensq; ꝯtrariũ.Si ergo respiciamus in le-
ge eterna autoritatem.dicit̃ in deo ſm rationẽ vel
intentionẽ potestatis:⁊ sic appropriatur persone
patris.Si autẽ respiciamus veritatẽ scdm ratio-
nem formalem:sic appropriantur sapientie et ita
persone filij.Respiciendo autẽ bonitatem que de
betur ei ratione finis:sic appropriat̃ spirituiscto.
Ex hoc patz qualiter isti effectus deriuantur a le
ge eterna scilz imperare vetare.⁊c. Nam isti actus
imperare ⁊ vetare sunt ipsius legis ratione auto
ritatis.Isti autem duo actus consulere ⁊ permit-
tere sunt ipsius ratione veritatis.Isti autem duo
punire:premiũ tribuere:sunt ipsius ratione boni
tatis.⁊ ꝓpter hoc dictũ est a sapiẽtibus.ꝙ hec est
virtus legis.⁊ sic oportet ꝙ in lege inueniat̃ ratio
vel intentio potẽtie vt precipiat vel ꝓhibeat. Itez
⁊ ratio veritatis vel sapientie vt possit permittere
vel consulere:⁊ ratio bonitatis vt puniat malefa
cta ⁊ premiet benefacta.hoc enim ꝑtinet ad boni
tatem.et sic scdm diuersas rationes comprehen-
dit lex potentiam.sapientiam.⁊ bonitatẽ. ⁊ scdm
hoc diuersos habet actus.Patet etiam ex hoc ꝙ
predicti actus legis respiciunt vires anime . nam
consulere ⁊ permittere respiciunt rationalẽ. Sũt
enim actus legis ratione veritatis vel sapientie:
et hoc pertinet ad vim rationalem.Imparare au
tem ⁊ vetare pertinent ad irascibilem . sed punire
et premium tribuere pertinent ad concupiscibilẽ.
⁊ sic cuilibet persone appropriatur lex.scdm tamẽ
diuersas intentiones ⁊ diuersos actus.

Membrum quintum.

De imutabilitate legis eterne.
q Uinto queritur de imutabilitate legis
eterne.Utrum sit immutabilis vel mu
Arg. primũ.
tabilis.Ad quod sic . Omnis lex preci-
piens contraria est variabilis siue mu-
tabilis.lex eterna est huiusmodi : ergo est muta-
bilis. Maior patet. quoniam scdm precepta va-
riatur lex.Minor patet per Augusti.in lib.cõfes.
vbi dicit.Domine si modo imperas qð aliquan-
do vetasti:quis dubitat hoc esse faciendum? Ex
quo perpendit ꝙ deus precipit quod ante vetuit.
sed precepit ⁊ vetat ſm legem eternam : lex igitur
Scdm.
eterna precipit contraria. ¶ Secunda ratio. pre-
cepit deus aliquando plures habere vxores : mo-
do autem vetat.ergo aliquando precepit qð mo-
do vetat.Unde Augusti. in lib confes. Aliqua li-
cuerunt in antiquo seculo iustis : que modo non
licent.quia illis precepit domin⁹ istud.istis aliud
pro temporalibus causis.ergo lex preceptionis di
uine est mutabilis.si ergo virtus legis cõsistit in
preceptis:constat legem eternam esse mutabilez.
Tertium.
¶ Tertia ratio:nam istud patet ex prophetia co-
minationis ⁊ promissionis.Hiere.xviij.Repente
loquar aduersus gentem et aduersus regnum . si
penitentiam egerit gens illa.⁊c.hec est prophetia
cominationis sed sententia prophetie cominatio
nis est mutabilis.quia primo dicit aduersus gen
tem:post dicit si penitẽtiam egerit ⁊c.agam ⁊ ego
penitentiam.similiter est de prophetia promissio
nis sicut patet ibi et alibi.Si ergo sententia dei
quando cominatur vel promittit per prophetas
procedit a lege eterna . et hec sententia est muta-
Quartũ.
bilis : ergo et lex eterna est mutabilis . ¶ Quar-
ta ratio.Omnis sententia que fertur sub condi-
tione et nõ absolute mutabilis est:⁊ maxime illa
que depẽdet cũ hoc a libero arbitrio.ſ; sentẽtia le

gis eterne ferk sub ꝯditione ⁊ nō absolute ⁊ maxi-
me dependet a libero arbitrio: ergo sententia le-
gis eterne est mutabilis. ergo lex eterna est mu-
tabilis. Minor patet. quoniam lex eterna nun-
ꝗ̄ iudicauit vel dicet absolute iste damnabitur:
sed semꝑ sub conditione ac si fuerit malus finali-
ter. similiter nō dicet absolute iste saluabik: sꝫ sub
hac cōditione si fuerit finaliter bonus Unde sem
per hoc dicet sub cōditione malicie vel bonitatis
finalis. Sed hec cōditio q̄ est: si fuerit bonus vel
malus: finaliter depēdet a libero arbitrio. ex quo
maxime seq̄tur ꝙ sit mutabilis. ¶ Ad oppositū

Contra. Aug.

Aug. in. iij. Cōfe. Ignorabam iusticiā verā interio
rem. nō ex ꝯsuetudine iudicantē: sed ex iustissima
lege dei omnipotētis qua formarent regionū mo-
res: cū ipa vbiq; ⁊ semper. nō alibi alia. non alias
aliter ⁊ omne tale simpliciter est immutabile: er-
go lex eterna simpliciter est immutabilis. ¶ Se-
cūda ratio Aug. in li. de vera religione. cū ſm legē
quadrature iudicet: ⁊ formā quadratū ⁊ lapis qua
drat⁹ ⁊ huiusmodi. Rursus ſm totā equalitatis
legē iudicentur conuenire motus pedum curren-
tis formice: ⁊ gradiētis elephantis: quis dubitat
eam. i. istā legem interuallis locorum ⁊ temporum:
nec maiorē esse nec minorem: cū potentia superat

Responsio.

omnia. hec est lex omniū artium cum sit omnino
immutabilis. ¶ Solutio. dicendū ꝙ sicut dicik
volūtas dei dupliciter. scꝫ voluntas que est essen-
tia dei ⁊ hec est volūtas bñplaciti ⁊ hec est īmuta-
bilis: ⁊ voluntas signi: ⁊ hec est mutabilis. sic lo-
quēdo de lege diuina dupliciter possumus dicere:
ꝙ vno modo est mutabilis: alio modo est immu-

Greg.

tabilis scdm ꝙ dicit Greg. Deus nō mutat consi
lium sꝫ sententiam ⁊ appellatur ibi consiliū ratio
diuina: scdm quā diiudicat ⁊ disponit omnia. Sē
tentia aūt appellatur ipse tēporalis effectus qui
sequik. ⁊ iste mutabilis est. Si ergo loquamur de
lege ſm rationē consilij: sic ipa immutabilis est.
Si ſm rationē sententie: sic mutabilis. q2 ipe tem
poralis effectus sequēs ex ipa mutatur quotidie.
sed ipa ratio ſm quā diiudicat ⁊ disponit ⁊ deriua
tur ab ipa: effect⁹ manet immutabilis. ⁊ scdm pri
mum modū dicetur lex eterna. s. ſm ꝙ accipik pro
cōsilio vel ratione. ſm ꝙ accipik pro sententia non
dicitur eterna: sed tēporalis. tamē absolute lex di-
citur ipa ratio precipiēdi vetandi ⁊c. effectus aūt
eius sunt p̄ceptio ꝓhibitio ⁊c. Si ergo ipsa ratio
immutabilis: patꝫ ꝙ lex eterna simpliciter est im
mutabilis. effectus autem eius mutabiles sunt.

Sol. ad. j.

¶ Ad primā rationem in contrarium dicendum
ꝙ hec est falsa. Omnis lex precipiēs contraria est
mutabilis. nisi addatur hoc scdm rationes cōtra
rias. vt dicak omnis lex precipiēs contraria. ⁊ secū
dum rationes cōtrarias ⁊c. Lex autē eterna nūꝗ̄

Ad secundū.

precipit ſm rationes cōtrarias. immo secundum
rationem vnā ⁊ immutabilem. ¶ Ad secundam
dicendum. ꝙ soluitur ibi per hoc qd̄ dicitur in au
toritate illa ex tēporalibus causis. vnde est ibi mu
tatio ratione alicuius temporalis: qd̄ subiacet le-
gi eterne ⁊ eius preceptis. ⁊ hoc est qd̄ dicit Augu.
in libro. de vera religione. Ut ars rei medicine cū
eadem maneat nec vllo pacto mutetur. mutat ta
men precepta languentibus. quia mutabilis est
nostra valitudo: ita diuina prouidentia cū sit om
nino incommutabilis: mutabili tamen creature
varie subuenit pro diuersitate morborū. alijs alia
iubet aut vetat: vnde varietas est in effectu tēpo-

Ad tertiū.

rali. ¶ Ad tertiū. si dicak sentētia legis eterne pe-
na tēporalis q̄ debek ex merito: sic ipa mutatur. si
autem dicatur sentētia ipa ratio hec est eterna et
immutabilis. ¶ Et qd̄ obijcitur ꝙ ipa respicit li.

Ad quartū.

ar. dicendum ꝙ actus istius sententie mutabilis
est. vnde ꝙ iste puniatur hoc est mutabile. sed ra-
tio sententie que dicit ꝙ si permaneat aliquis in
malicia finaliter punietur. immutabilis est: licet
ipa sentētia seu actus sentētie sit mutabilis. Ra-
tio aūt illius sententie a lib. ar. nō dependet. licet
esse bonum finaliter depēdeat ab ipso. Unde Au-
gusti. de libe. arbi. ponit exemplum de contrarijs
legibus. quarum vna tribuit populo potestatem
dādi honorē: alia aufert. ⁊ dicit. ꝙ ratio harū im-
mutabilis est: ⁊ tracta ex eternitate. Unde ipse di-
cit. Si populus quodam tempore iniuste hono-
res dedit. quodam rursus iuste nō dedit: hec est vi
cissitudo temporalis vt esset iusta. ex illa eternita
te tracta est. hoc est ex ratione eterna qua semper
iustum est grauem populum honorem dare: leuē
non dare. et similiter ratio eterna immutabilis:
que dicit ꝙ si permaneas in malo finaliter: punie
ris. dicit etiam ꝙ si permaneas in bono finaliter:
premiaberis. hec autem ratio immutabilis est et
absoluta non dependens a libe. arbi. sicut senten-
tia. Sed lex eterna dicitur ipsa ratio sentētie. Un-
de Augusti. in li. de libe. arbi. Lex illa que summa
ratio nominatur. cui semper obtemperandū est.
per quam mali miseram: boni bonam vitam me-
rentur. per quam deniq; illa quam temporalem
vocandam diximus recte fertur recteq; mutatur:
potest ne cuipiam intelligenti non incommuta-
bilis eternaq; videri. quasi dicat non. ex quo ha-
beo legem eternam: que est summa ratio esse incō
mutabilem: licet effectus eius sint mutabiles. q2
temporales sunt.

Membrum sextum.

De vnitate legis eterne. Augu.

Sexto queritur de vnitate legis eterne. ⁊
queritur an sit vna vel plures. Ad quod
sic. Augu. in lib. lxxxiij. q. vbi loquitur
de rationibus quibus cōdite sunt crea-
ture dicit. ꝙ alia est ratio qua creatus est homo:
alia qua creatus est equus ⁊c. Sed sicut se habēt
iste rationes ad creaturas: ita lex eterna ad alias
leges scꝫ temporales. quia ipsa est ratio legum tē
poralium. Unde August. lex eterna summa ratio
nuncupatur. Si ergo alia ⁊ alia ratio istius crea-
ture ⁊ illius: ⁊ similiter lex eterna cum sit ratio le-
gum temporalium: non est vna sed plures. ¶ Se
cunda ratio August. in lib. de cathetizandis rudi
bus. Nouit deus ordinare deserentes se animas.
et ex earum iusta miseria: inferiores partes crea-
ture cōuenientissimis atq; congruentissimis le-
gibus adiuuande dispensationes ordinare. omes
ergo iustissimis dei legibus damnati sunt. sed le-
ges ille non sunt aliud q̄ lex eterna: ergo sunt plu

Cōtra. primū.

res leges eterne. ¶ Ad oppositum. sicut dicit Au
gust. Lex eterna est ars artium ⁊ lex omnipoten-
tis artificis. ⁊ etiam sicut ipe dicit in lib. cōfessio.
Sicut ars medicine vna est et tamen habet diffe-
rētiam preceptorum: ita lex eterna. quia ita se ha-
bet lex eterna ad leges temporales sicut ars medi
cine ad sua precepta. Ex his ergo autoritatib⁹ vi-
detur. ꝙ lex eterna sit vna: ⁊ ꝙ non recipiat plura

Scdm.

litatem. ¶ Secūda ratio nō ponimus pluralita-
tem in diuinis ꝓpter diuersitatē respectuū. Nā
si hoc esset: cum hoc nomen creator dictū de deo
habeat plures respect⁹: sequeretur ꝙ possent dici
plures creatores: q2 habet respectum ad hāc crea
turā ⁊ ad illā ⁊c. Ergo similiter ratio diuersitatis
respectu legis eterne ad temporales leges non po
net pluralitatē in lege eterna. sꝫ ergo plures sint
leges temporales

Rñsio.

leges temporales: non propter hoc plures eterne.
Solutio. dicimus exemplarē causam diuinā esse
vt artē prout dicimus ipm operari ad vnum finē
Ars enim finē vnū respicit. quia ars est collectio
principiorum ad vnum finem tendentiū: ⁊ ideo non
possunt in diuinis dicit artes multe. Ratio autē
dicit diuinā causam cōnotando respectū ad crea-
turam: prout ipa habet esse in ordine. Ordo autē
ad finē est. sed est ordo rerū dupliciter. s. ordo rerū
ad suum finē vltimum increatū. ⁊ est ordo rerū
ad seinuicē sicut ordinank corporalia ad locū vel
sicut ordinak res ad suā vtilitatē. ⁊ sic ordinātur
rōne sue dignitatis. Iste ordo ad fines ꝑticulares
habek ex ordine rerum adinuicem. Scdm ergo ꝙ
ratio respicit ordinē istum creaturarū inter se seu
ad finē creatum: dicimus ꝙ sunt plures rationes
ratione cōnotati. Una tamē semꝑ est ratione prin
cipalis significati. Unde in oībus his est vnitas
ratione significati principalis. Secundū ꝙ respi
cit ordinē rerum ad finē vltimū increatū. sic est
vna sola ratio. ⁊ hāc rationē cōnotat ars: q2 hui⁹
finis est vna ratio. scdm hoc dicēdū. ꝙ lex eterna
potest dici vt ars: et vt ratio. Est enī lex eterna ars
eterna boni ⁊ veri. Itē lex eterna ſm Aug. summa
ratio nuncupak. Si dicimus eā vt artē. sic est vna
Si autē dicamus eam vt rationē prout ratio acci
pitur a fine ꝑticulari: sic plures sunt ratione con-
notati. sicut sunt plures fines particulares verbi-
gratia. Lex quedā tēporalis est ꝙ populus det ho
nores. Cōtraria autē lex assignak in alio tempore.
Ratio vnius legis est leuitas ⁊ inordinatio popu
li. ratio alterius legis est grauitas ⁊ honestas po
puli. Et sic due sunt rationes ꝑticulares istarum
legum: ⁊ hoc attēdendo ponūt fines ꝑticulares ⁊
ordinē rerum ſm illos. Sed attendendo artē vna
est ratio illarum. quia illa eadē ratio que dicet iustū
est vt populus grauis det honores: dicet ꝙ iustū

Ad scdm.

est vt leuis ⁊ inordinatus nō det honores. Et per
hoc patet solutio. ¶ Ad rationē qua obijcitur ꝙ
nō dicunk plures creatores. dicēdum ꝙ in noībus
diuinis essentialib⁹ que significāt cōcrete nunꝗ̄
debet recipi multitudo vel pluralitas quicūq; cō-
notek respectus. vñ non debēt dici plures domini.
nec plures creatores: sed solū in noībus dictis per
abstractionē. sicut ydea ⁊ ratio ⁊ hmōi. quia sunt
nomina formarum pōt aliquādo pluralitas dici ra-
tione cōnotati. Tamē distinguēdum. ꝙ attenden
do principale significatū semꝑ est in istis vnitas
Si autē attēdamus cōnotatum aut respectus il-
le cōnotatus est ſm differentiā: aut scdm vnitatē
⁊ indifferentiā. si scdo modo: sic nō pōt dici plura
litas in illo noīe. vñ non dicunk ꝓprie plura exem
plaria vel artes. Si autē primo modo: tunc est vni
tas in illo nomine ratiōne principalis significati
⁊ multitudo ratione connotati.

Membrum septimum.

De deriuatione legū a lege eterna.

Septimo queritur de deriuatione legū.
a lege eterna. Et circa hanc q̄stionē plu
ra queruntur. Primum est vtrū leges
inique deriuenk a lege eterna. Secundū
est vtrum lex fomitis seu lex carnis deriuetur ab
ipa. Tertium est vtrum leges humane deriuentur
ab ipa. Quarto vtrū lex naturalis deriuetur ab
ipa. Quinto an moysi: sed illud differtur inquirē
dum cum tractabitur de lege moysi.

Articulus primus.

Utrum leges inique deriuētur a lege eterna.

q Uerik ergo pmo an leges inique de qui-
bus habek. x. Esa. Ue q̄ cōdunt leges ini
quas: deriuētur a lege eterna. ¶ Ad qd̄
sic Uolūtas dei nō pōt esse principium
vel causa male volūtatis. q2 deus nō est autor ma

Cōtra. Arg. primū.

lorum. ergo nec lex eterna legum iniquarum. ¶ Ad op-
positū Legis eterne est ꝑmittere sicut p̄cipere. sꝫ
leges iuste ferūtur iussu legis eterne. leges inique
ferunk eius ꝑmissione. ergo sicut leges iuste ferun
tur ab ipa: ita leges inique deriuātur ⁊ ferūtur ab

Scdm.

ipsa. ¶ Secunda ratio. Lex eterna est qua omnia
sunt ordinatissima vt dicit Aug. ergo ab ipa ordi-
nātur leges iniq̄ ⁊ eque. sꝫ oīa ordinata a lege eter-
na deriuātur. ⁊ ferūtur ab ipa: ergo leges iniq̄ de-

Rñsio.

riuank ab ipa. ¶ Solutio. dicēdum ꝙ lex iniqua
inq̄tū iniqua est: nō est a lege eterna. Unde mali
inq̄tū mali efficiēs causa si q̄ritur nō inuenitur
nō enim habet cām efficientē. sed deficientē. sicut

Sol. ad. j.

ipe act⁹ mal⁹ ex defectu est sicut dicit Aug. ¶ Ad
primā rationem in ꝯtrariū dicēdum. ꝙ est volun-
tas dei p̄cipiēs ⁊ ꝑmittēs. voluntas dei precipiēs
dicitur vel ponik in aliq̄d. Sed cū dicitur volūtas
dei ꝑmittēs: nō ponitur in aliquid ipsa. Lex autē
ꝑmittens nō dicitur in aliq̄d. sed hoc mō cuꝫ. s. qd̄
dicitur in aliq̄d nō est in ratiōe cause vel originis:
⁊ ideo nō dicimus eā esse p̄ncipiū vel originē legis
inique: cū solum cōparetur ad eā sicut permittēs

Ad scdm.

¶ Ad scdm dicendū. ꝙ malum in eo ꝙ malū non
est ordinatū Sed dicēdo malū: dico naturam defi
cientē a bono cū dico naturā: dico rem bonā boni
tate nature. sed dicēdo ipsā maliciā dico defectū
a debito ordine: ⁊ ideo malicia est inordinatio. et
ideo malū inq̄tum malū hoc est ratione malicie
nō est ordinatū. Sed ꝙ dicatur ordinatū hoc est
ratione subsistētis: q2 ipa ordinatur ad suppliciū
eternū per legē diuinā: ex quo noluit ordinari ad
gloriā. Uel pōt dici ꝙ hoc argumētū non valet.
est ordinatū a lege eterna: ergo est deriuatū ab ea.
nō enim est deriuatū ab ea nisi quatenus est ordi
natū seu in ordine. Unde nō ipsum est a lege eter-
na sed eius ordo potius.

Articulus secundus.

Utrum lex fomitis siue carnis deriuetur ab ipsa.

s Ecūdo q̄ritur an lex fomitis seu lex car-
nis qd̄ idem est deriuetur a lege eterna.
Ad qd̄ sic. Ro. vij. Lex spūs vite in xp̄o
iesu liberauit me. Glo. due leges bone
sunt. lex spūs que pctm̄ tollit: lex moysi que pctm̄
ostendit. lex peccati mala q̄ reos facit. Si ergo lex
peccati facit reū ⁊ est mala: ⁊ nullum malū a lege
eterna: ergo lex peccati seu lex fomitis qd̄ idē est:
nō est a lege eterna. ¶ Scda ratio Ro. vij. Uideo
legē in mēbris meis captiuantē me in lege peccati
Glo. hec est lex mala qua q̄sq; carnali cōsuetudīe
implicatus astringik. ¶ Tertia ratio Ro. vij. Iam
ego nō operor illud: sed qd̄ habitat in me peccatū
Glo. i. lex carnis ad quā dyabolus vt ad suā legē
accedit. si ergo lex carnis est dyaboli vt sua: ergo
dyabol⁹ est causa ei⁹. ergo deriuatur a lege dyabo

Auto. prima Aug.

li ⁊ nō a lege dei eterna. ¶ Quarta ratio Augu. j.
de li. arbitrio. Non est ordinatissimū vt impotē-
tia potētioribus īperarent quasi necesse arbitror
esse. vt plus possit mens q̄ cupiditas. Si ergo ex
lege carnis est ꝙ īpotētior potētiori īperet. s. ca-
ro spūi: istud est ꝯtra rectū ordinē. sꝫ qd̄ est ab eter
na lege est ordinatissimū ergo lex carnis non deri

scda Aug.

uak ab eterna lege dei. ¶ Quinta ratio Aug. j. de
lib. arbi. nullo modo rectus ordo est appellādus:
nisi meliora subijciunk deteriorib⁹. sed ꝑ legē car-

nis subijcitur melius deteriori.s.spūs carni:ratio
sensualitati:ergo non est recto ordine.Si ergo ni
hil est ab eterna lege nisi sit recto ordine .ergo &c.
Tertia. Aug. ¶ Sexta ratio Aug.j.de li.arbi.Cum mēs irratio
nalis animi motus regit.id dominat in homine
cui dominatio in lege debet ea quam eternam esse
comperimus Si ergo quando mens dominatur su
pra sensualitatē id dominatur cui debetur domi=
nium ſm legē eternam.ergo a contrario. quando
mens subdit illi:dominatur illud cui nō debetur
dominiū secundum legem eternā:sed illud domi=
nium est secundū legē carnis vt fomitis. ergo ipa
lex carnis nō deriuatur ā lege eterna. immo om=
Contra. nino est ei repugnans.¶ Ad oppositum Ro.vij.
Scio ꝙ nō habitat in me hoc est in carne mea bo
nū.Glo.Manet corruptio in corpe: robur tenēs
diuine sententie date in adā.& post dicit.Hern.hec
est lex carnis.Lex igit carnis tenet robur diuīe sen
tētie & ita legis eterne. ¶ Scda ratio Ro.vij.Ui=
deo legē in membris meis repugnantē legi mētis
mee.Glossa.fomes peccati recte dicit lex.qr legiti
me factū est.vt qui non obediuit suo superiori:ei
nō seruiat suum inferius.s.caro.sed a lege eterna
est omnis lex legitima.si ergo lex fomitis recte et
legitime dicit lex: constat ipm esse a lege eterna.
¶ Gratia huius querit cum lex fomitis appelle=
tur ab apostolo.lex peccati lex mēbrorum omnīū
cum planū sit ꝙ inq̄tum lex est peccati nō est a le
ge eterna queritur tamē ſm ꝙ ipa est lex membro
Respōsio. rum an sit a lege eterna.¶ Solutio.dicendū ꝙ fo
mes importat quandā inordinationē & defectum
in nobis ex peccato ade. que inordinatio & defect9
est ex eo:ꝙ nō obedit inferius suo superiori: vt ca=
ro spūi.fomes igit in nobis pena est. sed est pena
duplex scz feditatis & passibilitatis.inq̄tū fomes
est pena feditatis:sic nō est a deo.qr actus su9 est
deformis.qr actus fedationis non pōt esse a deo
vt a principio sed a dyabolo.Secūdū vero ꝙ ipsa
est pena passibilitatis & afflictionis.eo.s.ꝙ affli=
git aiam sic ipsa est a deo.Afflictio enim illa dicit
bonū.& ordinem ad diuinam iusticiam. Afflictio
enim ista tēporalis est & ad bonū:vt homo coact9
redeat & ꝯuertatur ad deū.Ex hoc enim ꝙ anima
videt se ita deiectā:& tāte vilitati & corruptiōi sub
iectam:citius cōuertitur ad deum.& sic fomes in=
quantū est pena passibilitatis:a deo est.& ordinat
ad deuz.est eñ a diuina iusticia.Lex ergo fomitis
vno modo potest appellari lex passibilitatis. Alio
modo lex feditatis.primo modo est vt affligens.&
hoc modo appellat eam apl's legem mēbrorꝫ. hoc
modo ipsa est & deriuat ab eterna lege.ipa eñ dici
tur lex passibilitatis.i.ſm ꝙ homo per eam habz
legem vt affligatur ex illa & conuertatur ad deuz.
hoc enim modo respicit ordinē diuine iusticie.Se
cundū aūt ꝙ lex fomitis dicit lex feditatis.sic ipa
appellatur ab ap'lo lex peccati.et sic lex ista nō est
a lege eterna.sed a dyabolo vel peccato: qr lex ista
mala est.Unde super illud ad Ro.vij. Scio ꝙ nō
habitat in me hoc est in carne mea bonum. Dicit
glo.Quo eius cōsortio anima maculatur peccato.
Dicitur aūt mala hoc modo quadruplici ratiōe.
Primo quia facit reū.Scdo qr maculat animaz.
Tertio quia per eam quisqz carnali consuetudine
implicatus astringitur. Quarto qr ad eam acce=
dit dyabol9 vt ad suaz.Nā fomes aut pctm duos
primos actus habet.s.aiam maculare.& reā face=
re.& remouent isti actus per baptismū. Sed dicit
maculare inq̄tum deformat animā seu imaginē
dei.ream vo faciet animā obligando ipsam ad pe
nam.hec enim duo facit peccatuz seu fomes. & ita
lex fomitis seu peccati.vel dicitur peccatuz seu fo=
mes macula:qr facit animā indignā gloria . Dici
tur autem reatus quia facit eā dignaz pena. Alia
autem duo facit post peccatuz. Nam fomes post
baptismū duplicem habet in nobis effectū.s.diffi
cultatē ad bonum:& pronitatē ad malum . primo
dicitur mala:qr implicat hominē ad cōcupiscen=
tiam carnalem.Scdo dicit mala.s. ratione pnita
tis ad malū.qr ad eam dyabolus vt ad suam acce
dit.Unde post hoc dicit glo.vt hominē suggestio
nibus malis decipiat ne faciat homo que lex pre=
cipit.Quantū aūt ad primū actū ante baptismuz
qui est maculare:dicit in glo.cuius consortio ani
ma maculatur.Quātū ad scdm qui est reū facere
dicit mala.Et sic glo.illa supradicta loquitur cuz
dicit lex peccati mala:qr reos facit. His quatuor
modis lex fomitis est lex peccati dicens inordina=
tionē & mala simpliciter:& sic nullo modo est a le=
ge eterna.sed primo modo non dicit inordinatio=
nem.s.ſm ꝙ est lex passibilitatis.et sic est ab ipsa.
Quantū ad hoc eñ dicit glo.predicta ꝙ tenet ro=
bur diuine sentētie.i.in hoc qr affligit & punit ani
mā propter peccatū.q̄tum ad hoc etiā dicitur lex
fomitis legitima:qr legitime factū est vt dicit glo.
alia.vt qui nō obediuit suo superiori:ei nō seruiat
Ad auto. primā Aug. suum inferius.¶ Ad primā autoritatē Augu.di=
cendū.ꝙ sicut videmus ꝙ iuste per peccatū subij=
ciebatur homo dyabolo ante passionem xpi.& ta=
men dyabolus iniuste tenebat eū:ita hoc iustum
est vt spūs subijciebat carni:& tamen caro iniuste
dominat spiritui.qr legitimū est vt qui nō obedi=
uit suo superiori:ei non obediat suum inferius. et
loquimur q̄tum ad penam passibilitatis de lege
Ad scdam. ista.¶ Ad secundā dicenduz.ꝙ est melius q̄tum
ad esse nature.& est melius q̄tum ad esse ordinis.
Ratiōalis creatura melior est natura q̄ aliqd cor
poreū seu q̄ caro.sed cū ipsa efficit peccatrix:peior
est q̄tuz ad esse ordinis q̄ caro.& q̄ aliqua creatu=
ra corporea.Si ergo respiciamus naturā. sic ipsa
subijcitur deteriori:cū subijcitur carni.sed si respi
ciamus ordinē:sic subijcitur meliori. qr ipsa caro
magis seruat ordinē suum q̄ ratio vel anima pec
Ad tertiam. catrix.¶ Ad tertiam dicendū.ꝙ ex lege eterna est
ordo nature:& est ordo iusticie.Ordine nature cō=
cedendum:ꝙ ipa mens ex lege eterna dominatur
irrationabilibus animi motibus:seu ipsi sensua=
litati.sed postq̄ ipsa peccatrix efficitur ordine iu=
sticie:motibus illis subijcitur ipsa mens & ipi sen
sualitati ex lege eterna.& loquamur de illa sub
iectione inq̄tum inducit passibilitatem seu affli=
ctionem in anima seu in ratione: et non inq̄tum
penam feditatis sicut dictum est.

Articulus tertius.

An leges humane deriuentur a lege eterna. Augu.
Tertio queritur de legibus humanis an
deriuent a lege eterna.¶ Ad qd sic Au=
gust.in.j.li.de libe.arbi. In tēporali le=
ge nihil est iustū atqz legitimū : qd non
ex eterna hoīes sibi deriuauerint. Si ergo in illis
est aliquid iustū & legitimū.ergo &c.¶ Scda rō si
oms bonitates deriuant bonitate a prima: & oēs
veritates a veritate prima.ergo sic oēs leges: a
prima lege eterna.¶ Ad oppositū.iuxta August.
Cōtra.primū. Lex hūana relinquit īpunita que iustuz est puni=
ri.sed scdm legē diuinā nihil tale debet impunitū
relinqui.ergo &c.Maior ptz per Aug.j.de libe. ar
bi.Lex illa que regēdis ciuitatibus fertur multa
concedit atqz impunita relinquit que per diuinaz
prouidentiam iudicant.¶ Secūda ratio.Lex hu
Scdm. mana iudicat liberos a pena:quos eterna iudicat
reos ad

reos ad penā.ergo non est ab illa.Maior patet ꝑ
Augu.qui ponit exemplum de illis qui occidunt
ne occidant.vel ne amittāt res temporales : quos
lex humana iudicat esse liberos a pena.lex eterna
reos.Unde dicit primo de libe.arbi.Non lex iusta
est que dat potestatem vel viatori vt latronem ne
ab eo occidatur occidat.vel cuipiam viro aut fe=
mine.vt violentum sibi stupratorē irruentez : aut
illatum stuprum si possit interimat . et ponit ra=
tionem huius post.quomodo enim apud eam scz
legem eternaz sunt isti peccato liberi: qui pro his
Tertium. rebus quas contemni oportet humana cede po=
luti sunt.¶ Tertia ratio.Lex hūana concedit ali
qua mala fieri vt ne occidaris occidas. sed occide
re hominē illud nō potest fieri sine libidine : ergo
concedit aliqua fieri ex libidine:& que nō possunt
fieri sine libidine hoc est sine improba & inordina=
ta voluntate.sed hoc prohibet lex eterna:ergo &c.
Et ꝙ homicidium non potest fieri sine libidine.
August.pbat.Quomodo possum dicere istos ca
rere libidine.qui ꝑ his rebus digladiantur quas
possunt inuiti amittere.aut si nō possunt qd op9
est pro his rebus vsqz ad hominis necem pgredi
hoc dicit ꝓpter castitatem quā nullus pōt amit=
tere inuitus:cum castitas sit virtus ipsius anime
Rūsio. vel mentis.¶ Solutio dicēdum ꝙ omnis lex hu
mana et omnes leges q̄tum ad id qd habent iu=
stum & legitimum in se:tracte sunt a lege eterna si=
cut omne id qd bonum est in creatura tractuz est
Sol.ad.j. ex bonitate prima.& qd verum ex veritate prima.
¶ Ad primū qd obijcitur in cōtrarium.ꝙ illa di=
Augu. mittit impunita que per diuinā &c. Dicenduz ſm
Augu.in.j.li.de libe.arbi.Uidetur mihi legez istā
que populo regēdo scribitur recte ista pmittere et
per diuinā prouidentiam vindicari. Ea enim vin
dicanda sibi hic assumunt que satis sunt cōciliā=
de paci hominib9 imperitis. Et vult dicere. ꝙ lex
tēporalis nō habet punire nisi mala que sunt cō=
traria suo fini:qui est ꝯciliatio pacis inter hoīes.
Unde nō assumit sibi vindicāda mala ꝯtraria pa
ci hominū ad deū.sicut fornicationē & hmōi.Sed
lex eterna hoc vindicat. & ꝓpter hoc nō sequit ra=
tio illa.Lex tēporalis dimittit impunitaz que tñ
vindicant per diuinā.nisi cum hoc addatur.& ipa
Ad scdm. posita est ad vindicanduz mala illa.¶ Ad scdam
qua obijcitur ꝙ iudicat liberos quos eterna reos
Dicendū ꝙ ex hoc nō sequitur ꝙ sit cōtraria legi
eterne:sed ꝙ sit impfecta respectu ipsius. qr soluz
de illis iudicat lex temporalis:que sunt ad suū fi=
nem vel cōtra ipm.Liberos ergo iudicat quos nō
inuenit cōtrarios paci inter hoīes : que pax est fi=
nis ipsius.sed lex eterna nō solum respicit pacem
istam:sed etiā pacē hominū ad deum.& ꝓpter hoc
iudicat reos quos tēporalis liberos sicut fornica
Augu. tores & hmōi.& punit eos.& ita impfecta est respe=
ctu legis eterne & nō cōtraria.Unde Augu.in lib.
de libe.arbi.dicit.Laudo & ꝓbo istam.s. legem tē=
poralem q̄uis inchoatā minusqz pfectaz videtur
multa relinquere impunita que p diuinam tamē
Ad tertiū. ꝓuidentiam vindicant & recte. ¶ Ad tertiam di=
cendū p interpretationē ꝙ lex tēporalis nunq̄ di=
cit nec iubet ꝙ aliquid fiat ex libidine.Unde dicit
Augu.ꝙ lex non habet culpam in hoc . & ostendit
quō:quia ponat ꝙ aliquis vim vi repellat.aut il=
le est ordinatus ad hoc & iuste facit et ordinate:vt
causa ciuiū tuendorꝫ sicut miles vel iudex qui est
minister legis aut nō.si sic:obtemperandū est illi
legi sine libidine que hoc precipit.si nō est ordina=
tus ad hoc nunq̄ ei lex precipit hoc.sed relinquit
in sua potestate.Et hoc est qd ipse dicit in lib.j. de
libe.arbi.¶ Potest ergo illi legi que tuendorū ci=
uium causa vim hostilem eadē vi repelli iubet si=
ne libidine obtemperari.& de oībus ministris qui
iure atqz ordine potestatibus quibuscūqz subiecti
sunt illud dici pōt.sed illi homies lege inculpata.
quō inculpari queāt esse nō video.Nō eñ eos lex
cogit occidere.sed relinquit in potestate. liberum
itaqz est neminē necare pro his rebus quas inuiti
possunt amittere.& sic lex non est culpabilis: licet
cōcedat aliqua fieri que nō fiunt sine libidine. im
mo illi qui faciunt qd nō precepit lex ꝙ faciant il
la:sed dimittit eorum arbitrio.

Articulus quartus

Utruz lex naturalis deriuetur a lege eterna.
Quarto q̄rit an lex naturalis deriuetur
vniuersaliter a lege eterna.Ad qd .Deri
uatio legū a lege eterna est per rationez
Arg.primū. apprehendentē legem eternaz.Sed soli
rationali creature cōcessum est videre legē eternā
& cōsulere:sicut dicit Aug.in li.de vera religione:
ergo lex naturalis solū put est in creatura ratio=
nali deriuatur a lege eterna.Cū ergo sit lex natu=
ralis in creatura rationali vel irrationali sicut di
cit Isido.ij.ethimologiarum . ꝙ lex naturalis est
quā natura docuit omnia aīalia.ergo nō deriua=
Augu. tur vniuersaliter a lege eterna .Maior ꝓpositio
patet p Aug.in li.de li.ar.Nihil est iustū atqz legi
timū nisi qd homines sibi ex eterna lege deriuaue
Scdm. runt.sed hec deriuatio est p apprehēsionē.¶ Se=
cunda ratio.Nō est deriuatio a lege:nisi secundū
actuz & virtutē legis sed actus seu virtus legis vt
dictum est & vt habetur in canone sunt. imperare.
vetare.pmittere: cōsulere.punire.premiuz tribue
re.Sed omnes isti actus soluz respiciunt rationa
lem creaturā:qr non fit preceptio nec prohibitio
p legem nisi rationali creature &c.nec premiatio
nec cōsultus.ergo solum lex prout est in creatura
rationali deriuatur ab eterna lege. ¶ Aliquis
diceret ad hoc q' isti sunt proprij actus legis. nec
ſm eos fit deriuatio legis .immo est communis
actus ipius.s.artare.scdm quem fit deriuatio. et
hoc cōuenit legi eterne respectu rationalis & irra
tionalis creature:qr artat inq̄tuz determinat po
tentiā que est indeterminata in rationali creatu=
ra & irrationali.Et sic scdm rationem artationis
est deriuatio.Unde Aug.super geñ.Omnis natu
ra vsitatissimos cursus habet: & quasdā natura=
les leges suas.scdm quas spiritus vite qui creat9
habet quosdā actus suos determiātos quos etiā
mala volūtas nō pōt excedere.Et similiter de ele=
mentis dicit ipse & elementa huiusmodi corporea
habēt definitā vim & qualitates ꝓprias. qd vnū=
quodqz valeat quid nō valeat.ex quo patz ꝙ arta
Contra. tio illa respicit omnē creaturā.¶ Sed cōtra hoc
obijcitur quia creatura irrationalis artat ex ne=
cessitate rationalis.nō cū sit arbitrio libera: ergo
equiuoce est artatio in illis.& nō ſm aliquā ratio
nem cōmunē.ex quo sequit illud qd prius. ¶ Ad
oppositū.Omnis bonitas est vniuersaliter a bo=
nitate eterna.ergo omnis lex naturalis cū sit bo=
na:est vniuersaliter a lege eterna. ergo &c. ¶ So=
lutio.dicendum ꝙ omnis lex naturalis est a lege
eterna.tamē scdm propinquius et remoti9 : scdm
ꝙ nature in quibus est:se habet scdm ꝓpinqui9
et remotius ad deum.Est enim lex naturalis tri=
plex.quedam que respicit ordinē rationalis crea=
ture de qua habetur ad Romanos.ij.Cum gētes
que legem non habent. naturaliter ea que legis
sunt faciūt.et etiam dicit ibi glo.Lex nature. qua
intelligit vnusquisqz & sibi cōscius est quid sit bo=

num τ quid malum.Item est lex naturalis respi-
ciens ordinem creature irrationalis sensibilis: de
qua dicit Isido.Lex naturalis est qua natura do-
cuit omnia animalia vt masculus cum femina.
Item est lex naturalis respiciens ordinem omnis
alterius creature.s.irrationalis τ insensibilis. de
qua dicit August.in lib soliloquiorum.Deus cu
ius legibus rotãtur poli:τ cursus suos sidera pa
gunt.scđm has differentias vniuersaliter est lex
naturalis a lege eterna.prima tamen ꝓpinquius
ꝙ secũda τ tertia:τ secũda ꝙ tertia. scđm ꝙ ratio-
nalem creaturam constat esse ꝓpinquiorem deo
Sol.ad.j. ꝙ sensibilem.et sensibilem ꝙ insensibilem τ irra-
tionalem. ¶ Ad primam rationem in cõtrarium
dicendum.ꝙ duplex est notio legis eterne ſm Au
gusti.Una est lex eterna qua iustum est vt omnia
sint ordinatissima.Alia est lex eterna que est sum
ma ratio cui obtemperandum est.qua mali mise
ram boni bonam vitam sequũtur.Ex quibus pa
tet ꝙ lex eterna dicit artem diuinam τ sapientiã
inq̃tum ordinat creaturam τ motum creature.τ
ita ordo scđm legem in omni creatura est ab ea et
lex similiter.sed ordo duplex.Quedam enim crea
tura est domina sui actus sicut rationalis.quedã
non sicut irrationalis creatura. ordinat ergo lex
eterna ordine necessario actum irrationalis crea-
ture.actum autem rationalis non ordinat ordi
ne necessario sed relinquit eũ in arbitrio. ¶ Qđ
ergo obijcitur ꝙ deriuatio a lege eterna est scđm ap
prehensionem. dicendum ꝙ hoc dicitur respectu
legis temporalis.τ non respectu legis naturalis.
Unde Augu.loquitur de lege temporali cum di-
cit nihil iustũ atq; legitimũ τc.τ ratio huius est.
quia lex naturalis est in nobis sine nostra coope-
ratione:sed ex dei inditione τ impressione.Impri-
mit enim vim ordinis naturalem ipse deus in ra-
tionali τ in irrationali creatura. sed in lege tẽpo-
rali nos coopamur ad hoc ꝙ sit in nobis.hec au-
Ad scđm. tem cooperatio est per rationem apprehendentẽ.
τ ideo de illa intelligitur. ¶ Ad scđm dicẽdum ꝙ
sicut calefacere dicit actum per se et principalem
ignis.indurare actum cõsequentem τ non princi
palem:ita artatio dicit effectum cõsequentem le-
gem.sed actus principalis currens in om̃es τ ꝑm
quẽ fit deriuatio est ordinare.quia lex eterna est
qua iustum est vt omnia sint ordinatissima.τ iste
actus decurrit τ in preceptione τ in prohibitione
τ in alijs actibus legis:τ vlterius respectu creatu
Augu. re irrationalis τ eius actus.quia ordo currit per
omnẽ actum.Unde August.super Gen.viij. Uo-
luntas diuina subijcit sibi primitus omnia.dein-
de creaturam corporalem spirituali. deinde irra-
tionalem rationali.terrestrem celesti.τ sic ordo de-
currit per omnia.Posset etiam dici ꝙ extenso no
mine precepti sicut nomine obedientie currit illa
deriuatio scđm rationem precepti. Extendimus
enim nomen obedientie ad rationalem τ irratio-
nalem creaturã.scđm ꝙ dicimus omnia obediũt
deo.τ hec est naturalis subiectio.Unde Psal. Mã-
dauit τ creata sunt.preceptum posuit et non pre-
teribit.Glo.Preceptum idest legem et conditio-
nem τ similiter Ansel.primo.Cur deus hõ. Una-
queq; creatura cum sibi preceptum ordinem na-
turaliter aut rationabiliter seruat:deo obedire di
citur.maxime rationalis cui datum est intellige-
re quid debeat.τ sic extendendo preceptum posset
dici ꝙ currit illa deriuatio scđm rationẽ precepti.

Membrum octauum.

De subiectis legis eterne.

Onsequenter est questio de subiectis le
gis eterne.Circa quã plura inquiruntur.
Primũ est an voluntas diuina sit sub-
iecta legi eterne.Scđm est an filius dei
sit subiectus legi eterne.Tertiũ est an irrationa-
bilia sint subiecta legi eterne.Quartũ est an rõna
bilia sicut mali homines sint ei subiecti. Quintũ
est an iusti sint ei subiecti.Sextũ est an bti subij-
ciuntur legi eterne.

Articulus primus.

Querit an volũtas diuina sit subiecta legi eterne. Arg.primũ.

Ad primũ obijcitur sic.Uoluntas dei cõ
sequitur rationem iusticie.vnde est ad bo
na tm̃ τ ordinata licet sua sciẽtia sit bo-
norum τ malorum.sed quicquid sequitur ra-
tionem iusticie est sub lege eterna:quia lex eterna sũ-
ma ratio nuncupatur:τ est ipa ratio iusticie ergo
voluntas dei est sub lege eterna.ergo subijcitur ei.
¶ Secunda ratio Ansel.j.lib.Cur deus hõ. Licz Scđm.
in illis que deum velle est cõueniens sequatur si deus
vult hoc est iustum:tamẽ in eis que deũ velle est
incõueniẽs nõ sequitur vnde nõ sequitur si deus vult
mentiri ꝙ iustum sit mentiri : imo potius ꝙ ipse
non sit deus.sed generaliter sequitur econuerso si
hoc est iustum deus vult hoc.ergo plus sequitur vo
luntas dei iusticiam ꝙ ecõuerso.ergo est subiecta
legi eterne. ¶ Ad oppositũ.August.in lib. de tri- Contra.Aug.
nitate.Uoluntas dei est prima ratio omniũ sani-
tatis τ egritudinis premiorũ τ penarum.Sed pri
me rationis nõ est ratio:ergo cũ lex eterna sit ra-
tio.cõstat ꝙ voluntatis diuine non est lex eterna
ergo nõ subijcitur ei voluntas dei. ¶ Scđa ratio
Aug.in lib.lxxxiij.q.Qui querit causam volunta
tis diuine querit maius volũtate diuina: sed hoc
est impossibile inuenire.ergo ipsius nõ est aliqua
causa.nec ratio.ergo cum lex sit ratio eius qđ est
ei subiectũ:nõ est lex ergo non subijcitur legi eter
ne. ¶ Tertia ratio Ansel.Cur deus homo.Cũ deus Ansel.
liber sit:nulli legi nulliusq; iudicio subiacet.vt ni
hil decens:nihil rectum sit nisi qđ vult. ¶ Solu- Rñsio.
tio.dicendũ ꝙ voluntas diuina nõ est subiecta le
gi.immo est ipsa lex eterna.Unde dicit Aug. Tã-
tum differt in ratione intelligẽtie cũ dicitur lex τ
cum dicitur voluntas.quia dicitur voluntas respectu
boni inq̃tum acceptat qđ bonũ est.eadem volun
tas dicitur lex inq̃tum ordinat qđ bonum est. ¶ Ad Sol.ad.j.
rationẽ ergo qua obijcitur.ꝙ voluntas dei subse
quatur rationẽ.Dicendum ꝙ scđm rationẽ intelli-
gentie verum est ꝙ voluntas dei est cum ratione.
Unde bene sequitur.deus vult hoc:ergo hoc habet
rationem.sed ratio illa nihil aliud est scđm rem ꝙ
ipsa voluntas. ¶ Ad scđm dicendum.ꝙ aliquãdo Ad scđm.
determinatur respectu diminuẽtis.aliquãdo respe-
ctu nõ diminuentis.Quãdo ergo volũtas dei de-
terminatur respectu diminuentis sicut est mentiri:
non sequitur iusticia ad ipam.immo ex hoc sequi
tur ꝙ nõ sit diuina voluntas sed quãdo determi-
natur respectu nõ diminuentis.sicut est pluere et
huiusmodi actus cum quibus stat: tũc ad ipam
sequitur iusticia.per hoc soluitur prima ratio.

Articulus secundus.

An filius dei subijciatur legi eterne.

Secundo queritur an filius dei subijcia
tur legi eterne.Ad quod sic. Ubicũq; in
uenitur ratio subiectionis ibi est dice-
re subiectionem scđm legem aliquam.
quia omnis subiectio est scđm legem aliquam. si
ergo in filio dei inuenitur ratio subiectiõis ad pa
trem:ergo in eo est subiectio scđm legem aliquam.
sed non nisi scđm legem eternam. ergo ipse scđm
naturam

naturam diuinam est subiectus legi eterne. Mi-
nor patet.quoniã Hyla.in libro de synodis ponit
verbũ concilij dicẽs.Non exequamus vel cõpara
mus filium patri.sed subiectũ intelligimus scđm
diuinã naturã.Est ergo subiectus scđm ius legis
eterne. ¶ Scđa ratio habetur in eodem.Si quis
vnum deũ dicens.xp̃m autem ante omnia secula
filium dei obsecutum patri in creatione omnium
non confitetur anathema sit.τ loquitur scđm diui-
nitatem de filio dei.sed verbum obsequij est verbũ
subiectionis .hec autem subiectio fit seruis legis
Cõtra. Augu. eterne.ergo τc. ¶ Ad oppositum Aug.in li.de ve-
ra religione.Ut nos de inferioribus rebus iudica
mus.sic de nobis sola veritas iudicat.De ipa aũt
nec pater:nec enim minus est ꝙ ipe.τ ideo que pa
ter iudicat per ipm iudicat. τ scđm hoc dicitur ꝙ
pater omne iudicium dedit filio.Si ergo filius est
ipsa veritas.ergo non est minor patre.nec de ipo
pater iudicat.ergo nõ subijcitur patri ergo nec le
Rñsio. Hyla. gi eterne. ¶ Solutio.dicendum scđm beatum hy
la.semper intelligẽtia dictorum ex causis est assu
menda dicendi.Unde iste autoritates debent ex-
poni.non extendi.nomen enim subiectionis dicitur
multipliciter.Aliquando enim sonat indignius
respectu eius cuius dicitur subiectũ.quomodo di
cimus materiã subiectã forme.τ passiua actiuis:
τ inferiora superioribus Aliquãdo enim sonat in
dignius quomodo dicimus substantiã subiectã
accidẽti.substantia enim in eo ꝙ dicitur subiectũ
dignior est accidẽte.quia dicitur subiectũ in eo ꝙ
facit accidẽs subsistere.Aliquando autẽ sonat in
equale quomodo dicimus nature virtutẽ esse sub
iectam nature.τ virtus nature est equalis nature
cuius est.Primo modo importat subietio habitu
dinem scđm inferioritatem sicut habitudinẽ subie
cti respectu eius qđ est semp illud.Secundo mo-
do importat habitudinem respectu eius qđ est in
subiecto.Tertio modo importat habitudinẽ que
attenditur in hoc ꝙ dico esse ab alio.sic virtus est
a natura τ hic est habitudo originis.hoc ergo mo
do habitudo subiectionis filij ad patrẽ.importat
habitudinẽ originis.τ non indignitatis vel infe-
rioritatis sed equalitatis.Unde exponendum est
qđ dicitur non exequamus τc.i.nõ dicimus filium
equalem patri.ita ꝙ dicamus filiũ esse nõ ex alio
sicut patrẽ.quia filius est a patre. Unde post illã
autoritatẽ habetur.neq; enim pluit ex se.sed a domi
no.s.autoritate patris.Eodẽ modo intelligendum
est illud qđ dicitur filium esse obsecutum patri in
creatione.Nam verbũ obsequẽdi nõ notat ibi mi
noritatẽ vel diminutionẽ potentie in filio:sed no-
tat in patre primã autoritatẽ.vnde sicut in impe-
rante est autoritas pma.in exequẽte est autoritas
ab illo:sic filius habet autoritatẽ a patre.τ in pa
tre est pma autoritatis creãdi res.Et q̃tũ ad hoc
intelligitur illud sicut etiã patet in illo lib . Ex his
ergo nõ sequitur ꝙ filius scđm diuinã naturam sit
subiectus legi eterne.sed magis seq̃tur ꝙ ipe sit lex
eterna.quia lex dicit ius τ ex aliqua pma autoritate
ipe autẽ filius est ius ipm τ ratio que est ex patre.

Articulus tertius.

An irrationabilia sint subiecta legi eterne.

Tertio q̃ritur an irrationabilia subijciã
tur legi eterne.Ad qđ sic dama.Actus in-
uolũtarij nec pcio nec pena digni habẽ-
tur.sed actus irrationabiliũ sunt inuo-
lũtarij.ergo τc.Si ergo legis eterne est premiũ tri
buere:τ punire scđm meritum.Quia lex eterna est
qua mali miserã:boni bonã vitam merẽtur:ergo
nec irrationabilia nec actus eorum cadunt sub lege
eterna.ergo nõ subijciuntur ei. ¶ Ad oppositũ Au Contra.
gusti.xix.de ciui.dei.nullo modo aliquid legibus
sũmi creatoris ordinatorisq; subtrahitur a quo pax
vniuersitatis administratur. Quicquid ergo est in
rerũ vniuersitate cadit sub ordine legis eterne. er-
go τ irrationabilia. ¶ Solutio dicẽdũ ſm beatũ Rñsio.
Ansel.ꝙ irrationabilia subijciuntur legi eterne. sed Ansel.
est subiectio legis eterne naturalis τ sine iudicio:
τ hoc modo irratiõabilia subijciuntur legi eterne.
Alia est cũ iudicio τ hoc modo rõnabilia subijciũ
tur.Omnis autẽ creatura ei subijcitur prima subie
ctione.Unde Ansel.Cur deus homo . Unaqueq;
creatura cum sibi preceptũ ordinẽ naturaliter aut
rõnaliter seruat:deo obedire dicitur.maxime rõna-
lis cui datũ est intelligere quid debeat.τ ita queli
bet creatura obedit τ subijcitur legi eterne.

Articulus quartus.

Utrũ rõnabilia vt reprobi subijciantur legi eterne. Arg.primũ.

Quarto queritur de rationabilibus.Et pri
mo an mali reprobi subijciuntur legi eter
ne.Ad qđ sic Ro.viij. Sapiẽtia carnis
inimica est deo:legi eñ dei nõ est subie-
cta.glo.Unus homo est eademq; natura a bono
deo condita bona.que heri sapiebat scđm carnẽ ho-
die scđm spm̃.s.que dum vitiũ habet.nõ põt subij
ci legi dei:sicut claudicatio nõ potest subijci recte
ambulationi.Si ergo impossibile est ꝙ claudica
tio subijciatur recte ambulatiõi.ergo ĩpossibile est
ꝙ natura habẽs vitiũ subijciatur legi eterne sed ho
mines reprobi sunt huius nature ergo τc. ¶ Se- Scđm.
cũda ratio Augu in lib.de libe.arbit.Cũ manife-
stum sit alios hoĩes esse amatores rerum eternarum.
alios rerũ tẽporaliũ.cũ sic duas leges esse cõueniat
vnã eternã:aliã tpalem.quos istorum iudicas eter-
ne legi esse subdẽdos? Respõdet beatos illos sub
eterna lege agere. Miseris vero tpalis lex imponitur.
Ergo miseri reprobi qui sunt amatores rerũ tpa-
lium subijciuntur legi tpali.sicut boni legi eterne.q
sunt amatores eternorum.cũ ita se habeãt ad illa:si- Contra.
cut isti ad istã.nõ ergo subijciuntur eterne. ¶ Ad Augu.
oppositũ Aug.in lib.de cathezizãdis rudibus. No-
uit deus ordinare deserẽtes se animas.τ ex earum iu-
sta miseria partes inferiores creature sue cõuenien-
tissimis τ congruẽtissimis legibus admirãde dispẽ
sationis ornare.Ergo anime reproborum que sunt
deserentes deũ ordinantur ordine diuino. Sed ordo
diuinus est lex eterna qua iustum est vt oĩa ordi-
natissima sint: ergo subijciuntur ordini legis diui- Rñsio.
ne vel eterne. ¶ Solutio.dicendũ ſm Aug. in.iij. Augu.
confes.ꝙ subijci legi eterne est dupliciter. vel eius
preceptioni vel eius punitioni. Mali ergo subij-
ciuntur legi eterne q̃tum ad punitionẽ.sed non sue
preceptioni.Unde Augu.iij.confes.Domine q̃ di
mittit te:quo it aut quo fugit:nisi a te placido ad
te iratum.Nam ibi inuenit legẽ tuã in pena sua:
τ lex tua veritas est τ veritas tu. ¶ Ad primam ra- Sol.ad.j.
tionẽ in cõtrariũ.dicendum scđm Ansel.in primo. Ansel.
Cur deus homo.vbi facit talẽ cõparationem. Si
cut ea que celi ambitu cõtinentur.nõ esse sub celo
aut elongari a celo nullatenus possunt:nec fuge-
re celum.nisi ab appropinquãte. Itẽ q̃uis homo
vel angelus diuine voluntati τ ordinationi subia
cere velit.cũ eam fugere nõ valet.quia si vult fugere
te sub voluntate precipiente.fugit sub voluntate
puniente τ hoc etiã dicit Boetius Ordo cũcta cõ Boetius.
plectitur:vt si quis ab assignato ordine recesserit:in
aliũ ordinẽ relabatur.ipsa eñ lex eterna sicut circu-
lus est.qui eñ fugit vnam partem appropinquat
alteri.Et ita licet mali ab ea recesserint q̃tum ad
preceptionẽ.sunt tñ sub ea q̃tum ad punitionem.

Ad scd̃m. ¶ Ad scd̃m ꝙ non sequit̃ ꝙ si mali subiecti sunt legi tp̃ali. ꝙ ꝓpter hoc nõ sint subiecti legi eterne. immo qd̃ subiectũ est legi tp̃ali: est subiectũ legi eterne ⁊ nõ ecõuerso: q: cõplectit̃ eã ⁊ circuit oẽs leges. Unde Aug. in lib. de li. ar. Illud incõcussũ teneas. ꝙ aptissime iã nõ demõstrauit eos q̃ tp̃ali legi seruiũt: nõ esse posse ab eterna liberos.

Articulus quintus.

An iusti subiiciant legi eterne.

Quinto querit̃ an iusti subiiciantur legi eterne. Ad qd̃ sic. j. Thi. j. Iusto non est lex posita. sꝫ iniustis ⁊ nõ subditꝭ. Glossa posita. i. imposita vt supra illũ sit ⁊ ei dñet. in illa eñ potius est ⁊ cũ ipsa: ꝙ sub ipsa. q: amic⁹ iusticie est. Ex quo ptꝫ ꝙ iustus cũ sit amator iusticie non est sine lege eterna. sed cum ipsa. ¶ Ad oppositũ. Aug. in lib. de li. arbi. Iustos sub eterna lege agere existimo. *Rñsio.* ¶ Solutio dicendũ ꝙ istud qd̃ dico esse sub lege põt dupliciter accipi. vl' ꝑut dicit necessitatẽ coactionis: vel volũtatẽ obediendi. sicut dicimus ꝙ aliter est filius sub patre: ⁊ seruus. q: seruus sub patre est necessitate timoris coactus. filius aũt volũtate obediẽdi. Iusti ergo sunt sub lege voluntarie ⁊ non necessitate coactionis. *Ps. j.* Unde Psal. In lege dñi voluntas ei⁹ glo. Aliud est in lege esse. aliud sub lege. qui in lege est ẜm legem agit voluntarie obediẽs legi. Qui autẽ sub lege est. ẜm leges agit necessitatis timore coactus. Et hoc modo non est iustus sub lege. sed primo mõ dictũ est. vnde primo sensu dicit̃ ad Gal. Misit deus filiũ suũ factũ sub lege. s. voluntarie ⁊ non necessitatis coactione.

Articulus sextus.

An bti subiiciunt̃ legi eterne. Augu.

Sexto queritur an beati subiiciũtur legi eterne. Ad quod sic. Augu. ij. de ciui. dei. In ea certe ciuitate vera iusticia est: de qua scriptura dicit. Gloriosa dicta sũt de te ciuitas dei. ⁊ vocat ciuitatem illam beatitudinem. ergo in ea est vera iusticia ergo et ordo iuris: ⁊ ita lex. Ergo beati sunt sub lege. ¶ Secunda ratio ps. Custodiam legem tuam semper ⁊c. *Cassio.* Cassiodorus dicit ⁊ distinguit legem presentem a lege que erit post sed alia erit lex domini quam se promittit custodire populus sanctissimus. Scit enim per hanc vmbrã legis ad ministerium legis eterne ascendi. Nouit etiam cõsuetudinem angelorum et potestatũ. dominũ sine fine laudare. scit summe beatitudinis esse solẽnitate dominum iugiter contueri. Scit deniq; fidelium ibi esse leges quas se professus est sine fine seruare. Si ergo in eterna beatitudine sunt leges. ergo beati sunt sub lege. ¶ Ad oppositum Augusti. in lib. de libe. arbi. Lex eterna est qua mali miseram. boni bonam vitam merentur. per legem ergo est mereri. sed in beatitudine nõ est tempus merendi. ergo nec ordinandi sub lege. *Rñsio.* ¶ Solutio dicendum ẜm Augu. de lib. arbi. Lex eterna est cui semper obtemperandum est. ⁊ per quam mali miseram ⁊c. ¶ Quantum ergo ad hoc ꝙ dicitur. Per quam mali miseram ⁊c. non manet lex in patria. quia ibi non est mereri. Sed quantum ad hoc ꝙ dicitur. cui semper est obtemperandum. manet ipsa lex in patria et quantum ad hoc sunt boni sub lege. scꝫ conformando voluntatem suam voluntati diuine. hoc enim modo obtemperandũ est legi eterne. et quantum ad hoc loquit̃. Cassiodorus.

Membrum nonum.

De effectibus legis eterne.

Nona questio ꝑncipalis est de effectib⁹ legis eterne respectu rationalis creature. Et primo querit̃ de numero ipsorum effectuũ in generali. Secũdo querit̃ de ipsis effectibus in speciali. ⁊ sic ista questio ptitur sic quoniã principio querit de effectu preceptiõis et ꝓhibitionis. Scd̃o querit̃ de effectu promissionis et cõsilij. Tertio de effectu punitionis et premiationis. sed he questiones tractate sunt primo libro questione de volũtate. ¶ Quantũ ad primũ obiicit̃ sic. ysidorus. Omnis lex aut punit aut vetat aut precipit. ergo in omni effectu legis est punire. vel vetare. vel precipe. Ergo non sunt nisi isti tres effectus legis eterne. *Scd̃a.* ¶ Ad oppositũ quecunq; sunt eadẽ ẜm essentiã. habẽt eandem virtutẽ ⁊ eandẽ differentiã effectum sed voluntas dei et lex eterna sunt eadẽ ẜm essentiaꝫ. Cum ergo effectus vel signa volũtatis diuine sint quinq; et non tria tantũ. scꝫ preceptũ. prohibitio. cõsilium. pmissio et impletio seu operatio. ergo erũt quinq; effectus legis eterne. et nõ tres tantũ. Scd̃a ratio quia sicut dicit ysido. et legiscõsultus Uirtus legis temporalis consistit in istis differẽtijs effectuũ. qui sunt ꝑcipere. vetare. cõsulere. pmittere. punire. premiare. Ergo cum lex tẽporalis trahat̃ a lege eterna sicut visum est: patet ꝙ isti sex effectus sunt legis eterne et non tres tantum. *Tertia.* ¶ Tertia ratio. lex eterna respicit actum rationalis creature. Aut ergo respicit actũ qui factus est: aut qui faciendus est. si actum qui factus est: aut ille est bonus aut malus: si bonus sic retribuit. si malus sic punit. ergo sunt duo effect⁹ ipsius ex parte actus rationalis creature facti. Si aũt respiciat actum fiendum. aut ille actus est absolutus aut cõparatus. Uel sic. Aut respicit ipm̃ absolute aut comparatiue. si absolute: aut ille est actus bonus aut mal⁹. si bonus: sic precipit. si malus: sic prohibet. Si cõparatiue. aut ille est bonus aut malus. si bonus: sic respectu eius est cõsilium. q: consiliũ est respectu melioris boni. si malus sic est pmissio que est respectu mali. vel ꝓpter hoc ꝙ nõ fiat peius: aut ꝓpter hoc ꝙ fiat bonum melius. habet ergo quatuor differentias effectuũ ex pte actus rationalis creature fiendi. ⁊ duos ex pte facti. Et sic sunt sex differentie effectuũ legis eterne respectu rõnalis creature ⁊ nõ plures. ¶ Sed adhuc videtur ꝙ debet esse septimus quoniam omnis actus rationalis creature est ordinatus a lege. Si ergo est aliq̃s actus qui nõ est imperatus a lege eterna nec ꝓhibitus nec permissus. nec cõsultus ⁊c. ergo erit aliqua differentia effectus legis eterne preter predictas respectu illius actus ordinandi. Minor ptꝫ. q: quidã sunt actus rõnalis creature indifferentes. qui nec sunt impati nec vetiti ⁊c. per legẽ eternam. eos aũt oportet ordinari p eã ergo ⁊c. Et sic deficit vnus in predicta assignatione. *Rñsio.* ¶ Solutio dicendũ. ꝙ oẽs actus eterne legis respectu rationalis creature cõprehendunt̃ in istis sex. sicut ptꝫ per rationẽ que dicta est in qua assignat̃ numer⁹ eorꝫ. *Sol. ad rõnem primã.* ¶ Ad rationẽ primã qua obiicit̃ ꝙ non sunt nisi tres ẜm Isido. dicendũ ꝙ Isid. loquit̃ de lege humana: ⁊ nõ de lege diuina. Lex autẽ humana respicit malũ p se vt ipm̃ coherceat: bonũ vero per accidẽs. lex vero eterna econuerso. scꝫ bonum per se respicit malũ p accidẽs. Intelligit̃ ergo illud verbum Isido. de lege humana que imposita est ad hoc vt malũ coherceat. *Isido.* Unde dicit ipse Isidorus. facte sunt leges vt earũ metu humana coherceat̃ audacia. tutaq; sit inter reprobos innocẽtia. et in ipsis formidato supplicio refrenet̃ audacia nocendi facultas.

di facultas. Ex quo patet. ꝙ lex humana respicit per se malũ vt ipm̃ coherceat. ⁊ ẜm hoc p se habet predictos effectus. tres p accidens: alios qui respiciũt bonũ. Posuit vero in illa assignatione act⁹ p se. nam cũ lex temporalis respiciat malũ. aut respicit ipm̃ absolute: aut cõparate. Si absolute hoc dupliciter. q: aut vt faciendũ. ⁊ sic prohibet ipm̃. aut vt factũ. ⁊ sic punit pro ipo. Si in cõparatione vt scꝫ nõ fiat peius hoc modo pmittit ipm̃. Nã pmittit illicita ne fiant grauiora sicut dicit ysidorus. *Ad scd̃am.* ¶ Ad aliã questionẽ que est de volũtate eterna ⁊ lege. dicendũ. ꝙ plures sunt actus legis eterne ꝙ tres sicut volũtatis. sed tamẽ differunt. licꝫ eñ volũtas diuina ⁊ lex eterna sint eadẽ ẜm essentiam: differũt tamen ẜm rationẽ intelligentie. q: volũtas respicit actũ. lex vero ordinẽ actus. ⁊ ideo erit accipere signa volũtatis ẜm differẽtiã actus: ⁊ effect⁹ legis ẜm differẽtiã ordinis actus. Actus vero dupliciter respicitur a volũtate. quia voluntas respicit actũ. aut dum fit: aut dum faciendus est. si dũ fit aut ille actus est bonus aut malus. si bonus: sic signum voluntatis diuine dicit̃ impletio seu operatio. si malus sic pmissio. *Augu.* Unde Aug. in ench. Omne qd̃ fit aut fit voluntate dei permittẽte aut operante. si autem respicit actum vt fiendum. aut respicit ipm̃ vt absolute vitandũ: aut vt absolute faciendũ. aut in comparatione vitandũ vel in cõparatione faciendum. Primo modo prohibet. scd̃o precipit. Tertio modo consulit. quia cõsilium nõ solum est respectu melioris boni faciendi: immo etiam respectu minoris mali vitandi sicut respectu culpe venialis. Unde ecclesiastici xviij. Post cõcupiscentias tuas non eas. Sed lex eterna respicit ordinẽ actus. respicit enim actum vt factũ. ¶ Ordo autẽ actus est duplex. scꝫ ordo retributionis: ⁊ ordo executionis. Si respicis ordinem retributionis: sic habet duos effectus. scꝫ punire ⁊ premiare. sed punire est respectu mali. pmiare respectu boni. Si autẽ respicit ordinẽ actus in executione: aut ille ordo est absolutus. aut cõparatus. Si cõparatus: aut respectu boni. aut respectu mali. si respectu boni: sic est cõsilium. si respectu mali: est pmissio. Si absolutus ⁊ respectu boni: sic est preceptum. Si absolutus ⁊ respectu mali: sic est ꝓhibitio. *Ad tertiã.* ¶ Ad vltimaꝫ rationẽ qua obiicitur de actibus indifferẽtibus rationalis creature. dicendũ ꝙ ordo talium actuum est per effectũ legis qui est permissio. sed pmittere est dupliciter. sicut habetur in decret. dis. iij. officium seculariũ siue ecclesiasticarum legũ est precipere qd̃ necesse est fieri. aut ꝓhibere qd̃ malum est fieri. permittere vel licita vt premium tribuere. vel quedam illicita vt dare libellum repudij ne fiant grauiora. et sic est permissio licitorum et illicitorum grauiora ne fiant. Primo ergo modo loquendo de pmissione ordinantur per ipm̃ actus indifferentes. quia si sic coartaretur lib. ar. ꝙ omnia ei preciperentur vel prohiberentur: esset ei periculuꝫ preuaricationis. et ideo factum est ꝙ quidam actus sunt ei in pmissione sicut ea que licita sunt. per hoc enim ꝙ talis est pmissio ordinatur ad salutem.

Questio. xxvij. de lege naturali.

Diuuante diuina gratia. Consequenter inquirendũ est de legibus deriuatis a lege eterna ad ordinandã rationalem creaturam. Harum autem quedam est rõnali creature indita vt lex naturalis. Quedam vero imposita seu addita. vt lex moysi: lex euangelij ⁊ humana. prior ergo inquisitio erit de lege naturali: cõsequenter vero de legibus additis: quantum pertinet ad theologicã inquisitionẽ. ¶ De lege autẽ naturali inquisitio est talis. Primo an sit. Secundo quid sit. Tertio quomodo sit. Quarto quorum sit.

Membrum primum.

An sit lex naturalis.

Cum querit̃ an sit. Primo. absolute queritur an talis lex sit que sit rõnali creature indita. Secũdo dato ꝙ sit. an creata vel increata sit.

Articulus primus.

Querit̃ an talis lex sit q̃ sit rõnali creature indita. Qd̃ sic rõ. j.

Ad primũ ergo arguit̃ sic. Ro. ij. Cũ eñ gentes que legẽ nõ habent naturaliter ea que legis sunt faciunt. Glo. Et si nõ habent legẽ scriptã. habent naturalem tamẽ: qua quisq; intelligit ⁊ sibi cõscius est quid bonum ⁊ quid malũ. Ex quo patet ꝙ lex naturalis est. *Scd̃a.* ¶ Secũda ratio. ibidẽ ad Ro dicit̃. Opus legis scriptũ in cordibus suis. Glo. i. firmiter impressum rationi eorꝫ. dum illa opera laudant que lex iubet. illa damnant que lex ꝓhibet. Ergo cum hoc sit naturale cuilibet homini. patꝫ ꝙ lex naturalis est. *Tertia.* ¶ Tertia ratio ecclesiastici. xvij. addidit illis disciplinã ⁊ legem vite. Glo. naturalem quã dedit homini vt subiiceretur suo creatori: ⁊ bonorũ operum in se honorificentiam custodiret. ergo lex naturalis est. *Quarta.* ¶ Quarta ratio est lex naturalis in irrationali creatura insensibili qua dirigit̃ in finẽ. Unde Hiere xxxj. Si defecerint leges iste. scilꝫ solis ⁊ lune ⁊ stellarum celi. Ex quo patet ꝙ sunt leges celi ⁊ terre. Similiter est lex innata irrationali creature sensibili ẜm ꝙ dicit Isid ꝙ lex naturalis est quã natura docuit omnia animantia perfectior autẽ est creatura rationalis omnibus istis: ergo necesse est ponere ꝙ habeat legem naturaliter sibi inditã: qua dirigatur ⁊ reguletur in suum finem. Ergo lex naturalis vniuersaliter habet esse. *Quinta.* ¶ Quinta ratio rõnalis creatura est debitrix voluntarie faciendi bonuꝫ ⁊ vitandi malum. Si ergo non potest facere bonũ ⁊ vitare malum voluntarie nisi prius cognouerit: ergo naturaliter habet notionem faciendi bonum ⁊ vitandi malum. hoc autẽ legem naturalem dicimus p quã hoc cognoscit. *Sexta.* ¶ Sexta ratio. Quoniã sicut anima nata est ad cognoscendũ verũ: ita nata est ad operãdum bonũ. Si ergo principia cognoscẽdi verum sunt innata nature cuiuslibet discentis ⁊ principia faciẽdi bonũ. Cum ergo sit anima debitrix faciendi bonum ⁊ fugiẽdi malum: ergo habet principia innata per que reguletur in faciẽdo bonum ⁊ fugiendo malum: de quibus est lex que naturalis dicit̃. *Septima.* ¶ Septima ratio. Hiere. v. Qui habentes oculos non videtis. Glossa. dat intelligere ꝙ absq; precepto naturaliter debemus intelligere que recta sunt. ergo habemus legem naturaliter ad hoc nobis inditam. *Cõtra. arg. j.* ¶ Ad oppositum. Tria sunt principia. deus. volũtas ⁊ natura. Uoluntas est supra naturam. Deus aũt supra vtrũq;. ergo voluntas est supra naturalia ex conditione sua. ergo ⁊ supra omnẽ legem nature. ergo nulla est lex nature que presit libe. arbi. seu volũtati. ergo liberum arbitrium non habet eam. et sicut nec ipsam: ita nec alia. ergo lex naturalis non est indita ⁊c. ⁊ ita non est. *Scd̃m.* ¶ Secũda ratio August. est. Lex eterna est nobis naturaliter impressa. er-

go ip̄a habet legem eternam sibi impressam qua iudicat omnia interiora. exterius autē habet legē scriptam qua iudicat exteriora. sicut legem moysi ⁊ euangelicā: ergo cum ista duo sufficiant. vanuȝ est ponere aliam legem sibi inditā quam naturalem dicamus. Maior patet per Augu. in li. de li. ar. j. q. dicit. Ut breuiter legis eterne que nobis impressa est notionē explicere. hoc est qua iustuȝ est vt omnia sint ordinatissima.

Tertium. ¶ Tertia ratio ecclesiastici. xv. Deus ab initio constituit hominē: ⁊ reliquit illum in manu cōsilij sui. adiecit mandata ⁊ precepta sua. Supposito autē ꝙ non adderent nihil esset ei peccatum qđ faceret. si ergo liberior esset rationalis creatura amoto peccato ꝙ̄ posito quia posse peccare non est libertatis: et in summa sua libertate creatum est liberuȝ arbitrium. ergo nunꝙ̄ concreatum est cū illo. nec ei inditum mādatum nec preceptum: ⁊ ita nec lex: cum eius sit ꝑcipere. ergo nec habet legē naturaleȝ.

Quartum. ¶ Quarta ratio. liberuȝ arbitriū absolutum est ab omni necessitate. sȝ lex naturalis ligat necessitate: ergo absolutum est ab ea. Minor patet per Augu. super geñ. ad litterā. Omnis nature vsitatissimus cursus habet quasdā naturales leges suas ſm quas spiritus vite qui creatus est habet quosdam appetitus determinatos: quos etiam mala voluntas non potest excedere. sed lex que non potest excedi a voluntate est lex necessitatis: ergo lex naturalis est lex necessitatis.

Quintū. ¶ Quinta ratio. Ex parte sensus non est forma aliqua innata ad hoc sicut regula. vt natura sensibilis perueniat ad suum finē ergo nec ex parte nature intellectualis: cum sit ꝑfectior ꝙ̄ sensibilis. Sed tale qđ ponit esse lex naturalis. scilicet vt sit regula naturalis qua anima cognoscat quid faciendūȝ sit ⁊ quid non. ergo nō est in creatura rationali nec similiter in alijs: ergo non est.

R̄nsio. ¶ Solutio. dicendum ꝙ lex naturalis est sicut dicit apostolus. ⁊ in creatura rationali. Nam sicut cognitiua habet principia veri sibi innata: ⁊ notionem illorum. sicut hic. Omne totum est maius sua parte ⁊ de quolibet affirmatio vel negatio: ita ⁊ motiua regulaȝ habet sibi innatam per quam regulatur in bonum. hanc autem legem appellamus naturalem.

So. ad. j. arg. Contra. ¶ Ad primam rationem in contrariuȝ qua obijcitur ꝙ li. ar. est supra legem naturalem. dicendum ꝙ est lex naturalis infra li. ar. ⁊ supra li. ar. ⁊ preter li. ar. ⁊ cū li. ar. ⁊ extra liberum ar. Infra lib. ar. est ſm ꝙ dicit damas. Qđ quedam vires sunt que recipiunt ⁊ obediunt libe. ar. sicut est vis generatiua que lib. ar. subijcitur. quia si vult homo generat: ⁊ si nō vult non. Unde est in sua potestate non generare. Lex ergo naturalis que regulat motum nature obedientis siue subiecte lib. ar. scilicet huiusmodi virium. ip̄a est infra lib. ar. sicut lex generationis. ⁊ hoc sensu dicitur esse voluntas supra naturaȝ. scilicet subiectam. hoc est ſm illam partem qua natura ei subijcitur. Et de hac lege naturali dicitur ꝙ ipsa est: quam natura docuit omnia animantia sicut est lex generationis. Item est lex naturalis preter liberum arbitrium. sicut illa que regulat motum virium que non obediunt neq̄ subijciuntur lib. ar. sicut vult damas. sicut est vis digestiua retentiua: ⁊ huiusmodi vires naturales hoc modo lex naturalis non solum se extendit ad naturam inferiorem. sed ad omnem naturam habētem appetitum determinatum. ſm hanc enim est appetitus determinatus in vnoquoq̄. et ſm hoc est naturalis appetitus felicitatis. Et in hoc sensu dicit Augustinus super geñ. ꝙ sunt leges ſm quas spiritus vite habet appetitus determiatos: quos etiam mala voluntas non potest excedere. Item est lex naturalis cū ipso libero arbitrio. hoc modo lex naturalis est qua quisq̄ intelligit ⁊ sibi conscius est quid bonum et quid maluȝ. Item est lex naturalis supra liberum arbitriū. ⁊ sic lex naturalis est lex increata. que est lex summe illius nature increate ⁊ sic loquitur glo. super illud. xj. ad Roma. Tu autem cōtra naturam insertus es in bonam oliuam. dicens cōtra illam summam nature legem a noticia remotam seu impiorum seu infirmorum. tamen deus nullo modo facit. quia contra seipsum nō facit. Et hoc modo dicit Aug. in lib. de vera religione. Cum mens humana mutabilitatē pati possit erroris. apparet supra mentem nostrā esse legem que veritas dicitur. Item est lex naturalis extra lib. ar. ⁊ sic dicit in decre. ꝙ lex naturalis est que in lege ⁊ in euangelio ꝯtinetur. ⁊ hoc est q̄r ipsa a lege naturali extrahitur: vt precepta moralia ⁊ iudicia ⁊ huiusmodi. Sic ergo li. arbi. vno modo habet legem naturalem que sibi cōcreata est tanꝙ̄ regula: que tamē supra ipsum est inꝙ̄tum est regula ipsius.

Ad scōm. ¶ Ad secundū dicēdum ꝙ cuȝ dicitur. Lex eterna nobis naturaliter impressa est hoc est notio eius sicut patet ex verbis Aug. Notio autem illa legis eterne impressa anime nihil aliud est ꝙ̄ ipsa lex naturalis in anima: que quidem est similitudo et imago ipsius diuine legis: ⁊ diuīe bonitatis in anima. Unde lex naturalis est notio legis eterne īpressa anime: sicut imago que est in sigillo imprimēs est. imago aūt que est in cera ⁊ impressa: ⁊ est similitudo et imago illius que est in sigillo. Ita est hic. quia lex eterna est imp̄mēs: lex naturalis est impressa anime.

Ad tertium. ¶ Ad terciam qua obijcitur ꝙ libe. arb. esset liberius si esset absolutum a lege ⁊ a mandatis. dicendum ꝙ nō. Lex eñ naturalis nō detrahit libertati eius sed est regula libertatis sue. Ansel. autem dicit ꝙ libertas non est dicenda ad id quod non expedit: nec qđ non decet. Ponatur autēȝ ꝙ non esset lex vel mandatū inditum anime adhuc indecens esset ꝙ anima se subijceret vilibus ⁊ inferioribus. sicut peccato ⁊ sensualitati. Regulat autē per legem sibi inditam: ꝙ ita nō subijcitur: ⁊ ideo lex gubernat ⁊ dirigit eius libertatē.

Ad quartū. ¶ Ad quartam dicendū. ꝙ est quidam appetitus rationalis creature determiatus. sicut qui est ex parte finis. scȝ appetitus beatitudinis: ⁊ odium miserie. Lex ergo naturalis regulans istum appetitum est lex necessitatis. est etiam appetitus ipsius determiatus. scȝ arbitriū pōt appetere vel nō appetere: pōt mouere vel nō mouere. ⁊ huiusmodi appetitus et actuum taliū li. ar. regula est. Lex naturalis que nō est lex necessitatis: que etiam recte dicitur lex naturalis. eo ꝙ cum ip̄a natura nobis indita est.

Ad quintū. ¶ Ad quintam rationē dicendum. ꝙ nō est simile de sensu ⁊ intellectu. quoniā finis sensibilis nature: finis dico intentionis: non determinatur supra ipsam: sed in se. vnde ipsa est sibi finis. sed rationalis natura habet finē determinatū supra seipaȝ: queādmodū suuȝ principiū. finē dico quē hȝ de sua intentione. illum nō habet de se nec in se sicut sensibilis. Unde ecclesiasti. xvij. Fecit deus hominem ad imaginē suam: ⁊ iterum conuertit illū in ipsum. Unde qđ est ei principium est ei finis et ita supra se habet finem. quod enim est ad imaginem nunꝙ̄ terminatur ad se: sȝ ad illud cuius est imago. ⁊ ideo necesse est ꝙ habeat aliquid sibi impressum tanꝙ̄ regulam perueniendi ad finem Illud autem appellamus naturalem legem regulantem ipsum in operatione boni.

Articulus secundus.

Queritur an lex naturalis sit creata vel increata.

SEcundo queritur vtrū lex naturalis sit creata vel increata. Ad quod sic. Lex naturalis est ſm quam anime rōnales de istis inferioribus recte iudicant Sed lex eterna est hmōi ergo lex naturalis ē lex eterna ergo increata.

Qđ increata Argu. j. Augu. Maior patet per Aug. in libro de vera religione. Lex eterna est p̄maveritas: ⁊ lex omnium artium: ⁊ lex omnipotentis artificis: vt eni nos ⁊ oēs rōnales an̄ me ſm veritatē de inferioribus recte iudicemus. sic de nobis quando eidē inheremus sola veritas iudicat: ⁊ hācveritatē appellat legeȝ eternā. ⁊ sic per eā recte iudicamus de inferioribus.

Scōm. Augu. ¶ Secunda ratio Aug. in li. de vera religione. Menti nostre cōcessum est videre legē talem. sed hoc non visione corporali. illud planuȝ ē similiter nec imaginaria: ergo visione ītellectuali Sed dicit Aug. ꝙ visione intellectuali vident res que videntur re non similitudine: seu que non videntur imagine: sed re ipsa: ergo non est similitudo aliqua vel imago legis eterne in alia: immo lex eterna est in aīa. Sed lex naturalis creata est imago illius ergo ipsa non est in anima. ergo si est aliqua lex in anima hoc est solū lex naturalis increata.

Cōtra. ¶ Ad oppositū: lex naturalis obscuratur ⁊ obtenebratur per peccatum sicut habet in gl. Ro. ij. sed lex increata non: ergo lex naturalis non est increata. ¶ Secūda ratio eccle. xvij. Addidit ei disciplinā ⁊ legē vite hereditauit illos. glo. Uel legem littere ad correctionē legis naturalis scribi voluit Lex ergo naturalis est corrigibilis. sed lex increata nō. q̄m in lege eterna seu increata nō cadit mutabilitas. ergo lex naturalis non est increata: sed creata.

R̄nsio. ¶ Solutio dicendū ꝙ lex naturalis vno modo dicit regula exemplaris p̄ma: ⁊ sic ipsa est p̄ma veritas. Et sic lex naturalis idem est qđ lex eterna et increata. Alio modo dicit lex naturalis scōa. que est exemplū indita anime ad cognoscendū quid faciēdū. ⁊ quid nō ⁊ hoc modo creata est ⁊ cōcreata aīe. ⁊ de hac ꝓcedit questio ⁊ sic patȝ ꝙ ipsa est creata.

Sol. ad p̄mū. ¶ Ad p̄mā rationē in cōtrarium dicendū. Qđ cum dicit ſm legem eternā recte iudicamus de istis inferioribus. hic notatur causa formalis exemplaris. Cum aūt dicitur ſm legem naturalem iudicamus de inferioribus. hic notat causa formalis exemplata. ⁊ ita differēter dicit de istis illud.

Ad scōm. ¶ Ad scōam dicendū ꝙ cum dicit. ꝙ illud qđ videt visione intellectuali. videtur re ipsa ⁊ nō similitudine: hoc verum est de visione intellectuali: que est tertiū celum Nam triplex est visio. Primo vna corporalis que fit ꝑ sensum. Alia aūt imaginatiua que fit ī somnis. Tertia intellectualis. ⁊ est hec triplex ſm tres celos. Nā est visio intellectualis que fit ꝑ similitudinē abstractā a sensu. ⁊ hec visio intellectualis corpalis dicit suo modo. Alia est visio intellectualis que dicit imaginaria que. s. fit per similitudinē abstractā ab imaginatione. Tertia est qua cognoscit anima rem per similitudineȝ abstractam a sensu vel imaginatione: sed qua cognoscit rem vt est ⁊ hoc est tertiū celum. Et de hac dicitur paulus esse raptus vsq̄ ad tertium celum. ⁊ hec fuit visio per reuelationem. ¶ De hac autē visione vera est illa autoritas August. non de alijs. nisi distinguat duplex similitudo scȝ corporalis ⁊ spiritualis. que ergo videntur visione hac: non videntur similitudine corporali. Sed spirituali videntur quedam hac visione. nā quedam videt anima hac visione: que non videt nec similitudine corpali nec spirituali. sicut quando videt se ⁊ suas affectiones ⁊ actiōes ⁊ suam iusticiam. Quedam autem videt hac visione per similitudinem spiritualem sicut Angelum. et sicut cognoscit iusticiam alterius. Et propter hoc ista propositio indefinite dicitur ꝙ que vidētur visione intellectuali. videntur re ⁊ nō similitudine. vt intelligetur de illis que videt anima per se ⁊ ꝑ presentiam seu per reuelationem. verū est tamē simpliciter ꝙ non vidētur similitudine corporali aliqua hac visione. sed tamē quedam sic similitudine spirituali. ⁊ sic lex eterna in anima videtur per visionem intellectualem.

Membrum secundum.

Quid sit lex naturalis.

COnsequenter queritur quid sit lex naturalis. Et querūtur tria. Primo quid sit in genere an potentia. vel passio. vel habitus. Secundo supposito ꝙ sit habitus: an sit habitus cognitiuus vel motiu⁹. Tertio supposito ꝙ motiuus: an sit idem quod conscientia et sinderisis.

Articulus primus.

Quid sit ī genere an potentia vel passio: vel habitus: Phs.

AD primū sic dicit philosophus. Omne qđ est in anima aut est potēt a. aut passio. aut habitus. Sed lex naturalis existens in anima non est potētia quoniā potentia est indeterminata et ad opposita. Item non est passio: cū passio vt dicit Damascenus sit motus ex alio in aliud: lex non. ergo ipsa est habitus. ¶ Secunda ratio vt dicit philosophus. Habitus est dispositio difficile mobilis sed lex naturalis est in anima vt dispositio difficile mobilis. ergo ipsa est habitus.

Cōtra. ¶ Ad oppositum. Augustinus dicit ꝙ habitus est quo aliquid agitur cum opus est. sed lex naturalis nō est huiusmodi: ergo ipsa nō est habitus. Minor patet quoniā in paruulis non habitat lex naturalis ad agenduȝ: nec per eam posset agi in eis. Similiter nec in damnatis potest agi aliquid lege naturali ⁊ tamen est in eis. Cum autem a quibusdam dicat: ꝙ lex naturalis actus sit rationis et habit⁹ volūtatis.

Qđ non sit actus rationis. Queritur an illud sit verū ⁊ ostenditur primo ꝙ nō sit actus rationis. quia nullus actus rationis est innatus. immo ratio cum innascitur sopita est quātum ad suum actuȝ. Cum igitur lex naturalis sit innata ei cuius est. patȝ ꝙ nō potest esse actus rationis. ¶ Secunda ratio sicut videmus ꝙ nihil qđ sit accidens alicuius potest esse substantia alterius. ita est in alijs generibus distictio. ꝙ nihil qđ sit qualitas alicuius: potest esse actio alteri⁹. Si ergo lex naturalis est habitus volūtatis ⁊ ita qualitas: ergo nō est actus rationis. ¶ Si dicat ſm p̄hm ꝙ duplex est actus. scȝ primus vt sciētia. ⁊ secundus vt ꝯsiderare. Primus est actus in habitu. Secundus in effectu Uerum est ergo ꝙ lex naturalis nō est actus rationis in effectu. sed est eius actus in habitu.

Qđ nō sit habit⁹ volūtatis. Contra. Primus eñ actus idem est qđ habitus: sicut patet de scientia. Esset igitur lex naturalis habitus rationis sicut volūtatis: ⁊ ita nō magis vnius ꝙ̄ alterius. ¶ Secunda ratio. in libe. ar. sunt tria ſm que in ipso intelligitur imago trinitatis. scȝ facultas: ratio: volūtas: ſm autem facultatem intelligimus imaginē summe potentie. ſm rationem imaginem sapientie. ſm voluntatem imaginem bonitatis. Uirtus autem habitus est voluntatis. Ars autem cuȝ sit idem quod sciētia. habitus est rationis sicut sciētia: licet differant in hoc ꝙ scientia dicitur abso-

lute. ars in comparatione ad opus. Lex autez naturalis habitus est facultatis. ergo nō ipsius voluntatis Qd sit habit⁹ facultatis patet: quia lex dicitur quia ligat et artat. Sed nō proprie dicitur artari ratio seu iudiciū. immo iudiciuz esse de bono et malo. Similiter artatio non est ipsius voluntatis. ergo solū dicitur artatio in libero ar. respectu facultatis. Lex ergo per se est habitus facultatis non voluntatis nec rationis.

Qd sit habitus facultatis

¶ Solutio. Quidam posuerūt ꝙ lex naturalis actus sit rationis et habitus volūtatis. Et confirmant opinionem suam ex hoc qd dicitur in Glo. ij. ad Ro. ꝙ lex naturalis est qua quisqȝ intelligit et sibi conscius est quid bonū et quid maluz Cum enim intelligere sit actus rationis. ex hoc ꝙ dicitur qua quisqȝ itelligit: dicunt ꝙ ipsa est actus rationis. Ex hoc vero ꝙ dicitur et sibi cōscius est. quia conscium importat habitum. dicunt ꝙ est habitus volūtatis. Et ꝙ dicitur actus rationis itelligit actus. i. quedaz operatio sm ꝙ dicit Johes damas. Qd opatio est vniuscuiusqȝ substātie innatus motus sicut lucere in sole. lucere enim est actus innatus substantie solis. Illuminare aūt ex operatione in alio: sic lex naturalis est qdaz lucere in ratione. Est aūt in volūtate sicut qdā habilitas ad bene opandū: et intelligit act⁹ sicut lucere nō sicut lumiare in sole. Dicendū tñ ꝙ aduertēdo illud qd dicit in glo. illa. Ro. ij. hoc dicit de lege naturali qtuz ad effectum consequentē. et nō qtum ad effectum principalē. et primum scz ꝙ lex naturalis est qua qsqȝ intelligit etc. Et pp̄ter hoc dicimus ꝙ per se et principaliter lex naturalis est habit⁹ ipsius facultatis. si autem aliorū hoc est per consequens. Libertas enim primo et per se non dicitur esse in voluntate nec in ratione: sed in facultate. quia ipsi debetur autoritas et possibilitas. Et a parte eius est flexibilitas. Et ideo lex naturalis cuz se teneat a parte autoritatis seu potestatis. et ita a parte flexibilitatis seu autoritatis dicitur esse primo et per se in facultate. tanquam regula facultatis. Naz sicut grauitas seu pōderositas in grauibus regulat totuz motum grauis. et diceretur esse lex ipsius motus: ita lex naturalis regulat motum rationalis creature principaliter in eo qd faciendum est. Et ideo a parte eius cuius primo est libertas et imperium se tenet et est flexibilitas ad opus.

Rñsio. sm opinionē.

Damasce.

Utruz lex naturalis debeat dici habit⁹ facultatis.

Utrum autem debeat dici habitus facultatis. Dicendum ꝙ duplex est intētio habitus. vna sm ꝙ dicit habitus dispositio difficile mobilis. et sic ipsa est habitus. Alia est intentio habitus sm quam dicitur denominare habentē sicut sciētia scientē. Et sm hanc viam non intelligimus ipsam legem naturalem posse dici habituz: quia sm ipam non est denominatio habentis.

Ad rōnē phi.

¶ Ad primā rationez. soluendū eo ꝙ videt posse ostendere ꝙ sit habitus sm quālibet intentionem. est dicendū. ꝙ illa propositio philosophi intelligenda est sm illam viaz qua fiunt res in anima. et est motus rerū ad aiaz. Quia cum fiunt res in anima per abstractionem. est ponere aliquid in quo fiunt: et sic ponitur potentia. et iterum res illa infert passionez et immutationē ei in quo fit: et sic est passio. Item habilitat ipsam potentiam: et sic est habitus. hoc autez modo nō est lex naturalis in anima sicut res ille. et ideo nō habet hic locum illa propositio. nec etiā quando est motus immo multa sunt in anima sicut etiaz sue actiones que non sunt aliquod predictorum.

Articulus secundus.

Utꝝ lex naturalis sit habitus cognitiuus vel motiuus

b Ic consequenter queritur vtrum lex naturalis sit habitus cognitiuus. vel motiuus. Ad quod sic Rom. iij. Per legez fit cognitio peccati. Effectus ergo legis per se est cognitio. et dicitur hoc de lege scripta. ergo cum in intentione legis cōueniat lex scripta et lex naturalis: ipsa lex naturalis est habit⁹ cognitiu⁹ cum eius effect⁹ sit cognitio sicut et scripte. ¶ Secunda ratio glo. Roma. ij. Lex naturalis: est qua quisqȝ intelligit etc. ergo eius effectus est intelligere. ergo est habitus cognitiuus. ¶ Tertia ratio. Ro. ij. Opus legis scriptum. Glo. id est firmiter infixū rationi. sed habitus infixus rationi est cognitiuus. ergo etc.

Cōtra.

¶ Ad oppositū. Nullus habitus cognitiuus ligat arbitriuz ad faciendum vel nō faciendū. quia cognitio non ligat. sed lex dicit eo ꝙ liget ad faciendū vel nō: ergo ipsa est habit⁹ motiuus vel operatiuus. et non cognitiu⁹.

Rñsio.

¶ Solutio dicendū ꝙ cum liberum arbitrium sit facultas voluntatis et rationis. Patet ꝙ in intentiōe li. arbi. cōcurrunt tria. facultas. ratio. et volūtas. ad que cōparatur lex naturalis. Et sm illas operationes habet triplicem actū. Primus est ligare quem habet ad facultatē per comparationem. Et hoc est quia facultas de se habz liberā inflexionem et ideo comparatione illius est ligare. Secundus autem actus eius est ostendere. quem habet comparatione ad rationem. et hoc sm intentionē qua lex dicitur: eo ꝙ in ea legat sicut dicit Isido. iiij. ethimologiarum. Lex a legendo dicitur. Tertius eius actus est instigare seu mouere ad bonū faciendum: et malum vitandū. quem habet comparatione ad voluntatē. sm ꝙ dicit Isidorus. iiij. ethimologiarum. Jus naturale cōmune omniuz est. eo ꝙ vbiqȝ in instinctu nature non aliqua cōstitutione habetur. Dicitur ergo lex naturalis respectu facultatis sicut ligans et artans. Respectu autem rationis sicut illuminās rationem. Respectu vero voluntatis sicut ad bonum instigans: et sic participat naturaz vtriusqȝ habitus. scilicet et cognitiui et motiui et sm diuersos eius actus procedunt rationes.

Articulus tertius.

Utꝝ lex naturalis sit idem ꝙ ꝯsciētia.

Postea queritur vtrum lex naturalis sit idem qd cōscientia et sinderesis. Et primo queritur de cōscientia. Conscientia autem distinguit duobus modis. Uno modo conscientia dicitur opinio de agendis et vitandis. i. opinio de eo quod debet vitari vel fieri. et de hac prima Cor. viij. Quidam autem cum conscientia ydoli vsqȝ nunc. quasi ydolaticū manducant. et conscientia eorū cuz sit infirma polluitur. Alio modo dicit cōscientia sicut Basilius dicit. sm ꝙ est quoddā iudicatoriū naturale. Ro. ij. Testimonium reddente illis cōscientia eorum.

Arg. primū.

Queritur ergo vtrum ꝯscientia hoc secundo modo dicta idem sit qd lex naturalis. ¶ Ad quod sic Damas. Conscientia est lex intellectus nostri opposita peccato sed lex naturalis est huiusmodi. ergo idem sunt.

Scdm.

¶ Secunda ratio Ro. ij. Glo. Naturalis lex est qua quisqȝ intelligit et sibi consci⁹ est quid bonū et quid malū sed ꝯscientia est hmōi. ergo etc.

Cōtra.

¶ Ad oppositū ꝯsciētie est errare. legis naturalis nullo modo est errare. ergo ipa nō est consciētia. ¶ Scda rō ꝯsciētia respicit itellectū: quia dicit sciam lex vero magis affectū ergo nō sunt idez. ¶ Tertia rō: Cōscientia nō est eadē apud oēs. lex naturalis est eadē apud oēs ergo non idem sunt.

¶ Post hoc

Utruz lex naturalis sit idē ꝙ sinderesis. Argumen. j.

¶ Post hoc queritur vtrū idem sit ꝙ sinderesis. Ad qd sic: sinderesis consistit circa dictamē operādorum in generali. dictat enī in ratiōe generali: et nō in ratione propria ea que faciēda sunt: sz talis est lex naturalis: idem igitur est effectus essentialis ipsaꝝ: ergo sunt idē.

Secundum

Secunda ratio sinderesis hz instinctū quo ad bonū: similiter sicut dicit Isido. ꝙ lex naturalis ad bonū instigat. Ergo habēt eundem effectū essentialē ergo etc.

Contra.

¶ Ad oppositum. Hiero. super Ezechie. vbi loquitur de illis faciebus dicit: ꝙ per tres facies inferiores significātur tres vires. s. cōcupiscibilis: irascibilis: rationalis. Quarta autem est supra: quā greci sinderesim vocant. Sinderesis ergo est potentia anime: ergo lex naturalis non est in potētia anime sed magis habitus potētie: ergo ipsa nō est sinderesis. ¶ Secunda ratio Lex naturalis dirigit potentiā: ergo non est potentia ergo nec sinderesis. ¶ Itē cū lex naturalis dicatur regula et cōsciētia regula: et sinderesis regula queritur q̄ sit differentia.

Responsio.

¶ Solutio. dicendum ad primū. ꝙ lex naturalis nō est cōscientia nec sinderesis: licet extēdendo cōueniant in hoc quod est regulare: differunt tamen qm̄ lex proprie est regula facultatis: et primo et per se: mediante aūt cōscientia est regula rationis: qm̄ conscientia ex lege formatur: mediante vero sinderesi q̄ est scintilla consciētie: est regula ipsius voluntatis. Lex enim primo modo artando facultatem dictat in faciente quid faciendū et quid nō: qm̄ in faciente est flexibilitas ad bonum vel malū. Lex autem dictat ei bonū faciendū: et malum vitanduz: post hoc sequitur iudiciū in ratiōe: et sic formatur conscientia: vlterius facto iudicio ꝙ sic debet esse. Deinde sequitur sinderesis: que est scintilla cōsciētie que stimulat voluntatē ad bonū faciendū. Et ideo lex per se regulat facultatem. Mediante aūt conscientia: hoc est sm ꝙ ratio accipit iudiciuz legis regulat rationem. Legis enim ratio est in ipa et tunc formatur cōscientia. Mediante autē scintilla conscientie. i. sinderesi regulat voluntatē: et sic differunt specialiter in hoc qd est regulare: quia conscientia est proprie regula in ratione. Sinderesis in voluntate instigando ipsam et stimulando ad bonum.

Solo ad. j.

¶ Ad illud ergo qd obijcitur: ꝙ cōsciētia est lex intellectus nostri etc. Dicendū est ꝙ consciētia dupliciter accipitur. s. materialiter vel formaliter. Cōscientia formaliter est acceptio debite scientie legis: cū debito faciendi vel vitandi: et hoc modo cōscientia non est lex sed formatur a lege: quia est ipsum iudicium rationis concipientis legem. Si accipiatur materialiter sic conscientia est ipsuz cōscitum: mediante quo anima regulatur et dirigit in operatione boni. Et hoc modo conscientia est lex intellectus.

Ad secunduz.

¶ Ad secundam rationem dicēduz ꝙ glo. illa loquitur quantum ad effectuz legis: nō enim vult dicere ꝙ lex sit cōsciētia: sed ꝙ facit conscientiam: siue est causa conscientie ex qua format Cum enim ratio legis sit in regula facultatis que est lex: intelligit ibi debitum faciendi bonū et vitādi malum: et tunc sibi conscientia est.

Solo ad id qd sit sinderesis.

¶ Ad secundum ꝙ obijcitur de sinderesi: dicendū ꝙ lex proprie dictat vt regula: sinderesis proprie dictat vt natura et hoc est quia stimulat ad bonum tantum.

Ad secunduz.

¶ Ad secūdā rationē dicēdū ꝙ proprie lex mouet sm instinctū sicut vult Isido. consciētia vero mouet sm iudicium. sinderesis aūt sm appetitū naturalē veri boni. Uel sicut dictum est ꝙ instinctus legis refertur ad facultatē: ꝯsciētie ad rōnē: sinderesis autē ad voluntatē. Ex his colligitur ꝙ lex naturalis est indita regula facultatis faciendorum cum directione rationis: et instinctu voluntatis.

Membrum tertium.

Querit quomodo sit lex naturalis.

Viso ꝙ sit lex naturalis et qd sit. Cōsequēter inquirēdum est quomodo sit. Et primo querit quomodo sit quātū ad essentiam: vtrū scz sit delebilis aut nō. Secūdo quātū ad mandata: vtrū sit mutabilis aut nō.

Articulus primus.

Utruz lex natural' sit delebilis an non. Argumē. j.

Ad primū sic obijcit. Ro. ij. cū gentes etc. Glo. nō ꝙ per nature nomē vt dictū est negata sit gratia: sed potius per gratiā reparata natura q̄ gratia interiori hoīe innouato lex iusticie scribitur quam deleuerat culpa: et vocat hic naturā: legē naturalē: ipsa ergo deleta est per culpā: ergo est delebilis.

Secundum.

¶ Secūda rō. Malach. ij. Custodite spm̄ vestrū: et vxorem adolescentie tue noli despicere. Glo. vxorē. i. naturalem legē in corde scriptā: que etiā incredulos cōpellit dicere deus iudicet deus videat: et ipsi cuncta inter me et te dijudicanda permitto: hec vxor residuū est spiritus nostri: quia nostro spiritui semper copulat: que si recedit a nobis statim offendimus deū: ipa ergo recedit et ita delebilis est ab anima.

Tertium.

¶ Tertia ratio. qd potest in id qd maius est: potest in id qd minus est. Si ergo culpa potest delere legē gratie que plus est q̄ lex nature: ergo potest delere legem nature: et ita delebilis est.

Contra.

¶ Ad oppositū. Aug. ij. cōfes. Furtū domine punit lex tua et lex scripta in cordibus hominum: quam nec vlla quidē deleuit iniquitas. Quis enī fur equo animo alium patit furem: ex quo patet ꝙ non est delebilis: qm̄ si delebilis esset: hoc esset propter iniquitatem aliquaz.

Responsio.

¶ Solutio dicendum ꝙ aliquid dicitur deleri dupliciter: vel quantū ad essentiā: vel quantū ad effectum: sicut patet in eclipsi solis. Lux enī solis ibi non deficit quantū ad essentiam sed quantum ad effectū quem habet in nobis qui est luminare: lucet autē semper in se. Eodē modo est in hac parte: quia lex naturalis que est sicut sol in anima quantū ad essentiā nūqȝ delet ab ea: sed semper ibi lucet in se: deletur tñ aliquando quantū ad effectū: scz quia non semper ipsam animā illuminat: sicut cū anima auertitur a deo: et obtenebratur per peccatuz. Unde tenebra peccati interposita inter animam et deum prohibet istuz effectum legis. Unde Ro. ij. Cum gentes etc. Glossa. Non ergo vsqȝ adeo in anima humana: imago dei terrenorum affectuum labe detrita est: vt nulla in ea lineamenta remanserint: non omnino deletum est quod ibi per imaginem dei cum crearetur impressum est. Unde semper manet scriptura legis naturalis in anima. Nā per imaginem impressa est ipsa lex et propter hoc si deletur quātum ad locutionem propter terrenum affectuz: non tamen quantum ad essentiā. Et ad hoc potest haberi ratio ex glo. pdicta. Malachie. ij. quia dicit ibi ꝙ lex naturalis semper spiritui nostro copulatur: ergo non est delebilis ab eo. Et hoc intelligendum est quātum ad essentiā legis naturalis.

Solo ad. j.

¶ Ad primam ergo rationem q̄ ostendit ꝙ simpliciter sit delebilis: dicenduz ꝙ est scriptio legis quātū ad essentiā et est scriptio legis quantū ad manifestationem. Qd ergo dr ꝙ lex iusticie naturalis inscribitur: hoc nō est quātum ad essentiā sed quantum ad manifestationē: vt. s. luceat qd obtenebratū erat per peccatū.

Ad secunduz.

¶ Ad secūdū dicendum: ꝙ lex naturalis dicitur recedere quātū

ad officium vel effectuz.non tamen ꝯtū ad essentiaz Sicut dicitur dominus recessisse quādo non habet imperium in domo. ¶ Ad tertiuz dicendum ꝙ nō sequitur ꝙ si gratia potest deleri qō maius est.ꝙ possit deleri id qō minus est.quia non sequitur.gratia delet peccatum mortale qō maius est: ergo delet peccatum veniale qō minus est. Similiter non sequitur Culpa delet legē gratie que maior est:ergo et legem nature que minor est. Culpa enim naturaliter opponitur legi gratie⁊ non legi nature:⁊ ideo ipam delet et non istam nisi ꝯtum ad effectum.⁊ iterum licet lex gratie plus sit ꝯtuz ad virtutem ꝯ lex nature:non tamen ꝯtū ad diuturnitatem in subiecto. quia naturaliter est indita anime illa ratio.⁊ ita non est delebilis per culpam sicut illa.

Ad tertium.

Utruz lex naturalis sit mutabilis ꝯtum ad p̄cepta iuris naturalis

Articulus secundus.

SEcundo querit de modo essendi legem naturalem ꝯtū ad mandatum. Et queritur. Utrū sit mutabilis ꝯtum ad p̄cepta iuris naturalis. Ad qō sic in decretis habet dis.vj. Mō naturale ius ab exordio ratōnalis creature incipiēs manet immobile.per hoc volens assignare differentiā eius ad legez scriptā ergo ius naturale ꝯtū ad sua p̄cepta imobile est. ¶ Scōa ratio.in eodem.dis.v. Naturale ius cepit ab exordio rationalis creature.nā nec variat⁊ tempore.sed immutabile manet. ¶ Tertia ratio. Lex posita ab aliquo manēte voluntate positoris:⁊ illo cui imposita est semp dicitur manere. ergo cuz maneat volūtas ponētis legem naturalem:⁊ maneat ratiōalis creatura cui imposita est:⁊ ipa lex naturalis manet immutabilis. ¶ Ad opposituz. isiō. iiij. Etb. Jus naturale cōmune est oīm nationi.hoc iure cōis est omnis possessio:⁊ oīm vna libertas.si ergo sanctio ista mutata est ita vt meo iure sit aliquid ppriū:patet ꝙ mutabilis est lex nature ꝯtū ad suas sanctiones⁊ mādata. ¶ Secunda ratio Jhiere.iij Sed quomodo si contēnat mulier. Glo. Uidēs eam seruire libidini sue: et in se mutatā legem nature per quā quondā viro suo subiecta fuerat.si mutata est lex nature. ergo est mutabilis. ¶ Tertia ratio.eccl.xvij. Addidit eis disciplinā⁊ legem vite Glo. Legem littere ꝯtum ad correctionez legis naturalis scribi voluit. Lex ergo naturalis corrigibilis est. ergo⁊ mutabilis: qz omne corrigibile mutabile est. ¶ Quarta ratio.tempore Lamech.qui primus habuit plures vxores fuit peccatuz habere plures vxores. Unde dicit glo.ibi.ꝙ cōtra legem et naturam adulteriū cōmisit. Post vero non fuit illud peccatuz. Unde iacob plures habuit vxores sine peccato. Et dicit Aug.ꝙ peccatum nō erat quādo mos erat:⁊ hoc ꝑm ius naturale.ergo p̄cepta iuris naturalis mutata sunt ¶ Item in decretis dis.viij. Differt ius naturale a cōsuetudine.nam iure naturali oīnia sunt cōmunia omnibus. Jure vero cōsuetudinis⁊ cōstitutionis hoc meum est:illud vero alterius. si primum mutatum est.ergo ⁊c. ¶ Sexta ratio. in decretis dis.j. Jus naturale est qō i lege⁊ in euāgelio contnek. Si ergo in lege cōtinentur multa iura mutabilia:ius naturale est mutabile. ¶ Solutio.dicendū ꝙ opinio quorundā est. Mō in lege naturali quedā sunt sicut p̄cepta⁊ prohibitiones vt fac alijs que tibi vis fieri:⁊ nō facias alijs qō tibi nō vis fieri. Quedā autem sicut demōstrationes:vt omnia esse cōia omnibus. Et differt demōstratio legis naturalis a p̄ceptis:sicut cōsilium a p̄ceptis. Unde demōstratio ibi accipit loco consilij. Dicunt ergo ꝙ quantum ad precepta⁊ prohibitiones immutabilis est lex naturalis: sed quantum ad demonstrationes est mutabilis:qz demōstrationes nō sunt precepta:nec prohibitiones legis naturalis:sed solus demōstrationes ad quas anima non tenetur sicut nec ad cōsilium nisi tempore necessitatis. ¶ Aliter autē est dicendum ꝑm beatum Augusti. in lib.confessionum.ꝙ sicut videmus ꝙ medicina est ars immutabilis tamē medicus aliquando mutat precepta languentibus: ⁊ tamen ratio precepti artis in se est immutabilis: nec⁹venit mutatio ista ex parte artis: sed ex parte alia:scz eius cui⁹ ministratur ex arte:ita lex naturalis immutabilis est quātum ad rationem suorum preceptorum⁊ sanctionum:non tamen quātum ad obseruantiam omniū sanctionū sicut medicina. ¶ Ad primam ergo rationem que ostēdit ꝙ sit mutabilis in se:dicēdū ꝙ iure naturali essent omnia cōmunia⁊ omnium vna libertas:hoc fuit ante peccatum: post peccatum quedam sunt quibusdam ppria⁊ hec duo sunt per legem naturalem. Sicut enim ars medicine dictat vinuz esse sanum:⁊ eadem ars negat vinum egro: ita eadē lex naturalis dicit ꝙ sane nature omnia sunt cōmunia: et ꝙ ita debet esse: ⁊ tamen eandem habuit nature egre proprietatem nec mutatur propter hoc quantum ad rationem sanctionis: immo eadē ratio que dictat esse omnia communia in natura bene instituta:dictat aliqua esse ppria in natura destituta per peccatum:⁊ sic solum est mutatio quātum ad obseruantiam sanctionum ⁊ effectuum: ⁊ non quantum ad rationes ipsorum. ¶ Ad secūdam rationē dicēdum. ꝙ non intendit dicere glo. illa legē mutari simpliciter: sed solum in vroze illa quantuz ad effectum quem habet in illa:⁊ hoc ꝑpter interpositionem culpe inter animam⁊ deū sicut sol dicitur mutari in nobis vel quo ad nos: quando non habet effectum in nobis. ¶ Ad tertium dicendum.ꝙ correctio quedam ponit vitiū: quedam vero supplementum non dicitur ergo lex naturalis correcta per legem littere:quantum ad aliquod vitium: qz hec correctio ponit mutabilitatem:sed solum quantum ad supplementum: et hoc non ponit mutabilitatem. Lex enim naturalis dictabat in generali sicut patet. Cum dicit:nō facias alijs ⁊c. Sub hac enim generalitate cōprehendunk multa particularia:vt non occidas:non falsum testimonium dices ⁊c. Lex autem littere explicat ista particularia.vñ scripta est ad correctionem supplementi⁊ non vitij. ¶ Ad quartā de bigamo dicēdū ꝙ si effect⁹ mutat nō tñ rō legis. Lex eñ naturalis respicit illū cui fit:⁊ ex hoc venit mutatio ista:qz cōia fiūt ppria. ¶ Itē respicit ipz deū cuius autoritate ferk:⁊ ꝑm hoc dictat in mandato inferioris semper:ꝙ ipse ꝙ supra legē est.ſ.de⁹ possit mutare.ſ.legē:vñ nūꝯ autoritas superioris excipik. Et propter hoc nunꝯ dictauit lex naturalis ꝙ solū vna esset vni⁹:qn exciperek ab hoc dictamine superioris autoritas.|Mō aūt iacob plures habuit:hoc fuit autoritate⁊ volūtate dei:⁊ ideo non fuit cōtra dictamen legis. Ex dictis patet solutio quinte rationis. ¶ Ad sextam rōnē ñndet Gratianus in decretis dicens:ꝙ in lege quedā sunt moralia:qdā aūt mistica. Moralia ꝯtū ad ius naturale reducuntur: qō ergo dicitur ꝙ in lege mutatio est facta:hoc est verū quātū ad cerimonialia⁊ nō quantum ad moralia quantū ad litterā:nec quantum ad mistica:hoc est quātū ad sensum spūalē.

Contra. ꝙ sit mutabilis. Arg. primū.

Scōm.

Tertiū.

Quartum.

Quintū.

Sextum.

Rñsio. ꝑm opinio.

Respō. ꝑm Augusti.

Solo ad.j.

Ad secundus

Ad tertium

Ad quartus

Ad quintum

Ad sextum

Membrum quartum.

Quesitum

Querit quoꝯ sit lex naturalis.

QUesitum est de lege naturali si est:et qd est:⁊ quomodo est. Cōsequēter inquirēdū est de ipsa:quoruz est. Primū de differenti assignatione eorum que ponit esse legis naturalis. Secūdum est an habeat precepta ordinantia rationalem creaturam ad deum. Tertium est per que in lege naturali ordinatur homo rationalis ad proximum rationalem.

Articulus primus.

AD primum duo queruntur vt magis pateat quorum est lex naturalis. Primuz est de differenti assignatione eoruz: que ponuntur esse iuris naturalis a diuersis. Secundum est de comparatione iuris naturalis ad positiuum.

De differenti assignatione eoꝝ ꝙ ponuntur ee lege naturalis. Augusti⁊ hugo.

Quantū aūt ad primū. §.j

Isidorus.

sic proceditur ꝑm Augusti.⁊ Hugo. de sancto victo. Assignātur duo precepta iuris naturalis:vnū affirmatiuum:⁊ aliud negatiuum. Negatiuū nō facias alijs:quod tibi nō vis fieri. Tho.iij. Affirmatiuuz: fac alijs quod tibi vis fieri:⁊ sumit ꝑm hoc qō dicit Math.vij. Quecunqz vultis vt faciāt vobis homines:⁊ vos facite illis. Habemus ergo ꝙ ius naturale ꝑm istos assignatur quantum ad duo p̄cepta. Ulteri⁹ ꝑm Jsido.iij. ethimologiarum habetur ꝙ ius naturale est cōmune omniuz nationum:vt viri⁊ femine coniunctio:liberorum successio⁊ educatio: cōmunis omnium possessio: ⁊ omnium vna libertas Acquisitio omnium que celo⁊ terra mariqz capiuntur:depposite rei vel commendate restitutio:violentie per vim repulsio. In hac assignatione plura ponuntur ꝙ in assignatione Augustini⁊ Hugo.⁊ tamen non potest fieri reductio istorum ad illa: quia Jsidorus assignat ea que debēt esse iuris naturalis: ꝑm ꝙ ipsuz ius naturale ordinat naturam vniuersalem que est species:⁊ naturam singularem:quod patet quoniaz ad ordinem nature vniuersalis pertinet hoc ꝙ dicit maris⁊ femine coniunctio⁊ liberorum educatio⁊ successio. Ad ordinatiozē aūt singularis pertinent illa que ponūtur in illa assignatione. Sed predicta duo precepta solum pertinēt ad ordinem vnius nature singularis:ad aliā naturam singularem:⁊ hoc dupliciter: scz ꝑm innocentiam⁊ ꝑm beneficentiam: ergo vna istarum assignationum est superflua:vel alia diminuta. ¶ Item Tulius in fine rethorice: aliter assignat ius naturale dicens. Jus nature est quod nō opinio sed quedam innata vis inseruit: vt religionem:pietatem:gratiam:vindicationem:obseruātiam:veritatem. Si ergo ius nature cōsistit in his differētijs:ꝙ differē tias autem hic assignatas nō solum est ordinatio creature rationalis ad proximuz: immo etiam ad deum:quia religio ad deuz ordinat sicut patet per eius diffinitionem. Religio est que superioris cuiusdam nature quam diuinam vocant curam ceri moniamqz affert. Secundū aut ē predictam assignationem Jsidori non est ordo per legē ad deum. ergo adhuc videtur assignatio Jsidori insufficiēs Propter hoc breuiter queritur de differentia istarum assignationum. Solutio dicendum ꝙ lex naturalis est principium ad omne ius morale: ꝑm ꝙ vita hominis debeat ordinari. Est autem ius naturale triplex.ſ.natiuum:humanum:diuinū. Jus natiuum dicitur cōmuniter: quia est illud debitū quod innascitur. Et est cōmune non solum ratione nature singularis:sed etiam ratiōe salutis speciei:⁊ ꝑm hoc ius nature se extendit ad omnia animantia: sicut dicit Jsido. ꝙ lex nature est qō natura docuit omnia animantia. Jus autem humanū solum respicit ordinationē nature singularis. Unde hoc modo appellatur ius humanum ꝑm qō dicitur ius gentium: qz sicut habetur.ff. de iusticia⁊ iure. Jus gentium est quo gentes humane vtūtur:sed hoc solum pertinet ad rationalem creaturam. Jus autem diuinum dicitur quo ordinak rationalis creatura ad gratiam:⁊ ꝑm hoc moralia legis moysi emanant a lege naturali. Secundum ergo ꝙ lex naturalis respicit ius nature. primo modo est assignatio ipsius ab Jsidoro: quia ius naturale primo modo aut ordinat naturam ratiōe speciei:aut ratione singularis. Si ratione speciei ꝑm hoc sumuntur iste sanctiones:maris⁊ femine cōiunctio:liberoruz educatio⁊ successio. Si ordināt naturam ratione singularis:sic sunt quedam sanctiones ei⁹ respectu nature instītute: quedam autem respectu status nature lapse. Respectu autez nature bene institute sunt due: scz cōmunis oīm possessio⁊ omnium vna libertas est: sed vna est respectu rerum:scz ista cōmunis omnium possessio alia autem est respectu personarum: scz omnium vna libertas. Respectu autem status nature lapse:habet alias sanctiones:cuz enim natura lapsa fuit:tunc cecidit in defectum⁊ passionem seu passibilitatem:scz ꝙ poterat pati persona. Defectus autem ille fuit defectus respectu reruz. Et ꝑm hoc sunt due sanctiōes.ſ.acquisitio⁊ restitutio:ꝛ differunt quoniam vna est in acquirendo proprīū. hec scz acquisitio omnium que celo: terra mariqz capiuntur: que quidem nullius sunt dominij:vnde respectu talium est hec acquisitio. Alia autem est in restituendo alienum. vnde est respectu eoruz que sunt proprium:⁊ ꝑm hoc sumitur hec sanctio de posite rei vel cōmendate restitutio. Respectu autē passibilitatis ꝑsone sumitur alia sanctio: que est violētie per vim repulsio. Illud enim est ad remouendum passionem illatam in persona. Secundū autem ꝙ lex naturalis respicit ius humanum sumitur assignatio Tullij:quia hoc modo solū pertinet ad ordinē nature singularis. In hac autem assignatione nihil dicitur respectu nature speciei Natura autem singularis per ius humanum dupliciter ordinatur:scz ad deum⁊ ad proximuz. Ad deum autem ordinatur per religionem: quia religio est vt ipse dicit: que superioris cuiusdam nature quam diuinam vocant: cultum cerimoniamqz affert. Si aūt ordinek ꝯtū ad primū:tripliciter attendik ille ordo:aut quātū ad vim rationalem aut irascibilē aut cōcupiscibilē: si ꝯtū ad rōnalē:hoc modo ius naturale dictat vitātē:⁊ hec est veritas assertoria vel permissoria.ex qua nascuntur pacta vel promissa. Uñ diffinik hec veritas a Tullio. Ueritas est p quā immutata ea que sunt:aut añ fuerunt:aut futura sunt dicunk. Si autē attendik ordo nature quātū ad irascibilē: sic ordinak p obseruantiam⁊ vindicationē. Et hec obseruantia quedā reuerētia est: ꝛ differēter: qm ad vim irascibilē ptinet reuerētia: cū.ſ. humiliak⁊ vindicatio: scz cū audet:⁊ sic debitū humilitatis est reuerētia seu obseruātia. qō idē est. Uñ diffinit obseruātiam dicēs. Obseruātia est p quā hoies aliqua dignitate añcedētes cultu quodā⁊ honore dignank. Uindicatio aūt sumik ꝑm ꝙ audet. ſ. insurgēdo ad iniuriā:vñ diffinit eā dicēs. Uindicatio est p quā vis⁊ iniuria⁊ oīno oñe id qō ibi obfuturū est defendēdo aut vlciscēdo propulsak. Si autē ordinetur natura quantum ad concupiscibilem: sic ordinatur

Differētia assignationis Jsido.

Differētia assignationis Tullij.

per gratiam ⁊ pietatem: sed differenter quoniam ipsa cōcupiscibilis ordinatur per naturā vel mouetur. ad propinquū cognitione vel patria. Itē ordinatur ad beneficium. Primo modo ordinatur per pietatē. Unde pietas est per quā sanguine coniūctis patriaqꝫ beniuolis officiū ⁊ diligens tribuitur cultus. Secūdo autem modo ordinatur ꝑ gratiā que gratia est qua dicitur homo gratus. Unde dicitur ꝙ gratia est in qua amicitiarum ⁊ officiorum alterius memoria remunerandi volūtas continetur. Secūdum autem ꝙ ordinatur lex naturalis ad ius diuinum: sic ordinantur ad gratiā ⁊ sic loquitur de lege naturali. ¶ Aliter vero distiguūt iurisperiti: ſm ꝙ respicit ius humanum. ordinat nos ad gratiā dupliciter: vel ordinādo nos ad deum vel ad proximū: si ad deum: sic sanctio est eius subiectio creature rationalis suo creatori. Unde Eccli. xvij. Addidit illis disciplinā ⁊c. dicit glo. disciplinā naturalem quam dedit homini vt subijceretur suo creatori. Si aūt ordinet nos ad proximum: hoc est dupliciter: aut secūdum innocentiā: ⁊ sic sanctio eius est: non facias alijs ⁊c. Tho. iiij. aut ſm beneficētiam: ⁊ sic sumitur alia sanctio seu aliud mandatum s. quodcunqꝫ vultis vt faciant vobis homines ⁊c. Mat. vij. Et ſm hanc rationē determinātur legalia Moysi. ſm aliam leges positiue. Ex his patet differentia assignationum legis naturalis.

Distinctio iuris periti.

De cōparatione legis naturalis ad ius positiuum

Secundo queritur. §. ij.

Isido.

de cōparatione legis naturalis ad ius positiuū. Et queritur vtrum aliquid sit licitum secundum ius naturale: quod non sit licitum ſm ius positiuum et econuerso. ¶ Ad quod sic. Isidorus appellat fas ius naturale. Ius autē appropriat iuri positiuo. dicit ergo sic. transire per alienum agrum fas est quia est licitū. fas enim est quod est licitū sed non est ius ſm ius positiuum. immo vitium est in iure positiuo. ergo ius positiuū facit illicitū quod est licitum ſm ius nature. ergo sanctiões eorum sunt cōtrarie. ¶ Secunda ratio aliqua sunt illicita ſm ius naturale. sicut que sunt contraria sanctionibus legis naturalis. vt aliqua esse propria ⁊ non cōmunia. Istud tamen licitum est ſm ius positiuū. Itē ſm ius naturale nō est licitū aliquē dominari alij ⁊ aliquem esse seruū alterius. tamen ſm ius positiuū istud est licitum: scilicet seruitus ⁊ dñium. ergo ius positiuū de illicito iure naturali facit licitum. ergo mutat sanctiones eius ⁊ supra ipsum est. hoc aūt est falsū. ergo non pōt mutare sanctiones eius. nec de illicito facere licitum ⁊ ecōuerso propter hoc queritur que sunt illa licita vel illicita in iure naturali que potest mutare ius positiuum. ¶ Item reperitur ius naturale ⁊ mos ⁊ honestas: queritur ergo differentia horum. quia obijcitur. Ius naturale est regula omnis iuris cōsequentis. ergo omne quod est ius fieri habebit regulam in lege naturali. ergo quod fit ſm honestatem et ſm morem habet regulam in lege naturali. Maior ptꝫ. quoniam lex naturalis est a prima iusticia ⁊ ideo regula iuris sequentis. ¶ Solutio. dicendum. qd lex naturalis quedā sancit et dictat vt debita. quedam vt vtilia. quedam vt expedientia in alijs. Que dictat vt debita non potest ius positiuum de licito facere illicitum vel econuerso. quia nō habet aliquid in illis. Unde Hugo in li. de sacramētis dicit. Qd in lege naturali tria sunt. preceptio prohibitio ⁊ concesio. Preceptū ergo et prohibituꝫ in lege naturali. hoc dicimus debitum fieri vel non fieri: que ergo sic precepta vel prohibita dictat vt debita: in his nihil potest mutare ius positiuum. faciendo de non precepto preceptum. ⁊ de non prohibito prohibitum quin peccet. Unde in his duobus intelligitur debitū quod tibi non vis fieri ⁊c. ⁊ quecunqꝫ vultis ⁊c. In tertio aūt: scꝫ in concessione intelligitur vtile ⁊ expediens: sunt enim quedam in dictatione eius in ratione vtilis: ⁊ ꝙ confert ad finem: ⁊ hoc modo dictat in natura bene instituta omnia esse cōia vel libertatem ⁊c. hec enim in natura bene instituta cōferrent ad finē. Quedam autem dictat vt expediētia: ⁊ sic dictat post peccatum aliquod esse propriū quia aliter accideret incōmodum propter cōcupiscētiam hominum in societate humana: similiter dictat seruitutē ⁊ subiectionē: quia aliter irruerent homines nisi haberent quid coherceret eos: ⁊ tamen eadem est regula vel ratio ſm quā dictat in ratione vtilis in natura bene instituta omnia esse communia: ⁊ ſm quā dictat in ratiōe expediētis in natura lapsa aliqua est propria. Unde Augusti. ponit exemplum de medico: qui ſm eandem rationē vel artem quā dictat vinum esse bonum sano: dictat ipsum esse malum egro. ¶ Qd ergo obijcitur ꝙ transire per agrum alienū licitum est ſm ius naturale ⁊c. Dicendum ꝙ hoc non est de precepto vel prohibitione iuris naturalis: immo de cōcessione: ⁊ ideo non procedit. Similiter dicendū ad alia. ¶ Ad vltimum de differentia illorum trium. dicēdum: ꝙ ius proprie respicit debitum. vnde iustum proprie respicit debitum fieri vel non fieri. Honestum vero non: respicit debitum: sed dignū vel decens fieri vel nō fieri. Unde proprie honestum respicit approbandum simpliciter. Mos autem vlterius respicit approbandum ex causa vel ex circunstantia. ⁊ nō approbandum simpliciter: sicut honestum. vnde ꝙ vna sit vnius istud honestum est: ꝙ autem vna diuidat carnem suam: istud indecēs est simpliciter. ꝙ autem tempore abrahe plures essent vnius istud non fuit simpliciter approbandum: sed ex causa ⁊ circunstantia: quia diuino instinctu hoc faciebant: et propter multiplicationem prolis: ex hoc accidit ꝙ mutatur mos: honestū autem semper manet: quia quod est approbandū simpliciter: nunꝙ mutatur: sed mos respicit approbandum ex causa vel ex circūstantia. Ex causa sicut aliquādo fuit habere plures: causa fuit multiplicatio fidelium ad cultum dei: quia tunc abūdabat idololatria. Approbandū etiam fuit ex circunstantia: quia fuit hoc ex dispensatiōe diuina. vnde Lamech arguitur ab Augustino. ꝙ habuit plures contra naturam ⁊ contra mores: quia nō fuit causa: quia nec fuit hec causa multiplicationis prolis sed causa libidinis et sic contra naturā quia natura intendit multiplicationem seu respicit. Similiter non fuit circunstantia seu dispensatio diuina. Similiter facit contra morem: quia tunc non erat consuetudo habere plures. Modo autem respicit approbandum ex consuetudine ob causam: et tunc non fuit causa nec consuetudo.

Differentia horum ius naturale mos ⁊ honestum.

Hugo.

Ad auctori. Isido.

Ad q̄stio. de differentia.

Articulus secundus.

Consequenter queritur de lege naturali specialiter an habeat p̄cepta ordinatiua ad deū. Et q̄runt tria. Primū est vtrū contineat mandatū ordinās ad deum. Secundo

An ius naturale habeat p̄cepta ordinatiua ad deum

Secundo. vtrum habeat vnde ordinetur per fidē ad deum. Tertio: vtrum habeat vnde ordinetur ꝑ caritatem in deum.

Quātū ad primum. §. j.

Utrū p̄tineat mādatū ordinans ad deū

sic Eccli. xvij. Addidit illis disciplinam ⁊c. Glosa. Disciplinam ⁊ legem naturalem quam dedit homini vt subijceretur suo creatori: et bonorū operū in se honorificentiā custodiret: ergo in lege naturali est ꝙ hō subijciat suo creatori: ⁊ ꝙ ad ipsū ordinetur per obediētiam. ¶ Secunda ratio Tullius ī fine rethorice dicit ꝙ ius naturale est qd nō opinio genuit. sed quedā innata vis inseruit. vt religionem. pietatē ⁊c. Et dicit ꝙ religio est que superioris cuiusdam nature. quā diuinam vocant cultu cerimoniamqꝫ afferunt. Religio ergo consistit in cultu diuine nature si ergo religo est pars iuris naturalis ergo ius naturale ordinat ad deū ⁊ ad cultū eius. ¶ Ad oppositum Hugo de sanc. vic. in lege naturali tantū duo precepta fuerūt scꝫ qd tibi nō vis fieri alij nō facias. Thob. iiij. ⁊ quecūqꝫ vultis vt faciāt vobis ⁊c. Math. vij. sed per hec precepta ordinat solū rationalis creatura ad proximū ⁊ non ad deum. ergo aut insufficiēter diuidit Hugo. aut lex nō ordinat ad deū. ¶ Secunda ratio. ij. Ro. Cuꝫ gētes ⁊c. Glo. Lex naturalis est iniuriā nemini inferre. nec alienū preripere a fraude ⁊ piurio abstinere ⁊ hmōi. ⁊ vt breuiter dicatur nolle alij facere qd tibi nō vis fieri. qd euangelice cōcordat doctrine Math. vij. ex quo patet ꝙ precepta legis naturalis reducunt ad istd Quecūqꝫ vultis vt faciāt vobis hoīes ⁊c. Si ergo illud ordinat ad proximū ⁊ non ad deum: patet ꝙ non habet lex naturalis p̄cepta ordinātia ad deū. Solutio. dicendū ſm ꝙ habetur. ij. Ro. Cuꝫ gētes ⁊c. ibi dicit glo. Qd ex hoc ꝙ homo est ad ymaginē ⁊ similitudinē dei. habet legem qua intelligit ⁊ sibi conscius est quid bonum ⁊ q̄d malum. In eo enim ꝙ hoc est ad ymaginē. habet cognitionem prime veritatis q̄ deus est. quia ſm Aug. ymago attendit in potētia cognoscēdi. Ex hoc vero ꝙ est ad similitudinē: est in potētia ⁊ debito diligendi summā bonitatē quia similitudo attēditur in potentia diligēdi. vt dicit Aug. ⁊ propter hoc in lege est ꝙ ꝑ ipm ordinetur homo ad deū ⁊ ita ad proximū. ¶ Ad primā rationē in contrarium dicendum. ꝙ in illis mādatis intelligitur ordo hominis ad deū. Nā sicut in dilectione ⁊ mandatis de dilectione proximi intelligitur dilectio sui. qd patet cū dicit. Non furtū facies ⁊c. istud reducitur ad istud mandatum non facias alij ⁊c. ⁊ istud ad istud. fac alij qd tibi vis fieri. i. fac alij bonū qd tibi vis fieri bonū hic enim intelligit dilectio sui. sic ex parte ista est resoluere mandata legis naturalis ad dilectionē sui. resoluēdo ipm ⁊ in ipsa intelligitur hoc autē quecūqꝫ vultis resoluitur ad dilectionē sui. sicut visum est. ⁊ sic mandatū de dilectione sui est illud in quo fundātur mandata iuris naturalis. Sed in hoc qd est diligere se prout homo diligit se ordinate et ad finē bonum: intelligitur dilectio dei et dilectio proximi. Si enim diligo me ⁊ meū esse: diligo per naturā principiū mei esse et cōseruationis eius. hoc autē est deus. et sic in hoc naturaliter fundatur dilectio dei. ¶ Item vnūquodqꝫ per naturam diligit sibi simile in specie: quia natura appetit suū simile. et sic in hoc intelligitur dilectio proximi. diligēdo enim me diligo naturaliter meā speciem. et mihi similem in specie. Alio tamē modo dicitur dilectio sui fundamentū ciuitatis dyaboli. s. prout non est ordinata ad finem debitum. sed sic non loquimur hic de ipsa. et sic precepta nature inquātum nature sunt. fundantur supra illud diligere se. et sic patet quomodo ordinant ad deū et ad proximum quia in dilectione sui intelligitur dilectio sui et proximi. et ex hoc sequitur. fac alijs qd tibi vis fieri. Lex autē gratie eleuat naturam quia ponit omnium fundamenta dilectonē dei. Et sic patet responsio.

Cōtra.

Rñsio.

Sol. ad j.

Consequenter que- §. ij.

Utrū lex naturalis habeat vnde ordinetur hō ꝑ fidem ad deum

Qd dictat fidē vnius dei.

ritur: si in lege naturali est ꝙ per ipsam ordinetur rationalis creatura per fidem ad deum: scꝫ vtrū lex naturalis dictet fidem vnius dei: et redemptoris ⁊ trinitatis ⁊ huiusmodi. ad qd sic. in Deutro. dicitur. Audi israel deus tuus vnus est: hoc est preceptū de fide vnius dei: ⁊ post ibi sequitur aliud mandatum de dilectione dei cum dicit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo ⁊c. Si ergo scdm mandatū qd est de dilectiōe dei est in lege naturali: quia autē lex ⁊ ratio naturalis dictat cuilibet hoc. ergo ⁊ fides de vno deo sibi est sibi scripta Ergo est de lege naturali. ¶ Similiter ostenditur ꝙ fides redemptoris siue redēptiōis nostre sit de lege naturali. Ioh. iiij. da mihi bibere. Glo. Petit a natura potum rationis in qua conditor et redemptor inuestigatur: sed non petit a natura nisi qd debet ⁊ potest natura. Cum ergo petat ꝙ inuestiget conditorem ⁊ redemptorem: ergo nobis dictat fidem redemptoris. Si dicatur ꝙ implicite: ⁊ non specialiter vel explicite: si ergo fides implicita nostre redemptionis est in lege naturali: quia lex naturalis dictat ꝙ post lapsū humana natura debeat reparari. Si ergo hec fides implicita habeat omnia credēda de nostra redemptione: ergo lex naturalis nobis dictat omnia que ad redemptionem pertinent: ergo nobis dictat nostrum redemptorem seu illum per quem debet fieri redemptio. ¶ Tertia ratio est quasi cōfirmatio precedētis ratiōis: quoniam dicit Hugo. Omnes qui futuram redemptionem crediderūt in quo fieret crediderunt: ergo in fide redemptionis est implicitū: in quo fiat redemptio: sed lex naturalis dictat ꝙ redimendum est genus humanum post lapsum: ergo dictat in quo fiat redemptio. ¶ Quarta ratio qua ostenditur ꝙ fides incarnationis seu humanitatis christi sit ibi: ⁊ ita modus redemptionis implicite. supposita hac propositione. ꝙ ratio naturalis animaduertit ꝙ tota beatitudo rationalis creature sit in deo ⁊ non in alio: sed beatitudo rationalis creature consistit in contemplatiōe et delectatione bonitatis diuine. Creatura autem rationalis duplicem habet contemplationem: scilicet intellectiuam ⁊ sensitiuam: ergo ad hoc ꝙ tota in deo beatificetur: oportet ꝙ vtrāqꝫ habeat delectationem in deo: sed delectationem nec contemplationem sensitiuam potest habere in deo quantum ad diuinitatem: sed solum quantum ad intellectiuam: ergo ad hoc ꝙ totus homo beatificetur oportet vt vniatur deus alicui creature sensibili: ita ꝙ sit deus illa creatura et ecōuerso. Si ergo lex naturalis vel rationalis ei dictat vtrāqꝫ delectationem ⁊ contemplationem: propter integram beatitudinem: ergo ex dictatione naturalis ratiōis est fides diuinitatis et humanitatis: vel creature sensibilis ei vnite: vt beatificet ſm intellectū ⁊ sensū. ¶ Quinta rō. duplex est notio in aīa. innata ⁊ acquisita. Innata est ex hoc ꝙ aīa est ad imaginē et imitationē prime veritatis. Acq̄sita vero est ex primē

Qd fidē redēptoris.

Hugo.

Qd dictat fidē incarnatiōis

to et sensu ⁊ disciplina ex eo.s.ꝙ anima noscit hoc modo per reruȝ similitudines. Ueritas autem acquisita non: ergo vniuersalior est notio innata ꝙ̄ acquisita. Si ergo notio acquisita que est per sensum ⁊ disciplinam ducit ad fidem incarnationis ⁊ passionis ⁊ resurrectionis: ascensionis ⁊ omniuȝ eorū que credenda sunt: ergo multomagis notio innata ducit ad omnia ista: sed hoc est ſm legē naturalem: ergo ſm legē naturalem habemus fidē incarnationis ⁊ redemptionis ⁊ hmōi. Que aūt notio per sensum ⁊ disciplinam ducat ad predictā fidem patet. Nam fides est ex auditu: ⁊ sic notio ꝑ sensum ducit ad fidem.

Augusti.

Sed dicit Augusti.xxij.de ciuita.dei.c.v. Tria sunt incredibilia que tamē facta sunt: incredibile est xp̄m resurrexisse in carne ⁊ in celum ascendisse cum carne. Incredibile est mūdum rem tam incredibilem credidisse: ⁊ incredibile est homines ignobiles infimos paucissimos imperitos: rem tam incredibilem tam efficaciter mūdo ⁊ in illo etiā doctis persuadere potuisse horum trium incredibilium primū volunt isti cū quibus agimus credere. Secundū coguntur ⁊ cernere. ꝙ non inueniūt vnde sit factū: si nō credunt tertiuȝ. Si ergo experimento habetur ꝙ mūdus credidit rem tam incredibilem: ⁊ ita tantum incredibile factum est credibile: ergo cognitio per sensum ⁊ experientiā ducit in fidē passiōis ⁊ ascēsionis ⁊ hmōi.

Contra.

Ad oppositū. Roma.j. Quod notum est dei manifestū est illis. Glo. Multa sunt que de deo ꝑ naturā sciri nō possunt: vt de misterio incarnatiōis ⁊ redemptionis: ergo lex naturalis non dictat fidē istorum.

Utrum fides trinitatis sit de dictatione legis naturalis.

¶ Post hoc queritur vtrū fides trinitatis sit de dictatione legis naturalis. Ad qđ sic Roma.j. Inuisibilia dei per ea que facta sunt ⁊c. Glo. Per inuisibilia intelligatur pater: per virtutem filius: per diuinitatem spiritussanct⁹. Sed philosophi naturaliter cognouerūt sempiternā virtutem ⁊ deitatem: ergo per naturalem legē potuerunt similiter cognoscere patrem: filium: ⁊ spiritūsanctū ergo ⁊ habere fidem trinitatis naturaliter.

Obijcitur.

¶ Si aūt dicatur ꝙ cognouerunt per appropriata.s. potentiam: sapientiam: ⁊ voluntatem: nō per ꝓpria. hoc est ſm distinctionem personaruȝ: tunc obijcitur. Augusti. dicit ꝙ magi cognouerūt duas personas Rhogaton ⁊ Noyȝ: hoc est patrē ⁊ genituȝ in tertio signo defecerūt: q2 in cognitiōe tertie persone per proprietatē nō peruenerūt. Nunquid cognouerunt duas personas per propria vel solū per appropriata. Si per appropriata solum. ergo non defecerūt in tertio signo: q2 etiam appropriatū spiritūsanctum naturaliteer cognouerūt scȝ bonitatem: ergo cum dicat ꝙ in tertio signo defecerunt. constat ꝙ cognouerunt duas personas adminus per propria: hoc est ſm distinctionem personaruȝ: ergo habuerunt cognitionē de duabus personis: scȝ de patre ⁊ filio.

Alid obiectū.

¶ Postea queritur incidenter cū sit fides de deo cum sit creator vnus: ⁊ ꝙ fuit incarnatus: ⁊ ꝙ sit trinus ⁊ vnus: vtrū sit eadem fides qđ non videtur: q2 ratio naturalis attingit fidem huius ꝙ deus sit ⁊ ꝙ deus sit vnus: sed ad fidem incarnationis ⁊ redemptionis non attingit natura immo ad illam eleuat gratia prima: ergo est a principio nature. hoc aūt est a principio gratie: ergo est alia fides ⁊ alia. ¶ Item secūda fides est eorum que excedunt naturam: prima autē nō. Unde Roma.j. qđ notum est dei. Glo. ignotuȝ dei est ratio substantie vel nature: q̄ omnē latet creaturā. similiter ⁊ mysteriū liberationis humane: ergo alia est ⁊ alia prima fides ⁊ secunda. ¶ Itē natura ſm potentiā ⁊ ſm actum attingit seu peruenit ad hoc ꝙ deus sit: ⁊ ꝙ sit omnipotēs ⁊ vn⁹ creator. Qđ autē incarnatus sit: attingit quātū ad potentiam ⁊ non quantum ad actū. Qđ enim possit se vnire ⁊ ꝙ possit incarnari dictat natura nō ſm ꝙ sit ſm actum. Qđ vero sit deus trinus ⁊ vn⁹: ad illud nō peruenit natura: nec quātum ad potētiā nec quantū ad actuȝ: q2 non dictat ꝙ sit sic: nec ꝙ possit. hic enim gradus est eleuatissimus vnde hic eleuatur natura supra id quod est de actu ⁊ potentia. prima ergo fides colligitur ex natura ſm actū ⁊ potentiam: secūda ex natura ſm potentiam solū tertia nec ſm actū nec ſm potentiam colligitur ex natura: ergo non est eadem fides prima cum secūda: nec tertia cum prima ⁊ secunda: ⁊ ita alia fide creditur deus esse: ⁊ esse omnipotens creator: ⁊ esse incarnatus ⁊ trin⁹ ⁊ vnus.

Responsio. fides duplex.

¶ Solutio. dicendum ꝙ fides dicitur dupliciter. Est em̄ fides q̄ colligitur ex ratiōibus: ⁊ est fides qua homo assentit veritati: propter se ex gratia ⁊ nō propter rationem: ⁊ hec secunda fides non est nature seu ex natura. immo principiuȝ eius est gratia: prima ergo fides est nature: assentit enim natura bene veritati propter rationē vel propter testimonium. Unde istud assentire est ī lege naturali: ⁊ ista fides sic collecta ex rationibus vel testimonijs non est virtus. Iteȝ intelligendum ꝙ est fides implicita ⁊ explicita. Et dicit Hugo. ꝙ fides nunꝙ̄ minus habere potuit ꝙ̄ credere vnum deum: omnium dominum rectorem vniuersorum collatorem omnium bonorū. et eorum qui in malis sunt: eteum querunt et expectant redemptorē. Uñ dicendum. ꝙ in ratione particulari non potest legi fides articuloruȝ in lege naturali: sed in ratione vniuersali. Lex ergo naturalis habet vnde possit dictare anime oīa necessaria ad salutē in vniuersali ⁊ implicite: faciendo credere ⁊ assentire testimonio rationis.

Ad contra rationem.

¶ Ad secūdā ergo rationē qua obijcitur ꝙ nō dictet fidē redemptionis. dicendū ꝙ immo implicite sicut dictū est. Et qđ obijcit ꝙ multa sunt que per naturā de deo sciri nō possunt. dicēdū ꝙ faciēda est vis in hoc ꝙ dicit misteriū incarnationis ⁊ liberationis Añ em̄ determinationem factā abrahe erat fides conditoris ⁊ redemptoris. Unde Aug. dicit. ꝙ nullus potuit saluari sine fide mediatoris: nō tñ erat explicita: sed post fuit magis explicita abrahe: cuȝ dicit ei de⁹. In semine tuo benedicent ⁊c. ⁊ fuit hic explicitus modus sed non plene: q2 nesciebat adhuc an ab homine puro q̄ esset de semine abrahe fieret redēptio: an ab hoīe q̄ esset deus q̄ esset de semine abrahe. Sed istud postea fuit expressum: scȝ quādo aduenit lex ⁊ legales hostie q̄ passionē xp̄i determinabant ⁊ figurabāt: maxime fuit hoc expressum tēpore Esa. qui dicit. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet ⁊c. Quātū ad articulū descensus ad inferos videtur indeterminata fuisse fides tēpore Johan. baptiste. qui legit misisse discipulos ad querendū. Tu es qui venturus es ⁊c. Ad misteriuȝ ergo nō potest lex naturalis vt dictet ꝙ sic: vel sic debet fieri redemptio: q2 non potest dictare modum redemptiōis: licet per rationem dictet redemptionem ad modum ergo redemptionis et non ad redemptionem vniuersalem pertinet illud quod dicitur misterium incarnationis ⁊c.

Ad q̄stio. de fide trinitatis.

¶ Ad aliud quod queritur de fide trinitatis responsum est. j. lib. questio. ij. de cognitione dei in partem negatiuam. Tamen in partem affirmatiuam potest dici ſm Richard. de sancto victo.

Richard.

Qđ ad oīa que necesse est cē nō desunt rōnes necessarie. Uñ credēdū ꝙ habet

ꝙ hȝ anima naturales ratiōes ad cognoscendū sibi necessaria ad salutē: tñ ad vitā ꝑ gratiā magis cognoscit. Ratio enim obtenebrata non pōt illas producere nisi adiuta per gratiā: ⁊ sic habet fidem que assentit veritati isti: qđ est deus vnus ⁊ trinus per rationē aliquā ex lege naturali.

Ad obiectum

¶ Ad illud ergo qđ obijcitur ibi dicendū. ꝙ phi nō habuerunt cognitionē naturalē de trinitate ꝑ propria: habuerūt tamē vniuersalē naturalem qua possent peruenire ad generantē genitū ⁊ procedentē: nō tamen habuerūt ꝙ assentirent veritati ꝑpter se sine gratia. Uel dicendū ꝙ cognouerunt per appropriata ⁊ dicuntur defecisse in tertio signo: nō quātum ad simplicē cognitionē bonitatis: sed quantū ad memorialem: q2 hanc nō habuerūt.

Ad aliud obiectum.

¶ Ad vltimū dicendū. ꝙ est alia ⁊ alia fides qua credit per rationem naturalē deū esse vnū: ⁊ qua creditur incarnatū trinuȝ per rationē ⁊ testimoniū: ⁊ fides qua creduntur assentiendo veritati propter se: q2 vna est acquisita per rationem: alia est infusa per gratiā. Credere tamē deum vnū incarnatū trinū assentiēdo veritati propter se: istud est de lege gratie: et sic non est alia ⁊ alia fides qua ista creduntur de deo: eo modo quo credere est assentire veritati prime propter se. licet em̄ articuli quidā magis remoti sint ab vniuersali cognitione: quidā minus: nō tamē est alia ⁊ alia fides qua illis assentitur propter ipsam veritatem. ¶ Item lex naturalis nō venit ad fidem incarnationis nisi in vniuersali vt visum est. licet ad hoc deū esse vnū magis in speciali veniat: quia nō est ita remotum a ratione naturali: sicut istud deum esse incarnatum ⁊ esse trinum. Ex his patet responsio.

Postea queritur .§.iij.

Utrū diligere deū sup oīa sit de lege naturali. Argu.j.

si lex naturalis dictet nobis: ꝙ diligamus deū super omnia. Ad qđ sic Eccli.xvij. Addidit illis disciplinam ⁊c. Glo. Hec naturalis lex ⁊ litteralis insinuat: vt deū toto corde: tota anima: tota virtute diligamus: ⁊ mandata eius in dei ⁊ proximi dilectione custodiamus. Ergo in lege naturali possumus legere caritatem ⁊ deum esse diligendum super omnia: q2 hoc est diligere toto corde.

Secundum

¶ Secūda ratio: vnusquisq̄ per naturā super omnia diligit suū esse: sed diligendo suū esse diligit principiū sui esse per naturam: sed dilectio qua diligit principium sui esse: equalis est illi qua diligit se vel maior etiā si ergo principiū optimū esse humane creature est deus: ergo diligit ipsum super omnia per naturā: cū nō differat hec dilectio ab illa qua diligit se.

Tertium.

¶ Tertia ratio diligere est velle alij bonum sed ex lege naturali diligo deum: ergo ex lege naturali volo ei suū bonū. Ergo cum suum bonum sit summū: volo ei per naturā summū bonū: sed diligendo me nō volo mihi summū bonū: quia meuȝ bonuȝ non est summū: ergo per naturā maius bonum volo deo ꝙ̄ mihi: ergo ex lege naturali habeo ꝙ diligā deū super me ⁊ super omnia alia.

Contra.

Ad oppositum. Impossibile est ꝙ intelligens intelligat aliquid plus se per naturā: sed dilectio non extendit se vltra intelligentiā: q2 nō diligitur bonū nisi cognitum: ergo impossibile est ꝙ aliquid diligat aliud plus se per naturā: ergo ex lege naturali nō potest creatura rationalis deum diligere ex caritate: hoc est supra se ⁊ supra omnia. Maior patet q2 quedam res intelligitur per suas similitudines in anima: quedam autē ꝑ seipsas entes apud aīam: sicut res que per presentiam sunt in anima: et hoc modo anima se intelligit ⁊. suā iusticiā ⁊ suas affectiones: quia sibi presens est: ⁊ ita similiter. Si ergo hec cognitio maior est ꝙ̄ illa que est per similitudines cū nulla res sit presentior anime seipsa impossibile ē ꝙ plus cognoscat aliq̄d aliud ꝙ̄ se: nec etiam deum cum non sit ei ita presens sicut ipsa sibi: quia intelligit ipsum per similitudines ⁊ ꝑ speculum in enigmate. ¶ Secūda ratio. ad hoc ꝙ intellectus intelligat deum sicut est: oportet ꝙ spoliet se sua forma: quia dato ꝙ vtatur se: iam adhuc videt deū similitudine ⁊ ita nō sicut est. ergo oportet ꝙ exeat extra se vel supra se. ad hoc ꝙ ipsum intelligat sicut est. Similiter ad hoc ꝙ ipsuȝ diligat affectus plus se. oportet ꝙ extra se exeat: si ergo nō potest per naturā exire extra se. nec legere supra se ergo nec per naturā deū supra se diligere: ⁊ ita non ex caritate per naturam potest ipsuȝ diligere.

Responsio.

Solutio. dicendū ꝙ diligere deū ⁊ supra omnia et supra se ⁊ propter se: est in lege naturali tanꝙ̄ in insinuāte ⁊ instigante: sed non tanꝙ̄ efficiente vel perducēte. Lex em̄ naturalis eo ꝙ lex: ostendit anime ⁊ insinuat ꝙ debet deū sic diligere. eo ꝙ naturalis se habet ad animā vt instigās ad hoc. Et ideo dicit glo. Eccli.xvij. Hec naturalis lex insinuat vt deum toto corde diligamus. Unde dicit: ꝙ ad hoc insinuat ⁊ instigat: sed nō perducit ad hoc: ⁊ ideo necessaria est lex gratie: que ad istud perducat. verū etiā est ꝙ cū hoc post peccatū necessaria est lex Moysi.

Solō ad.j.

¶ Ad primā rationē dicendū. ꝙ nō dicit glo. ꝙ nō faciat lex diligere: sed ꝙ insinuat. vñ loquitur ſm insinuationem ⁊ non ſm perventionem.

Ad secunduȝ.

¶ Ad aliā qua obijcit. ꝙ vnūquodq̄ diligit suum esse ⁊ principium suū per naturā. Dicendum ꝙ dilectio principij est dupliciter: quia est diligere principiū eo ꝙ principium: aut est diligere principium absolute: non eo ꝙ principium. vt possim diligere deum quia deus in se vel eo ꝙ principiuȝ. In lege ergo naturali non est diligere principium in se ⁊ absolute super omnia: sed diligere ipsum in ratione qua est principium: istud bene est ibi: sed tunc eadem est dilectio sui ⁊ principij: q2 principiū inquātum principiū nō diligit aīa nisi q2 reflectit ipsum in suum esse qđ diligit ⁊ non econuerso. Et sic deum naturaliter non potest diligere plus se: quia natura non se extendit supra se.

Ad tertiuȝ.

¶ Ad tertiū dicendum: ꝙ nō valet hec ratio: volo deo summū bonum: mihi non: ergo plus diligo deum ꝙ̄ me. Sed bene sequitur. ergo maius bonum volo ei ꝙ̄ mihi quia est ibi velle: et est ibi bonum: Potest ergo istud aduerbium magis determinare ipsuȝ velle: vel ipsum quod dico bonum. Si feratur ad bonum: sic non sequitur ratio: si ad hoc quod est velle: sic sequitur: q2 intentio dilectionis venit ex parte voluntatis: non ex parte sui boni quod est volitum: per naturam autem magis volo mihi meuȝ bonum quod minus est: ꝙ̄ deo suū bonum quod est maius: sicut miles magis vult sibi suam terrā paruulam ꝙ̄ regi suum regnum magnum.

Ad contra.

¶ Ad rationes in contrarium dicendum: ꝙ non est in potestate nostra tanꝙ̄ efficiente diligere deum super nos et super omnia: est tamen istud in potestate nostra tanꝙ̄ propriādo faciendo quod in se est. similiter non est in potestate nostra ꝙ intellectus ⁊ affectus expoliet se effectiue tamē propriatiue.

Articulus tertius.

De ordinatione legis naturalis ad proximum.

Consequenter queritur de his per que ordinat lex naturalis ad proximū. Et quātum ad presens queritur de tribus q̄ ponunt esse iuris naturalis ſm Isid. Primo de matrimonio qđ est coniūctio maris ⁊ femine.

Secundo de cōmuni omniuz possessione. Tertia de vna omniū libertate. Quantū ad primuz queruntur hec. Primo vtrum matrimoniuz sit de lege naturali. Secundo de legitimitate psonarū. Tertio vtrū de lege naturali sit q vna vnius. Quarto vtrū inseparabilitas que est ī matrimonio sit de lege naturali.

Quantum ad primū .§.j.

De matrimonio vtrū sit de lege naturali Qd nō rō.j.

sic obijcit. Nihil qd fit ex institutione est lege naturali. matrimoniū est hmōi. ergo ⁊c. Maior patet. ysidorus dicit q ius naturale vbiq instinctu nature nec aliqua cōstitutione habetur. Minor patz per hugo. de sacramētis qui dicit. coniugiuz est societas quā deus ab initio inter masculū ⁊ feminā constituit. quando mulierem de latere viri formatā eidem sociauit. ¶ Secūda ratio quecunq sunt de lege nature: sunt eadē apud omnes. sed matrimoniū non est hmōi. ergo nō est de lege naturali. Minor patet. q matrimoniū infidelium est dissolubile vel separabile. fideliū autē non. sed hoc facit differētiam essentialē cum forma matrimonij sit cōiunctio. cōiunctioni autē opponitur sepatio. ⁊ ita nō est idē essentialiter apud omnes. ¶ Ad oppositū. ff. de iusticia ⁊ iure. ex lege naturali descēdit maris ⁊ femine cōiunctio quam nos matrimoniū appellamus. ¶ Solutio dicēduz q matrimoniuz pōt dupliciter cōsiderari. inq̄tum est res: vel inq̄tuz est signū. Cōsiderando ergo rē matrimonij q̄ est cōiunctio maris ⁊ femine: sic est de lege naturali. Inquātuz vero est signuz: est ab institutione diuia ⁊ nō est lege naturali, nec est incōueniēs q ab alio ⁊ ab alio sit matrimoniuz res ⁊ signum. Sicut circul9 ab alio hoīe potest habere q sit circulus: ⁊ ab alio q sit signuz. signuz enī ordinē dicit. Cōiunctio enim maris ⁊ femīe naturalis est. sed q illa cōiunctio significet. s. inseparabilitatē vel coniunctionem xpi ⁊ ecclesie ⁊ anime sancte ad deū. hoc habet a diuia institutiōe. Vel dicendū q in omni sacramento sunt tria. s. similitudo. significatio ⁊ sanctificatio. Similitudinez ergo habet matrimoniū ex prima cōditione. significationē ex informatione. sanctificationē vero ex redēptione. ex quo enim creatus est hō ⁊ femina; fuit naturale q cōiungerentur. sed q p hoc significaretur cōiunctio anime ad deū. vel xpi ad ecclesiaz. vel hūanitatis ⁊ diuinitatis in xpo istud fuit ab institutione diuina. Qd autē sit sanctificatio. hoc est gratia in matrimonio seu in coniunctis p matrimoniū. hoc est per passionē xpi que sanctificat omnia sacramēta ⁊ per ipm habent omnia sacramēta virtutem ad sanctificandū matrimoniū ergo q̄tum ad similitudinē dico q est ex lege naturali ⁊ eius dictamine. nec hoc mō est ex institutione. q̄tū vero ad significationē non. q sic est ex institutione. nec q̄tū ad sanctificationem. p hoc patet responsio ad primā rationem. ¶ Ad secundam dicendū qd matrimonium q̄tum ad rem et similitudinem est idem apud omnes quia cōiunctio maris ⁊ femine eadez est apud omnes sed nō q̄tum ad signū vel significationem. Aliud enim significat apud fideles ⁊ infideles. quia apud fideles significat inseparabilē vnionem. que est dei ad humanā naturam: ⁊ xpi ad ecclesiam Et quia hec vnio est inseparabilis: propter hoc matrimoniū fideliuz est inseparabile. Sed apud infideles non significat copulā in inseparabilem quia tūc non est separabile.

Scda. Contra. Rńsio. Ad.j. rōnem. Ad scdam.

Secundo queritur .§.ij.

De legitimitate psonarū de patre ⁊ matre.

de legitimitate personarū vtrum sit de dictamine legis naturalis. s. q excipiatur a matrimonio pater ⁊ mater ⁊ hmōi que excipiuntur. ¶ Ad qd sic Geñ. ij. dixit adam. Hoc nūc os ex ossib9 meis ⁊ caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem ⁊ matrem. A prima ergo conditione excluditur a matrimonio pater ⁊ mater: sed illud quod habet esse a prima conditione habet esse per naturam: ergo per naturam excluditur pater ⁊ mater: cum lex ab origine ponatur in personis. ¶ Ad oppositum. Lex naturalis est eadem apud oēs: si ergo apud barbaros non excluditur pater ⁊ mater: nec aliqua persona: ergo ex lege naturali nō est exclusio seu legitimitas psonarū. ¶ Secunda ratio in. ff. Videtur inter cetera: animalia istius iuris peritia censeri: sed cetera animalia non discernunt inter personas quin masculus coeat cuz matre: ergo de lege naturali nō est q excipiatur pater ⁊ mater. ¶ Similiter queritur de lege naturali: vtrum sit q excipiatur frater ⁊ soror. Ad qd sic. omne qd est contra legē naturalem: semper est ⁊ fuit culpabile. Sed non semper fuit culpabilis coit9 fratris cum sorore: sicut in principio. ergo nō est ex lege naturali q excipiatur frater ⁊ soror. ¶ Ad oppositū Augusti. de adulterinis cōiugijs. Adulterij malū vincit fornicationem vincitur ab incestu: ergo maius malum est incestus q̄ fornicatio vel adulteriū si ergo adulteriū est contra legem naturalem: ergo multomagis incestus: sed incestus est cum est coitus persone cognate cum cognata vel fratris cum sorore: quoniam vt ait Augusti. incestus est lubricum carnis contra votum vel cōsanguinitatem: vel affinitatem cōmissum: ergo contra legez naturalem est coitus fratris cum sorore: ergo fm legem naturalem excluduntur frater ⁊ soror a matrimonio. ¶ Solutio. dicendum sicut dicit Hugo. duas personas institutio excepit: scz patrem et matrem. Venit postea institutio secunda que per legem facta est: ⁊ excepit quasdam personas alias siue ad decorem nature: seu ad pudicitie augmentum: tunc cepit ex prohibitione esse prohibitum: quod ex natura fuerat concessum: fm hoc dicēdū q lex naturalis qdā dictat quia debitum: quodam vero quia decens ⁊ honestum. Lex ergo naturalis a matrimonio excepit fratrem ⁊ sororem: nō quia debitum sed quia honestum ⁊ decens marime in natura multiplicata. Quia etiam lex licet hoc in statu nature non multiplicate concederet: non tamen in statu nature multiplicate. Excipit autem patrem ⁊ matrem tanq̄ debituz: et hoc est quia in generatione est duplex habitudo principij generationis ad illud quod est de illo: ⁊ hic est ordo prioris ad posterius. Item est ibi ordo in latere inter marem ⁊ feminam qui sunt comites generationis. Nam cum dico patrem ⁊ matrem dico comites generationis: si ergo coniungerentur pater ⁊ filia in generatione: esset comes generationis: qui erat principium generationis: ⁊ ita cōfunderetur ordo generationis: iam enim comes generationis fieret principium generationis ⁊ econuerso: ⁊ ita confunderetur ordo generationis. Qr ergo lex naturalis dictat q omnia ordinate fiant dictat q debet seruari iste ordo. ideo dictat natura q debet excipi pater ⁊ mater a generatione: ⁊ ita a matrimonio. Sed si frater coeat cum sorore: nō est ita: immo comes generationis est cum comite nec confunditur ordo: ⁊ ideo non excipit illud lex naturalis tanq̄ debituz: sed solum sicut decens ⁊ honestum et patrem et matrem tanq̄ debitum: quia vsus generationis debet conformari ipsi ordini.

Ad primam

Geneś.j. Oppo.arg. Querit de fratre ⁊ sorore. Contra. Augusti. Responsio Hugo.

Solu.ad.j. Ad autorita. Geñ.ij.

¶ Ad primam ergo rationē qua obijcitur de barbaris qui non excipiunt personas aliquas: nec patrem, nec matrem. dōm q non est hoc apud eos ex natura q non excipiant: sed ex concupiscentia libidinosa. ⁊ similiter in alijs. ¶ Qd aūt dicit. hoc nunc os de ossibus meis ⁊ caro de carne mea. per hoc intelligitur virtus actiua ⁊ passiua que cōcurrunt in gñatione. In osse enim est robur per quod significatur virtus actiua in carne que infirmior ē virtus passiua. Unde datur intelligi q a generatione fortiori contrahatur os. ab inferiori. s. a muliere caro. Per hoc aūt q sequitur ⁊ adherebit vxori sue ⁊ erunt duo in carne vna: intelligitur duplex vnio vel copula que est in matrimonio. s. vnio que est per consensum animorum. que intelligitur per hoc. ⁊ adherebit vxori sue. ⁊ vnio que est per copulam carnalem: que intelligit per hoc q dicitur et erunt duo in carne vna. in qua est coniunctio ad vnam carnem pducendam.

Tertio queritur .§.iij.

De dictamine legis q vna sit vnius.

vtrum de dictamine legis naturalis sit q vna sit vnius q sic videt geñ. iiij. dicit gl. de lamech. Primus contra naturam ⁊ morem duas vxores accepit. ergo habere plures vxores est contra naturaz ergo de dictamine nature est q sit vna vnius. Secunda rō Ro. ij. Cum gentes ⁊c. dicit glo. Lex naturalis est nolle alij facere: quod sibi nō vult fieri. Sed constat q vir nollet q mulier diuideret carnem suam cum pluribus. ergo vir tenet ex lege nō diuidere suam: ergo nō habere plures vxores. ¶ Ad oppositū geñ. xix. de Jacob habet q habuit plures. dicit aug. ibi q nō contra naturam. nec cōtra legem. nec contra morem fecit. ⁊ cōstat q habuit plures. ergo q vna sit tm̄ vnius nō est d dictamine nature. ¶ Scda rō. natura dictat q multiplicanda est spēs. sed multiplicatio speciei melius fit p plures q̄ p vnam. ergo nō erit de dictamie nature q vna tm̄ sit vnius. ¶ Iuxta hoc querit quare aliqn̄ nō licuit q vna mulier haberet plures viros sicut vnus vir plures mulieres. ¶ Solutio. dōm. q triplex est dictamen nature. fm q natura trib9 modis mouet. In natura em̄ rōnali aliqn̄ mouet natura vt natura. aliqn̄ natura vt ratio. aliqn̄ rō vt ratio. Et fm hoc diuersificat dictamen nature. q fm q natura mouet vt natura. dictat masculuz cōiungi femine ad multiplicationē spēi: scdm aūt q natura mouet vt rō: dictat vt vnus cum vna cōiūgi dz. vel fm congruentiam status ⁊ temporis oportunitatem vnus cum pluribus: eo dispensante q̄ est supra naturam. q natura vt rō confert ⁊ legit. q non est faciendum alteri: qd sibi non vult fieri. vnde natura vt ratio dictat vnum debere cōiungi cū vna simplr vel cum pluribus exigente statu ⁊ tpe: eo dispensante qui est supra naturam. fm autez q ratio mouet vt rō. vlterius confert ⁊ dictat natura q vnus dz coniungi cum vna inseparabilr coniuncta. Et sic pz quomodo habere plures est cōtra dictamen nature ⁊ quō non. q fm q natura mouet vt natura: non est contra dictamen nature habere plures. nec fm q natura mouet vt rō: eo modo quo dictum est. alio modo sic. ¶ Ad pmam rōnez de Jacob. qua obijcit. q hoc non sit de dictamine nature. dicendum q ideo dr Jacob non fecisse cōtra naturam. q qd fecit fecit cā plis: ⁊ sic nō fecit contra naturā fm q natura mouet vt natura Cōtra vero preceptum ideo dr q non fecit q ex dispēsatione fecit. q dispensatum fuit cum illo ab illo qui est supra naturam. Quod autem sit autoritate superioris non sit contra preceptum. q in precepto intelligit excludi autoritas superioris. Contra mores dicit non fecisse. q non fecit contra consuetudinem. que non esset approbanda. pluribus em̄ rōnibus approbandum erat qd fecit. Primo q fecit ex dispensatiōe. Scdo ex cā honesta q. s. vt multiplicaret proles. ⁊ numerus fidelium ad cultum dei. Tertio q moderate vtebat pluribus. Quarto approbanda erat consuetudo ppter sacramentuz q omnia contingebant illis in figuram. Unde in pluribus vxoribus Abrahe: figurabat differentia seruientium deo. Alij enim seruiunt p mercede q̄ significant per filios agar. Alij p hereditate isti sūt filij Sare. Similiter in duabus vxoribus Jacob liberis significat duplex vita. actiua in Lia. contemplatiua in Rachele. ⁊ in qualibet sunt quidā mercēnarij. ⁊ quidam liberi. pz ergo quare dicitur Jacob non fecisse contra naturam nec contra mores Et de hoc etiam dicit aug. super geñ. Alia sunt peccata contra naturam alia contra mores. alia contra precepta. sed Jacob hoc non fecit contra naturam. q non lasciuiendi sed gignendi cā mulierib9 vtebat. nec contra mores. q in illo tpe in illis terris factitabat. nec contra preceptum. q nulla lege phibebatur. ¶ Ad scdaz dicēdū. q natura dictat q spēs multiplicet sed debito modo. Jus em̄ naturale in homine dz regulari ratione. Ratio autē dictat q vna vnius. ¶ Ad tertiam dicendum. q nunq̄ dispensatum fuit cum muliere. Prima ratio est. q vna nō pōt fecundari a pluribus: sz vn9 bene pōt fecundare plures. ⁊ ideo non esset vtile ad multiplicationez. Item melius potest seruari pax si vn9 dominetur pluribus: q̄ si plures domnarent vni. Item vir est caput mulieris. ideo magis est dispensatum cum eo. Alia rō est sacramentum. q. s. vnus est sponsus xpi licet plures sint ecclesie.

Contra. Arg.j. Secundum. Tertium Rñ. Solu.ad.j. Ad secunduz Ad tertium

Quarto queritur .§.iiij.

V. inseparabilitas sit de lege naturali Arg.j.

de inseparabilitate matrimonij. Tria em̄ sunt bona matrimonij. s. fides. ples ⁊ sacramentum. primum ⁊ secundum est de dictamine nature. sed tertium non videt esse de dictamine nature. q hz eē ex institutione. Sacramentū em̄ hz esse ex institutione. ¶ Secunda ratio. nullus actus naturalis est peccatum. sed coniunctio maris cuz femina est naturalis. ergo non est peccatum dummodo sit soluta. q tunc non est contra legem naturalem. ¶ Tertia ratio. actus cōmedendi non est peccatū quando fit p salute indiuidui. ergo eadem ratione actus generatiue non erit peccatuz dummodo sit ad multiplicationem speciei seu salutem. ¶ Quarta ratio. mulier potest se dare ad omne tempus solum. ergo multo fortius potest se dare ad aliquod tempus solum. ¶ Ad oppositum. fm legem nature debes alij facere quod tibi vis fieri. sed null9 ratione ordinatus vult q affectus vxoris separetur a se. ergo tenetur fm illud preceptum adherendum vxori sue inseparabiliter fm affectum. sic ut vult se diligi inseparabiliter non ad tempus. ¶ Solutio dicendum. q ex lege naturali est ordo ad deum et ad primum. Lex em̄ naturalis dictat q honorificet deus ⁊ semper. semper autez non potest nisi in prole. vnde lex naturalis dictat multiplicationem plis ad cultum dei: et hoc seruato ordine generationis vt principium generatiōis non fiat comes in generatione. quod esset si pater contraheret cū filia. ⁊ ita excludit patrem ex debito. Post naturā autem multiplicatam excludit alias personas ppter honestatem. Scdm autem q ordinat ad proximum dictat non facere alij quod homo nō vult fieri sibi. Et per hoc dictat q vna sit vnius. q null9

Secundum Tertium. Quartum Contra Rñ.

vult ꝙ vxor diuidat se pluribus. Item dictat etiam facere alij quod sibi vult fieri. ⁊ inde venit ꝙ dictat inseparabilitatē vult enī vir ꝙ affectus vxoris inseparabiliter adhereret sibi ppter quod dr̄ idē vxor.

Sol.
Ad primum.

¶ Ad pͥmam rōnem qua ostendit̄ ꝙ inseparabilitas est ex institutione. dicendum ꝙ inseparabilitas s̄m ꝙ est ex dictamine legis naturalis non est signū nisi in potentia. qꝛ ipsa res habet naturaliter ex similitudine ordinem ⁊ possibilitatem ad significandum sed ꝙ significet actu non habet nisi ex institutione ex natura. ergo res habet vt possit significare inseparabilem vnionem christi ⁊ ecclesie: ⁊ diuine ⁊ humane nature in christo. sꝫ ꝙ significet hoc. habet ex institutione.

Ad secundū

¶ Ad secundam dicēdum quod est natura generis: ⁊ est natura speciei. ⁊ secundum hoc est lex nature generalis ⁊ specialis. Ex prima lege venit ꝙ masculus cum femina: ex alia que est speciei vt hominis vt est homo ⁊ rationalis: venit ꝙ vnus cum vna. Contra pͥmū est peccatum sodomiticum. contra secundum est habere plures simul seu bigamia.

Ad tertium.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ comedere ad sustentationem singulis potest esse peccatū. si non seruatur modus neq tempus neq materia conueniēs. Ita ex ista parte in actu generatiue requiritur debita materia vt cum sua. sicut comedens non debet comedere furtiuum.

Ad quartum

¶ Ad quartam dicendum ꝙ non potest se dare ad tempus ordinate quia istud est contra ius nature dictantis ꝙ faciendum est alteri quod sibi vult fieri.

Utrum de lege naturali oia sūt cōmunia.

Hoc habito queri .§.v.

tur ppter illud quod dicit̄ in diffinitione Isido. cōmunis omnium possessio. Utrum de lege naturali sint omnia cōmunia. Et videt̄ ꝙ non. qꝛ vbicūq est acquisitio ⁊ restitutio alienoꝝ est pprietarium sed sicut habet̄ in diffinitione Isid. de lege naturali est acquisitio eoꝝ que celo ⁊ terra mariq capiūtur: ⁊ restitutio depositoꝝ. ergo de lege naturali est ius pprietarium. ergo non dictat omnia esse communia. ¶ Scd̄a ratio. contra legem naturale est furtum qd̄ est contractatio rei aliene inuito dn̄o. ergo de lege naturali est habere pprium.

Contra

¶ Ad oppositum. augu. super Ioh. Iure humano hec villa mea est. hic seruus meus est. tolle iura imperatoris: quis audet dicere hec villa mea est. meus est iste seruus. mea est ista domus. ergo ꝙ aliquis posset dicere hoc est meum. hoc est de iure imperatoris. ergo habere pprium est solum de iure positiuo ¶ Secūda ratio. appropriare sibi alienum est contra ius naturale. ergo appropriare sibi quod est cōmune est contra ius naturale. ergo est peccatum.

Rn̄.

¶ Solutio. dicendum ꝙ lex naturalis circa cōmunionem ⁊ proprietatem dictat differenter. Dictat enim aliquid quia debitum: ⁊ aliquid quia bonū: aliquid quia equum. Quia debitum dictat ꝙ in statu necessitatis sint omnia communia. In statu enim isto sunt omnia cōmunicanda: ⁊ hoc modo in precepto est cōmunicatio. ⁊ hoc est dictamen respectu rerum ad sustentationem personarum. ⁊ inde sumit̄. omnia que vultis vt faciant vobis homines ⁊c. Respectu vero personarum qͣntum ad multiplicationem prolis dictat ꝙ vxor sit ppria et s̄m omne tempus. Iuxta illud enim principiū: quod tibi non vis fieri alij non feceris. Aliter dictat circa communionem ⁊ proprietatem aliquid quia bonum. quia in statu nature bene institute dictabat omnia esse communia. In statu vero nature corrupte dictabat ꝙ bonum est esse aliqua ppria. alioquin boni egerent. et non staret societas humana quia mali raperent omnia. et ita s̄m diuersos status dictat bonum esse quod omnia sint communia: et ꝙ aliqua sint propria. dictat etiam circa pprietatem et communionem aliquid: quia equū. Et s̄m dictamen equitatis dictat quedam esse inappropriabilia. vt aer ⁊ mare littora. Dictat etiā ꝙ ea que sunt appropriabilia si in nullius sint bonis: occupanti concedantur. Quod enim sub nullius dominio est occupāti conceditur. Et hinc est acquisitio eorum que celo terra mariq capiuntur vt captio auium ⁊ piscium. sicut dicunt leges humane.

Ad contra

¶ Ad illud quod obijcitur qd̄ qui appropriat sibi commune peccat. dicendū ꝙ commune dupliciter dicitur. Uno modo dicitur commune quod in nullius bonis est. et tale si est appropriabile occupanti conceditur vt sunt aues pisces ⁊ lapides preciosi in littore maris Alio modo dicitur commune quod est alicuius vniuersitatis: vt platea aliqua vel campus communitatis: in talibus non licet appropriare sibi: quia hic fieret iniuria communitati. In primo autem nulli fit iniuria. Et per hoc patet solutio

Hoc habito .§.vj.

qꝛ dicitur in prima diffinitione Isido. ꝙ lex naturalis est qua omnium est vna libertas. Queritur de dominio et seruitute. vtrum sit de dictamine legis naturalis. quod non videtur. per illud Isid. iiij. ethymo. Ius naturale est commune omniū nationnm. et subditur: communis omnium possessio: ⁊ omnium vna libertas: ergo si s̄m naturā libertas est omnium. ergo seruitus et dominium erit contra naturam. ergo non erit de lege nature

U. oim vnā esse libertatē sit de lege naturali. Isido.

Augustinus

¶ Secunda ratio. Augu. xix. de ciui. dei. rationalem hominem factum ad imaginem suam voluit nisi irrationalibus dominari. non hominem homini: sed hominem pecori. ergo contra naturam est ꝙ homo dominetur homini.

Grego.

¶ Tertia ratio. Grego. omnes homines natura equales genuit: sꝫ p varijs meritis dei dispēsatio iusta: sꝫ occulta pposuit. ergo plato et subiectio hūt eē ex dispēsatōe: sꝫ qd̄ ē solū ex dispēsatōe nō ē de naturali lege ergo dominiū ⁊ seruitus nō sunt de lege naturali. ¶ Quarta ratio in li. institutionum. de iure naturali gentium et ciuili.

Aucto. iuris

Usu exigente ⁊ humanis necessitatibus gentes humane quedam constituerūt sibi. bella enim exorta sunt et captiuitates subsecute ⁊ seruitutes: que sunt iuri naturali contrarie: ergo constat ꝙ seruitus nō est de lege naturali. ¶ Quinta ratio. in eodem iure naturali ab initio omnes homines de iure liberi nascebantur. ex hoc iure gentium omnes pene contractus introducti sunt. vt emptio. venditio. locatio conductio. societas. depositum mutuum et alij innumerabiles.

Contra.

¶ Ad oppositum. Roma nos decimotertio. Non solum propter iram sed propter concupiscentiam ꝓ. et loquitur de subiectione exhibenda. ergo subiectio hominis ad hominem est de iure naturali: qꝛ conscientia dictat.

Alias ꝓ conscientiam

Augustinus

¶ Secunda ratio. Augu. xix. de ciui dei. penalis seruitus ea lege ordinatur que naturalē iubet ordinem seruari. perturbari vetat. Quia si contra eā legem non esset factum. nihil esset penali seruitute coercendum. ideo apostolus serues monet esse subditos dominis suis.

¶ Tercia ratio in eodem Iustum est quod malis hominibus sit vtilis seruitus: cum scilicet improbis aufertur iniuriarū licentia. et domiti melius se habebunt quia indomiti deterius se habuerūt.

Ex his

Ex his manifeste ostenditur ꝙ seruitus iusta sit ⁊ de lege naturali.

Rn̄.

¶ Solutio. dicendum ꝙ est loqͥ de natura s̄m statum ante peccatum: ⁊ post peccatum. Ante peccatum non fuit seruitus: vt dicit augu. xix. de ciui. dei. Nullus in natura in qua prius deus hominem condidit seruus est hominis. aut peccati. per peccatum autem introducta est seruitus sicut pena peccati. ⁊ ideo subijcitur homo homini. qꝛ fecit se seruū peccati. Lex ergo naturalis dictat communem libertatem omnium s̄m statū nature institute. sꝫ s̄m statum nature corrupte dictat ꝙ necessaria est seruitus ⁊ dominiū ad coercendum malum.

Aug.

sicut dicit aug. in li. de ci. dei. ꝙ sicut deus homini ⁊ animus corpori ita ratio debet dominari ⁊ imperare libidini. dictat enī ratio iustū esse vt rationabiliter viuentes dominentur his qͥ carnaliter viuunt. Unde hiere. iiij. super illud. quo si contemnat mulier amatorem suum. dicit glo. videns eum seruire libidini sue: ⁊ in se mutatā legē per quam cuidam viro subiecta fuerat.

Ad autorita. Grego.

¶ Ad illud greg. qd̄ dicit ꝙ dispēsatio diuina istd̄ ordinauit. dicendum ꝙ dispensatio aliquando dicitur iuris relaxatio. vt ꝙ Iacob haberet plures vxores. hoc modo qd̄ est ex dispensatione: non ē ex lege. Alio modo dicitur dispēsatio iuris restitutio sicut hic. vbi propter peccatū libertas aliquibus subtracta est. qd̄ iustum est ⁊ s̄m dictamen ratiōis. Dictat enim lex naturalis ꝙ subtrahenda est malis libertas: vt arceatur eorum malicia.

Ad aut. iuris

¶ Ad illud qd̄ obijcitur de autoritate iuris. que videtur dicere seruitutes esse contrarias legi naturali. Dicendum ꝙ duplex est seruitus. Unaq̄que pcedit ex vi dominantis: quando quis vsurpat p potentiam sibi dominium. ⁊ talis est cōtra legē. ⁊ de hac loquitur ibi. Alia est que pcedit ex merito peccantis. ⁊ istam dictat lex naturalis: sicut dictū est

Ad ɔtrariū.

autoritate augu. de ciui. dei. penalis seruitus ea lege ordinatur ⁊c. ¶ Ad illud qd̄ obijcitur de apostolo ad oppositum. non solum propter iram sed propter conscientiam. Notandum ꝙ duplex est seruitus. vna est necessitatis q̄ secuta est peccatum. alia est reuerētie ⁊ honoris erga supiores. Et de hac intelligit apostolus cum dicit. Sed propter conscientiam. hoc enim dictat conscientia semper ꝙ reuerentia maioribus exhibēda est. Unde Tullius ponit de lege naturali obseruantiam: per quā sicut idem dicit homines dignitate antecedētes: cultu quodā ⁊ honore dignantur ⁊ per hoc pꝫ solutio.

Questio. xxviij. de lege moysi in generali.

Consequēs est adiuuāte dei gratia inqͥrere de lege moysi. Et primo generaliter quantū ad legis conditiones. Secundo in speciali quantum ad legis pcepta ⁊ sanctiones. ¶ Circa conditiones autem legis mosayce inqͥrenda sunt hec. Primo. de latione legis. Secundo. de continentia legis. Tertio. de impletione per christum. Quarto. de onere obseruantie legalis. Quinto de iustificatione legis.

Membrum primum

De latiōe legis mosayce.

Primo ad legis lationem inqͥrenda sunt hec. Primo de vtilitate lationis. Scd̄o. de necessitate lationis. Tertio de tempore lationis. Quarto de personis quibus lata est. Quinto de latore legis.

Articulus primus.

De vtilitate lationis.

Ad primū sic proceditur. Ro. v. Lex subintrauit vt abundaret delictū. Glo. naturale iusticie ingenium nisi habeat qd̄ respiciat ⁊ veneretur non facile perficit sed egrotat: ⁊ superuenientibus cedit peccatis. ⁊ appellat illud ingenium idem qd̄ legem naturalem: seu viuacitatem discernendi que venit ex lege naturali. Et vult dicere. ꝙ nisi homo habeat principium quo respiciat in summum bonum ⁊ mercedē non perficit sed egrotat. sed per legē moysi respicit homo deum tanqͣ actorem: ⁊ veneratur tanqͣ retributorem. qꝛ ad hoc ei data est. ergo lex moysi fuit danda homini ⁊ ferenda. ¶ Secunda ratio. j. Thi. j. Scimus qꝛ lex bona est si quis ea legitime vtatur. s. vt per eam cognoscat morbū ⁊ querat medicum. Supposito ergo ꝙ natura humana egra ē obijcitur sic. Omni egrotanti necessaria seu vtilis est cognitio morbi sui: ⁊ quesitio medici. sꝫ lex moysi hoc facit: qꝛ facit cognoscere morbum. s. peccatū ⁊ querere medicum. s. deum. vnde glo. sup illud ro. v. lex subintrauit ⁊c. Ad hoc data est lex vt homo deficiens in preceptis ⁊ factus preuaricator: liberatorem saluatoremq requireret. ergo necessaria seu vtilis est lex moysi humane nature que egra ē. lex igitur fuit ferenda.

Contra. Arg. j.

¶ Ad oppositum. j. ad cor. xv. Uirtus peccati lex. Glo. lex prohibēdo auget peccati cupiditatem. sed nihil ad quod sequitur augmentum peccati est vtile saluti. sed ad legem consequitur augmentū peccati. ergo nō fuit lex moysi vtilis saluti. ergo non fuit ferenda.

Secundum.

¶ Si dicatur ꝙ lex non auget peccatū nisi per occasionem solum: ⁊ non per causam. Cōtra hoc opponitur. Magis expedit anime saluti ꝙ tollat̄ cā ⁊ occasio peccati: qͣ ꝙ solum tollatur causa ⁊ occasio remaneat. cū ergo lex sit occasio peccati ⁊ augmentum eius: salubre esset anime ꝙ tolleretur lex neq daretur. non igitur ferenda erat.

Tertium

¶ Tertia ratio. Ro. vij. occasione accepta: p mandatum peccatum operatum est in me omnem cōcupiscentiam. Glo. dicta est concupiscentia ex prohibitione legis. ergo lex inflammauit concupiscētiam. ergo noxia fuit: et non expediens ad salutem. ergo non debuit dari.

Quartum

¶ Quarta ratio. Nullum bonum ordinate datur qd̄ nocet illi cui datur sicut vinum lꝫ sit bonum: tamen nō datur ordinate febricitanti: qꝛ nocet illi. si ergo lex nocuit illis quibus dabatur. sicut patet per predictas autoritates ⁊ per multas alias: patet ꝙ non ordinate dabatur: sed non erat danda nisi ordinate. ergo nō debuit dari. Qd̄ aūt lex noceret illi cui dabatur: patet ex autoritate apl̄i ro. vij. Peccatum per mandatum operatum est in me mortem vt fiat supra modum peccans peccatum.

Quintum.

¶ Quinta ratio. Omne obtenebrans animam plus nocet anime qͣ prosit sed lex obtenebrat aīaꝫ: ergo plus nocet aīe qͣ psit ergo nō erat ferenda. Minor patet per illud mat. iiij. populus qͥ sedebat in tenebris ⁊c.

Criso.

Ibi dicit Criso. tenebre erant maxime secundum legem: que nō ad manifestandam dei iusticiam data fuerat: sed ad puniendam duriciam cordis eorū. sicut ait dominus. propter duriciam cordis vestri moyses ista mandauit: ⁊ non ad saluandos eos sed excecādos

Sextum.

¶ Sexta ratio. Aug. contra faustū. lex improbos preuaricationis reatu ligat cum iubet qd̄ non possunt implere. sed preuaricationis reatus maxime

nocet. ergo cũ lex ligat: relinquit ꝙ lex maxime nocet. plus igitur nocet saluti anime ꝙ ꝓsit. ergo nõ erat ferenda.

Septimum

¶ Septima ratio. Aug. in li. de natura ⁊ gratia. Natura qua homo ex adam nascit̃ indiget medico. sed lex non facit ad medicinã ⁊ curationem morbi: immo ad ipsum sequitur morbus ⁊ infirmitas. nocet ergo saluti anime. ergo non erat ferenda.

Octauum

¶ Octaua ratio. Gal. iij. lex propter trãsgressores posita est. Glo. i. vt homo superbe de suis viribus fidens: acciperet p̃cepta in quibus deficiens ⁊ factus preuaricator: liberatorẽ saluatorẽq; requireret. Data est ergo lex: vt superborum ceruix quos faceret transgredi humiliaretur: vt medicus optaretur. De intentiõe ergo legis erat: vt homo post egritudinem medicum requireret: ⁊ ꝙ homo prius deficeret. sed constat ꝙ iste non est optimus modus adducendi ad medicum: qui est. s. per egritudinem. ergo si optimi est optima adducere. non est aũt adductio optimi cum sit malum vt veniat bonum. ergo non fuit latio legis bona. vt. s. factus homo preuaricator quereret bonum.

Rñ. legis vtilitas ⁊ necessitas.

¶ Solutio. dicendum ꝙ necessitas fuit dandi legem moysi ⁊ vtilitas. propter tres leges quas distinguit ap̃ls. que sunt lex nature. lex concupiscentie seu lex fomitis. ⁊ lex euangelij seu gratie. ⁊ sm̃ hoc lex moysi decurrit sm̃ tres ratiões diuine dispensationis. datur enim in adiutorium legis nature: ⁊ sm̃ hoc decurrit sm̃ misericordiam. datur etiã in correctionem legis peccati vel fomitis. ⁊ secũdũ hoc decurrit secundum rationem iusticie. Itẽ datur in signum ⁊ significationem legis gratie ⁊ directionem ad ipsam. ⁊ sm̃ hoc decurrit sm̃ rationẽ sapie. De primo h̃r super illud ro. v. lex subintrauit. dicit glo. data erat lex in adiutoriũ humane nature. vt q2 ipsi nature quodammodo iserta sunt iusticie semina: adderetur lex cui9 autoritate ⁊ magisterio ingenium naturale proficeret ad fructum iusticie faciendum. ⁊ hec est prima vtilitas latiõis legis.

Scda vtilitas

Secunda autem eius vtilitas est ad coertionem legis peccati vel fomitis. ⁊ de hac habet̃ gal. iij. lex propter transgressores ⁊c. Glo. lex posita est propter transgressionem cohibendam. i. vt saltem timore cessarent homines transgredi. vt quandoq; idem facerent voluntate. data est ergo vt populuz dei erudiret sub timore dei: vt dignus fieret accipere promissionem que est christus.

Tertia vtilitas

ps. xviij.

Tertia vtilitas fuit ad figurandam legem gratie vel euangelij: et directionem ad ipsam. vnde p̃s lex dñi immaculata conuertens animas. Glo. conuertens animas: idest sua districtione corrigens ad christi gratiam mittens. Et sic patet ꝙ est ad coercenda peccata ⁊ ad directionem ⁊ figurationẽ legis gratie. sm̃ hoc dicitur ro. v. lex subintrauit. Glo. erant in illo populo tria genera hominum. s. duri incipientes ⁊ ꝑfecti his omnibus data est lex. sed duris datur ĩ flagellum. incipientibus in pedagogum. data est iustis in signum. s. future gratie per christum. ⁊ gal. iij. propter trãsgressores. Glo. data est lex in signũ futurorum. vt futura figuris attestarentur. Et sm̃ hoc tria erant in lege. s. moralia que erant ad dilucidandam legem nature. ⁊ quantũ ad hoc erat ad instruendum incipientes. Item habuit lex iudicialia ad coercendum legem concupiscentie vel fomitis. ⁊ quantum ad hoc erat duris in flagellum. Itẽ habuit figuralia seu cerimonialia ad figurandaz legem gratie. q2 figure erant figure futurorum. et quantum ad hoc fuit iustis in signum. sm̃ hoc ergo patet intentio ⁊ vtilitas legis ferende.

Solu. ad. j. Contra

¶ Ad primam rationem ergo in contrarium dicendum ꝙ illud intelligitur non per causam: sed per occasionem. vnde ro. iiij. lex iraz operatur. Glo. ad hoc data est lex: vt reos faceret delinquentes. non efficienti causa: sed non adiuuãte gratia. vnde verbum illud dicitur per abnegationem. q2 videlz lex non dat gratiam: sed facit ostensionem peccati. et ro. vij. Peccatum accepta occasione per mandatũ operatum est in me ⁊c.

Ad secundam

¶ Ad secundam qua obijcitur ꝙ magis expedit vt tollatur causa ⁊ occasio ⁊c. dicendum ꝙ quedam est occasio nullius boni inductiua: alia est que est alicuius boni iductiua: in primis occasionibus peccati verum est ꝙ tollẽda est occasio ⁊ expedit eam non dare. occasio autem que est alicuius boni inductiua: si sit circa rem indifferentem: adhuc bene concedo ꝙ tollenda est ⁊ vitanda. Si autem sit circa rem necessariam ad salutem. dico ꝙ non expedit ꝙ tollatur. vnde si aliquis det alij occasionem scandali propter veritatẽ vite vel doctrine: q2. s. predicat veritatem vite ⁊ iusticie. non propter hoc debet dimittere suam predicationez. sed si de aliquo indifferenti daret alijs occasionem peccati ⁊ scandali: expediret ꝙ dimitteret. Lex autem talis occasio est inductiua boni: quod nullo modo dimittendum est scz necessarij ad salutẽ. vt patet. Dicimus etiam ꝙ lex semper quantum est de se factiua est boni. vnde ro. vij. Lex sancta ⁊ bona: ⁊ mandatum sanctum ⁊ iustum ⁊ bonum. qđ ergo bonum est mihi factũ est mors: absit. ⁊ dicit glo. Lex est ad vitaz ⁊ iubet bona ⁊ mala prohibet ⁊ fecit peccatum cognoscere. vnde dicitur sancta. i. sane docens mandatum. Iustum. i. iustificans peccatorem. ⁊ bonum. i. vtilem vitam acquirens. sed ꝙ non sequatur bonum sed peccatuz ex lege. hoc non est ex lege sed ex faciente. vnde dicit eadem glo. post. non est ex ipsa lege mors sed ex vitio hoĩs: q2 non lex sed fomes est efficiens causa mortis.

Ad tertium

¶ Ad tertiaz pz solutio per predicta: ⁊ maxime per litteram supra quam glo. illa ponitur. et hoc est qđ dicit glo. ro. vij. super illud. itaq; lex sancta ⁊c. sicut medicina non est causa mortis: sed ostẽdit venena mortificata. lz his mali homines abutantur ad mortem suam vel aliorum. sic lex que venena peccatorum demonstrat: ⁊ hominem libertate sua abutentẽ quasi freno cohibet: ⁊ composito gressu incedere docet: non est causa efficiens peccati: sed potius vitium hominis. i. fomes.

Ad quartum

¶ Ad quartam rationem dicendũ ꝙ lex de se nulli nocuit: q2 iustis non obest. immo est eis in signũ Similiter insipientibus non obest: sed est eis ĩ pedagogum. Similiter malis non nocet. qđ patet ꝑ glo. super illud. j. ad thi. j. Iusto non est lex posita que dicit. ideo data est lex: vt vel reum puniret vel peccare volentem coerceret. sic ergo valet malis: q2 coercet eos ne peccent: ⁊ reos punit. Et hec fuit intentio legis circa malos. vnde patet ꝙ ordinate datur: q2 datur secundum ordinem diuine iusticie q2 semper datur vel vt peruersus puniatur: vel vt peccare volens coerceatur: ⁊ vtrũq; est bonum. nã ⁊ ipsa diuina iusticia punit malos in supplicijs.

Ad quintum

¶ Ad quintam rationem dicendum sicut dicit q̃dam glo. predicta. data est lex ad domandum superbum: ⁊ ad flagellandum durum: ⁊ ad instruenduz insipientem: ad manifestationẽ ⁊ testimonium future gratie iustis. Loquitur ergo Criso. de ipsa lege per comparationez ad duros. vnde dicit ad puniendam duriciam cordis eorum sicut ait dñs. propter duriciam cordis vestri moyses ista mandauit data enim fuit duris in flagellum: vt eos puniret infligendo penas. vt subtrahendo delectabilia. et quantum ad hoc dedit lex libellum repudij. qđ est in lege pee permissionem: vt ipsos duros. s. ⁊ per-

uersos

uersos a malo subtraheret. q2 proni erant ad interficiendum vxores: ⁊ vt eos flagellaret in hoc ꝙ nõ licebat eis rehabere vxores postꝙ eis dederant libellum repudij. Similiter glutonibus infligebat penam prohibendo delectabilia gule: sicut hũc cibum vel illum. Item superbis etiam data fuit ad domandum superbiam eorum qui ex arrogantia ⁊ presumptione dicebant. non deest qui impleat: sed deest qui iubeat. ⁊ istis data est multitudo cerimonialium: que impossibile erat implere. hoc eñi erat onus quod patres portare non potuerunt. et sic fuerunt in lege quattuor. scilicet moralia ad instruendum insipientes. sacramentalia ad significandum iustis gratiam futuram. iudicialia ad flagellandum malos. cerimonialia ad domandum superbos ⁊ presumptuosos. ⁊ sic habent̃ quattuor: vt sub figuralibus accipiantur duo. s. cerimonialia ⁊ sacramentalia.

Ad alia.

¶ Ad alias rationes dicẽdum ꝙ sicut est ordo diuine ꝓuidentie: ita duplex est ordo legis. Est autem ordo prouidentie duplex scz principalis in quo statuitur creatura. alius est non principalis: qui positus est ad hoc vt si homo ab assignato ordine recesserit in alium relabatur. vt si recedat homo ab ordine misericordie: statim est sub ordine iusticie. ⁊ hoc dicit Boe. ꝙ ordo cũcta complectitur. vt si quis ab assignato sibi ordine recesserit: statim in alium ordinem relabatur.

Boe.

sic in lege fuit ordo p̃ncipalis: qui fuit vt homo ordinaretur ad deum. ⁊ alius quo ordinabat hoĩem ad penam: quando a predicto ordine recedebat vnde vt reprimeretur fomes peccati in homine: ⁊ reduceretur homo ad gratiam. ⁊ iste fuit ordo misericordie: q2 instruebat insipientes ⁊ coercebat peccatores a suo malo. Ordo non principalis erat ordo iusticie. quo ordinabat hominem ad flagella et egritudinem. vt per hoc ipsum ad priorem ordinez reuocaret: si ab ipso diuerteretur. Unde si contingeret aliquem peccare: reuocabat eum per flagella. ⁊ iste fuit optimus modus adducendi hominẽ ad salutem. vt scilicet malos flagellaret: ac per hoc reuocaret ⁊ volẽtes peccare a malo coerceret: ⁊ insipientes instrueret. Lex ergo simpliciter erat in adiutorium ad bonum instruendo ⁊ coercendo a malo. nõ principaliter ad hoc vt homo deficeret ⁊ fieret p̃uaricator: sed vt morbo preuaricatione crescẽte medicus quereretur. sicut dicit gl. super illud gal. iij. conclusit omnia sub peccato ⁊c. Et sic patet responsio ad istam questionem: que magis infra declarabitur.

Articulus secundus

De necessitate lationis Hug.

Secũdo queritur. an lex sit necessaria ad salutem. Ad quod sic. Hugo de san. vic. in li. sententiarum dicit. ꝙ in lege naturali fuerunt tria scilicet preceptio ⁊ ista fuit de necessarijs: prohibitio: ⁊ ista fuit de noxijs. ⁊ concessio de indifferentibus: sed nullum peccatum ita excecat hominem quin cognoscat per naturale iudicatorium legis naturalis quid faciẽdũ ⁊ quid vitandum. vnde Augustinus in questionibus ve. ⁊ no. testa. Quis nesciat quid bone vite cõueniat aut ignorat. quia quod sibi fieri non vult: alij nõ debeat fieri. ergo sine lege moysi poterat homo cognoscere quid sibi necessarium esset ad salutem. non igitur necessaria erat saluti.

¶ Secunda ratio. In nobis est ipsa virtus dijudicatiua eorum que sunt necessaria ad salutem. s. synderesis. Similiter in nobis est ipsa virtus appetitiua salutis. ergo sine lege poterat homo videre seu cognoscere ⁊ desiderare qđ sibi erat necessarium ad salutem. ergo lex non fuit ei necessaria.

¶ Tertia ratio. August. Ignorantia neminem sic excusat: vt homo sempiterno igne non ardeat. et intelligitur istud de ignorãtia eorum que sunt necessaria ad salutez sed ignorantia legis moysi hominem excusat vt nõ ardeat eterno igne. sicut patet de beato Iob ⁊ alijs sanctis. qui ignorauerunt legem tempore legis: nec erant de iudeis. ergo ipsa lex moysi non est necessaria ad salutem

Contra

¶ Ad oppositũ. Ad salutem necessaria est cognitio credendorum: et operatio agendorum. sed lex moysi q̃tum ad figuralia facit cognitionez credẽdorum ⁊ ad ipsa pertinet. q̃tum vero ad precepta moralia pertinet ad operationem agendoruz: etiã in eorum cognitionem. ergo est necessaria ad salutem.

Responsio.

¶ Solutio dicendũ ꝙ lex moysi includit legem naturalem per explicationem moralibus. legem vero gratie per significationez in cerimonialibus. ⁊ ideo debet dici necessaria saluti q̃tum ad moralia: que sunt legis naturalis. Utilis vero saluti q̃tum ad cerimonialia ⁊ figuralia ante lationẽ et his qui non erant de gente iudeorum. Necessaria vero post lationem his qui de gente iudeoruz erant quibus data est lex. Et ex hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus tertius.

De tẽpore lationis legis. U. añ pctm̃ debuit dari

Tertio queritur de tempore lationis legis. Et primo queritur. vtrum ante peccatum debuit dari lex. Ad quod sic. Sũmus medicus dat medicinam non solũ curatiuam: sed etiam perseruatiuaz si ergo est medicina ad peccatuz: debuit eam dare summus medicus qui est de9 ante pctm̃ vt preseruaret hominẽ a peccato.

Querit̃ vtrũ statim debuit dari post peccatum.

¶ Secũdo querit̃. an statim debuit dari post peccatum. Ad quod sic. Quandiu ẽ morbus: tempus est medicine: sicut dicit Hu. de san. vict. in sentẽ. sz statim post pctm̃ fuit morb9. ergo statiz debuit adhiberi medicina: sz lex ẽ medicina peccati. ergo statim debuit dari post peccatũ. Qđ sit medicina patet. quia in vulneribus hoĩs sauciati infunditur vinum et oleum. sicut habet̃ de samaritano qui misericordia mot9 super eum infudit vinum ⁊ oleum in vulneribus eius: et sanauit eum luc. x. ⁊ appellatur ibi medicina per vinuz: medicina per legem.

¶ Secunda ratio. per legem est cognitio peccati Ro. iiij. ergo statim debuit dari lex postꝙ fuit peccatum factum. quoniam homini tali est necessaria sui peccati cognitio. ⁊ maxime q2 tunc fuit hominis ratio tenebrata vnde indiguit adiutorio ad suum peccatum cognoscendum.

U. lex debuit dari ante diluuium

¶ Tertio queritur. vtrum ante diluuium debuit dari lex. Ad quod sic. Lex data fuit ad coertionem malicie ⁊ peccati. sicut habetur. Gal. iij. Lex propter transgressionem posita est. dicit glo. cohibẽdam: sed ante diluuium fuit maxima inclinatio ⁊ maximus fluxus ad peccatum ergo tunc fuit maxime necessaria coertio peccati. ⁊ ita tunc fuit maxime necessarium dedisse legem. Minor patet scz ꝙ maximus esset fluxus tũc ad peccatũ. per gene. vj. vbi dicitur ꝙ omnis caro corruperat viã suã ⁊ tãtum malum fecerant: qđ deus faceret diluuiuz ad puniendum eos. ¶ Secunda ratio. Aug. in questionibus ve. ⁊ no. tes. dicit. Data est lex. vt que ne

sciebantur autoritatē haberēt.in faciendis supple
et vitandis.⁊ que latere ceperant manifestarētur
Lex ergo moysi dat autoritatē faciendorū ⁊ vitan
dorum.sed illud fuit semper necessariū etiā ab ini
tio ante pctm̄.ergo debuit dari lex ante diluuium
¶ Tertia ratio.Ante peccatū vixit homo sub ali-
qua lege sicut habetur eccli.xvij.Addidit illis le-
gem vite ⁊c.sed post peccatum fuit maxima legis
necessitas ⁊ maior ꝙ̄ ante:vt sciret homo quomo
do deberet viuere.ergo post peccatum ante dilu-
uium debuit dari lex moysi que ab hoc datur.

V. debuit lex dari post diluuiū ante tē pu abra.

¶ Quarto queritur an post diluuium ante tem-
pus abrahe debuit dari lex.Ad quod sic Isi.Date
sunt leges vt earum metu humana coerceatur au
dacia.sed tunc fuit maxima audacia et inordina-
ta:quia tunc voluerunt filij noe edificare turrim:
cuius cacumen pertingeret vsqꝫ ad celū:sicut ha-
betur geñ.xj.ergo tunc maxime debuit dari lex.

V. in tēpore abrahe.

¶ Quinto queritur.an in tempore abrahe debuit
dari lex Ad quod sic.Tūc fuit maxima necessitas
legis.ergo tūc fuit maxia cōuenientia vt dareẜ lex.
ergo tunc debuit dari.Maior patet.Lex enim da
tur ad reuocandū ab ydololatria.sed tūc erat to
tus mundus repletus ydololatria.ergo tunc fuit
maxima necessitas legis. Minor patet per quan
dā glossam super gene.que dicit.ꝙ per sex dies si-
gnantur sex etates.⁊ tercia die qua separatur ter-
ra ab aquis:significat separationē seu diuisionē
que facta fuit tēpore abrahe populi dei fidelis ab
ydololatris:quorum error vanus ⁊ instabilis.que
separatio facta est per abraham.
¶ Item videtur quod tunc fuit maxima conueni
entia dandi legem quia tunc populus qui erat ad
colendum deū:erat discretus et diuisus ab alijs
et in hoc acceperant signum seu pactum circunci
sionis.et illis danda erat lex.¶ Itē iam erat abra
he facta reuelatio de promissione illius qui signi
ficatus erat per legem.s.de xp̄o quādo ꝓmisit do
minus abrahe.In semine tuo benedicentur om-
nes gentes.ergo maxime tūc erat conueniens da
ri legē vt mitteretur ad xp̄m.¶ Solutio dicendū

Respōsio ad primā que.

ꝙ non debuit lex moysi dari ante peccatū:nec vl-
la vtilitas esset.q2 tūc erat non necessaria figura
ad significandum cum esset homo spirituali mē-
te preditus:nec prohibitio ad coercendum con-
cupiscentiā:que inordinata non erat dico tamen
ꝙ nunꝙ̄ vixit homo sine aliqua lege. Unde etiā
ade fuit addita lex aliqua scilicꝫ lex discipline. qñ
dixit ei de ligno scientie boni et mali non come-
des.Unde augusti.in questionibus no.et ve.test.

Augustinus

primum lex formata in litteris dari non debuit:
quia in natura ipsa inserta quodammodo est ip-
sa creatoris noticia Nam quis nesciat quid bone
vite cōueniat:aut ignorat quia quod sibi fieri nō
vult alij non debeat fieri.Unde prius oportuit vt
homo vteretur lege naturali et cum illa ei defice
ret sicut fecit ade.et lex similiter discipline quan-
do peccauit:adderetur ei lex.gal.iij.super illud qđ
igitur lex.Glos.Nota quod non ait data sed ordi
nata:quasi ordinabiliter data scilicet inter temp9
naturalis legis.de qua conuicti sunt quod iuua-
re non poterat.et tempus gratie anteꝙ̄ gratiam

Nō nō statiꝫ post peccatū

conuincendi erant de lege.Similiter nec post pec
catum debuit statim dari.immo addita fuit lex le
gi nature ad ipsam ordinandam ſm diuersas eta-
tes.ſm ꝙ triplex est inordinatio nature:quia ē in
ordinatio ipsius concupiscibilis.ipsius irascibi-
lis.ipsius rationalis. Primo enim ante dilu-
uium viguit inordinatio concupiscibilis maxime
⁊ ad hanc restringendam ⁊ ordinandam fuit addi
ta lex quedam:in qua vixit homo ante diluuium.
iij.geñ.Sub te erit appetitus tuus.s.sub ratione.
hac aūt lege rupta post diluuium fuit magna inor
dinatio irascibilis.s.quando filij noe voluerūt edi
ficare turrim vsqꝫ ad celos. propter quod data est
lex ad ordinandam irascibilem erga proximū.que
fuit:carnē cum sanguine non comedetis. ⁊ ratio
fuit ad honorē sanguinis ⁊ detestationem homi
cidij.vt honeret homo fundere sanguinem huma
nū.Postea vero secuta est inordinatio rationalis
tempore abrahe.q2 omnes erant ydololatre. ꝯtra
hanc inordinationem data fuit abrahe lex circun-
cisionis in signum reuocationis ipsius populi ad
deum adorandum:⁊ in signū federis inter populū
fidelem ⁊ deum.Geñ.xvij.Ut sit signum inter me
⁊ vos.Prima inordinatio erat hominis ad se.Se
cunda hominis ad proximū.Tertia hominis ad
deum.quia propter ydola cultum dimittebant di
uinū.sic ergo fuit aliqua lex addita homini ante
diluuiū.⁊ post in tempore abrahe.Sed lex moysi
nō debuit adhuc dari imo cū ipsa sit ius hominū
viuentium sub vno iure:prius necesse fuit ꝙ esset
populus vnitus ꝙ̄ daretur lex.A tempore autē cir
cuncisionis cepit esse populi vnitas ⁊ discretio.
Unde dicit Hugo.ꝙ extunc cepit vnitas populi
dei:⁊ vnitas conuersationis fidelis:que primū fi
gurata est per sacramentū circuncisionis: postea
significaẜ per sacramentū baptismatis.⁊ ideo an-
te non debuit dari lex:imo lex circuncisionis fuit
signū gratie future.⁊ ideo debuit precedere. Pre
terea.prius oportuit ꝙ esset fundamentum legis
ꝙ̄ daretur lex.Erāt autem fundamentū ista qua
tuor.scilicet fides vnius dei.⁊ fides incarnationis
probatio fidei.⁊ fidei firmitas.prius enim ꝙ̄ dare
tur oportuit esse attestationē fidei vnius dei.⁊ hec
precessit in signo circuncisionis: que posita est in
signum federis inter deum ⁊ populū. Attestatio
autē fidei incarnatiōis facta est:quando facta est
ꝓmissio abrahe de christo.in semine tuo ⁊c.sed q2
non sufficit testimonium in ore vnius:imo in ore
duorum vel trium stat omne verbū.ideo prius fa
cta est ista promissio etiam ysaac ⁊ iacob.⁊ repetita
cuilibet in semine tuo ⁊c.ꝙ̄ dareẜ lex.Sed nec sta-
tim debuit dari:imo prius oportuit ꝙ esset fides
probata.Probata autem fuit in egipto per aduer
sitates.vt scilicet nulla aduersitas posset eos auer
tere a fide:quibus danda erat lex ducens in deū
etiam incarnatum.oportuit etiam ꝙ esset firma-
ta:ne posset populus seduci aliqua fallacia. Fir-
mata autem fuit in multis signis ⁊ mirabilibus:
que ei dominus fecit ⁊ ostendit in exitu de egipto.
⁊ per desertum his autē factis ⁊ impletis debuit
dari ipsa lex moysi:que ducit in christū hoc autē
fuit completum in quarta etate.

Nō non debuit dari lex et statim post diluuiū

Lex non debuit dari tēpore Abrahe.

Articulus quartus.

Q. quib9 debuit dari lex Nō alijs ꝗ iudeis.

Quarto queritur.quibus debuit dari lex.
Ad quod sic.Act.x.Non est personarum
acceptor deus.Si ergo iudei legūt non
solū deo accepti sed multi alij:sicut mul
ti gentiles.vt patet de sancto Job.ergo ita debuit
illis dari lex sicut iudeis.
¶ Secunda ratio. Sapientie.vj.Equalis est ei
cura de omnibus.Cura autem dei duplex est. sci-
licet generalis qua prouidet omnibus.⁊ cura spe-
cialis:que est directio hominis per legem ⁊ disci-
plinam

plinam .ergo si equalis est ei cura generalis de
omnibus:eadem ratione debet esse ei equalis cu-
ra specialis de omībus hominibus:neqꝫ debet eē
differentia quo ad homines.sicut nec in prima cu
ra quo ad creaturas omnes.ergo dꝫ dari lex equa-
liter omnibus hominibus.¶ Tertia ratio.Mat.

Tertia.

v.Solē suū facit oriri super bonos ⁊ malos. Ma
gis aūt est deo cura animarum ꝙ̄ corporum. ergo
si lucem corporalem solis ministrat equaliter om-
nibus.ergo ⁊ lucem spiritualem debet ministrare
equaliter omnibus:que est lex animarum.hec au
tem est lex.Unde prouer.vj.Mandatum lucerna

Nō solis iudeis lex dari debuit.

est ⁊c.¶ Quarta ratio.Ro.v.Subintrauit.Glos.
ponit duplicem rationem quare illis solis debuit
dari ⁊ non alijs.Una est.q2 ille populus solus sci-
licet iudeorum vnum deum colēs dignus erat cui
eloquia dei crederenẜ.Alia ratio ē.q2 de illo popu

Cōtra primā rōnē.

lo erat filius dei nasciturus.¶ Contra primā rō
nem obijcitur.Quia in gentilibus erāt aliqui nō
colentes ydola:sed vnum deum sicut in iudeis. vt

Cōtra scdā.

beatus Job ⁊ alij multi.ergo per istam rationē de
buit dari illis lex.Contra secundam rationem.q2
de patribus abrae nasciturus esset dei filius. sicut
de Seth ⁊ alijs predecessoribus.per hanc rationē
debuit dari illis lex.Quare ergo huic populo da-

Alia rō.

ta fuit ⁊ non alij.¶ Itē dicit in ecclesiastico. xvij.
Nō in vnāquāqꝫ gentem preposuit deus rectorē:
scilꝫ angelum.q2 de ipsis hoc intelligitur.sicut er-
go angelus qui erat rector gētis hebraice ministra
uit eis legem:ita videtur ꝙ angeli qui erant recto
res aliarum gentium deberent ministrare legem

Quarta rō.

aut videtur culpa esse ipsis:eo ꝙ non ministraue-
runt.¶ Item.x.daniel.habetur.ꝙ michael archā
gelus princeps est gentis hebreorum.vnde danie-
li qui erat hebreus dicitur ibi:michael princeps ve
ster.Similiter legitur ibi.ꝙ alius erat angelus ꝗ
erat princeps persarum:alius gentis cretorū ⁊c.
sicut ergo michael ministrauit legem hebreis : sic
debuerunt alij angeli facere alijs populis vel qua

Rñ. ad rōnē primā.

re non.¶ Solutio.dicendum sicut dictum est de
glo.ro.v.ꝙ duplici de causa data est iudeis lex ⁊ nō
alijs.Una est.q2 ille populus solum vnum deū co-
lens dignus erat cui eloquia dei crederentur:cete
ris ydola colentibus.vnde solus ille populus pre
parabat se ad susceptionem legis.⁊ ex hoc erat di-
gnitas in eo ad hoc ſm ꝙ dicitur mat.vij. Nolite
sanctum dare canibus:neqꝫ margaritas proijcere
ante porcos.⁊ per sanctum intelligiẜ ibi legis elo
quium.per margaritas scientie prophetarū. Alia
ratio est.vt discerneretur ille populus de quo erat

Hug.

filius dei nasciturus.vnde Hugo in sen.Circunci
sionis sacramentum semini abrae sanctificando ⁊
significando pariter datum est. Sanctificando:vt
iustificaretur.significando:vt a ceteris gentib9 dis
cerneretur quatenus singularis ⁊ discreta genera
tio maneret de qua christus nascereẜ.Quāuis er-
go essent in alijs populis alique persone deo acce-
pte:tamen nullus populus preter istum erat deo
acceptus.Lex autē non datur persone:sed popu-
lo congregato ⁊ vnito viuenti sub vna consuetudi
ne.vnde hec ē ratio quare nec abrae nec ysaac nec
iacob:nec etiam tempore patriarcharum data est
lex:immo solum postꝙ̄ multiplicati sunt.Et gene
raliter data est illi populo lex non alteri.q2 nō erat
alius qui deum coleret:vel se prepararet.⁊ propter
hoc patet ꝙ non fuit dominus acceptor personarū
in datione legis.q2 lex non debet dari persone:sed
populo vnito.immo viuenti ⁊ preparanti se ad di-

Ad secundū

uinam obeditionem.¶ Ad secundam rationē di
cendum ꝙ equalis fuit cura deo dando omnibus
legem quantum fuit ex parte ipsius ⁊ equaliter il-
lam dedit quantum erat de se.non tamen ex parte
suscipientiū fuit equalitas:q2 non omnes fiebāt
digni preparando se:sed solus populus iudaicus.
Sicut enim est de gratia ꝙ deus non vult necessi-
tate dare grām suā nō volētib9 eam hr̄e.vñ nō vult
hoīes de necessitate esse btōs:ita nō vult hoīes di
rigi in salutē:sed volūtarie:⁊ q2 daẜ lex ad directio
nem in salutem.ideo non debuit dari nisi volenti
bus dirigi.hi autē fuerunt soli qui se preparabāt.
Ex hoc patet ꝙ nulli populo conueniebat dari ni
si isti.sic tamen dedit eis legem:vt alij de gētibus
possent ad eam trāsire si vellent.vnde sic data fuit
huic populo vt ⁊ cuilibet alij qui vellet esse sub le-
ge.Et hoc est qđ dicit augu.in questionibus no. ⁊
ve.testa.vnde postꝙ̄ lex naturalis euanuit oppres
sa consuetudine delinquendi:tunc oportuit mani
festari vt in iudeis omnes audirent.Et sic lex respi
ciebat omnes quantum ad hoc:ꝙ omnes poterāt
audire in iudeis ⁊ transire ad legem si vellent.Un
de in exo.xx.dicitur ꝙ ante lationem legis quere-
batur a iudeis an vellent ⁊ consentirent viuere sub

Ad tertium.

lege.¶ Ad tertiam dicendum ꝙ sicut lux corpora-
lis non lucet oculo nisi disposito:ita lux spiritua-
lis que est lex nō datur nisi disposito. Dispositus
autem est homo ad ipsam per voluntatē vt velit
homo sub lege viuere.¶ Ad rationem autem que
est contra primam rationem glo. patet solutio ex

Ad aliam rōnē q̄ est ꝯtra primam.

dictis. ¶ Ad rationem que est contra secundam.
dicendum ꝙ lex quantum ad figuralia erat ducēs
in christū.Et propter hoc anteꝙ̄ fieret reuelatio

Ad scdam.

de christo non debuit dari.Non fuit autem facta
Seth:nec noe.nec alijs patribus abrae.sed fuit fa-
cta primo abrae.cum dixit dominus illi.in semine
tuo ⁊c.⁊ deinde illud idem dicit ysaac.post iacob.
vt haberentur tres testes de fide incarnationis.
Sed tunc etiam non debuit dari:immo postꝙ̄ po
pulus esset multiplicatus ⁊ vnitus:vt discret9 eēt
populus cui dabatur.⁊ de hoc erat xp̄s nasciturus

Ad aliam rōnē diony.

¶ Ad aliud quo ostendit ꝙ culpa fuit angelorum
ꝙ non ministrauerunt legem his quibus preerāt
Dicendum ſm beatum diony.in hierarchia ange
lica.ꝙ istud non fuit culpa angelorum:immo fuit
culpa gentium quibus dominantur angeli:ꝗ non
preparauerunt se ad susceptionem legis:nec vole-
bant se preparare.vnde noluerunt recipere illumi
nationem per legem.Et quia non datur nisi volen
tibus eam.ideo non fuit eis lata.Nec defuit hoc
per angelos quin bene ministrassent:si illi se pre-
parassent.⁊ propter hoc fuit culpa gentium : non
angelorum.Sumus enim arbitrio liberi recipere
quod per angelos ministratur.Et hoc est quod di
cit diony.Si autem quis dicat.quomodo hebreo-
rū populus reductus est solus ad diuinas illumi
nationes.Respondendum ꝙ non angelorum re-
ctas dominationes accusari oportet de aliorū gē-
tiū errore:sed illos populos proprijs motibus ex
recta reductione ad dominum decidentes amore
proprio ⁊ superbia:neqꝫ coactam habemus vitā
neqꝫ per prouidentie potestatē diuina lumina re
uelantur.Et intendit ꝑ hoc dicere ꝙ illa que sunt
per potestatem prouidentie:sunt necessitatis:que
autem propter ordinem non.Diuina ergo illumi
natio facta per legem.q2 non est per potestatem ꝓ
uidentie sed per ordinem:non est necessitatis.⁊ iō
non fuit lata nec ministrata nisi volētibus.hec er
go est sua ratio:quare alijs gentibus non ministra

Q. ꝑ quartā rōnem.

bant angeli legem.¶ Sed tunc posset queri: qua

rē istis per angelum suum michaelem;rectorē fuit ministrata:non similiter alijs gentibus per suos angelos.Et respondet ꝙ alij populi habuerūt angelos:ꝛ etiaz sanctos homines rectores.sicut fuit Melchisedech.tamen illi populi non se prepararunt ad legem suscipiendam.Soli autez hebrei conuersi sunt ad deum ꝛ se prepauerunt.ꝛ ideo illis est ministrata.ꝛ hoc est quod dicitur.non simplex melchisedech theosopha amicum dei tantuz: sed ꝛ sacerdotem dei vocant:vt habētibus prudētiam aperte significent:ꝙ non soluz ad vere existētem deum erat conuersus:sed etiam alijs sicut hierarchia ducatum prebebat.ꝛ pharaoni apud egyptios.ꝛ babylonicorum principi ꝛ gentibus illis ꝙ dei ministri statuti sunt.formataruz ab angelis visionum:manifestationes sanctis viris danieli ioseph ex deo per angelos sunt reuelate.ipsa altissimi prouidentia omnes homines salutarie suscitatiuis manuductionibus distribuendo solo preter omnes israel.ad veri luminis donationez ꝛ cognitionem conuerso.vnde theologia dicit deum possedisse israel.

Articulus quintus.

De latore legis quis fuit Cōtra manich. Mō a bono ꝛ solo deo. Nō.j.

Scōa.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua

Nona

Decima

Undecima

Duodecima

Iteruz primo obijcitur.

Secundo

Tertio

Quarto

Quinto

Sexto

Septimo.

Octauo

Nono

Decimum

Undecimus

Duodecimū

non longius differam⁹.sed hec ipsa magna est hominis vtilitas qđ deo seruit. In iubendo deus vtiliter fecit quicquid iubere voluerit. Habem⁹ ergo in illis meritũ ⁊ vtilitatẽ obedientie. ¶ Ad quartum dicenduȝ q₂ qđ dicitur fit reprobatio prioris mandati propter suam infirmitatem. hoc dicitur quantum ad statum euangelij respectu cui⁹ erat infirmitas illa in cerimonialibus: quia inutile esset ea esse cum euangelio. Lex enim ꝙ̃tum ad illa erat vmbra ⁊ figura eorum que in euangelio īplentur. Et sicut figura est inutilis adueniente figurato propter quod est: ita illa adueniente euangelio Et propter hoc illud dicitur respectu euangelij nõ ẜm se. vnde .vij. ad Hebr. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. ¶ Ad alias autoritates dicendum ꝙ est loqui de peccato seu de passionibus peccatorum: aut quantum ad sui notionem: aut quantum ad sui augmentũ. Primo modo intelliguntur ille autoritates causaliter. q₂ lex ipsa fuit causa cognoscendi peccatum. Unde Ro. vij. Peccatum non cognoui nisi per legem. Glo. ꝑ legem passiones peccatorum .i. interiores cõcupiscentie fuerunt note. Si autem loquamur de peccato quantum ad augmentum: sic omnes ille autoritates intelliguntur ab apostolo per occasionẽ non per causam. sicut dictum est. Unde Rom. vij Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me ⁊c. ⁊ sic passiones peccatorum nõ sunt aucte per legem tanꝙ̃ per causam: sed per occasionem. Quod ergo queritur qui dicit esse ꝑ occasionem priuat ne causam. dicenduȝ ꝙ differt dicere aliquid esse ex causa per se. ⁊ ex causa per accidens: ⁊ ex casu ⁊ occasione. Dicendo enim causam per se ⁊ per accidens dico principium absolutum. sed differt. Si enim dicam domificator edificat: dico causam per se. dicendo autem musicus edificat dico causam per accidens. sed dicendo casum per occasionem: dico principium comparatum. Nam casus ⁊ occasio sunt ex pluribus causis confluentibus. et preter intentionem: sed differenter: q₂ casus ex causis confluentibus est non contrarijs. occasio ex contrarijs. Si dicã iste inuenit thesauruȝ quẽ alius reposuit: dico ex casu: q₂ ibi sunt plures cause s. q₂ iste reposuit ⁊ q₂ ille fodit ideo inuenit: ⁊ tamen q₂ ille reposuit ⁊ ꝙ iste fodit erat preter intentionem inueniendi thesauruȝ. Sed occasio est ex causis contrarijs ⁊ contingentibus preter intẽtioneȝ. vt si dicaȝ aqua superiecta igni magis facit feruere ignem. Due sunt hic cause respectu feruoris s. calor qui est causa per se feruoris: ⁊ aqua que est frigida que est causa contrarij: q₂ est ad frigendum. ⁊ ita preter intentionem ad hoc ꝙ sit maior feruor. tamen confluentibus his causis q₂ calidũ contrarium est frigido: ⁊ econuerso adueniente frigido comprimitur calor: nec euaporat: ⁊ compressus ita postea magis feruet. Aqua enim per se erat ad comprimendum calorem. quod ergo ex illa cõpressione magis postea feruet. hoc erat preter intentionem: ⁊ ita occasionaliter. Similiter dicẽduȝ ꝙ lex erat ad bonuȝ per te: sicut ad comprimendũ fomitem ⁊ concupiscentias prauas: ⁊ ad ꝓhibendum illas: q₂ tamen semper nitimur in vetituȝ: q₂ per fomitem proni sumus ad malum: ex hoc occasionaliter ⁊ preter intentionem legis accidebat incensio fomitis. ¶ Ad octauam rationem solutuȝ est per hoc. ¶ Ad nonam dicendum ꝙ non est simile: q₂ lex se habet ad egrotum per peccatuȝ per se. vt medicina. vinum autem non sic se hȝ ad febricitantẽ: ⁊ sic posset esse ꝙ medicina inueniens malam dispositionem occideret. tamen hoc esset per occasionem ⁊ preter intentionem cum non ordinetur ad hoc. Sic est ex parte ista. lex eñ erat ad bonum. scilicet ad cognitionem ⁊ detestationem peccati. ꝙ autem cognito peccato fomes incendatur huius principium per se erat corruptio carnis: sicut calor feruoris ignis: et non lex nisi per occasionem: sicut aqua istius feruoris non est principiuȝ ⁊ sic lege subintrante nõ crescit morbus: sicut per causam: sed occasionaliter. Quod autem illud vlterius ordinetur ad bonuȝ. scilicet ꝙ homo per hoc humilietur cognoscendo suam infirmitatem ⁊ vtilitatem: iste ordo ad bonuȝ fuit a lege eterna. licet eius principium per se esset maluȝ. ¶ Ad decimã rationem qua obijcitur de talione. Dicendum qđ quedam sunt in lege mosayca ẜm preceptioneȝ. q̃dam ẜm concessioneȝ. Que sunt in ea ẜm ꝑceptionem bona sunt ẜm rem vel ẜm significantiã. Que autem ẜm concessionem. dicendum ꝙ lȝ eorũ nuda sit concessio. tamen id quod conceditur nõ semper licitum est. Unde Augustinus dicit in libro de libero arbitrio ꝙ lex temporalis iuste dat licẽtiaȝ aliquorum que eterna prohibet. vnde dicit sic. Satis video contra huiusmodi accusationẽ legẽ esse munitam: q₂ in eo populo quem regit minoribus malefactis: ne maiora committerentur licentiam dedit. ẜm hoc dicendum de lege talionis ẜm ꝙ ponit Augustinus ibi dicens. Multo minus est euȝ qui aliene vite insidiatur. ꝙ̃ eum qui suam tuetur occidi. vnde patet ꝙ lex talionis nõ est contraria legi eterne. quia non facit hoc per preceptionẽ. sed per concessionem. vt scilicet maius maluȝ vitetur scilicet ne vnus occidat aliuȝ. Sed ex hoc sequitur ꝙ ipsa lex sit imperfecta scđm qđ dicit apostolus: quod lex neminem ducit ad perfectuȝ: qui scilicet sequatur sensum litteralem. Similiter est de libello repudij. Causa enim istius fuit pronitas hominum ad interficiendum vxores suas cum displicebant eis. Unde ad vitandum illud maius malum concessit lex istud. tamen ipsa precepit et instituit ꝙ non licet repudiare quacunq₃ ex causa. hoc eniȝ est nisi esset causa expressa. Unde hoc instituit cõtra repudium. ⁊ sic concessit vel permisit ipsuȝ. tamen magis precepit contra ipsum ꝙ̃ cum ipso. scilicet restringendo ipsum. ¶ Similiter quod dicit lex. diliges amicum tuum. hoc dicit secunduȝ preceptionem. Quod autem dicit odi inimicum. hoc dicit secundum concessionem vel permissionẽ: q₂ propter pronitatem hominum ad malum permittebant eos odire ne peius accideret. Tamẽ notandum ꝙ est concedere per approbationeȝ: et sic lex non concessit ista: maxime in eo quod non erat iudex ordinatus. Et est concedere per nõ coertionẽ. ⁊ hoc modo concessit. q₂ scilicet nõ coercebat: nec cogebat ad contrarium. nec puniebat ex hoc. ⁊ tamen non precipiebat odire. immo potius ꝯtrariũ scilicet diligere inimicuȝ precipiebat. vnde in exo. precipit quod homo subleuet asinum inimici sui. ergo multo magis quod subleuet personam cuius est asinus: ⁊ sic odium habetur ex permissione: et non precepto. immo magis eius ꝯtrarium: ⁊ ideo non est lex moysi contraria legi eterne.

¶ Ad aliud dicendum quod lex noua ⁊ vetus data seu est data ab vno deo. sicut dicit Jaco. iiij. Unus est legislator: ille enim q̃ locutus fuerat in prophetis nouissime locutus est ī noua lege: que sicut dicit apostolus Galathas tertio. Ordinata est ꝑ angelos in manu mediatoris. vnde Roma. tertio. Quid ergo amplius in iudeo. rñdet multũ ꝑ oẽm modũ: primuȝ quidem quia credita sunt illis eloquia dei.

[Margin notes: Ad quartum — Ad alias autoritates. — Ad octauum — Ad nonum. — Ad decimum — Augustinus — Ad duodecimum. — Ad vndecimum — Lex vetus et noua data est a vno deo]

¶ Ad illđ ergo quod primo obijcitur ꝙ lex excludit spiritũ: dicendum ꝙ esse sub lege ẽ dupliciter. s. necessitatis timore: vel obedientie voluntate. qui ergo ducitur a spiritu non est sub lege primo modo. i. non implet ex timore Sed secũdo modo verum est: ꝙ aliquis est sub lege ⁊ ducitur spiritu: sicut ⁊ dominus sub lege factus dicit ab apl'o.

¶ Ad aliud dicendũ: ꝙ lex in se bona est: tamẽ occasio est mortis. sicut dicit apl's. j. ad corin. viij. ꝙ scientia inflat. quod non dicit vt ostendat ꝙ mala est scientia: sed illud dicit quia scientia sine caritate occasio est superbie Similiter lex dicitur ministratio damnationis non vt ostendat mala: sed vt ostendatur cuius est occasio illi qui nõ habet gratiam. Et hoc est quo dicit augus. contra faustum. Semper bona est lex: sicut sol semper bonus est: sine dolentibus oculis noceat: seu sanos mulceat. Illud ergo nõ đr per efficientem causaȝ sȝ per occasionem. ¶ Ad aliud dicendũ. ꝙ quedã attribuuntur deo per operationẽ. quedã ꝑ permissioneȝ. sicut. ij. thessa. ij. dicitur. Mittet illis operatorẽ erroris vt credant mendacio. Et constat ꝙ illud intelligẽdum est ẜm permissioneȝ. similiter illud ꝙ dedit spiritum mendacij. Similiter. ix. ad roma. Quem vult indurat non dicitur illud per operationem sȝ per permissionem. ¶ Ad quartũ dicendũ: ꝙ in facto israelitaruȝ pluribus rõnibus potest intelligi fuisse equitas. primo quia intelligit fuisse donatio gratuita. ibi enim dicitur. Dedit dominus populo suo gratiam coram egiptijs. ⁊c. Itẽ certa sciẽtia excludit dolum: q₂ sciebant eos recedere ⁊ voluerunt dare. Alia ratio est ius ⁊ potestas domini ad dispensanduȝ de rebus sicut vult: vt transferat dominium cum voluerit. Itẽ ẜm legem talionis: quia tenebantur illis egyptij pro labore: non fuit iniquitas sed recompensatio laboris illoruȝ ī quo seruierunt illis. ¶ Ad aliud dicendum. ꝙ est maledictum pene: ⁊ hoc modo erant sub maledicto propter obseruantias grauantes. ⁊ est maledictũ culpe: et hoc modo non erant sub maledicto qui erant sub operibus legis: inꝙ̃tum erant opera legis. sed ꝙ̃tum ad illos qui de operibus presumebant de se confidentes verum est. quia erant sub maledicto propter presumptionem et superbiã. q₂ in operibus confidebant: et hoc non quia a lege.

¶ Ad aliud dicendum ꝙ per illud verbũ matthei non vult innuere alium esse autorem illius legis et noue: sȝ vult innuere ꝙ lex moysi data est a deo mediate: noua vero immediate.

¶ Ad aliud dicendũ: ꝙ quedam erant in lege precepta. vt illa que pertinebant ad salutem et vitaȝ. Quedam vero permissa: sicut que data erant propter duriciam eorum: vt erat de libello repudij. Similiter dicendum est de odio inimicoruȝ: ꝙ nõ erat preceptum sed permissum.

¶ Ad aliud dicendum ꝙ non promisit illis terrã nisi sub conditione: scilicet si non seruarent mandata ipsius. Quod autẽ non seruauerunt mãdata non fuit ex parte illius sed ex parte ipsorum

¶ Ad aliud dicendum: qđ est malum culpe: ⁊ malum pene. Mali pene deus est auctor operando. mali culpe non: sed permittit illud

¶ Si obijciatur de illo verbo. Joh. x. Quotquot venerũt ante me fures sunt et latrones. ergo moyses fuit latro. Ad hoc aug. Oẽs qui ante xp̄m venerũt fures fuerũt ⁊ latrones: q₂ missi nõ sunt. Qui autem missi sunt non ante ipsum: sed cum ipso venerunt.

[Margin notes: Ad id qđ primo obijcitur — Ad secunduȝ — Ad tertium. — Ad quartum — Ad quintum — Ad sextum. — Ad septimuȝ — Ad octauum — Ad nonum.]

Articulus sextus.

S Upposito ꝙ lex moysi sit lata ab optimo deo. queritur vtrum sit ab ipso data vel lata immediate vel per ministerium angelorum. ¶ Ad quod sic gala. tertio. Lex propter transgressiones posita est donec veniret semen cui promiserat. ordinata ꝑ angelos in manu mediatoris. Ex quo patet quod lex data sit ministerio angelorum. ¶ Item Actuum septimo. Accepistis legem in dispositione angelorum: et non custodistis. ¶ Item Actuum septimo dicitur de moyse. hic est qui fuit in ecclesia et in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in mõte synai. Recepit igitur legem a deo per angelum.

¶ Item Hebreo. secundo habetur. Si enim qui ꝑ angelos dictus est sermo factus est firmus. Glossa. sermo dei qui per angelos dictus est ad moysen ⁊ ad ceteros fratres fact⁹ est firmus. id est verus vt lex per miracula ⁊c. Ex quo vult dicere ꝙ lex data sit moysi per angelos. ¶ Item sumitur ratio a dionysio in hierarchia angelica est hec omnium causa. ⁊ super omnia bonitatis proprium ad communionem suam ea que sunt vocare. vt vnicuiq₃ eorũ propria proportione diffinitur: summa ergo bonitas ducit hominem ad se ⁊ ad communionẽ suam ẜm proportionem ipsius hominis propriam: sȝ angelus est prior creatura ꝙ̃ homo media inter deuȝ et hominem. ergo ducitur homo in summam bonitatem mediante angelo. Si ergo lex data est ad istam ductionem ⁊ directionem. relinquitur ꝙ sit data homini per angelos. ¶ Item Dionysius ī eodem. supercelestium substantiaruȝ ornatus super ea que tantum sunt et irrationabiliter viuentia: ⁊ ea que ẜm nos fiũt irrationabilia ī hierarchia traditionis participatione facte sunt. Si ergo hierarchia participatio est sicut dicit beatus Dionysi⁹. vt secunde substantie ordinentur per primas que sunt angeli lex data est ad istam reductionem. relinquitur ꝙ data fuit per angelos. Recepit igitur moyses legem per angelos. ¶ Itẽ Dionysius ibidem. propterea vltra omnia cognominatione angelica digni facti sunt eo ꝙ primo ī seipsis educit diuinam illuminationem. ⁊ per se in nos deferunt que super nos sunt manifestatiões. per eos igitur facte sunt legis manifestationes in nobis. ¶ Iteȝ Dionysius ibidem. Uideo quia et diuinum christi humanitatis misterium angeli docuerũt. sicut diuinissimus Gabriel Zachariam misteria docuit. mariamq₃ quomodo in ipsa foret diuine formationis misteriuȝ. Sed dicit beat⁹ Bernardus quod alicui de sanctis fuit concessum. virgini gloriose non fuit negatum. Ergo quod fuit ei negatũ non fuit alijs concessum qui erãt inferiores ꝙ̃ ipsa Si ergo docebatur virgo per angelum misterium diuine incarnationis: quod scilicet de⁹ de ipsa nasceretur: et non per deum immediate. ergo et moysi qui fuit multum inferior ꝙ̃ ipsa. data et nunciata fuit lex per angelos: et non a deo immediate.

¶ Item Dionysius in eodem decimotertio capite. Ignis calliditas magis seipsum distribuit ad magis susceptiua: et ad similitudinẽ suã veniẽtia. Ad contrarias vero substantias: aut nullũ: aut obscurum sue operationis vestigium manifestat. Ex his que non sunt cognata perfamiliariter ad ip̄m se habentia accedit. Iuxta hãc igitur naturalis ordinationis rationem supernaturalis omnis boni ornatus: et ordinatio congrue dilucidationis

[Margin notes: Utrum data sit lex immediate a deo vel ꝑ ministeriuȝ angelorum. — Dionysius — Bernardus — Dionysius]

claritatem primo apparentem copiosissimis effu
sionibus in excellētissimis substātijs manifestat
et per eas que possunt essentie diuinū ꝑticipāt ra
dium.sicut ergo ignis primo operaẜ in eo qđ est si
bi cōforme:⁊ per illud accedit ad illud qđ nō ē si-
bi cognatū:sic claritas summi boni copiosissima
effusione ⁊ primo manifestat se supexcellētissimis
substātijs scꝫ angelis⁊ ꝑ eas alie magis remote di
uinū diuine lucis participāt radiū.Rationalis er
go creatura que est hō:diuine claritatis illumina
tionē per angelos ꝑticipat.Si ergo lex data est ei
ad eius illuminationē:ergo hꝫ legē a deo ꝑ mini-

Cōtra arg.j.

steriū angelorū.¶ Ad oppositū mens nulla inter
posita natura a prima veritate formaẜ: sicut dicit
aug.sed ipa formaẜ per mādata legis a deo:q͛ per
hoc cognoscit ⁊ diligit deū.ergo nulla interposita
natura habet hoc a deo.nō ergo per angelos.

Secundum.

¶ Item numeri.xij.habeẜ qđ dicit dñs de moyse.
ore ad os loquar ei⁊ palā nō ꝑ enigmata⁊ figuras
Et in fine deutro.habetur.Nō surrexit vltra pro-
pheta in israel sicut moyses quē dominus nosset
facie ad faciē in omnibus signis atqꝫ portentis q̄
misit per eū.Et exo.xxxiij.habeẜ.ꝙ loquebaẜ dñs
cum moyse facie ad faciem:sicut homo loqui so-
let ad amicū suū:imediate ergo ꝑcepit legē ab eo.

Tertium.

¶ Item inter imaginē ⁊ illud cuius est imago ni
hil est mediū:q͛ imago est similitudo expressa.sed
ſm imaginē venit diuina illuminatio in aīa ratio
nali que ē imago dei.ergo nullo medio illumina-
tur aīa a deo.si ergo illuminaẜ per legē datā a deo
cōstat ꝙ ipsam habere debuit immediate a deo:⁊
non mediāte aliquo.¶ Item per totā legem legiẜ
ꝙ locutus sit dñs ad moysen:nō per angelū sꝫ ꝑ se
et maxime quādo dedit ei legem non legitur locu

Respon.

tus fuisse ad deum per angelū sed per se.¶ Solu
tio.dicendū ꝙ lex data est a deo per angelos.i.per

Dyoni.

ministeriū angelorū.sicut ptꝫ per plures autorita
tes.vnde dyo.in hierarchia angelica.docet theo-
logia legē per angelos ad nos ꝑuenire:tanq̄ lega
li ordine illud legaliter ponente.⁊ hoc est ꝑ primā
secūda in deū reduci⁊ nō solū in suppositis et sub
iectis animis:sed in equipotentibus ipa lex diffe
riẜ.hoc ē ꝑ vnāquāqꝫ hierarchiā primas⁊ medias
et vltimas esse ordinationes et virtutes.sic per an
gelicam naturā rationalis humana debuit accipe
re legem:⁊ ad deū reduci.Et hoc est qđ dicit ibidē
paulo.s.siquidem vt theologia ait:ante legem et
post legem patres nostros angeli ad deum redu-
cebant:et ad rectam veritatis viam ex errore et vi
ta imunda reducentes.aut occultas visiones aut
diuinas ante predicationes prophetie reuelātes
¶ Ad primam rationem in contrarium.dicendū
ꝙ ex hoc non sequitur ꝙ aliquid sit mediū in for-
matione mentis a deo tanq̄ informans sed soluꝫ
tanq̄ adminiculās⁊ sic ad formationē mētis ꝑ le
gē requiriẜ angelicū ministeriū nō tāq̄ informās
sꝫ solū tāq̄ adminiculās.⁊ hoc dicim⁹ iuxta illud
apli.j.ad cor.iij.Neqꝫ qui plantat neqꝫ qui rigat
est aliquid:sed qui incrementum dat deus quia si
cut agricola non est ibi aliquid quo fiat incremē-
tum:sic neqꝫ angelus quo fiat formatio vt infor-
mans sicut tamen se habet doctor ad discipulum
ita angelus ad illam informationem.

Ad secunduꝫ

¶ Ad secundum dicenduꝫ.quod non per hoc ne-
gatur quin per angelū data sit lex.sed per hoc vult
ostendere.quod excellentior reuelatio sibi facta ē.
nam triplex est visio.scilicet.intellectualis.imagi
naria.et corporalis.Visio auteꝫ intellectualis tri

Visio intellectualis triplex.

plex est.Quedam est que fit per speciem seu per si
militudinem corporalem a sensibus acceptam et
hec est dei visio per enigmata Alia enim dicitur
visio intellectualis que fit per similitudinem ima
ginariam.et talis visio dicitur esse ꝑ figuras q̄ re-
presentātur intra vt in imaginatiua.aliq̄n autem
est visio intellectualis que solum fit per speciē in-
telligibilem:⁊ hec non est nec per enigmata:nec ꝑ
figuras:⁊ hec visio appellatur tertium celum.de q̄
dicitur paulus fuisse raptus vsqꝫ ad tertium celū
Prima visio seu reuelatio facta fuit moysi in ru-
bo.Secunda visio facta fuit danieli q͛ fiebāt ei re
uelationes:non per similitudines representantes
sensui.sed reuelatio seu visio tertia facta fuit moy
si in latione legis cui ministrabantur species itel-
ligibiles per angelos:⁊ ideo diciẜ ꝙ nec ꝑ enigma
ta:nec per figuras locutus est ei dominus:non ta
men per hoc negatur ministerium angelicū in mi
nistrando ei species intelligibiles.¶ Ad tertiū di

Ad tertium

cendum ꝙ sicut videmus in visu duplex eē mediū
quia quoddam est ibi mediuꝫ sicut lux.Item dici-
mus speculum representās imaginem seu similitu
dines rerum esse medium advidendum:⁊ istud ap
pellatur medium quod est similitudo:quia repre
sentat similitudines per quas cognoscitur res per
visum.Sic dicimus ꝙ deus se habet ad animam
vt medium intelligendi qđ est sicut lux. Angelus
autem sicut speculum ministrans ei imaginem vt si
intellectus per lucem cognoscat ⁊ accipiat aliqđ.
Inter animam igitur que est dei imago ⁊ deuꝫ ni
hil est medium per modum lucis:est tamē aliqđ
medium per modum similitudinis vel speculi.et
he sunt murenule auree sicut dicit augu. dispensa
tiue similitudines que ministrantur per angelos.
Unde Cant.j.dicunt sponse murenulas aureas fa
ciemus tibi vermiculatas argento.Vel aliter pōt
dici interimendo illud ⁊ dicendo ꝙ in lege domi-
nus fuerit locutus cum moyse ⁊ dederit ei legē ꝑ
angelicum ministeriuꝫ.vnde exo.xxiij.habetur qđ
dixit dominus ad moysen.Ecce ego mittam ange
lum meum qui precedet te.⁊ custodiet in via:⁊ in-
troducet ad locum quem preparaui.obserua eum
et audi vocem eius.Ex quo patet quod per mini-
sterium habetur expresse in lege a domino moysi
esse legem datam:et i tertio Exodi habetur ꝙ ap-
paruit moysi in flamma ignis de medio rubi ⁊c.
Et vbi habetur ibi dominus in littera septuagin-
ta interpretum habetur angelus.Unde dicit ap-
paruit ei angelus.Et beatus Grego. concordans

Gregorius

huic littere dicit ibidem in glossa.angelus q̄ moy
si apparuisse describitur:modo angelus:modo do
minus memoratur.Angelus quia exterius loquē
do seruit:dominus quia interius presidens effica
ciam loquendi tribuit.Cum enim loquens ab in-
teriore regitur:et per obsequium angelus:⁊ per in
spirationem dominus memoratur.Uult ergo gre
gorius quod per obsequium angeli exterius:ꝑ di-
uinam inspirationem interius data sit lex moysi.

Obijcitur

¶ Sꝫ adhuc posset obijci ꝯtra hoc ꝑ autoritatē au
gustini in soliloquijs dicentis qđ sicut in sole tria
aduertimus:quod est:quod fulget:qđ illuminat.
sic in deo tria aduertere debemus:quod est.quod
intelligit:qđ cetera intelligere facit.Si ergo deus
facit cetera intelligere.ergo ipse est quo intellect⁹
intelligit.igitur est immediatus apud intellectū.
sicut lux apud visum.Nihil ergo est mediuꝫ inter
ipsum et animam.Ergo si ab eo data est lex:que q̄
dem est ad illuminandum animam.Unde Pro-
uerbiorum sexto.Mandatum lucerna ⁊ lex.Lux
ergo est data anime immediate.non fuit ergo da-
ta moysi per angelicum ministerium

Responsio

¶ Ad hoc dicendum quod in illuminatione
siue infor-

siue informatione mentis a deo per legem nihil est
medium tanq̄ informans seu illuminans:sed so-
lum sicut adminiculans:⁊ hoc modo angelus est
ibi medium.s.conferendo et adiuuando ad illumi
nationem:et hoc dupliciter.s.auferendo impedi-
mentum.sicut ille qui aperit fenestram vt illumi
netur domus.⁊ dicitur talis illuminare domum.
q͛.s.remouet impediens illuminationem.⁊ etiam
conferendo ad suscipiendum illuminationem:q͛
excitat ⁊ mouet ad suscipiendum.⁊ presentat simi
litudinem ad videndum:sicut speculum presentat
oculo rei imaginem.nihilominus tamen de⁹ erit
immediate se habens ad illuminationem mentis
sicut lux ad oculum.

Membrum secundum.

De contingentia legis mosaice

Post q̄ inquisitū est de latiōe legis moy
si.restat nunc inquirere de continentia
legis mosaice.Et circa hoc plures sunt
dubitationes.Primo quantum ad genera conten
torum.Secundo quantum ad qualitatē ꝯtentoꝝ

Articulus primus.

De generibus contentorum

Primo de generibus contentorum que
runtur plura.Primo vtrum omnia q̄
sunt in lege contineantur in vno gene-
re.Secundo an in duplici genere tantum.Tertio
an in triplici genere tantum.ita ꝙ nō addaẜ quar-
tum.Quarto de testimonijs in lege sub quo gene
re contineantur.Quinto de iustificationibus sub
quo genere contineantur.Sexto de permissis⁊ cō
sultis ⁊ comminationibus sub quo.

Quātum ad primū .§.j.

Utrū omnia que sunt in lege contineantur in vno genere

queritur vtrum omnia que sunt in lege possunt re
duci ad vnum genus moralium ita qđ omnia di-
cantur moralia.¶ Ad quod sic.Omnis actus vir
tutis ſm se est moralis:sed oīs actus preceptorum
legis seu moralium:seu cerimonialiū:seu iudicia-
lium est actus virtutis.ergo omnis actus omnis
precepti legis est moralis.Omnia ergo ꝑcepta le-
gis quecunqꝫ sint illa sunt moralia.Minor proba
tur primo in iudicialibus q͛ punire maleficuꝫ est
actus virtutis iusticie.sed iste est actus ⁊ intentio
precepti iudicialis.ergo actus precepti iudicialis
est mobilis.Iudicialia ergo sunt i genere moraliū
Similiter illud patet de cerimonialibus:q͛ omne
quod est necessarium ad salutem est in genere mo
ralium sed talia erant aliqua cerimonialia legis.
scꝫ sacramentalia quantum ad statū.ergo cerimo
nialia erant moralia.Minor patet per Augu.con
tra faustum qui dicit ꝙ essent preuaricatores nisi
facerent.Item omnis actus latrie est moralis:sed
actus sacrificiorum erant latrie q͛ illis colebatur
deus ⁊ honorabatur vt deus.ergo erant act⁹ mo-
rales:igitur cerimonialia aliqua.s.sacramentalia
erant moralia. Similiter istud patet de omnibus
cerimonialibus sicut de isto.Non arabis in boue
⁊ asino.non coques hedum in lacte matris:nō ve
stieris lana ⁊ lino ⁊c.quorum nō erat ratio mani-
festa.quia sicut dicunt iudei expositores legis ad
litteram.omnia precepta quorum nō est rō mani-
festa dabātur iudeis vt reuocarentur ab ydolola-
tria.ergo erat intentio talium cerimonialium esse
longe ab ydolatria.sꝫ longe esse ab ydolatria istō
est morale.vt.s.homo deum colat et non aliaꝫ.oīa
igitur cerimonialia erant moralia.¶ Item Leui.
xvij.Homo q̄libet de domo Israel si occiderit bo-
uem aut ouem seu caprā in castris vel extra castra
⁊ non obtulerit oblationem domino ad ostiuꝫ ta-
bernaculi.sanguinis reus erit quasi sanguineꝫ fu-
derit sic peribit de medio populi sui.Ideo offerre
debent sacerdoti filij israel ostias suas:et nequaq̄
vltra imolabunt ostias suas demonib⁹.ergo erāt
ad cultum ⁊ honorem dei.¶ Item cerimonialia le
gis quantum ad litteram reuocabāt ab ydolatria
q͛ ipsis colebatur ⁊ honorabatur deus vt deus
¶ Item quantū ad spiritualem sensum ducebāt
in xp̄m.sed hoc est morale. scilicet colere deum:et
ducere in xp̄m.ergo cerimonialia erant in genere
moralium.⁊ sic in vno genere.¶ Ad oppositū deu.

Contra.

iiij.Ostendit vobis pactum suum quod precepit
vt faceretis:⁊ decem verba que scripsit in duabus
tabulis lapideis.mihiqꝫ mandauit in illo tempo-
re vt docerem vos cerimonias et iudicia que face
re deberetis.Triplex ergo est genus precepti in le
ge.scilicet morale quod ꝑtinet ad decalogū quod
significatur ibi per decē verba ⁊ cerimoniale atqꝫ
iudiciale.non sunt ergo omnia que cōtinentur in
lege in genere moralium.¶ Secunda ratio in le-
ge sunt precepta quorum ratio describitur in lege
naturali sicut est preceptum decalogi.In lege etiā
sunt precepta quorum ratio non est descripta i le-
ge nature.sicut precepta discipline:⁊ hec sunt ceri-
monialia.ergo in lege sunt precepta nature⁊ prece
pta discipline siue precepta moralia ⁊ cerimonia-
lia ex opposito distincta.ergo non sunt omnia in
genere moralium.

Secundo queritur .§.ij.

Augustinus.

vtrum que sunt in lege continēātur in duplici ge-
nere tantum.Ad quod sic Augu.contra Faustum.
Sunt precepta vite agende:⁊ sunt precepta vite si
gnificande:sed precepta vite agende dicuntur mo
ralia.que scilicet docent quid agendum.precepta
vero significande vite dicuntur cerimonialia que
sunt in signum.⁊ non distinguit plura genera pre
ceptorum.Sunt igitur precepta legis omnia i du-
plici genere tantum.¶ Item psal.A iudicijs tuis
non declinaui.Glossa idest ab his que constitui-
sti regulam viuendi.Sunt ergo iudicia recte viuē
di.sed moralia sunt huiusmodi.ergo ideꝫ sunt mo
ralia legis ⁊ iudicialia.omnia igitur in duplici ge
nere continentur.¶ Item quidam expositor legis
hebreus dicit ꝙ omne preceptū cuius vtilitas no
ta est dicitur preiudiciū.quorū vero vtilitas igno-
ta est dicuntur cerimonie.sed tale est omne prece
ptum qđ eius vtilitas nota est vel ignota.ergo oē
preceptū vel est cerimoniale:vel iudiciale.sunt er-
go omnia solum in duplici genere tantum
¶ Item Deuter.quinto.Audi israel cerimonias.
atqꝫ iudicia.reducit ergo ibi omnia q̄ continet lex
ad duo genera.scilicet ad cerimonias et iudicia.
¶ Item Leuitici decimooctauo.Facietis iudicia
mea.et precepta mea seruabitis.ergo totum quod
est in lege continetur sub iudicijs vel preceptis.oīa
igitur in duplici genere continentur.
¶ Item Deutero.quarto.Scitis ꝙ docuerim vos
precepta atqꝫ iudicia.comprehēdit ergo omnia q̄
continentur in lege sub preceptis ⁊ iudicijs.et ita

Contra.

sub duplici genere.¶ Ad oppositum Deuterono.
sexto.Hec sunt precepta cerimonie atqꝫ iudicia.⁊
constat ꝙ non poneret in tali numero nisi hec ab-
inuicem distinguerentur.Si ergo iudicia sunt pu
niendorum.cerimonie credendorum.cōstat quod
precepta solum erunt faciendorum.Est igitur tri
plex genus eorum que continētur in lege.non so-
lum ergo in duplici genere continentur. ¶ Item
Deuterono.quarto.Que est alia gens sic inclita:
que habeat cerimonias: atqꝫ iudicia: et vniuer-

fam legem.Comprehendūtur ergo ea que in lege sunt sub triplici differentia:nō solum sub duplici.

Tertio queritur .§.iij.

an oīa que continet lex solum cōprehenduntur in triplici genere ita ꝙ non sunt plura genera mādatorum in lege ꝙ̄ tria.Ad quod sic Deute.viij.caue ne obliuiscaris dn̄i dei tui.ꝛ negligas mādata ei⁹ atq; iudicia ꝛ cerimonias.ergo totum quod est in lege comprehendit sub hoc triplici genere.¶ Itē Leui.xxvj. Hec sunt precepta atq; iudicia ꝛ leges quas dedit dn̄s inter se ꝛ filios Israel. Ex quo pꝫ ꝙ tota lex continetur in triplici genere solum

Contra.

¶ Ad oppositum ostendit ꝙ oportet addere quartum genus. Deute.xj. Ama dn̄m deum tuum:ꝛ obserua precepta eius:cerimonias:iudicia atq; mandata omni tempore per precepta tangit vnum genus:per cerimonias aliud.per iudicia aliud.ergo ꝑ mandata tangit similiter quartū genus. ¶ Itē in lege erant cerimonialia non sacramentalia.ꝛ in lege erant sacramentalia. ¶ Item in lege erant moralia ꝛ iudicialia.Exo.vigesimoprīo. Hec sunt iudicia que propones eis. Cerimonialia sacramētalia erant que conferebant:sicut circūcisio.Cerimonialia non sacramentalia:vt nō coques hedū ī lacte matris ꝛc.hmōi ergo cerimonialia erāt sub duplici differentia.et erant alia duo genera.ergo erant quattuor genera ad que reducebantur ea q̄ continebant in lege.¶ Posset aūt dici ꝙ mandata non faciunt genus differens a preceptis:ſꝫ ostēditur ꝙ immo.qꝛ dicit Hiero.ꝙ ī preceptis est iusticia.in mandatis caritas seu amor.ergo in alio ꝛ alio genere sunt mandata ꝛ precepta.faciunt ergo differentia genera.¶ Si dicatur ꝙ hoc nō sequit. qꝛ mādata stāt ꝓ p̄ceptis dignioꝛib⁹ ptinētib⁹ ad amorem sicut sunt. Diliges dn̄m deū tuū ꝛc.Et diliges proximum tuū ꝛc.¶ Contra preceptū est ei⁹ qui iubet aliquid per se:mandatū ei⁹ qui iubet aliquid ꝑ alium.sed multo dignius est precipere per se ꝙ̄ per aliū.ergo dignius est preceptū ꝙ̄ mandatū.igitur genus differēs.¶ Preterea aliqñ inuenimus legem condiuidentē contra alia.aliqñ mādata:aliqñ oīa sibiinuicē condiuidentia.quod nō esset:nisi facerent differentiam seu diuersum gen⁹ ꝛ queritur etiam ratio horum

Quarto queritur .§.iiij.

de testimonijs quō se habent ad predicta genera. vtrū contineantur in illis:vel contineant illa.Deute.vj. Custodi p̄cepta testimonia atq; cerimonias

Hieronym⁹.

Queritur ergo vtrū testimonia sint idem gen⁹ cū illis:an differens.¶ Ad quod sic Hiero.dicit qꝺ in preceptis est iusticia.in mandatis caritas.in testimonijs fides.Igitur in testimonijs cōtinentur credenda:ꝛ non in alijs.testimonia ergo faciūt genus differens ꝛ sunt aliqua preter illa.¶ Si dicatur ꝙ sunt reducibilia.queritur ad que. Naꝫ glos. super illud ps̄.Testimoniuꝫ dn̄i fidele.dicit:qꝛ qꝺ oībus fidelibus promittit implebitur.igitur testimonia sunt promissiones:ſꝫ promissiones nō sunt in genere alioꝝ:sed faciunt genus differens ab illis.ergo ꝛ testimonia nō sunt.ergo reducibilia ad aliquod illoꝝ.¶ Itē ps̄.Lex tua veritas.Glo.vera ꝑ oīa.qꝛ per eā est cognitio pctī:ꝛ phibet testimonia iusticie dei.Testimonia igit sunt cōminationes:sed cōminationes continent sub testimonijs qꝛ quod est ad perhibendū testimoniū continetur sub testimonio.sed cōminationes sunt ad phibendum testimoniū iusticie dei.ergo continentur sub testimonijs.Sed cōminatiōes differunt ab alijs nec in aliquo genere eoꝝ continent:nec ad aliqꝺ reducuntur.ergo similiter nec testimonia.sed faciunt genus differens ab illis oībus.

Contra.

¶ Ad oppositum ps̄.Testimoniū posuit in Jacob.Glo.testimonium dicit vetus lex:qꝛ nouū testamentuꝫ habet testimoniū a lege ꝛ prophetis.vnde ꝛ tabernaculum testimonij dicebat illud quod tot mistica figurabat testimoniū.ergo dicit vetus testamētuꝫ inquantū probat ꝛ testatur:lex inquātū iubet.idē ergo significatur ꝑ testimoniū:sed alia ꝛ alia rōne Ita idem intelligit per Jacob et Israel ꝛ populus iudaicus.Ex his patet ꝙ testimoniuꝫ dicit lex eo ꝙ figurat.ergo testimonia sunt ipsa figuralia:nec faciunt aliud genus ab illis.¶ Item ibidem dicitur ꝙ lex beneutentibus testimonium est quo fugiant peccata:et male vtentibus quo conuincant puniendi et peccatores.sicut xp̄s credentibus est lapis in caput anguli.j.Pe.ij.Non credentib⁹ est lapis offensionis:Esa.viij.Ex quo pꝫ ꝙ testimonia sunt ipsa iudicialia.quia iudicialia erāt ad fugiendum peccata.comprehendūt ergo in seipsa testimonia.¶ Item Aug.contra faustum. Scriptura illa tunc erat preceptum:nunc testimonium.ꝛ loq̄tur de legalibus.ergo testimonia sunt cerimonialia.¶ Item Ps̄.Testimonia mea hec que docebo eos.Glossa.testimonia p̄cepta vite.ergo testimonia sunt ipsa moralia.qꝛ moralia sunt p̄cepta vite.

Quinto queritur .§.v.

de iustificationibus legis an contineant omnia p̄dicta vel ad aliquod eorum reducantur.Ad quod sic Ps̄.Ineternum non obliuiscar iustificationes tuas.Glo.idest legē.ergo iustificationes oīa sicut lex comprehendunt.¶ Item ps̄.Legeꝫ pone mihi domine viam iustificationum tuaruꝫ.Glossa.lex eundi sit mihi via iustificationum tuarum.reputat ergo iustificationes et legeꝫ idē. ergo continet omnia sicut lex.

Contra.

¶ Ad oppositum videtur ꝙ iustificationes reducantur ad genus moralium.psal. vt custodiant iustificationes eius.Glossa iustificationes sunt vbi est euidēs et absoluta preceptio vt diliges deum et proximum. ergo iustificatiōes sunt ipsa moralia:seu in genere moralium.ꝛ sic patet quod reducuntur ad moralia.

¶ Sed contra videtur quod reducuntur ad iudicialia.psal. Utinam dirigantur vie mee.Glossa.iustificatiōes presto populo fuerunt.vt famulus sex annis seruiret.et pater reuerenter haberetur.et filius disciplinaretur sed illud est iudicialium.ergo iustificationes sunt in genere iudicialium

¶ Sed contra videtur quod iustificationes sunt cerimonialia.Psalmista.Doce me iustificatiōes tuas.Glossa.idest secundum spiritualem intellectum figuratiuas obseruantias fac auertere.iustificationes ergo sunt cerimonialia.

¶ Sed cō tra omnia ista Psalmista. Justificationes tuas doce me.Glossa.quibus tu iustificationem facis non homo.Justificatiōes ergo sunt opera dei.et non sunt opera hominis que homini precipiantur implere.ergo non reducūtur ad aliqua predictorum

Sexto que .§.vj.

ritur cum in lege sint quedam consulta seu consilia.permissiones vt repudium et comminationes an faciāt differentia genera a predictis.an sub aliquibus eorum comprehenduntur.

¶ Cōsilia eniꝫ sunt vt leges votoꝝ ꝛc. Hi aūt actus sunt

tas sunt differentes a predictis ergo faciunt genera differentia ab illis.

Responsio ad predictas

Rn̄sio.ad.q. primi paragraphi. Lex dr̄ multipliciter.

questiōes dōm ꝙ lex dr̄ multipliciter dicitur eniꝫ lex generalissime.dr̄ lex generaliter.dr̄ specialiter. dicit ꝑticulariter.Generalissime dr̄ lex scriptura seu doctrina totius veteris testa. seu sit doctrina operandoꝝ ad quā pertinēt libri moysi.seu sit doctrina credēdoꝝ:ad quā pertinēt ꝓphetie in quibus cōtinent reuelationes credēdoꝝ:siue doctrina omniū ad quā pertinet doctrina psalmoꝝ. Et hoc mō accipitur lex.Jo.x. Nōne in lege vestra dictum est.Ego dixi dij estis cōstat enim ꝙ istud dr̄ in ps̄.vult ergo dicere.ꝙ doctrina psalmoꝝ cōtinetur in lege.Sic ergo lex cōtinet libros moysi et oēs prophetas ꝛ ps̄. Secundo modo dicit lex generaliter.ꝛ sic solū sumitur pro doctrina operandorum Et sic diuiditur contra ps̄.ꝛ prophetas. et ad hanc coartatur lex.Luc.vlt. Hec sunt verba q̄ locutus sum vobis cum adhuc essem vobiscū quoniam oportet impleri oīa que scripta sunt in lege moysi ꝛ prophetis et ps̄.de me.Ecce hic condiuidit legem contra prophetas ꝛ ps̄.sic lex cōtinet doctrinam preceptoꝝ ad quā pertinent libri moysi. ꝛ doctrinā exēploꝝ ad quā ptinēt libri hystoriales ꝛ doctrinā amonitionū ad quā pertinēt libri salomonis. Tertio modo dicitur lex spiritualiter ꝛ sic sumitur pro doctrina preceptoꝝ ꝛ eoꝝ que pertinent ad obseruantiam:ꝛ sic solū continent libros moysi Et hoc modo sumitur lex ro.v.lex sub intrauit vt abundaret delictū Quarto modo dicitur ꝑticulariter lex:ꝛ sic aliquando sumitur pro preceptis decalogi. ſm quod habetur ro.xiij. Qui diligit proximum legem impleuit:ꝛ mat.xxij.In his duobus mandatis tota lex pēdet.aliqñ sumit pro preceptis cerimonialib⁹.ꝛ sic sumit ad heb.x.vmbram habens lex futuroꝝ.ꝛ.j.ad thi.j.Justo non est lex posita.Aliquando sumit lex pro preceptis iudicialibus.ꝛ sic sumitur ro.iiij.lex iram operat. Glo i.penā. Ad hoc nō data ē vt reos faceret tēporali pena.oculū pro oculo:dentē pro dēte ꝛc.ꝛ etiā potest dici ꝙ sumit aliqñ lex singulariter.exo. xij. Hec est lex phase. Accipiēdo ergo continentiam legis generalissime:sic continet doctrinā operandoꝝ ꝛ credendoꝝ:ꝛ doctrinā orationū.Generaliter sic continet doctrinā operandoꝝ. Sed specialiter sic continet doctrinā preceptoꝝ.

Alia distinctio legis.

¶ Sed adhuc distinguendū:ꝙ lex sit spiritualiter sumpta: quedā cōtinet que sunt ipsius:quedā que sunt ad legem.cōtinentur ergo quedā in lege que sunt ad legem:ꝛ sic continet lex amonitiones:arguitiōes cōminationes.ꝛ promissiones.hec enim ad legeꝫ dicūtur esse:qꝛ mouent ad obseruantiā legis. Si autē coartatur lex ad id quod est legis: distinguēduꝫ est:qꝛ quedā sunt ipsius legis per se ꝛ hec sunt in triplici differētia Hec enim sunt moralia legis et iudicialia ꝛ cerimonialia.quedā aūt cōtinet lex qꝛ sunt ipsius legis per accidens.ꝛ hoc modo continet consulta et permissa.nam consultū respicit maius bonum vt fiat:vnde respicit melius fieri. permissum auteꝫ ne deterius fiat:ꝛ vt vitetur maius malum.lex autem principaliter respicit preceptum et prohibitionem. Sed quia circa ista contingit fieri melius ꝛ deterius. habet lex consulta ad meli⁹ vt fiat et permissa ne peius fiat sic: ergo principaliter continet illa tria genera preceptoꝝ scilicet moralia.cerimonialia iudicialia. Nam sicut dicit augusti.est preceptum vite significande. et ista sunt cerimonialia.et est preceptū vite agende.et illud est dupliciter quia duplex est ratio agēdi.s.honestum quod sua dignitate trahit ad se ꝛ allicit:ꝛ talia sunt moralia.Alia ratio agendi est expediens:vt.s.remoueatur impediens obseruantia legis:ꝛ talia sunt iudicialia.¶ Ad ratiōes ergo q̄bus ostenditur ꝙ oīa continentur sub genere moralium.dicendum ꝙ̄ bonum tripliciter est.s.bonū ſm se:bonum in genere.bonum ex circunstantia. Bonum ex circunstantia dicitur quodlibet indifferens dummodo informetur aliqua bona circūstantia.vt loqui de se est indifferens:tñ loqui propter deum bonum est ratione circunstantie addite.Bonum auteꝫ in genere dupliciter est.s.qꝛ aut est in genere honesti:aut expedientis.bonuꝫ ergo in genere quod est honestuꝫ principaliter respicit morale.bonum expediens iudiciale.bonū vero ex circūstantia cerimoniale. Similiter morale tripliciter potest dici.Si ergo extendatur morale ſm ꝙ extēditur bonum vt dicatur morale ex circunstantia: sicut bonuꝫ.sic cerimonialia possunt dici moralia ꝛ eorum institutio.reuocatio ab ydolatria ad cultum dei.sunt enim in signum gratie.Si autem dicatur morale in genere boni expedientis:hoc modo iudicialia possunt dici moralia.proprie tñ morale respicit bonū in ratione honesti.

Rn̄sio ad.q. secundi paragraphi.

¶ Ad secundum quando queritur an omnia que sunt legis in duplici genere contineant.s.cerimonialiuꝫ ꝛ iudicialium.Dicendum ꝙ iudicium sumitur ex ratione discernendi.Est autem discretio multiplex.est discretio boni ꝛ mali:ꝛ est discretio veri ꝛ falsi.ꝛ est discretio que est in retributione pene ꝛ premij.vno ergo modo dicuntur iudicialia in discretione veri ꝛ falsi.ꝛ hoc modo sumitur iudiciū in glo.super illud ps̄.Judica iudicium meuꝫ.Glo.i.discretionē fidei mee.sic ergo dicitur iudiciuꝫ quo discernim⁹ veritatem credendorum ab errore.Secundo modo iudicium dicitur in electione boni et mali seu discretione.et sic sumitur iudicium in ps̄.Judicia eius in conspectu meo.Glossa idest premia iustorum.penas impiorum.flagella corrigendorum.tētationes probandorum semper attendo ꝛ perseueranti contemplatione considero.Communissime ergo iudicium acceptum se extendit ad credenda et operanda:et sic comprehendit et moralia ꝛ alia Sed communiter dicitur prout est in discretione que est in electione boni ꝛ mali.ꝛ sic se extendit ad operanda.et hoc modo comprehendit in se moralia.sed proprie et specialiter dicitur iudicium ī discretione que est in retributione pene ꝛ premij.ꝛ sic non continet moralia:ꝛ sic diuiduntur contra moralia cerimonialia.

Responsio ad q̄stionē tertij paragraphi

¶ Ad tertium quesitum vtrum omnia que sunt ī lege continentur in triplici genere.vel oportet addere quartum genus.scilicet mandata.Dicenduꝫ qꝺ patet solutio ex manifestatione quomodo moralia et iudicialia secundum continentiam se habent ad alia.Et quod obijcitur quod oportet addere quartum genus.scilicet mandata.Dicenduꝫ ꝙ intentio mandati duplex est.dicitur enim mandatum communiter.ꝛ sic comprehendit omne quod iubetur.aliter proprie dicitur stricte secundum intentionem nominis vt dicatur mandatum quod per alium iubetur.et quod nō ex necessitate.secūdum ergo hanc intentionem quod per alium iubetur stringitur mandatum ad iudicialia ꝛ cerimonialia que non iussit dominus per se.sed per moysen per quem data sunt.Dominus enim per se ꝓmulgauit moralia.sed per moysen cerimonialia ꝛ iudicialia.secundum ergo hanc intentionem non ex necessitate pertinet mandatum ad ea que perti

nent ad amorem.⁊ eis appropriatur:⁊ sic vno modo diuiditur contra preceptum.ſm scilicet ꝙ preceptum est ex timore ⁊ importat necessitatem.

Ad contra. ¶ Ad ea ergo que obijciuntur.dicendum ꝙ sicut in genere veri est verum primo notū ⁊ secundo notum:sic in ratione boni operandi est primo notuz sicut dilectio seu mandatum de dilectiōe ⁊ est ibi quod est secundo notum:sicut decalogus quod refertur et dependet a dilectione:⁊ in hoc genere primo notum respicit mandatum.⁊ per hoc patet responsio q2 non ponitur aliud genus per mandatū Diliges dn̄m deum tuum ⁊ proximum.Secundo vero notum respicit preceptum:⁊ per hoc patet responsio:q2 non ponitur ad genus per mandatum ⁊ per preceptum.sed ponitur alia differentia in genere moris.s.primo notum.⁊ secundo notum.

¶ Ad aliud dicendum ꝙ cerimoniale dicitur cōmuniter.⁊ hoc modo idem est ⁊ tantum cōprehendit quantum figurale:siue sit sacramētale:seu nō sacramentale.Est enim figurale credendi:⁊ illud est sacramentale:⁊ est figurale faciendi:⁊ illud est cerimoniale stricte sumēdo cerimoniale:⁊ sic stricte acceptum diuiditur contra sacramētale.nam in sacramentalibus proprie figuratur vita cum remedio morbi.In cerimonialibus vero figuratur vita cum ipsa sanitate vel virtute.

Rn̄sio ad q̄stionē quarti paragraphi ¶ Ad illud quod querit quarto de testimonijs quomodo se habēt ad alia.dicendum ꝙ testimonium dicitur quicq̄d fit in attestationem.dicitur autē testimoniū sicut attestatio dicitur.Nam dicitur testimonium veritatis seu sapientie.et istud est in credendis:et hoc modo sumit Hiero.testimonia cum dicit in testimonijs fides.Est iterum testimoniuz diuine iusticie.et sic dicuntur testimonia cōminationes.Itez est testimonium diuine misericordie:⁊ sic dicūtur testimonia promissiones.Item est testimoniū maiestatis:et sic dicuntur testimonia esse p̄cepta.vn̄ in preceptis est testimonium maiestatis:sz hoc tripliciter.q2 dicitur esse testimonium vt signum.et sic cerimonialia dicuntur testimonia.Itē dicitur esse testimonium vt signum per modum rei.⁊ hoc dupliciter.q2 quedam est res que facit testimoniū respectu suijpsius:vt lux.⁊ hoc modo precepta moralia dicuntur testimonia q2 in seipsis habent testimonia ꝙ facienda sunt vel dimittenda.Quedā autem est res que facit testimonium respectu alterius:⁊ sic iudicialia dicuntur testimonia:q2 ex pena illa quam infligebant erat signum pene future malorum.vt.s.per illa sciretur ꝙ deus puniat malos:⁊ ita veritas ista attestatur alteri veritati.

Ad questionē q̄nti paragraphi ¶ Ad illud quod quinto queritur de iustificatiōibus:dicendum ꝙ iustificatio vno modo dicit act⁹ dei:⁊ hoc modo non est effectus legis:sed diuine gratie.Alio modo dicitur iustificatio actus hominis.Et hoc tripliciter.q2 aut consideratur iustificatio ſm esse iusticie.hoc est per comparationem ad illud in quo est iusticia:⁊ sic iustificatio dicitur illud in quo est iusticia:⁊ sic moralia dicunt iustificationes:q2 per illa est cōseruatio iusticie.Aut iustificatio dicitur executio iusticie:et sic iudicialia dicuntur iustificationes:aut dicitur iustificatio vt signum iusticie:⁊ sic cerimonialia dicuntur iustificationes:q2 sunt signa iusticie seu gr̄e future an̄ xp̄i icarnationē.Et ex his p3 rn̄sio ad oīa obiecta

Articulus secundus.

De continentia legis moysi quantuz ad qualitatem. c Onsequenter querit de continentia legis moysi.quantū ad qualitatē contentorū propter illud verbum apostoli roma.vij.lex q̄dem sancta ⁊ mandatū sanctum et iustū ⁊ bonum.Circa quod querit sic.Primo vtrum omne quod continetur in lege sit sctm̄ Scd̄o vtrum oē quod ɔtinetur in lege sit bonum. Tertio vtrum oē quod ɔtinetur in lege sit iustum.

Quantum ad primū .§.j.

Vtruz omnia que continentur in lege sit sancta. Arg.primum sic procedit Aug.ɔtra faustū dicit ꝙ illicitum est quod lege illa prohibet:qua naturalis ordo seruatur.sed repudiū prohibet lege qua naturalis ordo seruat.ergo repudiū est illicitū.sed oē sanctū est licitum:non ergo oē quod in lege cōtinetur sanctuz est.Minor p3.s.ꝙ repudiuz ꝓhibet illa lege qua naturalis ordo seruatur.hoc est lege naturali qm̄ de lege naturali est matrimoniū indiuiduāvite cōsuetudinē retinens.ɔtra quā est repudiū.ergo prohibetur lege naturali.¶ Si dicatur ꝙ repudium erat solum in lege sicut permissuz ne.s.peius fieret ⁊ ideo licitū.

Secundum ¶ Contra non debēt fieri mala vt veniant bona.ergo nec sil'r mala debent ꝑmitti ne veniant peiora.ergo nullo modo est licitū repudiuz.vt.s.vitetur deterius malū.ergo nec sanctū.non ergo oē mandatū legis sanctū.

Tertium. ¶ Itē oē quod est cōtrarium legi caritatis est illicitū:sed habere odio inimicū est ɔtrariū legi caritatis.ergo est illicitū.Si ergo odio habere inimicū istud continet in lege.sicut patet ſm verbū saluatoris in euāgelio.ergo aliquod mandatū illicitū continetur in lege.⁊ ita non sanctū.Minor patet.s.ꝙ sit cōtrariū legi caritatis.vnde etiā in lege euangelij que est lex caritatis precipitur.Diligite inimicos vestros ⁊c.

Quartum ¶ Item.ij.Corin.iij.Quod si ministratio mortis litteris deformata fuit in gloria.glo.Quia lex ſm litteram multa inhonesta precipiebat:sed oē sanctum honestum.ergo multa mandata continebat lex non sancta.

Quintum ¶ Itē aug.Peccatū est dictum vel factum:vel ɔcupitū cōtra legē dei.Sed tale est expetitio talionis q2 mihi vindictā ⁊c.Ro.xij.Nō vindicantes vos.ergo expetitio talionis est pctm̄.ergo non sancta:sed lex ɔtinet expetitionē talionis:sic patet oculum pro oculo.ergo ɔtinet aliqua nō sancta.

Contra. ¶ Ad oppositum Ro.vij.Lex quidez sancta:et in ps̄.Lex dn̄i imaculata ⁊c.Oia igitur que ɔtinet lex sancta sunt ⁊ immaculata:q2 aliter ipsa non posset dici sancta.

Responsio ¶ Solutio ad hoc intelligendum iuxta ap'lm ꝙ lex ɔtinet mādata sancta:iusta ⁊ bona.Cum enim sit triplex genus mandati i lege.s.cerimoniale.morale ⁊ iudiciale:⁊ triplex qualitas respondens singulariter illis trib⁹ vt dicatur mandatū sanctū quātū ad cerimonialia.iustum quantū ad iudicialia.bonū quantū ad moralia.vnde ꝑ hoc vult ipse apostolus notare quasi ꝓprias dispositiones mandatoꝝ ſm sua genera.Nō tn̄ boni currit ꝑ singula.ꝓprie tn̄ dicitur sanctū respectu cerimonialiū.Ad hoc enim fuerūt cerimonialia vt parati essent ad cultū diuinū.⁊ hoc respicit sanctū.Iudicialia vero erant ad puniendū malos.⁊ hoc respicit iustū.Moralia vero cōferebant bonitatē ſz ramos caritatis.qui sunt dilectio dei et proximi.Et ideo proprie dicitur bonū respectu moralium.Unde manifeste ɔtinent moralia in se ipsis bonitatē.

Solu.ad primum ¶ Ad illud quod obijcitur de libello repudij.dōm ꝙ in lege quedā sunt vt iussa.quedam vt permissa.quedam vt ɔsulta.Repudiuz ergo ɔtinebatur in lege vt ꝑmissum et non vt iussuz Unde lex ipsa non fuit ꝑpter repudiū.sed propter libellū.q2 precepit dari libellum.sed non precepit repudium.sed solum permisit.Nam ibi erant tria vnum quod erat in precepto.s.ipse libellus.aliud quod erat i permissione.s.repudiū.ne.s.peius fieret.Tertiuz erat ibi in pena.s.ꝙ repudiatā postea

non ha

non haberent.xxij.Deute.Et sic preceptum legis non fuit repudium.sed libellus:precepit enim libellum contra diuortium.vt.s.mora discipline apponeretur quantum ad diuortium.ne.s.separarētur.sed retraherenrur per scribentes libellum ab hoc malo desiderio:vt per illos disciplinarentur.et hec fuit intentio legis quare precepit prius scribi libellum ꝙ repudiarent quem nō poterant scribere nisi magistri et doctores.⁊ ex hoc apte fuit iusticia.q2 intendebant ꝙ recurrerēt ad magistros ⁊ doctores vt illa facerent ne repudiarēt.Et ideo p̄cepit ꝙ si appeterent diuortiū ꝙ non repudiarent nisi prius facto libello.et vt in illa mora ipsi ab illa mala voluntate cessarent.et sic patet propter quid fuit formatio libelli ante repudiuz.Et hoc est qđ dicit Aug.contra faustū illud de vxore nō dimittenda.quod dominus precepit:cum antiquis dictum sit.Quicunq3 dimiserit vxorem suā det ei libellum repudij.Si diligenter intucamur videbimus non esse ɔtrarium.vtiq3 nolebat vxorē dimitti a viro qui hāc interposuit moram vt in discidiuz animus preceps et libelli conscriptione refractus absisteret:sed quid mali esset vxorez dimittere cogitaret.Presertim q2 vt perhibent apud hebreos scribere litteras hebreas nulli fas erat nisi solum scribis.Et dicit in eodem libellum vir bonus prudensq3 non scriberet nisi in animo nimis aduerso atq3 peruerso consilium concordie non valeret:sic ergo patet ꝙ permisit solum repudiuz ne fieret peius.⁊ non precepit.

Ad secunduz. ⁊ sicut lex eterna nō accusatur nec dicitur iniusta.q2 ꝑmittit mala fieri vt eliciat de illis bonum ⁊ ne fiant peiora.tamen mala non facit:sicut ⁊ lex moysi non erat iniusta.q2 permittebat mala fieri vt vitarentur peiora.s.homicidium nec ideo potest dici ꝙ faciat mala vt veniāt bona q2 non faciebat hoc:sed solum permittebat.Licet enim non possunt fieri mala vt veniant bona:vel vitentur peiora.tamen possunt permitti.

Ad tertium ¶ Ad illud quod obijcitur de odio inimicorū.Dicendum ꝙ de intentione legis non fuit ꝙ haberetur odio inimicus.supple quantum ad suam personam.immo magis intendebat ꝙ diligeretur ⁊ precipiebat Unde in exo.xxiij.p̄cipit lex.Si videris asinū odiētis te iacere sub onere non pertransibis.sed cū eo subleuabis.Ecce si lex ista p̄cepit de re inimici tui quanto magis precepit de inimico tuo vt ei succurras in necessitate.propter hoc dicenduz ꝙ in eo q̄ est inimicus duo sunt.s.natura et vitiū.Naturam ergo inimici tui non debes habere odio:sed poti⁹ diligere.sed vitium in illo debes odire.vn̄ lex non permisit odium inimici quo ad naturam:sed quo ad vitium.vt.s.non odires illum.sed vitium in illo.tamen propter prauum intellectum iudeorum corrigit dominus hoc mandatum in euangelio:et

Augustinus. non q2 lex in hoc male intenderet.Et hoc est quod dicit aug.contra faustum.vnusquisq3 iniqu⁹ homo inquantū iniquus odio habendus est.Inquātum autem homo est diligendus est.Audito igit ⁊ non intellecto ꝙ antiquis dictum erat.odietis inimicum vestrum:ferebantur homines in hominis odium cum deberent nō odisse nisi vitiū.hos corrigit dominus dicendo.Diligite inimicos vestros.precipiendo igitur vt diligam⁹ inimicos cogit nos intelligere quomodo possemus vnum eūdemq3 hominem odisse propter culpam:⁊ diligere propter naturam.

Ad quartum. ¶ Ad aliud quod ostendit ꝙ lex multa inhonesta precipiebat.dicendum qđ inhonestum dicitur tripliciter.s.negatiue priuatiue contrarie.Lex ergo nihil precipiebat inhonestum priuatiue:nec ɔtrarie.sz bene precipiebat aliquod inhonestuz negatiue.q2 precipiebat aliqua que de se non erant honesta:sed ex circunstantia erant honesta.q2 semper ex aliqua causa fiebant iusta ⁊ bona.Aut enim semper ad litteram erat causa honesta:aut significatio honestatis.

Ad quintum Augustinus. ¶ Ad quintuz soluit aug.contra faustū dicens.Illud quod dictum est antiquis.dentem pro dente.oculum pro oculo quomodo contrarium habet quod ait dominus. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in maxillam ⁊c.Quis eniz tandem facile contentus est tantum rependere vindicte quātum recepit iniurie.Huic igitur immoderate ac per hoc iniuste vltioni lex iustum modum figens penam talionis instituit.hoc est vt qualēcunq3 quisq3 intulit iniuriam tale supplicium pendat.Et post dicit cū peccet qui per immoderationem iniurie vult vindicari:non peccat autem qui modum adhibens iuste vindicari vult.Remotior est a peccato iniuste vindicte qui non vult omnino vindicari:peccat enim qui exigit vltra debituz.nō peccat autem qui exigit debitum istud.Tamen q2 dubitabile videt.relinquimus infra disputationi.

Circa secundum .§.ij.

Vtruz omne quod continetur in lege sit bonum. Arg.primum sic proceditur.Et queritur vtrum omne mandatū legis sit bonum. ¶ Ad quod sic.xx.Eze.Dedi eis precepta non bona:⁊ iustificationes non bonas in quibus non viuent.

Secundum ¶ Item omne qđ non est conferens:seu quod est carens vtilitate caret ratione boni:sed mandata cerimonialia erant huiusmodi ꝙ carebant vtilitate:nec conferebant aliq̄d.vn̄ Heb.sexto.Reprobatio fit prioris mandati ꝑpter suam inutilitatem:et loquitur de cerimonialibus ergo cerimonialia sunt non bona.

Tertium. ¶ Item omne quod non confert aliquam commoditatez est nō bonū.Sed talia sunt aliqua cerimonialia.vt non coques hedum in lacte matris:lana et lino nō indueris:non arabis in boue ⁊ asino.Ergo ista mādata sunt non bona.non ergo bonuz est omne mādatum legis.

Contra. ¶ Ad oppositum.j.Thimo.j.Bona est lex si quis ea legitime vtatur:sed nō diceretur bona nisi ea que continet essent bona.¶ Itē deute.xxxj.Non in cassum precepta sunt vobis.et loquitur de vniuersis que scripta sunt i lege.ergo oīa habent vtilitatem.ergo omnia sunt bona.

Rn̄sio ad primum. ¶ Solutio dicendum ꝙ omne mandatum quod continetur in lege est bonum.sed distinguendum est q2 est bonum simpliciter.et istud est bonum ex genere.et ita de se.⁊ est bonum quod dicitur congruuz.et istud est bonum ex circunstantia.quando ergo dicitur dedi eis precepta non bona.verum est qđ prout dicitur non bona de se siue ex genere aliqua erant non bona.tamē ex circūstantia omnia erāt bona.vnde omnia precepta cerimoniarum dicuntur bona de congruo.hoc est ex circunstantia.scilicet quantum ad rationem institutiōis:quia semper ex aliqua bona causa instituebant.et hoc modo loquitur apostolus quod bona est lex.si q̄s ea legitime vtatur.non tamen erant omnia cerimonialia bona de se siue ex genere.Et hoc modo intelligitur illud verbum Ezech.et hoc est quod dicit Augustinus contra faustum.populus enim ille q̄ i corde suo lapideo multa precepta magis ɔgrua ꝙ bona acceperat.quibus tamen figurarentur:et prophetarentur futura.

Ad secunduz. ¶ Ad secundum dicendū quod loquitur ibi apostolus non simpliciter.sz ꝙ tum ad statum noue legis.siue euangelij.quia illa precepta erant in significationem noue gratie siue legis euangelij:que cum venerit sunt illa reprobanda non simpliciter:sed respectu istorum:quia

figurabant ista que iam contigerant. Nota tamē ꝙ in illis preceptis duo attendēda sunt. scilicet significatio ⁊ obseruantia. Uult ergo ꝙ adueniente lege euangelij illa essent reprobanda supple quantum ad obseruantiam. ⁊ nullius vtilitatis: nec deberent amplius obseruari: non tamen quantū ad significationem vult ꝙ sint reprobanda. sed quantum ad hoc sunt vtilia: sed quantū ad obseruātiā est inutilitas eorum respectu status euangelij. Et hoc est quod dicit Augustinus cōtra faustū. Cessationem sabbatorum quidem superuacuam ducimus ad obseruandū. ex quo spes reuelata est nostre quietis eterne. non tamen ad legendum ⁊ intelligendum sacrificia vet. testa. figure nostre fuerunt: et omnia talia multis ⁊ varijs modis vnum sacrificium cuius nunc memoriam celebramus signauerunt. vnde isto reuelato ⁊ suo tempore ablato illa de agendi celebritate sublata sunt: sed in significandi autoritate manserunt.

Ad tertium.

¶ Ad tertiū dicendum ꝙ omnia cerimonialia erant propter aliquam vtilitatem. vnde illorum cerimonialiū quorum non erat ratio manifesta. erat etiam vtilitas primo. scilicet reuocatio ab ydololatria. ipsi enī miseri iudei in venerationem ydolorū habebāt quosdam ritusquos dominus per cerimonialia precepta damnauit. sicut mixturas faciebant in venerationem elementorum que miscentur. que quidem elemēta ipsi adorabāt. ɔtra quod datū est eis mādatum de mixturis ne facerent eas non vestieris lana ⁊ lino ⁊c. Et similiter primos fructus arborū dabant ydolis tanꝙ dijs nature ⁊c. cōtra que oīa vt ab ipsis reuocarentur ad cultum dei data sunt eis precepta cerimonialia. Unde Leuitici. xvij. Nequaꝙ amplius offerrent hostias suas demonijs. Alia fuit vtilitas ipsorum cerimonialium que erāt in signum future gratie quo ad pfectos. Et sic soluendum est ad illam rationem per interēptionem.

Tertio queritur §. iij.

Utrum oē qđ continetur in lege sit iustum Arg. primum Augustinus.

an omne mandatum iustum sit: an contineat aliquod non iustum. ¶ Ad quod sic Augustinus cōtra faustum. Bestialis natura nō peccat quia nihil facit contra legem eternam. Sed iniustum est vt non peccans puniatur pro peccato. ergo iniustum est ꝙ animalia que non peccauerunt puniant pro peccato hominum. Sed tales erant leges sacrificiorum ꝙ quidem animalia non peccantia puniebantur pro peccato hominum ⁊ interficiebantur. ergo erant iniuste. Et hoc etiam est illud quod dictum fuit ab aliquibus. Quid meruere boues: animal sine fraude dolisꝗ.

Secundum

¶ Item de iusticia est: vt qui peccat puniatur. ergo cum solus homo peccet et non animalia. de iusticia est ꝙ solus homo puniatur et non animalia. ⁊ sic leges sacrificiorū erāt iniuste.

Tertium

¶ Item istud ostenditur de iudicialibꝰ qꝛ iusticia est vt pro mensura culpe sit mensura pene Unde Deute. xxv. Pro mensura peccati erit ⁊ plagarum modus: vbi igitur maior culpa debet sequi maior pena. Sed in lege non est inflictio penarum sm quantitatem culparum. ergo et leges iudicialium que penas inferunt sunt iniuste. Minor patet quia Exo. xxij. habet. Pro vno boue furato quinqꝫ boues restituantur. et pro vna oue quattuor. Pro furata vero pecunia si inueniatur fur duplū reddet. ita dicit lex. plus ergo punitur fur bouis ⁊ ouis ꝙ fur pecunie: et tamen est maior culpa ī furto pecunie ꝙ ī furto bouis vel ouis. quia maioris posset esse vtilitatis pecunia possessori suo ꝙ bos vel ouis. ergo non infligitur pena sm quantitatem culpe. non est igitur equitas in pena

Quartum

¶ Item istud patet in lege talionis. quia de iusticia est vt non solum puniatur sed etiam ꝙ fiat restitutio leso Sed in lege talionis non fiebat restitutio leso. Unde non reddebatur ei oculus. sed solum puniebatur peccans. Unde oculum pro oculo ⁊c. In lege vero furti fuit facta restitutio: tamē maioris erat vtilitatis oculus: ꝙ aliqua res temporalis si ergo lex non determinauit aliquam restitutionem ibi: relinquitur ꝙ fuit iniusta non ergo iusta sunt omnia que continentur in lege ⁊ maxime ꝙtum ad lege talionis.

Quintum

¶ Item de iusticia est vt maiori bono reddat maius premium. Unde non est equum iudicium vt equale premium reddatur maiori et minori bono sed lex facit hoc. ergo lex non est iusta. Non ergo omne quod est in lege est iustum. Minor patet. quoniam. xxij. deute. dicitur. Si ambulaueris per viam et inueneris nidum et matrem pullis desuper incubantem: non tenebis eam cum filijs: sed abire patieris. Et post subditur promissio: vt scilicet bene sit tibi ⁊ longouiuas tempore. sed idem premium promittitur honoranti patrem ⁊ matrē xx. exo. quod tamen quasi in infinitum maius est bonum: ergo mandatum istud non est iustū: non sunt ergo iusta omnia que continentur in lege.

Responsio ad primum et secundum

¶ Solutio dicendum ꝙ omnia contenta in lege sunt iusta sicut dictum est: nec est aliquod iniustū contentum in lege Et ꝙ obijcitur de animalibus dicendum. ꝙ non puniuntur pro peccato sed patiuntur pro homine. ⁊ hoc propter vtilitatem hominis. Et multiplex causa est quare patiuntur.

Animalia patiuntur pro homine

Nā esse animalis et suum viuere ⁊ suum mori est pro homine. Unde sicut pro vtilitate hominis et sustentatione quo ad corpus cōueniens est ꝙ interficiantur animalia: ita ꝙtum est ad spiritualē vtilitatem ipsius anime est. illud conueniens est hic autem vtilitas fuit vt per mortem animalium que nihil commiserant ostenderetur ꝙ peccans dignus erat morte eterna. Unde ostendit ei dominus per mortem animalium quantus erat reatꝰ peccati in deum. Et per hoc peccans significaret se dignum morte eterna. Alia vtilitas fuit vt imprimeretur in eis districtio et rigor iusticie diuine. et ostendetur eis. Nam maximus erat rigor iusticie et videbatur ꝙ dominus volebat animalia non peccantia punire vt in hoc legerent discretionem diuine iusticie et rigorem ꝙtum ad ipsos qui peccabunt. Tertia vtilitas fuit reuocatio ab ydololatria: quia ipsi faciebāt sibi ydola sub figuris animalium: et illa colebant et adorabant. et propter hoc vt reuocarentur a cultu ydolorum ad cultum dei: precepit eis dominus immolare animalia: ⁊ talia qualia ipsi nō erant consueti adorare vt esset alter ritus et separarentur a pristino. Quarta vtilitas erat immolationis animalium propter significantiam hostie. quam obtulit saluator pro peccatis omniū. Unde dicit quedā Glos. super Leuit. in principio ꝙ omnes legales hostie christi hostiam figurabant.

Ad tertium

¶ Ad secundum dicendum. ꝙ multis de causis infertur maior pena. Aliquando enim maioritas pene infertur propter maioritatē damni: sicut patet quod lex plus punit illum qui furatur bouem ꝙ qui furatur ouem. Quia pro vno boue debent quinqꝫ restitui: pro vna oue quattuor. et hoc quia magis damnificatur homo in amissione bouis ꝙ ouis. quia vtilior est bos. Similiter aliquando infert lex maiorem penam ratione maioris inclinationis: ⁊ sic maiorem infert penam furanti bouem et ouem ꝙ furanti pecuniā: quia ipsa in custodia

recludit

recluditur. Et ideo quia facilius committitur furtum ouis vel bouis ꝙ pecunie: maior est inclinatio ad furandum bouem vel ouem ꝙ pecuniam: ⁊ ideo plus punit vt ab hac inclinatione retrahat et coherceat. Item infert aliquando maiorem penam ratione maioris facilitatis ⁊ cōsuetudinis: ⁊ ideo plus punit lex furem ꝙ raptorem. punit enim furem in duplo: sed raptorem in quinto solū. Unde non oportet ꝙ reddat nisi quintam partem eius quod rapuit. ⁊ illud quod rapuit. Fur autem reddet adminus duplam partem supra illud quod rapuit Unde Leui. vj. Anima que peccauerit et contempto domino negauerit depositum proximo suo. vel vi aliquid extorserit reddet omnia que per fraudē voluit obtinere integra. ⁊ quintam insuper partē addet domino cui damnum intulerat. Ratio autem huius est maior cōsuetudo ⁊ facilitas. Maior enim cohertio magis est necessaria vbi est maior cōsuetudo. maior est autem cōsuetudo ⁊ pronitas ad furandum ꝙ ad rapiendum: qꝛ fur locum habet furandi in ciuitate ⁊ extra. vnde ī omni loco furatur raptor non. immo solum extra portam ciuitatis. ⁊ ideo maior est cohertio per penam ad declinandū a furto ꝙ a rapina. Et hec est intētio legis: hoc autem iustum est simpliciter.

Ad quartum

¶ Ad quartum dicendum ꝙ pena legis aliquando est sm equitatē. aliquando sm districtionem. In pena talionis est equitas et non districtio: qꝛ non punitur peccans plus ꝙ commisit. Unde oculum pro oculo: dentē pro dente ⁊c. ⁊ ratio est. In illis enim peccatis que fiunt mouente concupiscentia punit lex sm districtionem. In illis autem que fiunt mouente ira punit sm equitatem: ⁊ hoc est quia motus concupiscentie pronior est ⁊ prior ꝙ motus ire. Unde Damas. ira est audax vindex concupiscentie lese. Propter quod patet ꝙ motus concupiscentie precedit motum ire ⁊ pronior est. vnde tota corruptio ⁊ totus fluxus malicie est ex parte concupiscentie. Et propter hoc peccata que sunt mouente cōcupiscētia punit sm districtionē: ⁊ determinat in illis restitutionem: sicut patet in furto. sed non sic est de ira. Et propter hoc lex talionis que punit peccata talia que fiunt mouente ira punit sm equitatem. nō sm districtionem. Unde non determinat restitutionem aliquam: sed solum penam infert equalem peccanti.

Ad quintum.

¶ Ad quintum dicendum ꝙ premiū maius aliquando attendit ratione maioris boni. aliquando ratione maioris mali vitandi. Ratio ergo precepti de dimissione matris super pullos incubātis. fuit vitatio maximi mali videlicet ydololatrie cōsuetudo. quia ipsi iudei ydololatre faciebant cōiecturationes suas et auguria in cantu talium auium siue garritu. et similiter in aliquibus mēbris sicut in extis. vt ergo dimitteretur consuetudo ista: ⁊ intenti essent ad cultum dei promittebatur equale premium pietatis que erat in dimissione matris incubantis super pullos: ⁊ pietatis que erat in honorando patrem. ⁊ rō fuit ad maximum malum vitandum sicut dictum est. Aliter dicēdum scilicet ꝙ retributiones promisse non semper fiebāt sm equitatem correspondentem meritis obseruātie mandatorum. sed quandoqꝫ sm beneplacitum promittentis considerata congruitate aliqua tātum promittebatur minus merenti quantum magis siue idem. vnde sicut complacuit diuine voluntati promittere longeuitatem liberis propter sustētationem eorum inesse a quibus habebant esse: similiter complacuit diuine volūtati pmittere longeuitatem permittentibus matrem pullorum viuere vt ad hoc pullificaret siue pullos multiplicaret ad sustentationem vite proximorum. Preterea multa erant motiua ad honorandum parentes. s. natura. siue inclinatio nature. debitū. affectio pietatis ⁊ huiusmodi. quorum nullum erat motiuum ad promittendum matrem pullorum viuere: propter quod conueniebat vt maioris fieret pmissio ex ista pte ꝙ ex illa. maioris dico habito respectu ad aliud mandatum

Membrum tertium.

De lege moysi quantū ad impletionem per xpm.

Consequenter querit de lege moysi quātum ad impletionem per xpm propter illud verbum quod dicitur math. v. nō veni soluere legem ⁊c. Primo an xps legem impleuit et quomodo impleuit. Secundo querit an impleuit omnia.

Articulus primus.

Queritur an xps legem impleuit Arg. primum ꝙ nō impleuit.

Ad primum sic obijcitur. Omnis agens contra ea que legis sunt est soluēs legem xps est agens contra ea que legis sunt. ergo est soluens legē. Minor patet math. viij. habetur ꝙ extendens manū tetigit leprosum sed hoc erat prohibitum in lege. ergo fecit cōtra legem: ⁊ ita soluit eam. sed nullus talis est implens legem. ergo xps non impleuit legem.

Secundum

¶ Si ad primam propositionem dicatur ꝙ vera est de his qui sunt subiecti legi: sed xps non erat subiectus legi Tunc obijcitur xps ante baptismum inuenitur legem impleuisse ⁊ fecisse ea que erant legis: sed post baptismum non fecit ea que erant legis generaliter immo aliqua sic: aliqua non sm qđ ei placebat. ergo post baptismum faciebat aliqua contra legem ergo ipsam soluebat. Sed tamen tunc non erat legi subiectus. ergo non oportet ad hoc ꝙ aliquis soluat legem: ꝙ sit legi subiectus.

Tertium

¶ Item Matthei viij. Uade ⁊ ostende te sacerdotibꝰ: glo. Mittit ad sacerdotes ne legem soluere videretur. Uult ergo dicere gl. ꝙ nisi misisset ad sacerdotes qđ soluisset legem. Sed mitti ad sacerdotes hoc erat figurale. Et soluisset legē nisi hoc fecisset. ergo similiter soluit legem in tangendo leprosum: quia prohibitum erat in lege et figurale. sed nullus talis implet legem. ergo xps non impleuit legem.

Quartum

¶ Item dominus legis faciens contra legem dicitur soluere legem. aliter tamen ꝙ subditus legi faciens contra eam qꝛ primus dicitur soluere irreprehensibiliter alius autem reprehensibiliter. Sed xps qui est dominus legis inuenitur fecisse contra legem. ergo soluit legem. licet tamen irreprehensibiliter. Sed nullus soluens legem siue reprehēsibiliter: siue irreprehensibiliter implet legem. immo est contrarius legi. ergo xps non impleuit legem.

Quintum. Obijcitur de iuramento

¶ Item dicitur in lege. Reddes domino tuo iuramenta tua hoc est preceptum morale iudiciale. sed xps precepit contrarium huius. Math. v. cum dixit. ego autem dico vobis non iurare omnino. ergo soluit legem quantum ad moralia. et non impleuit.

Sextum. de sacer. trāslato.

¶ Itē vij. ad Hebr. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Sed translatum est sacerdotium per xpm. ergo legis translatio fit per xpm. sed vbi est legis trāslatio est legis mutatio. et vbi est legis mutatio non est legis impletio. ergo per xpm non est impleta lex.

Septimum

¶ Item. ij. Corin. iij. Si quod euacuatur per gloriam est. Multo magis quod manet in gloria est et appellat illud quod euacuatur legē moysi. illud quod manet legem euangelij. Ex hoc sic obijcitur. Nihil quod euacuatur ⁊ non manet inquantum huiusmodi impletum est. Sed lex moysi per xpm ⁊ gloriam eius euacuatur ⁊ non manet

sicut habetur ibi.ergo per xpm non impletur

Octauum.

¶ Item Ro.xiii.Qui diligit proximum legem impleuit &c. si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur:glossa.idest continetur & impletur Ex quo obijcitur sic.Nihil quod impletum est indiget impletione.sed mandata legis habent mandatum de dilectione proximi in quo impletur.ergo non indigent impletione illa.ergo non impletur per xpm.

Nonum

¶ Item.i.ad thi.i.Finis precepti caritas.Glo.Impletio et consummatio legis est caritas:et hec gemina est.s.dei & proximi.tota enim magnitudinem & amplitudinem diuinorum eloquiorum secura possidet caritas qua deum proximumque diligimus que radix est omnium bonorum.Si ergo per mandatum de caritate impletur lex.non ergo per xpm impletur lex.

Contra.

¶ Ad oppositum omnis qui addit rei quod ei deest & figure exhibet quod figurat.implet rem et ipsum signum siue figuram.sed in lege erant precepta vite agende.scilicet moralia et precepta vite significande.scilicet figuralia sicut dicit augu.contra faustum:& mandatis vite agende addidit quod deerat.sicut patet Math.v.mandatis vite significande.scilicet figuralibus exhibuit quod figurabant.vnde super illud Math.v.Nolite putare quod veni soluere legem.Glo.Adimplet xps verum premissis ad incohationem vite agende superaddidit plura ad perfectionem moralium preceptorum:& que figuris tegebantur & futura figurabant in se perfecit et in ecclesia:sine quo figure vacue essent & sine effectu.generaliter ergo xps legem impleuit.

Responsio

¶ Solutio dicendum quod xps homo impleuit legem:sicut ipsemet testatur ex ore suo.Mathei.v.cum dicit.Non veni legem soluere:sed adimplere.differenter tamen eam adimpleuit.quia sicut in lege sunt tria.s.iudicialia.moralia.figuralia. sic fuit modus implendi generaliter legem a xpo.

Christus impleuit figuralia.

figuralia enim impleuit.sed hoc tripliciter.s.per terminationem:per exhibitionem:per manifestationem secundum tria que sunt consideranda in figuralibus scilicet obseruantia.significantia.figura.Impleuit ergo figuralia per terminationem quantum ad obseruantiam.secundum quod dicit Augu.contra faustum de preceptis et sacramentis vete.testa.

Augustinus

Sepe ac multa iam diximus vt intelligeretur aliud ibi fuisse quod per gratiam noui testamenti faciendo donaretur implendum.aliud quod per veritatem patefactam remouendo demonstraretur impletum.Item impleuit figuralia per manifestationem quantum ad significantiam secundum quod dicit augu.contra faustum Aliud erat quo hoc oportebat per figuratas prophetias pronunciari.& aliud est quo hoc iam oportet per manifestam veritatem:redditamque adimpleri.Item impleuit figuralia per exhibitionem quo ad figuram scilicet exhibendo illud quod figurabant.Et hoc est quod dicit Augu.contra faustum. Impletur lex.vel cum fiunt que ibi precepta sunt. vel cum ibi exhibentur que ibi prohibita sunt.

¶ Item alius est modus implendi quo impleuit ipsa moralia.et iste est per perfectam boni operationem.

Que ad perfectam operationem boni requiruntur.

Sed ad perfectam boni operationem tria requiruntur.s.boni cognitio.boni executio.& post casum releuatio.Et sic impleuit moralia quantum ad perfectam boni cognitionem.quantum ad executionem:& quantum ad releuationem post casum.

Primus modus implendi moralia

Quantum autem ad perfectam boni cognitionem tripliciter impleuit.quia ad hoc quod sit perfecta boni cognitio oportet quod sit mali cognitio perfecte.& quod sit boni cognitio perfecte.Item oportet quod sit melioris cognitio:& secundum hoc est perfectio moralium in euangelio.Implet enim ea quantum ad perfectam mali cognitionem.Cum dicit dictum est antiquis: Non occides.Et ego dico vobis non irasceris:et sic de alijs prohibitionibus mali quas addit prohibitionibus legis.Similiter & quantum ad perfectam boni cognitionem cum dicit.Diligite inimicos vestros.Item implet ea quantum ad cognitionem melioris.Sicut cum ipse addit consilio vt si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes & da pauperibus.Et sic ergo impleuit ea quantum ad cognitionem.et hunc modum implendi tangit Augu.contra faustum.

Augustinus

quia non intelligebant iudei homicidium nisi per peremptionem corporis humani per quam vita priuaretur aperuit dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputati.Unde & Joh.dicit.qui odit fratrem suum homicida est.Et quoniam putabant tantummodo corporalem cum femina illicitam commixtionem vocari mechiam demonstrauit.magister etiam talem concupiscentiam nihil aliud esse.Fuit ergo iste modus implendi in hoc quod dominus manifestauit quid bonum & quid malum.et quid melius.super Math.v.glo.Cris.mandatum xpi non est contrarium legi:sed latio in se continens legem:qui non irascitur non occidit.sed non econuerso.Licentia irascendi causa est homicidij.tolle iram & non fit homicidium.

Secundus modus

Secundus modus implendi moralia fuit in dando gratiam ad perfectam boni executionem.quod non datur per legem.Et hoc tangit Augu.contra faustum. Lex preuaricationis reatu superbos deuinxit augendo peccatum cum iubet quod adimplere non possunt ipsius legis impletur iusticia per gratiam spiritus in eis qui discunt a xpo mites esse atque humiles corde.

Tertius modus

Tertius modus implendi moralia fuit in releuando post casum quod non faciebat lex.et hunc modum ponit Augu.contra faustum.dicens. Quia sub gratia positis in hac mortali vita difficile est omnino implere quod in lege scriptum est. non concupisces.illic per carnis sue sacrificium sacerdos effectus impetrat vobis indulgentiam etiam hic adimplens legem.vt quod per nostram infirmitatem minus possumus per illius perfectionem recuperetur cuius capitis membra effecti sumus.vsi vult quod nobis ipse impetret indulgentiam post casum vt releuemur postquam transgressi sumus:quod non poterat lex facere.immo damnabat tales.

Christus impleuit iudicialia.

¶ Ulterius ipse impleuit iudicialia vt.s.facerent declinare a malo.non tamen perfecte hoc faciebant. quia triplex est malum.s.malum secundum se:& hoc est malum quo ad omnes:& tale fuit repudium siue illicita separatio maris et femine contra ordinem matrimonij.Est etiam malum ex concomitantia:& hoc est malum quo ad plures:et frequenter.et tale fuit talio.Licet enim possit aliquando accipi iuste:aliquando vindicta vel talio.est tamen malum in pluribus:& frequenter:quia vix potest fieri sine libidine vindicte.Est etiam malum ex occasione.et hoc est malum raro et in paucioribus.tale fuit iurare. Jurare enim licet in se bonum sit.& non simpliciter malum:tamen aliquando prebebat occasionem mali.scilicet periurij.scilicet cum fiebat.frequenter tamen erat ad declinandum malum.Unde Hebre.septimo.Omnis controuersie finis est iuramentum.Sed non perfecte declinabant ista iudicialia a malo facta autem est perfecta declinatio per xpm Unde contra iudiciale de iuramento dicit.Non iurabis omnino.contra repudium dixit.Quicunque dimiserit vxorem sine causa facit eam mechari. Contra talionem dixit.dico vobis non resistere malo.et hoc fecit vt perfecte nos faceret declinare a

malo

malo.Et hoc est quod dicit Aug.contra faustum. quia periurare graue peccatum est.Jurare autem sicut verum iurare nullum peccatum est.sed longius remotus est a falsum iurando qui nec iurare consueuit quam qui verum iurare.nam iurare procliue est ad periurium.Maluit dominus nos non iurantes recedere a vero quam verum iurantes propinquare periurio.Similiter dicit de talione:sicut in iurando etiam qui verum iurat propinquat piurio vnde etiam longe abest qui omnino non iurat.et quamuis non peccet qui verum iuret:remotior tamen a peccato est qui non iurat .vnde admonitio non iurandi conseruatio est a peccato periurij. Item cum peccet qui per immoderationem iniuste vult vindicari.non peccet autem qui immoderatione adhibita iuste vindicari vult .remotior tamen est a peccato iniuste vindicte qui non vult omnino vindicari. Et sic cum lex istud concederet propter declinationem a malo:xps implet per perfectam declinationem:cum iubet omnino non iurare:nec resistere malo.Similiter de repudio dicit aug.illud de vxore non dimittenda:quod dominus precipit Math.v.cum antiquis dictum sit.Quicunque dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij.si diligenter intueamur videbimus non esse contrarium vtique nolebat vxorem dimitti a viro quam hanc interposuit moram:vt in discidium animus preceps et libelli conscriptione refractus absisteret:& quid mali esset vxorem dimittere cogitaret.presertim vt perhibent apud hebreos scribere litteras hebreas nulli fas erat nisi solum scribis:cum et excellentiorem profiterentur sapientiam:et si eorum essent equitate ac pietate prediti:& non tantum profiterentur immo etiam sectarentur.Ad hos igitur quos oportet prudentes esse legis interpretes et iustos dissidij dissuasores lex mittere voluit eum quem iussit libellum repudij dare si dimisisset vxorem.hoc autem impleuit saluator cum iussit vxorem omnino non dimittere.

Sol.ad argumenta

¶ Ad rationes ergo in contrarium & primo ad primum dicendum quod solutio figuralium est dupliciter:vel quantum ad figuram .vel quantum ad veritatem figure.Quantum ergo ad figuram aliqua soluit et fecit contrarium figure.sed non quantum ad interiorem figure veritatem.Et hoc est quod dicit glo.super illud Mathei.v.Nolite putare quia veni legem soluere.sed adimplere.xps legem impleuit quia exteriores legis figuras soluens impleuit veritatem interiorem:& sic patet quomodo soluit et impleuit figuralia.quia impleuit quo ad veritatem interiorem exhibendo eam.

Ad quintum

¶ Ad illud quod obijcit de iurare quod est et morale et iudiciale quod dominus fecit contrarium.dicendum sicut dictum est.reddere iuramentum in lege erat ad declinationem mali.Sed illud quod dominus addidit fuit ad maiorem declinationem.scilicet omnino non iurare.Qui enim non iurat longius est a piurio quam si etiam verum iuret.Et propter hoc maluit dominus nos non iurantes recedere a vero.quam verum iurantes appropinquare periurio.Et sic eadem fuit intentio xpi et legis.cum dicit reddes domino iuramenta tua.scilicet longe fieri a periurio.

Ad sextum

¶ Ad illud quod obijcit translato sacerdotio &c.dicendum quod per sacerdotium xpi non est mutatio moralium.sed completio.Sed de figuralibus loquendum est dupliciter vel quantum ad obseruantiam:vel quantum ad autoritatem significandi:quantum ad obseruantiam est mutatio eorum translato sacerdotio.sed non quantum ad autoritatem significandi.immo adhuc habent eam vt possit adhuc homo legere in ipsis .sed quod prius significabant vt futurum.modo significant vt preteritum.& sic remanent significantia non mutata.Et hoc est quod dicit August.contra faustum cessationem sabbatorum superuacuam ducimus ad obseruandum ex quo species reuelata est nostre quietis eterne.non tamen ad legendum et intelligendum sacrificia veter.testa.figure nostre fuerunt & omnia talia multis & varijs modis vnum sacrificium cuius nunc memoriam celebramus figurauerunt.vnde isto reuelato et suo tempore oblato illa de agendi celebritate sublata sunt.sed in significandi autoritate manserunt.

Ad septimum

¶ Ad septimum patet solutio quoniam euacuatur quantum ad obseruantiam:sed non quantum ad autoritatem significandi.

Ad octauum & nonum.

¶ Ad octauam et nonam rationem .dicendum quod aliter erat preceptum de dilectione dei & proximi in lege & in euangelio.quia secundum formam legis preceptum caritatis erat cum promissione boni temporalis incitantis ad amorem xpi et proximi & promouentis.Et ideo erat ibi mandatum de dilectione imperfecta.scilicet tracta per bonum temporale.et ideo indigebat adhuc impleri.Sed illud quod additum est a xpo impleuit hoc.Unde in euangelio in precepto de dilectione dei non allicitur homo ad caritatem per bona temporalia:sed allicitur solum eternis.vnde precepto isti addidit dominus in euangelio totis viribus.Luce.x.Tunc enim totis viribus diligitur deus quando est plena abdicatio boni temporalis:& remanet sola spes boni eterni.& hec est perfecta dilectio:& sic solum bonis eternis trahitur homo ad amorem dei in euangelio:& ideo est ibi preceptum de dilectione perfecta.Et in hac est perfecta instauratio aliorum:non secundum quod datum est.sed secundum formam legis.Et sic per xpm est impletum mandatum de caritate quod datum erat secundum formam legis:hoc est quod dicit Augustinus contra faustum.temporalium rerum promissiones testamento veteri contineri.& ideo testamentum vetus appellari nemo vestrum ambiget quod eterne vite promissio regnum celorum ad no.test. pertinet.

Queritur de modo implendi.

¶ Ad secundum quod queritur de modo implendi.dicendum quod omnes isti modi possunt ibi assignari.Quedam enim per executionem impleuit.sed non omnia.immo solum expedientia.quedam per additionem.vt moralia.per exhibitionem quantum ad figuralia:quantum ad veritatem interiorem exhibendo eam:per terminationem quantum ad obseruantiam eorum. per declarationem quantum ad omnia.Rationes in contrarium quarum non patet solutio soluentur inferius: maxime quantum ad istud quod obijcit de circuncisione:& de non concupiscere.quod etiam prohibetur in lege sicut in euangelio christi

Articulus secundus.

An xps impleuit omnia.

Consequenter queritur quorum est impletio facta per xpm:an generaliter omnium vel non. ¶ Ad quod sic mathei.v.Non veni soluere legem &c.Glo.Significantia per impletionem consummentur.ex quo patet quod consummata sunt ibi omnia que legis sunt.& similiter Mathei.vij.in fine.cum consummasset Jesus sermones hos.Glo.Nihil imperfectionis habet hic sermo.ergo in sermone de monte consummauit Jesus omnia que erant in lege.

Argumentum primum.

¶ Ad oppositum. non fecit ibi mentionem de cerimonialibus.ergo non impleuit illa.ergo non omnia ibi consummantur.

Secundum

¶ Item cerimonialia transeunt quantum ad obseruantiam.ergo ibi non implentur.

¶ Similiter de iudicialibus constat quod non impleuit ibi omnia.quia de multis iudicialibus non fit

ibi mentio.sed solũ de tribus.s.de talione et repudio et de iuramento prout est iudiciale ꝑtinet.s.ē ad terminandũ causas et ꝯtrouersias.Silr de mora-

Tertiuz

libus ptz.ꝙ non implent ibi vniuersaliter a dño.qꝛ ꝑcepta prime tabule nõ ponunt ibi.sed illa erãt precipua precepta:qꝛ ordinabãt ad deuz.precepta secunde ad proximũ ergo dimisit precipua ad implendũ.

Quartum.

¶Similiter illud videt de ꝑceptis scđe tabule:qꝛ ibi nũꝙ fit mentio de isto mãdato.Honora patrē.qđ est secũde tabule ergo nõ implētur ibi.nõ ergo vniuersaliter implentur ibi moralia.¶Item ꝙtũ ad mãdatum de ꝯcupiscentia istud patet:qꝛ in lege dicitur.Nõ cõcupisces.nec plus addit euãgeliũ:ergo nõ implet ibi.¶Si dicatur ꝙ in lege loquit solũ de concupiscentia ꝓgressiua in actum exteriorē.euangelium autē cum hoc ꝓhibet cõcupiscentiã interiorē.Contra.Ro.vij.cõcupiscētiã nesciebã eē pctm̃:nisi lex diceret ñ ꝯcupisces sed falsuz videt.qđ dicit apostolus Nisi lex prohiberet ꝯcupiscentiã interiorē:qꝛ loquitur de interiori.¶Itē in lege ꝓhibetur ꝯcupiscētia mulieris et rerũ:in sermone aũt dñi solũ ꝯcupiscentiã

Quintum.

mulieris.¶Itē super illõ ꝯcupiscentiã nesciebaz nisi lex diceret &c.gl.Bona ē lex q̃ dũ hoc ꝓhibet oĩa mala ꝓhibet.ergo ĩ lege ꝓhibitiõis ꝯcupiscētie omnia mala ꝓhibent.ergo nihil addidit euãgelium.¶Item ibi dicit glo.Nõ ex ꝯcupiscentia oĩa mala veniũt.ergo ꝓhibendo ꝯcupiscentiã ꝓhibet lex causam oĩm malorũ.ergo ꝓhibent et abscindũtur in lege oĩa mala in sua causa.ergo lex ē in sua plenitudine Nõ ergo implentur moralia ꝑ euangeliũ xp̃i:maxime ꝙtum ad hoc mandatum non concupisces:xp̃s ergo non impleuit omnia.

Responsio Augustinus

¶Solutio dicēdũ.ſm ꝙ dicit aug.cõtra faustuz Lex per moysem data est gratia et veritas ꝑ iesum xp̃m facta est.et sumptũ est.Joh.j.Secundũ hoc ergo dicendum ꝙ lex impletur dupliciter a xp̃o ꝑ modum gratie et per modum veritatis.Unde dicit de preceptis et sacramen.vete.testa.Sepe ac multa iam diximus vt intelligeretur aliquid ibi fuisse quod per gratiam noui testamenti faciendo donaretur implendum.aliud quod per veritatem patefactam remouendo demonstraretur impletum Per modum autem gratie dupliciter.vno modo eo quod datur gratia executiõis.Alio modo eo qđ datur gratia releuationis post casum.hec eñ duplex gratia necessaria est operanti ad hoc ꝙ exeq̃tur opus suum.et maxime secunda eo ꝙ contingit cadere propter infirmitatē.xp̃s vero implet legez quia precipit et dat gratiam exequendi siue implēdi.Lex autem solum precipit:sed non dat gratiam ad implendum.Unde Aug.contra faustũ.Lex superbos preuaricationis reatu deuinxit augendo peccatum.cum iubet quod adimplere nõ possunt ipsius legis impletur iusticia per gratiaz spiritus in eis qui discũt a xp̃o mites esse atqꝫ humiles corde.Alio modo impleuit conferendo gratiam releuantem.et sic dicit ibi Aug.qꝛ sub gratia positis ĩ hac mortali vita difficile est omni mõ implere qđ in lege scriptum est.non concupisces illic per carnis sue sacrificium:sacerdos effectus nobis impetret indulgentiam hic adimplens legem.vt quod per nostram infirmitatem minus possumus per illius perfectionem recuperetur.Per modum autem veritatis est impletio multipliciter vt repetamus breuiter predicta.quia valde vtilis est materia.scilicet quantum ad figuralia moralia et iudicialia.Quantuz ad figuralia est triplex modus q̃ dictus est.s.per terminationem ꝙtuz ad obseruantiam.et ex hoc dicitur impletio ꝙ cessat ista et succedit alia melior obseruantia:implentur etiaz per manifestationem quo ad significantia.per exhibitionem quo ad figuraz.Similiter impletio moralium tripliciter.vt visum est plenius:maxime quo ad cognitionem triplicem:quia ĩ perfecta boni operatione oportet ꝙ concurrat perfecta noticia mali.hoc non dedit lex.immo quando dixit non occides solum de actu exteriori dedit noticiam.Sz xp̃s dicendo non irasceris addidit noticiam mali act9 interioris.Similiter datur in euangelio perfecta noticia boni.Cũ dicitur diligite inimicos vestros et non in lege.Ulterius in lege est consummatio.scilicet perfecta noticia melioris quod est cõsilio.Matthei.xix.Si vis perfectus esse vade et vende omnia &c.Similiter vt dictum est quantũ ad moralia que erant in declinatione mali est triplex impletio.Quod ergo queritur vtrum omnia implentur per xp̃m.Dicendum sicut dicit glo.super illud Matthei.v.Non veni legem soluere &c.xp̃s est legis et prophetarum virtus per quaz omnia implētur.ergo omnia implentur per xp̃m.Et in sermone generali de monte.

Solutio ad argu.j.

¶Ad aliud ergo quod obijcitur in contrarium.dicenduz ꝙ sunt moralia prime tabule et secunde.Moralia prime tabule ordinant animam ad deum Moralia autem secunde tabule ad proximum.ſm hoc ergo dicenduz quod omnia cerimonialia dependebant a mãdatis prime tabule:quia omnia erant data ad diuinuz cultum:et vt homo reuocaretur ab ydololatria sicut dictum est.et ideo ordinabant ad deum:et reducebantur ad moralia prime tabule.et ideo implent cerimonialia in illis sicut in causa.Judicialia vero quia erant ad conseruandam pacem ad proximuz dependebant a moralibus secunde tabule q̃ erant ad proximum.et ideo implentur in illis.Et ita nõ oportuit fieri mentionem cerimonialium et iudicialium per illum modum quo dabantur per legem in impletione legis Math.v.quia impletio illorum fuit in cã:et sic patet vbi illa impleta sunt

Ad secundum

¶Ad illud quod obijcitur.quod non fit mentio de mandatis prime tabule dicenduz ꝙ anima habet in se partem qua ordinatur ad superiora sicut ad deum:et qua ordinatur ad inferiora sicut ad proximũ.Et ſm hunc duplicem ordinem duplex tabula est:Et dicuntur mandata prime tabule:que pertinent ad ordinem anime ad deum.Mandata secunde tabule que pertinent ad ordinem anime ad proximum et ſm hoc habet anima duplicez impletionem.et est impletio istorum mandatorũ In illa ergo parte.attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus.et est impletio omniũ que pertinent ad ordinem anime ad deum.Et sic est ibi impletio moralium prime tabule.

Ad tertium

¶Et quod obijcitur.quod non fit ibi mentio de illis dicendum ꝙ conuersio anime in deum est dupliciter scilicet sicut in suum principium:et sicut in suum finem.et hec secunda est conuersio perfecta.Intentio ergo legis ꝙtum ad mãdata prime tabule erat vt conuerteretur anima in deum tãꝙ in suum principiuz.vnde intendebat lex.vt per exhibitum beneficium recogitaret anima creatorez suum et adoraret.Sed vlterius per legem christi est conuersio anime ad deum tanꝙ in suum finez Et hec est conuersio perfecta hic est qua non reuertitur in ipsum vt in principium propter beneficium acceptum:immo tota intentio fertur in ipsum sicut in finem.Et sic mandata prime tabule implentur per euangelium.quia per ipsum fit perfecta anime in deum conuersio:per illa autē nõ Quare autem non fit ibi mētio de ipsis.patet.qꝛ

mandatis

mandatis prime tabule per euangeliũ non fit aliqua additio formaliter que quidem fit sicut forme ad materiam.sed est additio sicut finis:hoc est ex parte ordinis ad finem sed non fit illis additio sicut ad materiam.vnde illis nihil addit.finis eniz extra est et non intra.et propter hoc non est necesse fieri mentionem de ipsis propter istaz additionē Sed mandatis secunde tabule de quib9 fit ibi mētio est additio sicut forme ad materiã.quando scilicet ei quod est non occidere.addit non irasci.Affectus enim est sicut forma ad actũ.Et ideo oportet de illis fieri mentionem ad sui completionem non autem de istis.

Ad quartum

¶Ad aliud dicendum ꝙ mãdata secunde tabule ibi implentur.Per illa enim est ordo ad proximum.sed hoc dupliciter.scz scđm beneficentiam.cum dicitur honora patrem:et ſm innocentiam cum dicitur non occides.Scđm autem beneficentiam erat ordo imperfectus in lege quia erat solum in parte.s.ad proximum.quia nõ precipiebat honorem nisi patri.sed per euangeliũ est ordo iste perfectus:quia precipit beneficentiaz non solum patri.sed etiam fratri et amico.et etiam inimico.vnde dicit lex euangelij.Qui petit a te da sibi.Et etiam dicit orate pro persequentibus vos Similiter ordo ſm innocentiam ad proximuz per legem erat imperfectus:qꝛ ibi erat solum prohibitus actus nocendi in verbo:in opere:in voluntate In opere cum dicit non occides:qꝛ vero vlteri9 est actus nocendi in affectu prohibet xp̃s illum cum dicit non irasceris &c.et sic implet quantuz ad hoc quod erat diminutum.Item lex prohibet actũ nocendi in verbo cum dicit.Non falsum testimoniũ dices:quantum ad hoc xp̃s implet cum dicit.Sit sermo vester est est:nõ non.Similiter in expetitione vindicte q̃ est in talione addit non resistere malo.Similiter lex prohibet actum nocendi in voluntate cum dicit.Non concupisces rem proximi tui Christus autem implet vlterius cum docet homines erogare sua:non eñ cõcupiscit aliena qui erogat sua.

Ad quintum

¶Ad aliud:quod obijcitur ꝙ bona est lex que dum concupiscentiam prohibet &c.dicendum ꝙ verum est quodammodo in causa.Sed notandum ꝙ aliud est de virtute legis et forma legis.attendendo enim virtutem legis lex prohibet cõcupiscentiam.non solum exteriorem:sed interiorem quia puniendo exteriorem reprobabat interiorez.Sed attendendo formam legis ſm ꝙ punit pena temporali.dicendum ꝙ non.Non enim punit cõcupiscentiam interiorez.Et ratio huius est:qꝛ lex Moysi nũꝙ punit nisi sub testimonio et maxime pluriũ.Unde.xxxv.Nume.dicit homicida sub testibus punietur ad vnius testimonium nullus cõdemnabitur.nullus autē potest ferre testimoniuz de concupiscentia interiori.et ideo ſm formam legis qua punit non prohibebat eam.sed soluz exteriorem progressiuam.prohibebat enim manũ:nõ animum.quia puniebat manum non animum Si ergo cõsideretur illud quod cadebat in forma legis non prohibetur interior motus:sed soluz exterius progrediens

Membrum quartum.

De obseruantia legis quantum ad onus

Consequenter inquirendum est de obseruantia legis ꝙtum ad onus:et hoc est querere qđ magis oneret an lex.an euangeliuz.Et primo ex parte oneris Secundo ex parte ferētis.Quantum ad primum duo queruntur.Primo an obseruantia legis magis oneret quantum ad facultatem preceptorum.Scđo an magis oneret ꝙtũ ad numerũ ꝑceptorũ

Articulus primus.

An obseruantia legis difficilior sit ꝑceptis euangelicis &c.

Ad primum queritur an obseruantia legis magis oneret quantum ad difficultatem preceptorum ꝙ obseruantia euãgelij.vel econuerso.¶Ad quod sic.oĩs obseruantia que est difficilior ad exequendum magis onerat.Sed obseruantia preceptorum euãgelij difficilior est ad implendum ꝙ obseruantia preceptorum legis.ergo onus euangelij maius est et grauius quantum ad difficultatem preceptorum ꝙ onus legis.Minor patet Johan.Crisosto.sup illud Math.v.Qui soluerit vnũ de mãdatis istis minimis dicit.mandata moysi in actu quidem facilia sunt:et ideo in remuneratione modica sunt.ĩ transgressione vero magna.Mandata autem xp̃i in actu quidem difficilia sunt:et ideo in remuneratione magna.in transgressione vero parua sunt Sunt ergo difficiliora mandata xp̃i siue euangelij ꝙ mandata legis.¶Item.j.Johan.iij.In hoc cognouimus caritatem dei:quoniam ille animã suam pro nobis posuit.et nos debemus pro fratribus animam ponere.hoc autem difficillimuz est.Sed ad hoc non tenemur ex lege.sed ex euangelio ergo magis onerat euangelium quantum ad difficultatem preceptorum ꝙ lex.¶Item quantũ ad animam penitentem istud patet:quia in lege anime penitenti determinatur vnum quod est commune cum anima penitente tempore gratie.scilicet sacrificium deo spiritus cõtribulatus &c.vltra hoc pro satisfactione determinatur in lege satisfactio ĩ carne aliena.scilicet ĩ carne animalis quod eam sacrificet domino sicut patet per totuz Leui.sed in euangelio determinatur satisfactio ĩ carne propria vt propriam carnez mortificet et sacrificet domino et non alienam:sed hoc est grauius et difficilius ꝙ mortificare carnem alienam.ergo difficilior est obseruantia legis euangelij ꝙ legis:et ita onus grauius.Quod autē precipiatur ita ſm euãgelium patet Ro.vj.Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem.ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem.et Ro.xij.Obsecro vos fratres vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuētē &c.¶Item talis est comparatio existentium temporis legis ad existentes tempore gratie vel euangelij.qualis est comparatio paruulorũ ad adultos.Gala.iiij.Cum essemus paruuli sub elemētis mũdi eramus seruientes &c.Sed paruulis non sunt onera grauia imponēda.immo adultis.ergo summa sapientia que omnia cum discretione facit nõ imposuit grauius onus:immo leuius existentibus sub lege ꝙ existentibus sub euangelio.Ergo difficilius est onus euangelij ꝙ legis.

Contra.

¶Ad oppositũ Matthei.xj.Jugum meuz suaue est et onus meuz leue.Et loquitur de onere euangelij per comparationem ad legem.Ergo vult dicere saluator in euãgelio quod leuius sit onus euangelij et suauius ꝙ onus legis.¶Item eodē.c.dicit.venite ad me oēs qui laboratis scilicet per legem:quia ibi loquitur per comparationem euãgelij ad legē.¶Itē actuũ xv.dicit beatus petrus.Qui tētatis imponere iugum super ceruicem discipulorum:quod neqꝫ nos neqꝫ patres nostri portare potuim9.Ergo ita difficile est onus legis quod nullus potest portare:nec potuit.ergo difficilius est ꝙ onus euangelij

Responsio

¶Solutio dicēdum quod duobus modis est difficultas oneris:aut quantum ad actum.aut quãtum ad affectum.Quantum ad actũ duobus modis est difficultas oneris.quia vel respectu multi

tudinis preceptorum. vel respectu perfectionis preceptorum. Primo modo simpliciter difficilior et onerosior est obseruantia legis q̄ euāgelij. Unde quantum ad hoc dicit beatus petrus Actuum.xv ꝙ hoc iugum neq̧ nos: neq̧ patres nostri portare potuimus. Secundo modo maior est difficultas et onerositas in actu in euangelio q̄ i lege: ſm qđ habetur Matth.vij. Arta est via q̄ ducit ad vitaꝫ. hoc est ſm euangelium. ⁊ dicit arta respectu legis quia magis hꝫ de difficultate in perfectione mandatorum q̄ lex. Sicut ptꝫ de istis. Relinquere oīa propter xp̄m: mortificare carnē que non precipitur ſm legem: ista perfectiora sunt q̄ aliquod qđ sit in lege. Si autem loquamur de difficultate q̄tum ad affectum dicimus ꝙ duplex est affectus. scilicet timentis ⁊ amantis. Psal. Testimonium suscitauit in Jacob. glo. Initium est vet. test. qꝛ ibi est timor: qui est initium sapiētie. finis vero est nouum testamentum. quia hic est christus qui est finis ad iusticiam omni credenti: qui dat spiritum quo caritas diffunditur in cordibus nostris. ad phi lip.iij. Secundum iusticiam que in lege est. Glos. Que timore non amore seruire facit. Secundum hoc ergo dicendum quod in lege est affectus timētis: in euangelio autem est affectus amātis: ⁊ hoc patet de ratione et forma vtriusq̧ legis: quia dispositio generata ex comprehensione veteris legis est generatiua timoris: illa vero que generatur ex cōprehēsione noue legis generatiua amoris. Affect⁹ autem timoris habet difficultatem in operandis. non autem affectus amantis: immo nihil grauat ipsum. propter hoc loquendo de difficultate oneris quantum ad affectum maior est difficultas et onus in obseruantia legis q̄ euangelij.

Queritur q̄ simplicit magis oneret.

¶ Sed si queritur quid simpliciter magis oneret Dicendum ꝙ duplex est onus: scilicet onerans: et onus adminiculans: siue adiuuans portantem Primum onus est obseruantia legis Secundum est obseruantia euangelij. quia est onus leuās portantem: ⁊ hoc per gratiam quam conferunt sacramenta euangelij: et mandata que dantur vt fiant ex amore. et sic habēt vnde adiuuent portantē: qđ tamen non est in moralibus legis: quia ex timore implentur: neq̧ conferunt gratiam adiuuantē in quantum huiusmodi. Et ponit beatus Bernard⁹ in quadam epistola sua loquens de hoc exemplū de quadriga. dicens. Quadriga amoto iumento sarcinam que ab ipso moueri non poterat auget q̄dem: sed portabiliorem facit. onus oneri additur: et minus onerat. sic et oneri grauissimo legis accedens quadriga euangelij auxit perfectionē. difficultatem diminuit: volēs per hoc dicere ꝙ sicut est de quadriga addito iumēto cum qua melius ⁊ maius onus portatur: et tamen onus addiť oneri sic est de euangelio: quia licet maius sit onus addito euangelio: quia onus additur oneri. tñ simpliciter minus onerat. vnde augmentū perfectionis quod est in euangelio facit ad diminutionem oneris: et sic patet solutio ad illud quod querebatur de onere quantum ad difficultatem preceptorum. Licet enim difficiliora simpliciter sint precepta euangelij ⁊ maius onus euangelij i se q̄ legis simpliciter: tamen minus onerat

Bernardus.

Articulus secundus.

An plus oneret euangeliū q̄ lex.

Consequenter queritur an plus oneret euangelium q̄ lex quātum ad multiplicitatem preceptorum. ¶ Ad quod sic Actuum.xv. Dicit petrus de onere legis ꝙ hoc est onus quod neq̧ nos: neq̧ patres nostri portare potuimus. Et vult dicere hoc vt videtur propter multiplicitatem preceptorū. ergo grauior est obseruantia legis quantum ad multitudineꝫ preceptorum q̄ euangelij. ¶ Item Augustinus in libro de vera religione dicit quod multe cerimonie ⁊ obseruantie imposite sunt iudeis propter eorū dissolutionem vt per eas dissolutiones eorum opprimantur. ⁊ non possint vacare malis si semper intenti sint ad bonū. sed ita non est in euāgelio. grauior ergo est obseruantia legis q̄ euangelij quantum ad multitudinem preceptorum.

Augustinus

¶ Ad oppositum Matthei quinto. Non veni soluere legem: sed adimplere. Glossa. Adimplet christus dum premissis ad incohationem addit plura ad perfectionem. ergo plura sunt mandata christi q̄ legis. ergo plus onerat euangelium quantū ad multitudinem preceptorum

¶ Solutio dicendum quod quātum ad sacramētalia ⁊ cerimonialia legis maior est numerus preceptorum in lege. nec ista habent etiam in se rationem iuuandi portantem: sicut habent ea que sunt in euangelio. sed grauandi et onerandi. Sed quātum ad moralia dico ꝙ maior est numerus in euāgelio quantum ad precepta. Et quantum ad hoc dicit glossa Matthei quinto quod superaddit plura ad preceptionem non tamē propter hoc sequitur ꝙ magis oneret euangelium q̄ lex licet sit maius onus quo ad moralia quia prestat adiutoriū portanti. ¶ Quod ergo obijciť qđ sit maior multitudo preceptorum in lege. Dicēdum quod illa autoritas Actuum loquitur quantum ad cerimonialia. quantum autem ad moralia. ⁊ si sit maior multitudo preceptorum in euangelio. non tamen tantum onerat. immo subleuat. Est enim onus ad cōprimendum sicut illud quod fertur per timorem: et tale est onus legis ad leuandum. sicut quod fertur et sustinetur ex amore sicut videmus de pēnis auium quod addunt onus: et tamen leuant aueꝫ in suo volatu. sic est onus euangelij. et hoc exemplum ponit beatus bernardus. Occurrit mihi de pennis auium quod vtrunq̧ coaptem: quodā singulari modo corpulentiorem reddunt substantiā et agiliorem. mirum opus nature. Unde ergo cessit materia. inde substantia leuigatur. ⁊ quantum crescit in massa tantum decrescit in pondere.

Responsio

Ad autoritatē Act.x.

Sic ergo est de preceptis additis per euangelium quia licet maior sit numerus. tamen alleuiant. vñ quantum crescit in obseruantijs moralibus tātuꝫ decrescit in pondere.

Articulus tertius.

Queritur q̄s plus onerať: an ferens legeꝫ: an euāgelium Qđ non plus vnus q̄ alius

Consequēter queritur de onere legis ex parte ferentis quis. s. magis oneratur: an ferens legem. an euangeliū. Et ostēdiť ꝙ non magis onerať vnus q̄ alius immo ꝙ se habent vt excedentia ⁊ excessa. qꝛ dicūt Augu. ⁊ Orige. quod in nouo testamento sunt pertinentes ad vetus et econuerso. qꝛ in veteri lege q̄cunq̧ seruabant legem ex amore erant pertinētes ad nouum. qui autem in noua lege seruant euangeliū. non ex amore. sed ex coactiōe et timore sunt pertinentes ad vetus. Ex hoc obijcitur qñ debilior est sustinens plus oneratur a paruo onere q̄ fortis a magno. Similiter quando facit homo illud quod facit ex timore ⁊ actione magis oneratur q̄ qui facit ex amore. Ergo cū in lege sint q̄daꝫ fortes quidā debiles ⁊ similiter in euangelio. silr cū vtrobiq̧ sint sustinentes pondus ex amore ⁊ timore. ergo sunt

go sunt quidam in lege quos non grauat pondus legis ⁊ quidaꝫ quos grauat. Similiter quidā sunt in euangelio quos grauat pondus euangelij. q̄daꝫ quos non. ergo non magis grauatur ferens legeꝫ: q̄ ferens euangelium nec econuerso. immo se habent vt excedentia ⁊ excessa: qꝛ vtrobiq̧ quidā grauantur quidam non. ¶ Item in lege erant quedā cerimonie que pertinent ad cultum diuinuꝫ: sicut sacramētalia. Quedam ad abstinentiaꝫ ciboꝝ ⁊c. de primis cerimonialibus fuit opinio quorūdā iudeorum. ꝙ hec erant perfectiora q̄ mandatuꝫ de dilectione. propter hoc Mat.xxij. querunt iudei a dño. Magister qđ est mandatum magnuꝫ in lege Alij aūt dicebant ꝙ mandata de dilectione erant maiora ⁊ perfectiora illis. Ratio aūt primorū fuit qꝛ qui seruit in effectu plus exhibet q̄ qui solū seruit in affectu. Ergo maior est obseruantia ⁊ difficilior illorum cerimonialium q̄ mādati de dilectione. Sed dñs illud determinat ibidem. Sed ponať ꝙ aliquis exhibeat obseruantiam illorum cerimonialium. sed non ex amore: sed ex timore ⁊ coactus constat ꝙ illi est graue ⁊ onerosum. Alij auteꝫ qui exhibent ex amore non esset onerosa illa obseruantia nec difficilis: ergo similiter in lege ⁊ in euangelio illis qui obseruant ea ex timore difficile ⁊ onerosum: istis autem qui obseruant ex amore nō est onerosum: ergo se habent ferēs euangelium et legem vt excedentia ⁊ excessa: qꝛ ferenti euangelium ex timore. grauius onus imponitur q̄ ferenti legē ex amore ⁊ econuerso. ¶ Item dicit apl'us. Justo non est lex posita. j. ad Thi. j. Et hoc dicitur quia spontanee impleť ⁊ ex amore que sunt legis nō ex timore. Sed propter hoc iniustis est posita lex. qꝛ ex necessitate implent legem ⁊ ex coactione. p̄mis non erat difficile onus legis secundis erat difficile. Similiter in euangelio ita est ꝙ q̄dam implēt euangeliū ex carritate ⁊ amore: ⁊ illis nō est onus euangelij difficile. quidaꝫ ex necessitate et timore seu coactione: ⁊ illis est difficile. Ergo se habēt lex et euangelium vt excedentia ⁊ excessa quantuꝫ ad ferentem onus vtriusq̧. ¶ Item duplex est homo interior et exterior: sed quantum ad hominem exteriorem grauior est obseruantia legis. quantum ad hominem interiorem grauior est obseruātia euāgelij. ergo vnum non excedit alteruꝫ quantum ad ferentes: sed se habent vt excedentia ⁊ excessa.

j. ad Thi. j.

Minor ptꝫ. qm̄ vita hominis exterioris sustentať per cibos. videmus autem in lege eē plura cerimonialia de subtractione ciboꝝ ⁊ abstinentia ab illis in euangelio autē nihil tale subtractuꝫ est: nec aliqua abstinētia imposita a cibo. Ergo q̄tum ad exteriorem hominem grauior est lex q̄ euangelium Similiter q̄tum ad hominē interiorem grauior est obseruantia euangelij. qꝛ euangelium cohibet voluntateꝫ seu animuꝫ: lex aūt non ſꝫ manū. Ergo euangelium plus cohibet homineꝫ interiorem q̄ lex: qꝛ lex non aufert voluntatem mali principaliter sed facultatem. euāgelium econuerso. quia oīo aufert voluntatem. Ergo grauius est euangeliuꝫ quantum ad istuꝫ: grauior est lex quantum ad illum. Non ergo plus est simpľr de onere in lege q̄ in euangelio: nec econuerso quo ad ferentes. īmo se habent vt excedentia ⁊ excessa. ¶ Solutio ad hoc dicendum est. ꝙ simpľr magis oneratur ferens legem et status sub lege: q̄ ferens euangelium omnibus paribus i ipsis. Unde et si pares haberēt caritates. magis tñ onerareť adhuc ferens legeꝫ. qꝛ onus euāgelij de se p̄stat dispositionē ad portandū. qꝛ totū quod est in euāgelio est ad modum pene ⁊ flamme. quia totum est inflāmatiuū amoris ⁊ calefactiuum amoris: ⁊ ideo de se subleuat portantē: sic non est de onere legis. qꝛ nō dat gratiam nec tantā dispositionē ad sui portantē: imo ipsum est onus cōprimēs portantē et nō leuans. Et hoc est qđ dicit beatus Bern. libet admirari q̄ leue sit onus veritatis. Nam vere leue est qđ portanteꝫ non grauat sed leuat quid leuius onere qđ non solū non onerat: sed portat illum cui portandum imponitur. Hoc onus vterum potuit grauidare: virginē grauare non potuit: hoc onus quib⁹ se prebuit sustentandum: senis symeonis brachia sustentabat. Ipsa enim virgo spe et amore ꝯcepit illum. ⁊ ideo vterum suum grauidauit ⁊ non grauauit. Similiter symeon ipsuꝫ amoris brachio sustentabat: ⁊ ideo ipsum non onerabat. ¶ Ad illud quod primo obijcitur dicendum: ꝙ licet in lege essent aliqui pertinentes ad no. testa. sicut dictum est tamen erant magis onerati q̄ ferentes euangelium vt patet ex rationibus tactis. Et hoc etiā patet ex verbo aug. contra faustum Alia sunt instituta virtute magna. vtilitate meliora: actu faciliora: numero pauciora. et sic non se habent vt excedentia et excessa q̄tū ad ferentes. immo de se simpliciter plus onerat ferenteꝫ onus legis: q̄ onus euangelij. Et per hoc soluuntur rationes.

Rñ.

Ad obiectuꝫ solu.

Membrum quintum.

De fructu obseruantie legis.

Consequenter queritur de fructu obseruantie legis. Circa quod queruntur. Primo generaliter an lex iustificet. Secundo specialiter quomodo moralia. iudicialia. cerimonialia et sacramētalia iustificēt

Articulus primus.

An lex iustificet. Argu. j.

Circa primuꝫ sic arguo. xix. Mathe. Si vis ad vitam ingredi. glos. bede. Justicia legis suo tempore custodita. non solum conferebat bona temporalia: ſꝫ eterna. sed iusticia conferens bona eterna est per quā est iustificatio vera: ergo lex iustificabat vere

¶ Item Eze. xx. Dedi eis precepta mea ⁊ iudicia mea ostendi eis que faciens homo viuet in eis. ſꝫ vita vera non est nisi per gratiam ergo per precepta legis et iudicia est iustificatio per gratiam.

Secundum.

¶ Item in canone misse dicitur Placeat tibi dñe hoc sacrificium sicut tibi placuit sacrificiū abel. ſꝫ hoc petitur ad iustificationem: vt per sacrificium iustificemur: ergo sacrificium abel iustificabat.

Tertium.

¶ Contra ad Ro. iij. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro cum illo. glos. Opera legis dicuntur que cuꝫ lege instituta ⁊ terminata sunt vt erant cerimonialia: et figuratiua: que nunq̄ valuerunt conscientiam mundare: etiam si cum caritate et deuotione fierent.

Contra.

¶ Item queritur ibidem in glo. Nunquid moyses et dauit ⁊ alij boni in lege nō fuerūt iustificati ex lege? Et est ibi responsio: qđ fuerunt quidaꝫ iusti. sed non ex operibus legis. immo sicut nos fide saluamur modo per spem christi. sic ⁊ illi saluabātur. Et quare nō ex operibus legis. qꝛ lex nō venit peccata tollere: sed ostendere et punire. ¶ Item ibidem in glo. Lex non iustificat apud deum: sed fides. De lege autem loquimur ſm cerimonialia non ſm moralia que vtiq̧ iustificant et in euangelio consummantur. Contra. iustificari est de non iusto iustum fieri. Sed hoc ex nullo alio fit q̄ ex gratia dei. Gratia autem dei non est ex precedentibus meritis siue aliquibus operibus. Ro. x. Si gratia: iam non ex operib⁹. alioquin gratia iā

non esset gratia. ergo nec quantuz ad moralia: nec quantum ad cerimonialia iustificat lex. ¶ Ite. r. ad Ro. Justicia que ex lege est. Glo. Qui operib9 legis iustificatur: temporalem habet mercedē nō autem apud deum. ¶ Item aug. de spiritu ꝛ littera. exponens illud apostoli ad Ro. iij. Justificati gratis per gratiaz ipsius. ibi arguit aug. Nō itaq; iustificati per legem: non iustificati per propriam voluntatem: sed iustificati gratis per gratiam ipsius. ¶ Item apostolus in eodem. Nunc autem sine lege iusticia dei manifesta est testificata a lege ꝛ prophetis. iusticia autem dei est per fidem iesu xpi Ex quo relinquitur ꝙ lex non iustificat.

Responsio Ad primum. ¶ Ad hoc est communis responsio. ꝙ opus dicit aliquando quod est operatum. aliquādo ipsa operatio. Dicunt ergo ꝙ operata non iustificabant: sed ipsa operatio iustificabat. dummodo fieret ex obedientia charitatis: ꝛ ita intelligitur illa glo. roma. iij. Nō non iustificabant etiaz si cum charitate ꝛ devotione fierent. ¶ Item distinguunt iustificari quo ad plenam iusticiam: vel non plenam: quo ad plenam iusticiam non iustificabant: quia non evolarent ad gloriam per illa. impediente reatu originalis. Sed tamen quo ad non plenam iusticiam iustificabant qz observata in charitate faciebant dignum vita eterna. non statim: sed de futuro: soluto reatu originalis per christum. Et hoc modo intelligunt aut oritatem bede ꝙ iusticia legis conferebat eterna. Unde glo. ad Ro. iij. super illud. Justificans eū qui ex fide est iesu christi. omnia erant ei dimissa per fidem ꝛ penitentiā. sed omnimode remissionis effectum consecuti nō fuerāt Est enim duplex remissionis effectus scilicet carere pena: ꝛ frui gloria. Alterum habuerunt ante xpi mortem. qz penam actualem non sentiebant. Alterum vero non. qz dim non videbant: sed per christi mortem data est eis gloria dominice visionis.

Ad secundus ¶ Ad illud vero Eze. respondent. Quia precepta ꝛ iudicia legis aut sunt intellecta ꝛ observata carnaliter aut spiritualiter. Si spiritualiter: vita spūalis est in illis que est in gratia. Si carnaliter: tunc nō est vita spiritualis in illis: sed temporalis. Et ideo non dicit simpliciter viuet: sed viuet in illis. unde gal. iij. super illud. Sz qui fecerit ea viuet. glo. Nō apud deum habebit inde premium: habebit tamē mercedem ne morte moriatur.

Ad tertium ¶ Ad illud vero canonis dicunt ꝙ intelligenduz est de operatione abel ꝛ de operatione sacerdotis none legis inquantum est de devotione charitatis. ꝛ fit comparatio quo ad genus. placeat: fiat acceptum: sicut placuit non tamen ꝙ plus placeat.

Objcitur. Arg. j. Scōm. ¶ Ad illud vero qō objcitur de moralibus iā patebit. ¶ Sed adhuc objcitur. Nam dicitur si data esset lex que posset vivificare esset ex lege iusticia. Sed conclusit scriptura oīa sub peccato: vt promissio ex fide iesu christi daretur credentib9: ex hoc relinquitur ꝙ non est ex lege iustificatio.

¶ Item augu. de spiritu ꝛ littera. assumens illud Ro. iij. Nunc autez sine lege manifesta est iusticia dei. non dicit iusticia hominis sed iusticia dei. nō qua deus iustus est: sed qua induit hominem: cuz iustificat impium. Lex inbendo ꝛ minando ꝛ nēminem iustificando indicat in dono dei iustificari hominem per adiutorium spiritus.

Tertium ¶ Item aug. de spiritu ꝛ littera. quid est aliud iustificari ꝙ iustum fieri ab illo qui iustificat impiū vt ex impio fiat iustus. Si ergo de ipio facere piuz solius dei est: non erit ex lege vel ex legis observantia. ¶ Item si distinguatur ꝙ est iustificatio quaz deus facit. infundendo gratiam qua fiat de impio pius. ps. Justificationes tuas doce me: quibus tu iustos facis non homo. ꝛ est iustificatio quam homo facit exercitio virtutum ꝛ observatione preceptorum. ps. Ut custodiant iustificationes eius et legem eius requirant. Primo modo lex nec legis observantia iustificat: sed secundo modo.

Quartum ¶ Objcitur. Si iustificatio est iusticie seu gratie infusio: qua ratione lex non iustificat: eadem nec euangelium iustificabit. Nam sicut dicit augu. in ꝛta apostolum. ad Ro. Iniustus per gratiam iustificatur gratis. i. nullis suis precedentibus meritis aliquin gratia non est gratia. Cum ergo ex operibus euangelij non fit iustificatio qua fit de impio pius. ergo nōn debet dici iustificare: sicut nec lex.

Contra. ¶ Item si iustificatio dicitur observatio preceptorum iusticie: seu exercitium virtutum. ¶ Contra. ad Ro. ij. dicitur. Non auditores legis iustificabūtur: sed factores. constans est ꝙ de iustificatione q̄ est infusio iusticie seu gratie non potest intelligi. vt dicit augu. de spiritu ꝛ littera. qz iustificationez opera non precedunt. Unde sic intelligendum est. factores legis iustificabuntur vt sciamus non aliter eos esse factores legis nisi iustificentur. non vt iustificatio factoribus accedat: ꝛ vt iustificatio factores precedat. sic ergo dictuz est iustificabuntur: ac si diceret iusti habebuntur: vel iusti deputabuntur. sicut de quodam dictum est. ille volens se iustificare. i. ꝙ iustus haberetur vel deputaretur. ergo iustificatio que ex lege est: non est aliud ꝙ iusticie deputatio. Aut ergo sm falsam opinionē: ꝛ tūc nulla erit. aut secundum veritatem: ꝛ tunc nulla alia iustificatio erit in evangelio ꝙ in lege.

¶ Item si diceretur ꝙ lex non dicitur iustificare sicut evangelium propter hoc quod dicit augu. de spū ꝛ littera. Exponens illud apostoli priuſq̄ veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eādē fidez: que postea revelata est. lex data est vt gratia quereretur. Gratia data est vt lex impleretur. vitio prudentie carnis non implebatur lex. qō vitium p legem erat demonstrandum per gratiam sanādū Quia ergo lex vitium demōstrat: non sanat. ideo non iustificat. Sed simili ratione evangelij precepta vitium demonstrant: non sanant. cuz prohibeat irasci ꝛ videre mulierem ad concupiscendum eam

Sol. ad tm arg. ¶ Solutio. iustificatio dicitur quattuor modis. Primo modo. dr iustificatio gratie iustum facientis infusio. ꝛ hoc modo dr Ro. iij. Justificati gratis p gratiaz ipsius. Scdo modo dr iustificatio iusticie: seu preceptorum debita executio. Job. xxvij. Justificationem meam quam cepi non deseram. Et his duobus modis negat apls simpliciter ex lege sm se esse iustificationez. vnde aug. de spū ꝛ littera. Sine spiritu gratie doctrina legis est littera occidēs. qz reos potius prevaricationis tenet ꝙ iustificet impios. Et item idem in eodez gratia datur: non quia legem implemus: sed vt legem implere possimus. Tertio iustificatio dicitur significatio iusticie. ps. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas ꝛc. glo. idest legem. Et hoc modo lex iustificat. idest gratiam qua per christuz iustificamur demonstrat. Unde augu. de spiritu ꝛ littera. Nūc autem sine lege iusticia dei manifesta ꝛ testata a lege Ro. iij. Justicia dei non sine lege manifestat. quomodo enim per legem testificata si sine lege manifestata: sed iusticia dei sine lege est: quaz deus per spiritum gratie credēti cōfert sine adiutorio legis. Quarto modo iustificatio dicitur ductio ad iusticiam. psal. Viam iustificationum tuarum. glo.

Lex

Lex eundi sit mihi via iustificationum Augusti. de spiritu et littera. exponens illud apostoli.

Bona est lex si quis ea legitime vtatur dicat. iniustus vt iustus fiat: legitime legeyti debet: quo tā ꝙ pedagogo ducatur ad christuz. Lex ergo iustificat significando iusticiam quantum ad intellectum: ducendo ad iusticiam quantum ad affectum. non autem iustificat faciendo iustam personaz: que iusta est vel eliciendo opus iustuz quod gratie est hoc est non facit ex se iustum hominem vel iustum opus hominis. Et per hoc patet responsio ad tria

Ad quartum primo obiecta. ¶ Ad aliaz vo que objcīūtur ꝙ observantia evangelij non debet dici potius iustificare ꝙ lex. dicendum ꝙ evangelium habet precepta ꝛ sacramenta. In sacramentis habet significationem gratie ꝛ causalitatem. qz sacramēta nove legis efficiunt quod figurant: sacramenta veteris legis solum habent significantiam. ꝛ ideo evangelium iustificare dicitur: non lex. qz habet observātiam qua homo iustus fiat de iniusto. Item in preceptis habet disponendo: ꝙ uis non causando: ordinare animam ad executionez iusti operis: ꝛ hoc illuminando rationalem intellectum ꝛ ordinādo affectum moderando irascibilem. alliciēdo concupiscibilem. in quibus omnibus deficit lex. Lex ergo evangelica illuminat intellectum ad cognitionem gratie. Unde aug. exponens illud. ij. ad Cor. iij. Adhuc velamen in electione ve. testa. manet. dicit. donec transeatur ad christum: ꝛ auferatur velamen. i. transeatur ad gratiaz. Et intelligatur ab ipso nobis esse iustificationem: qua faciamus qō iubet. Et iterum augu. in eodem de spiritu ꝛ littera. Hec gratia in ve. testa. velata latitabat: que i christi evangelio revelata est dispensatione temporuz ordinatissima. sicut novit deus cuncta disponere. Item ordinat affectum. Unde aug. de spiritu ꝛ littera. exponēs illud. ij. ad cor. iij. Epistola estis xpi ministrata a nobis scripta non atramento sed spiritu dei vivi. Ecce quemadmodum ostendit illud qō est legis extra hominem scribitur vt euz extrinsecus sacrificet: hoc in ipso homine non enim interius vivificet. ꝛ in eodem. Cū adest vivificans spiritus hocipsuz facit intus diligi: qō foris lex faciebat timeri. Differentia legis ꝛ evangelij: vt dicit idem aug. contra adamantium: timor ꝛ amor. Ite moderatur irascibilem. vt non confidat in virtute sua: sed in dei gratia. Nam sicut dicit aug. de spiritu ꝛ littera. lege operum fac quod iubeo. lege fidei da quod iubes. Item idem in eodem. Quod opex lex mandando imperat hoc fidei lux credendo impetrit. Illa dicit. non concupisces. ista dicit. cum scirem ꝙ non possum esse continens nisi deus det. ꝛ hocipsum erat sapiētia scire cuius esset hoc donū: adij dominum ꝛ deprecatus sum. vij. sap. Item i eodem. per legem factorum dicit deus. non concupisces. per legem fidei. sine me nihil potestis facere. Item alliciendo concupiscibilem per promissionē ordinat iusticiam lex nova non vetus. Unde aug. de spiritu ꝛ littera. assumens illud Hiere. xxxj. Post dies illos dabo leges meas in visceribus eorum: ꝛ in cordibus eorum scribam eas: non docebit vnusquisq̄ fratrem suum ꝛc. quia cognoscent a maiore vsq̄ ad minorem. super quod augu. Sicut lex scripta in tabulis lapideis merces q̄ eius terra illa promissionis quam carnalis domus israel ab egypto liberata accepit pertinet ad testamentuz vetus: ita lex fidei scripta in cordibus mercesq̄ eiꝰ species contemplationis: quam spiritualis domꝰ israel ab hoc mūdo liberata percipiet: pertinet ad testamentum novum. Ex his igitur patet quare lex non dicitur iustificare sed evangelium.

Articulus secundus.

Querit i speciali quō moralia iudicialia cerimonialia sacramētalia iustificent

¶ Onsequenter queritur in spirituali de moralibus legis. vtrum iustificent: ꝛ cū iustificatio dicatur duobus modis vno modo est infusio iusticie. vt de non iusto homo fiat iustus. sm quod dicitur ad Roma. iij. ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Et in hoc sensu planuz est quod moralia legis non iustificāt. Alio modo dicitur iustificatio observātia iusticie sicut dicitur in psal. Ut custodiā iustificationes eius. Et in hoc sensu est questio. vtrum moralia iustificent. hoc est dicere vtrum cōferant ad observantiam iusticie. ex qua meritum vite eterne acquiritur. Ad quod matth. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mādata: et exponit de moralibus. non homicidium facies. non adulterabis ꝛc. Ergo secunduz hoc moralia iustificant. prout dicitur iusticia in exercitio virtutum.

Cōtra' argu. ¶ Contra. ij. Corinth. iij. Littera occidit. spiritus autem vivificat. Et dicit augusti. in lib. de spiritu et littera. qō non aliam vult apostolus intelligi litteram ꝙ decalogum in illis duabus tabulis scriptum. Si ergo decalogus est littera occidens: ergo non iustificat. ¶ Item si dicatur quod illud apostoli intelligatur de figuralibus preceptis: littera occidit. Improbat istud augusti. per illud ad Roma. vij. Concupiscentiam nescirebam esse peccatum: nisi lex diceret. non concupisces: ꝛ post ait Occasione accepta peccatum per mandatum seduxit me: et per illud occidit. Ecce quod hec littera occidit: nam nihil figurate dicitur cum dicitur non concupisces: sed sm litteram solum. Et cōstat quod istud est inter mandata decalogi: maxime pertinens ad mores. non concupisces: ergo de moralibus intelligitur littera occidit non ergo iustificat. Item si dicatur quemadmodum dicit augustinus. de spiritu et littera. quod littera decalogi prohibens peccatum non iustificat hominem: sed potius occidit augendo concupiscentiam: et iniquitatem prevaricatione cumulando nisi liberet gratia que est in christum cum diffunditur caritas in cordibus nostris. Ex quo videtur dici illa ratione decalogus occidit: quia sine gratia occasio est mortis peccati. Objcitur. ergo precepta euangelica moralia simili ratione dicenꝭ occidere quia possunt fieri sine gratia eo modo quo precepta legis vel homini non habenti gratiam sunt occasio mortis sicut et illa.

Secundum. ¶ Item queritur de iudicialibus quomodo se habent ad iustificationem. Nam. j. ecclesiastic. dicitur. Si quis sine timore est non poterit iustificari. Ergo cum iudicialia sint ad hoc: vt cohercerēt homines per timorem a malo. Necessaria erant ad iustificationem.

Queritur de iudicialibus ¶ Item augustinus de spiritu et littera. exponēs illud apostoli. j. ad Thimo. j. Bona est lex si quis ea legittime vtatur. Quis legitime vtitur lege nisi iustus at ei non est lex posita: sed iniusto. an et iniustus vti iustificetur. idest. vt iustus fiat legitime lege vti debet. quo tanꝙ pedagogo perducatur ad gratiam: et hoc concedit augu. Si ergo iudicialia ad hoc sunt vt iniustus compellatur ad iusticiam observandam. ergo sunt velut pedagogus quo perducatur ad gratiam necessaria igitur erāt iustificationi: qua hō fit de iniusto iust9.

¶ Cōtra Aug. de spiritu et littera exponens illō.

ij.cor.iij. Si ministratio dānationis in gloria est. multomagis abundat ministerium iusticie in gloria. Ministrationem damnationis dicit legē: maxime quantum ad iudicialia: que inferebāt mortē iniustis. Ministrationē vero iusticie dicit nouuz testa. cū ꝑ donū spūs ꝙamur iusticiaz. Ex hoc ergo relinquit ꝙ cū iudicialia sint ministratio mortis ꝙ non iustificant eo modo quo dicitur iusticia in exercitio virtutum. ¶ Item aug. in eodem in vete. testa. Lex extrinsecus posita est: qua iniusti terrerentur. In nouo vero intrinsecus data est: qua iustificarentur. Si ergo in iudicialibus legis maxime terror est legis: terrent non iustificant.

Querit de cerimonialib9.

¶ Itez queritur de cerimonialibus quō se habeant ad iustificationez: ſm ꝙ iustificatio dicitur in exercitio virtutum. Ad qđ sic. Qđ magis est meritoriuz magis iustificat. Sed qđ magis est ex obedientia magis est meritorium. Magis aūt ex obedientia ē cū precipitur aliqd fieri ⁊ fit ⁊ nullam habet rationez quare debebat fieri: nisi solam imperantis voluntatem. quam cum precipitur aliquid ⁊ fit ⁊ habet in se rationem quare debebat fieri. Cūm ergo precepta cerimonialia sint huiusmodi: maxime iustificabunt: qꝛ magis ex obedientia ⁊ magis meritoria Non indueris enim veste lino lanaq; ꝯtexta. Nō arabis in boue ⁊ asino. nullam habent de se rationem quare debebant fieri.

De sacralib9

¶ Item simili modo obijcitur de sacramentalib9 Quia dicit Hugo de san. vic. Sacramenta veteris legis habent eundem effectum quem sacramenta no. legis. Si ergo sacramēta noue legis iustificāt ⁊ sacramentalia veteris legis iustificabant: etiam iustificatione qua de iniusto fit homo iustus.

Contra

¶ Contra. Aug. super illud. ix. ad heb. Munera ⁊ hostie que offeruntur ⁊c. Opera legis que in lege instituta sunt ⁊ terminata nunꝙ valebant consciētiam mundare. licet cum charitate fierēt: ergo nō iustificabant. ¶ Item aug. de spiritu ⁊ littera. Circūcisio ⁊ sabbatum ⁊ alie dierum obseruationes ⁊ quarūdam escarum cerimonie: ⁊ multiplex sacrificiorum sacrorumq; ritus: vetustati carnali iugoq; seruili congruebant: ergo non iustificabant.

Responsio

¶ Itē queritur generaliter quomodo se habeant ad iustificationem moralia legis. cerimonialia: et iudicialia. ¶ Solutio. dicendum. Sicut dictū est ꝙ cum iustificatio dicatur duobus modis. Uno modo īfusio iusticie: qua de iniusto fit iustus. Alio modo obseruantia iusticie: ex qua est meritum vite eterne. Moralia vero legis ordinant ad iustificationem: que est in obseruantia iusticie ⁊ hoc per cognitionem eius: quod faciendum est ⁊ vitandū: non tamen simpliciter est. quia ⁊ si ostendant qđ faciendum est: non ostendunt gratiaz sine qua adiuuante non potest recte fieri quod faciendum est ⁊ in hoc deficit a moralibus euangelij. Unde dicit aug. de spiritu ⁊ littera. qꝛ lex mandatum bonum habet in littera demonstrante: non in spiritu adiuuante. Nam sicut idez dicit. In lege dicit domin9. Fac quod iubeo. In euangelio autem dicitur. Da quod iubes. Judicialia vero ordinant ad iustificationem: que est infusio iusticie: quemadmoduz timor seruilis ordinat ad infusionem gratie ⁊ charitatis: non tamen simpliciter. quia aduenīēte charitate expellitur: sed ipsa charitas ad quam ordinat euangelium manet. Et hoc est quod dicit aug. de littera ⁊ spiritu. illud euacuat hoc manet: quoniam terrens pedagogus aufertur cum timori successerit charitas: vbi enim spiritus domini ibi libertas. Cerimonialia vero ordinānt ad iustificationem que est in obseruantia. ⁊ hoc per significationem siue per figurationem. quia illa cerimonialia que non sunt sacramentalia figure erant faciendorum. vt abstinentia a carne suilla: significabat continentiam ab omni immundicia ⁊ huiusmodi. vnde dicit augustinus ꝙ sub figura adūbrate significationis data sunt. Sacramentalia vero ordināt ad iustificationem que est infusio iusticie: ⁊ hoc ꝑ prefigurationem gratie christi ex qua est nobis iustificatio: vnde quo ad hoc dicit augu. Gratia in veteri testamento velata latitabat. que in christi euāgelio reuelata est. Item augu. de iustificatione ad quam ordinat cerimonialia in eodem velamen positum est in electione veteris testamenti: donec ad christum transeatur ⁊ auferatur velamen. i. trāseatur ad gratiam: ⁊ intelligatur nobis ab ipso esse iustificationez qua faciamus quod iubet. Ex his ergo manifestum est quomodo se habeant ad iustificationem legis legalia: seu in iudicialibus: seu in moralibus: siue in sacramentalibus.

Sol. ad arg. ꝯtra.

¶ Ad illud ergo quod primo queritur de moralibus: ⁊ quod dicitur ꝙ occidunt. Dicendum sicut supra questione de latione legis. ꝙ illud dicit nō per causam: sed per occasionem: nec ratione precepti: sed illius cui datur preceptum. Unde augusti. de spiritu ⁊ littera. apparet littere vetustatem potius reos facere cognitione peccati ꝙ liberare a peccato. Unde alibi scriptū est. Qui apponit sciētiam apponit ⁊ dolorem. nō quia lex ipsa mala est sed quia mādatum bonum habet in littera demōstrante non in spiritu adiuuante. Quod mandatū si fit timore pene nō amore iusticie: seruiliter fit nō liberaliter. ⁊ ideo nec fit. non enim est fructus bonus qui de charitate non surgit.

Ad secundū

¶ Ad illud vero quod obijcitur de precepto euangelico dicendum: ꝙ non est simile. Nam sic datur ad sciendum quid faciendum est: vt significet gratia petenda ad exequendum quid faciendum est. Unde post precepta data. v. vj. ⁊. vij. Mat. dicitur. Petite. pulsate. querite.

Sol. ad id de iudicialibus

¶ Ad illud vero quod queritur de iudicialibus iā patet responsio. Nam sicut timor seruilis quo timetur pena se habet ad iustificationez. sic iudicialia que principaliter sunt ad arcendum timorem.

Sol. ad id de ceremonialibus.

¶ Ad illud vero quod obijcitur de cerimonialib9 dicendum ꝙ quantum ad illos qui ex obedientia implebant iustificabant. prout dicitur iustificatio in exercitio virtutis. sed non ratione operati quod de se est inutile: sed ratione voluntatis operantis ex obedientia. ⁊ ita ipsa obediētia iustificabat: nō ipsum operatum. ¶ Quod tamē obijcit ꝙ magis iustificant: quia magis ex obedientia fiunt ꝙ moralia. quia non est ratio quare fiant nisi voluntate operantis. Dicendum ꝙ ex obedientia magis fit meritorie quod fit ex obedientia cum amore maiori. ex amore autem magis habent fieri moralia: qꝛ in se habent incentiuum amoris scilicet rationem boni. quod non habēt cerimonialia. patet ergo ꝙ ex obedientia non astruit iustificationem: nisi fit cum amore obedientia.

Ad id de sacramētalib9

¶ Ad illud quod obijcit de sacramentalibus. dicendum ꝙ eundem effectum intelliguntur habere sacramenta noue legis ⁊ veteris quantum ad significationem gratie: sed non quantum ad causalitatem gratie. quia sacramēta veteris legis significant gratiam non causant: sacramenta noue legis significant ⁊ causant. sicut patebit cuz de sacramentis agetur. ¶ Ad obiecta in contrariuz patet responsio ex predictis.

Questio. xxix.

Questio. xxix. de preceptis decalogi in generali.

Expedita iquisitione de lege moysi quantuz ad eius conditiones ꝯsequenter cū adiutorio xpi inquisitio versabitur circa legis precepta ⁊ sanctiones. Sicut aūt declaratum est supra questiōe de continētia legis. ſm. b. aug. ꝯtra faustū. prima distinctio mandatorū est talis. qꝛ est preceptū vite agende: ⁊ ꝓceptum vite significande. Preceptum vite significande est preceptū cerimoniale ⁊ sacramētale. Preceptum vero vite agende duplex est qꝛ aut est de honesto: aut de expedienti. De honesto ⁊ immutabilitatis bono est preceptuz morale. De expediēti ⁊ bono ſm statum ꝯcupiscentie frenande iudiciale. Tripartita igitur erit inquisitio de ꝓceptis legis moysi. Prima de moralibus. Secunda de iudicialibus. Tertia de cerimonialibus. ¶ Circa moralia ꝓcepta erit iquisitio duplex. In gnāli de radice siue origine preceptorū. In spāli de distinctione ⁊ numero preceptorum.

Membrum primum.

De radice ⁊ origine preceptorū moraliū

Circa originē siue radicē. queritur ꝓmo an radix vel origo moraliū ꝓceptorū sit natura vel disciplina vel gratia. Scđo an sit in cognitione, vel affectione. Tertio si in affectione: an sit in affectione timoris vel amoris. Quarto. an sit eadē radix moraliū ꝓceptorum que est virtutum.

Articulus primus.

An sit naturalis disciplina vel gratia. Argu. oppo.

Ad primū obijcitur sic. Dē qđ est inscriptum naturaliter in corde hoīs: radicat in lege naturali. Sed ꝓcepta moralia legis sunt hmōi. ergo radicant immediate in lege naturali. Minor pꝫ Ro. ij. Cū gentes ⁊c. Ostendunt opus legis scriptuz in cordibus suis. sed opus legis est ꝓceptū legis. ergo ꝓcepta legis moralia naturaliter scripta sunt in corde hoīs. ¶ Itē sup illud opus legis scriptum ⁊c. Glo. i. firmiter impressum rōni eorū: dū illa opera laudāt q̄ lex iubet: illa damnant que lex ꝓhibet. ergo habēt naturaliter scripta ꝓcepta legis moralia: siue affirmatiua siue negatiua in cordibus suis: ⁊ ita radicantur immediate in lege naturali. ¶ Itē ꝓs. Suscitauit testimonium in iacob. glo. i. legem iuxta adam quasi mortuā ⁊ sepultam in populo iudeorū. informando scriptis: qđ mentibus abolitum erat excecatis. Sed lex mortua ⁊ consopita in adaz fuit lex naturalis. Si ergo lex moysi data non facit nisi dictare eam: ⁊ rescribere in corde hominis: ergo precepta legis moralia sunt in lege naturali.

Scđm.

¶ Si dicatur ꝙ hoc potest esse verum de moralibus operandorū. sed non de moralibus credendorū. Ad hoc enim non attingit natura de se. Contra. Ro. ij. Cū gentes que legem non habent ea que legis sunt faciunt ⁊c. glo. s. credere in deū ⁊ in xpm. Et ꝙuis huiusmodi nō habeāt legē scriptā: ipsi sibi sunt lex: ergo sine lege scripta naturaliter hꝫ hō dictamē ⁊ cognitionē credendorū sicut ⁊ operandorū: cū credere in xpm istud maxime ad credenda pertineat.

¶ Ad oppositū. Nihil additum aīe ꝑ disciplinaz vel acquisitionē est naturaliter inscriptū in corde hoīs. Sed moralia legis sunt hmōi: ergo nō sunt naturaliter scripta in corde: ergo nō radicant in lege naturali immediate. Minor pꝫ Eccli. xvij. Addidit illis disciplinā ⁊ legē vite ⁊c. Glo. i. legē littere quā ad correctionē legis naturalis scribi voluit Lex aūt littere hec est lex moysi. ergo lex moysi est addita ad correctionē legis naturalis: maxime ꝙtum ad moralia. ergo moralia legis moysi radicantur immediate in aliquo habitu discipline vel gratie addito. ⁊ non in ipsa natura: siue in lege nature ¶ Item Ro. v. Peccatum nō imputabatur cum lex non esset. ergo habenti legem aliquid addebat qđ prius non habebat. ex quo ei imputabat peccatum qđ non prius. ergo non radicantur immediate in lege naturali immo in aliquo habitu addito aīe. ¶ Itē Ro. iiij. Ubi non est lex nec ꝓuaricatio. glo. Nota ꝙ nō ait: vbi nō est lex nō est iniquitas: sed ait non est preuaricatio. oīs enim legem preteriens est iniquus. sed non oīs iniquus legem preterit. qui legem non acceperunt iniqui dici possunt: preuaricatores dici non possunt. Ex quo pꝫ ꝙ preuaricator non est nisi qui facit contra legem scriptam vel additam. Sed ꝓuaricator dicitur qui facit contra legem moysi vt dicit: ergo lex moysi se habet per additionem ipsi legi nature.

¶ Itē in anima: eo ꝙ imago est summi veri ⁊ summi boni: indita est naturaliter ⁊ impressa forma veri ⁊ forma boni. Forma aūt veri sic est ei indita: ꝙ pōt iudicare de omni vero generaliter ⁊ ꝙ nata est Ad hoc qđ iudicet de vero in speciali oportet ꝙ adueniat ei ⁊ addatur forma veri ī particulari: sicut habitus aliquis sciē. vt scientia geometrie ꝑ quaz iudicet de quātitate continua. ⁊ vt scientia arismetice per quam iudicet de vero particulari sicut de quantitate discreta: que est numerus: ⁊ sic de alijs Ergo similiter ex parte boni non est ei indita nisi forma boni ī vniuersali. ⁊ ad hoc ꝙ iudicet de particulari bono: oportet ꝙ hoc fit per formam vel habitum particularem boni sibi additum. Si ergo ꝑ legem naturalem est cognitio boni in vniuersali. ꝑ legem autez moysi ⁊ per eius moralia est cognitio boni in particulari: ergo lex moysi se habet per additionem ad legem nature.

¶ Solutio. dicendum. ꝙ morale tripliciter est scꝫ ſm legem triplicem. Est enim morale ſm legez nature. est morale ſm legem humanam que est lex rationis: ⁊ est morale ſm legē diuinaz. Morale ſm legem nature est quod inditum est ipsi anime rationali: a sua creatione. Morale ſm humanaz est ſm dictamen rationis inditum anime. qꝛ hec est lex ratiōis vt dicit ysido. Loquens de lege humana. Quod lex erit quicquid ratione ꝯstiterit. Morale autem ſm legem diuinā ponit vltra hoc dictamen alicui9 gratie: ⁊ etiaz diuine. ſm hoc ergo lex moysi que est diuina: non dicit solum morale ſm naturam: nec morale ſm legem humanam. vel dictamen ratiōis imo vltra dicit morale diuinū. propter hoc ergo cuz queritur. an moralia legis moysi radicantur in lege nature. dicendum. ꝙ non immediate. Cum enim sit bonum in genere. bonum ex circumstantia. bonum gratuitum: In lege nature est dictamen boni in genere. vnde dictat qđ bonum faciendum est. Sed in lege humana est dictamen ex circūstātia. In lege aūt moysi est dictamē boni gratuiti: ⁊ gnāľr ī lege diuina siue sit lex moysi siue sit lex euāgelij: qꝛ hec ⁊ illa ꝯfirmant ex medijs supra naturam. Qꝛ vtraq; signis ⁊ miraculis

Rñ.

supra naturam confirmatur. vt p3 in exoď. de lege Moysi. ⁊ mat. viij. de lege euangelij. Unde mar. vlti. sermonē ꝯfirmāte sequentib⁹ signis. ¶ Notandum ergo ꝙ morale legis naturalis dicit quid faciendum. qm̄ bonū morale legis humane dictat quō sit faciendum ⁊ ecce additio aliqua. ⁊ morale legis diuine dictat cuius intuitu est faciendum sed hoc dupliciter: qm̄ morale legis moysi dictat cuius reuerentia faciendum sit bonu3: qm̄ reuerētia dei. Morale aūt legis euāgelij cuius amore sit faciendum: ⁊ sic lex naturalis ⁊ humana nō dictāt illud qđ dictat lex moysi. ⁊ sic per additione3 se habet ad illas. Unde ro. v. Lex subintrauit vt abundaret delictum. Glo. data erat lex in adiutoriū humane nature: vt q2 ipsi nature quodāmodo inserta sunt iusticie semina: adderetur lex cuius autoritate ⁊ magisterio ingeniu3 naturale proficeret ad fructum obedientie faciendum: sicut enim natiuitas interit nisi nutrimēta habeat q̄bus fota adolescat: ita ⁊ naturale iusticie ingenium nisi habeat aliqđ qđ respiciat ⁊ veneretur: non facile proficit: sed egrotat. ⁊ superuenientibus cedit peccatis. Lex ergo data est non vt solum habeat homo dictamē quid faciendum ⁊ quō: sed vt vlterius cuius intuitu ⁊ reuerentia sit faciendu3. Unde qn̄ precipitur aliquid in moralibus dicit ꝑus ego dn̄s. q. d. respice in me. vt intuitu mei ⁊ reuerentia facias: q2 ego dn̄s.

Ad arg. j.

¶ Ad rationes ergo que ondūt ꝙ immediate radicentur in lege naturali soluendū. Et primo ad prima3 est dn̄m ꝙ scribi dupliciter est. vel i suo vniuersali vel in rōne propria. Descriptio ergo moralium legis est in lege nature sicut in rōne vniuersali ⁊ non in ratione propria. In rōne autē propria describuntur in lege moysi. Unde sicut conclusiones describuntur in primis principijs in rōne vniuersali solum ⁊ non in ratione propria: sic ista in lege naturali ⁊ propter hoc addunt quantum ad rationem propriam qua dicuntur moralia legis. Et per hoc p3 rñsio ad scđam ⁊ tertia3.

Ad secundu3

¶ Ad illud qđ obijcitur de credendis. dicendu3. ꝙ sicut cognitio operandoꝝ necessarioꝝ ad salutem est in lege nature in vniuersali rōne ⁊ non in particulari: sic cognitio credendoꝝ per insinuationē in vniuersali est in lege nature: sed non in ratione propria. Unde sicut pōt lege naturali venire rō naturalis ad cognoscendum ꝙ creator vnus est. ⁊ ꝙ ipse remunerator est: sic etiam ꝙ reparator est nature humane lapse per peccatum. ⁊ sicut ipsa insinuat de fide reparatoris humane nature: sic vltra insinuat modum reparatoris tm̄ in vniuersali. Unde gl. illa nō vult dicere ꝙ insinuet xp̄m vel verbū carne3 factū tanq̄ reparatorem. nisi q2 sub ratione vniuersali ⁊ non propria.

Articulus secundus.

An radix moraliū p̄ceptorū sit i cognitiōe an i affectione.
Arg. j.

Consequenter queritur an radix moraliū preceptorum sit in cognitione an in affectione. Ad qđ sic. Dē qđ generat cognitionem in anima: est in parte anime cognitiua. Sed moralia legis generant cognitione3 in parte anime cognitiua: quoniam faciunt cognitionem de faciendis vel vitandis. ergo sunt in parte anime cognitiua. ⁊ sic radicantur in anima secūdum dispositionem cognitionis. Minor p3 Ro. iij. Per legem cognitio peccati. Glo. per legem cognita sunt peccata que ignorabantur esse peccata: ⁊ quedam grauiora per lege3 cognita sunt q̄ ante putarētur. ⁊ cōiter omnia non īpune futura apud deum: per lege3 cognita sunt. Ergo lex facit cognitionem de vitandis ⁊ per contrarium de faciendis

Secundum

¶ Item Ro. vij. Peccatum non cognoui nisi per legem. Glo. Ostendit legem non esse peccatū: sed iudicem peccati. non vt peccatum insereretur vel extirparet: sed tm̄ vt demonstraretur.

Contra.

¶ Ad oppositum. Lex non solum disponit animam vt cognoscat quid sit faciendum: sed vt etiam afficiatur circa faciendum. ⁊ hoc maxime per moralia. Unū gal. iij. Lex propter transgressiones posita est. gl. vt saltem timore cessarent homines trāsgredi. ergo lex disponebat aīam. vt non solu3 in ea esset cognitio de faciendo: immo etiam affectio timoris circa ipsum bonum faciendum ⁊ malum vitandum.

¶ Item. ij. cor. iij. Littera occidit. spiritus viuificat. Glo. Cum adest viuificans sp̄us. hoc ipsum intus scriptum facit diligi: qđ foris scriptum lex faciebat timeri. Ergo lex radicatur i parte aīe scđm dispositionē affectionis que est timor. ⁊ non scđm cognitionem tantum. ¶ Ite3 duplex est cognitio de re. Est enim cognitio de re q2 est. ⁊ est cognitio de re q2 bona est vel honesta vel debita. Prima est solum discretiua. scđa electiua. Prima non generat affectionem. secunda aūt proprie respicit affectionem ⁊ generat. q2 ipsa est de re cum sua vtilitate vel actū. quo cognito statim anima afficitur circa rem vel per timorem vel per amore3. Sed cognitio que est per legem ⁊ per eius moralia. non solu3 est descriptiua siue de re q2 est. immo etia3 est ⁊ electiua ⁊ de re cum suo actu. Unde aug. in questionibus no. ⁊ ve. test. Lex a lectione dicta est vt de multis quid eligas scias.

Rñ.

¶ Solutio. dicendum ꝙ in preceptis moralibus legis est discretio boni qđ faciendum est: ⁊ est etia3 ibi executio faciendi. vnde est ibi regula dictans faciendum. Est etiam ibi faciendum debitum executionis. Et ſm hoc habemus duas ethimologias huius nominis lex. Lex enim dicitur a legendo. q2 in ipsa est dictamen faciendi. Dicitur etiam lex a ligando. q2 in ipsa est debitum ad executionem sicut supra dictum est. Respiciendo ergo dictamen dicendum ꝙ radicantur moralia legis in anima: ſm dispositionem cognitionis. ⁊ cum duplex sit cognitio. s. discretiua ⁊ electiua. dictamen illud non solum attenditur secundum puram discretionem faciendorum: sed etiam secundum electionem faciendorum. Unde dictat quid eligendum sit ad faciendum. sicut patet per autoritatem augu. supradictam. Quantum aute3 ad debitum executionis faciendorum radicantur moralia legis in anima secundum dispositionem affectionis: quia executio siue opus respicit affectionem. Aliter etiam potest dici ad ista3 questionem ꝙ in lege est tria considerare. que sunt electio lectio ligatio. ⁊ correspondent ista tria tribus que sunt in libero arbitrio scilicet facultas: voluntas: ratio. Ex parte facultatis est in lib. arbi. libertas ⁊ flexibilitas. ⁊ ideo ex ista parte est artatio siue ligatio per legem. Unde ligat ipsam facultatem: quia ex illa parte debet esse artatio ex qua est libertas ⁊ flexibilitas. Secundum ꝙ dicitur a lectione respicit rationem cuius est legere. Secundum vero electionem respicit voluntatem. q2 voluntas eligit: ⁊ sic lex respicit totum liberum arbitrium. Per hoc patet qđ non solum radicatur in cognitione: sed etiam in affectione.

Solu. ad i

¶ Ad primam rationem in contrarium dicendu3 ꝙ moralia generant cognitionem in anima. quia instruunt quid faciendu3 est. ⁊ etiam cum hoc generant affectionē. Et quod obijcit

obijcit in secunda ratione ꝙ per legem sit tantu3 demonstratio. dicendū: ꝙ per hoc quod est tantū non excludit affectio sed gratia. vnde vult dicere glo. ꝙ in lege sit cognitio boni faciendi et mali vitandi sine adiutorio gratie ad exequēdū ex amore

Articulus tertius.

An radix moraliū p̄ceptorū sit in affectiōe timoris vel amoris.

Consequenter queritur an radix moralium preceptoꝝ sit in affectione timoris vel amoris. ¶ Ad quod sic. phi. iij. Iusticia que est ex lege. Glo. Que timore non amore seruire facit. ergo lex de se mouet affectionem ſm dispositionem timoris: ⁊ non amoris. Et sic moralia legis radicantur in affectione timoris ⁊ nō amoris.

Augustinus

¶ Itē augu. contra adamātum. Breuis legis et euangelij differentia timor et amor ergo radicantur lex et eius mādata in timore et non in amore. Ad oppositum. in omel. super illud ioh. xv. Hoc est preceptum meum vt diligatis inuice3. dicit gre. Quicquid precipitur i sola caritate solidat ergo omnes actus p̄cepti moralis radicantur in anima ſm affectionem amoris seu caritatis et non timoris.

Grego.

¶ Item ibidem dicit greg. Quod precepta dominica multa sunt et vnum. Multa per diuersitatē operis. vnum in radice caritatis. ergo ip̄a caritas est radix omniū preceptorū. Moralia ergo radicātur in anima ſm dispositionem affectionis amoris seu caritatis. ¶ Item math. xxij. diliges dominum deum ⁊c. In his duobus mandatis tota lex pendet. ergo omnia precepta legis radicantur in dilectione siue in caritate

Responsio

¶ Solutio. dicendum. ꝙ duobus modis est ponere radicem in preceptis moralibus legis. s. quo ad inchoationem ⁊ quo ad consummationem. Ponendo radicem eorum quo ad inchoationem ſm hoc radix eorum in anima est secundum affectionem timoris: sicut habetur Eccli. j. Initiū sapientie ē timor domini. Et post dicitur. radix sapientie timere deum. Timor domini expellit peccatum. Si autem ponatur radicatio eorū quo ad consummationem: tunc respicit executione3. ⁊ sic est radicatio eorum in anima ſm dispositionem amoris qui est caritas. Unde aug. contra faustū exponens illud verbum Eze. Auferam a vobis cor lapideum: ⁊ dabo vobis cor carneum. dicit. Auferam eis cor lapideum et dabo eis carneum. quia in cōparatione lapidis qui sine sensu est: caro sentit. per lapidis insensualitatem signatum est: cor non intelligens et per carnis sensualitatem signatum est cor intelligens: tantum noli esse sub lege. vt illa3 timore impleas: sed sub gratia vt sit plenitudo legis caritas. q̄tum ergo ad impletionem ⁊ consummationem est radicatio moralium penes amorem Et per hoc patet verificatio rationum.

Articulus quartus

V. sit eadē radix moraliu3 p̄ceptoꝝ que est v̄tutū.

Consequenter queritur. vtrum sit eadē radix virtutum et preceptorum moralium. ⁊ iuxta hoc secundo queretur de ordine horum adinuicem.

Argu primum ꝙ sit eadem radix

Quantū ad primū. .§.j.

obijcitur sic. Aug. in li. de ciui. dei. diffinit virtutē dicens Uirtus est ordo amoris. Et similiter in ecclesiasticis dogmatibus diffinit omnes virtutes p amorem: et sumit ibi amorem generaliter conuenientem cuilibet vi anime respectu sui obiecti Sicut bonu3 dicitur generaliter. Radix ergo omnium virtutum est amor rectus qui est charitas.

Secundum

Sed iste est radix omniū preceptorum. q2 quicq̄d precipitur in sola charitate radicat vt dicit Greg. ergo eadem est radix omnium virtutū ⁊ p̄ceptorū moralium.

Tertium.

¶ Item p̄cepta moralia non sunt nisi de actibus virtutum. sicut p̄hibitiōes de ꝯtrarijs actuū v̄tutū: s3 act⁹ v̄tutū radicāt i ip̄is habitib⁹ virtutū: ergo ⁊ p̄cepta radicant in ipsis habitib⁹ ⁊ huiusmodi habit⁹ sunt virtutes seu habit⁹ v̄tutū in eode3 ergo radicant virtutes ⁊ precepta.

Quartum

¶ Itē vna est radix omnium vitiorum que opponuntur virtutibus seu actibus virtutum ⁊ p̄ceptis. ergo similiter vna radix virtutum ⁊ preceptorum q2 aliter ex opposita parte nō posset stare eadē radix. Minor patet quonia3 libido concupiscentie est radix omniū malorum ⁊ vitiorum. Ro. vij. Concupiscentiam nesciebam esse peccatum nisi lex diceret. nō concupisces. Glo. hoc elegit apostolus. ꝙ est generale peccatorum. s. concupiscentiā. vnde omnia mala venerunt. bona est ergo lex que dum hoc p̄hibet omnia mala prohibet.

Quintum

¶ Ite3 omnis actus debitus inq̄tu3 hmōi est actus iusticie. sed omne preceptū morale est de actu debito. ergo oīs actus precepti inq̄tum hmōi est opus iusticie. ergo oīa precepta exeunt a radice iusticie. Sed eade3 est radix virtutis ⁊ iusticie. quia iusticia est virtutis. ergo eadem est radix virtutum ⁊ preceptorum.

Sextum

¶ Item omnis actus debitus ex īperio est actus obedientie. Sed omne preceptum est actus debitus ex imperio. precepta ergo non sunt aliud q̄ sit virtus. ergo ⁊c.

Contra

¶ Ad oppositum Non est eadem differentia preceptorum moralium. que est differentia virtutum. nec ſm eam est: quia precepta moralia distinguuntur in decalogum. Hec autem distinctio ⁊ hic ordo non procedit ſm ordinem ⁊ distinctionem virtutum. Principium ergo distinctionis et ordinis est differens vtrobiq3: ⁊ sic non est radix eadem. ¶ Item virtutes ⁊ precepta directiua sunt. sed directio facta per virtutes soluitur ⁊ amittitur quando fit contrariū virtuti. Directio autem preceptorum non soluitur nec corrumpitur. licet fiāt contraria. Directio enim per virtutes refertur ad voluntatem siue actum voluntatis. Directio autem per precepta respicit rationem seu actum rationis. ergo hoc separabile: ⁊ istud inseparabile. non est ergo eadem radix istorum. ¶ Item actus preceptoru3 semper respicit tentionem. virtute autem posita vel amota: nō magis vel minus manet hic intentio. immo precedit virtutes. est ergo alia radix preceptorum ⁊ virtutum. ¶ Ite3 aliquid fit quia debitum. aliquid vero quia voluntarium. Actus virtutis inquantum huiusmodi voluntarius est: quia virtus est habitus voluntarius. Voluntas aūt respicit bonū in ratione boni viri. Uirtus ergo radicatur in ratione boni: quia bonum p̄ceptū aūt est actus debitus: q2 p̄ceptū sub debito est. ⁊ ita respicit bonū inq̄tum hmōi. ergo p̄cepta radicantur in ratione boni quia debitum. ergo nō est eadē radix. ¶ Si dicatur ꝙ virtus respicit debitum actus. sicut preceptum vt iusticia. vnde debitum actus mouet virtutem iusticie: et sic illud non facit differentiam radicis. Contra. aliud est debitum actus: aliud executio debiti actus. debitum actus semper est ex lege. et hoc semper ponit preceptum. virtus autem de se non ponit debitum actus. sed executionem siue ad habilitate3 ad executionem debiti actus. Sicut ergo dicimus ex alio ⁊ alio debitū actus ⁊ executionē debiti actus. ita ex alia ⁊ alia radice dicimus p̄cedere p̄cepta: ⁊ virtutem iusticie. ¶ Item videbit alicui cum li. ar-

bi. sit facultas rõnis ⁊ voluntatis. ex illa parte qua est facultas voluntatis: ponitur ordo virtutis. q2 virtus est habitus voluntarius. Unde ordo ille est ordo voluntatis. sed ex illa parte qua est facultas rationis ex qua venit iudicium: ponit̄ ordo scđm legem ⁊ precepta. q2 lex dicit̄ eo ꝙ facit legeꝫ quid faciendum sit qđ ꝓprie ꝯtinet ad rõnem. Est ergo ponere radicem preceptorum in aĩa seu in li. arbi. ex illa parte qua est facultas rõnis: ⁊ radiceꝫ virtutum ex illa parte qua est facultas volũtatis: vt dicat̄ lex ⁊ precepta directiua rõnis: virtus aũt voluntatis. ergo alia ⁊ alia radix. ¶ Item volũtas est libera ⁊ absoluta. sed rõ non est ita: immo bñ alicui necessitati subdita. Si ergo lex indicit quãdã necessitatem. ergo non põt esse directiua ex parte volũtatis in qua est oĩno libertas. Est ergo solum directiua rõnis. Sed v̾tus est directiua volũtatis vt dcm̄ est: q2 est habitus volũtarius nõ imponens necessitatem: ergo nõ est eadẽ radix hoꝝ. ¶ Sol. dđm. ꝙ non est eadẽ radix virtutũ ⁊ p̄ceptoꝝ. Radicatio eñ virtutũ semꝑ est scđm formam boni vt boni. Radicatio aũt p̄ceptoꝝ scđm formã boni vt debiti. ⁊ inde differens est ordo istoꝝ: ⁊ differẽs radicatio. ¶ Ad qđ notãdum est ꝙ est appetitus vl' volũtas oĩo absoluta q̄tum ad necessitatẽ debiti ⁊ q̄tum ad necessitatem actus. ⁊ hec est diuina voluntas. Unde nulli dꝫ sicut dicit Ansel'. nec est ei necessitas ad actum. Item est appetitus coartatus necessitate debiti ⁊ actus: ⁊ iste appetitus est irrõnalis q̃ est in creaturis irrationabilibus sicut in igne ⁊ elemẽtis alijs. q2 in qualibet creatura est quoddam debitum. qđ dꝫ de sui natura. q2 a deo creata. silr' in ipsa est necessitas ad actuꝫ: q2 nõ est dñs sui actus. sed necessitate facit. Item est appetitus vel volũtas coartata necessitate debiti. sed nõ necessitate actus. ⁊ hec est volũtas creature rõnalis. Absoluta eñ est a necessitate actus: q2 in sua libertate est facere vel non facere. sed nõ absoluitur a necessitate debiti. immo tenet̄ ex debito: eo ꝙ est subdita deo ad conformandam voluntatem suã voluntati diuine. In prima voluntate bene ponit̄ virtus: sed non lex. Unde voluntas diuina nulli legi est subdita. plena autem est omni thesauro virtutum. In appetitu vero irrationali est lex sed nõ virtus: cum totum ibi sit debitum. In voluntate aũt vel appetitu rationali lex est ⁊ virtus. ita ꝙ ex ꝑte illa que est absoluta: hꝫ regulaꝫ directiuam sui ne erret. ⁊ hec est virtus. ex illa vero parte qua est sub necessitate debiti: sub lege est que ipsum dirigit instruendo ⁊ dictando: quid dꝫ seu ad quid tenetur. Scđm hoc ponitur iusticia generaliter triplex. scꝫ iusticia voluntaria omnino ⁊ non debita. ⁊ hec est in voluntate diuina. Ponitur etiam iusticia debita ⁊ nõ volũtaria: ⁊ hec est in appetitu irrationali. Et est iusticia debita ⁊ voluntaria. ⁊ hec est in appetitu seu voluntate rationali. ⁊ ex illa parte qua erit iusticia debita erit lex ex illa vero parte qua est iusticia volũtaria est virtus. ⁊ loquor de iusticia generali ad legem ⁊ virtutes. ⁊ sic pꝫ ꝙ non ex eadem parte erit sumere radicem virtutum ⁊ moralium legis. ¶ Ad primam ergo rõnem in ꝯtrariũ dđm. ꝙ lꝫ eiusdem boni sit virtus ⁊ preceptuꝫ: alia tñ est forma considerationis ⁊ inde diuersitas radicis. Alia eñ est forma boni vt boni: ⁊ boni vt debiti. ex illa ꝑte qua est forma seu rõ boni vt boni: sumit̄ radicatio virtutis. ex illa aũt qua boni vt debiti: sumit̄ radicatio p̄ceptoꝝ legis. ⁊ sicut rectus amor q̃ est boni vt boni: ⁊ boni vt debiti. sub alia est ⁊ alia ratione ⁊ forma boni: sic alia ⁊ alia radix.

Rñsio.

¶ Ad secundam rationem. solutum est per hoc.

¶ Ad tertiam rõnem dicendum. ꝙ differenter est directio actus per virtutes ⁊ precepta. q2 directio actus ex debito: est ipsoruꝫ preceptoꝝ. Directio autem actus ex rectitudine voluntaria: est per virtutes. ⁊ sic sub alia ⁊ alia rõne sunt directiua illorum actuum precepta ⁊ virtutes. ¶ Ad quartam rationem dicendum ꝙ non sequitur videmus enim ꝙ idem opponitur gratie ⁊ nature scꝫ peccatum: spoliando scꝫ gratuita. ⁊ naturalia vulnerando. ⁊ tamen alia est rectitudo huius ⁊ illius. vnum eñ malum sufficit ad destruendum plura bona coordinata. non tamen illorum est vna perfectio nec potest esse seu rectitudo. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ actus debitus aliter est preceptorum ⁊ v̾tutis iusticie. Justicia eñ in qua non est respicit nisi executionem debiti actus. preceptum vero facit debitum actus. vnde hoc qđ est scđm essentiam lex in anima. non est nisi debitum actus faciendi. Executio ergo debiti actus est a iusticia inq̄tum virt⁹ est. debitum vero actus a lege. Et sicut ab alio et alio est ꝙ sit debitum: ⁊ ꝙ sit executio debiti actus vt visum est: sic ab alia radice precepta ⁊ iusticia virtus. ¶ Ad sextum qđ obijcit̄ de obedientia silr' dicendum. ꝙ obedientia vno modo est lex siue ipsi⁹ legis. alio modo est virtus. debitum eñ obediẽtie est lex. ipsa v̾o habilitas ad bonum exequendum per obedientiam virtus est. Unde scđm ꝙ est legis respicit debitum: ⁊ sic ab eadem radice. Scđm aũt ꝙ virtus respicit executioneꝫ debiti. ⁊ ideo ab alia radice. ¶ Sed obijcit̄ penes voluntatem est imperium ad omnes actus. penes v̾o rationeꝫ est consilium ad omnes actus. Sed lex est principium directiuum in actum per imperium. ergo directio legis radicat̄ ex illa parte qua ⁊ imperium. non ex q̃ consilium. Lex igit̄ est ex parte volũtatis: ⁊ nõ rationis. ergo ex eadem parte radicant̄ lex ⁊ virtus. ¶ Ad istud dicendum sicut solutum est: ꝙ lex respicit voluntatem ⁊ non solum rõnem: ⁊ silr' v̾tus tamen aliter ⁊ aliter. q2 lex eam respicit q̄tum ad hoc: ꝙ tenet̄ vel coartat̄ ad debitum actus. virtus vero inq̄tum a debito est absoluta: que ad hoc est vt dirigat aĩam in actum exequendum. Ad cuius executioneꝫ non coartat̄ si non vult. ¶ Similiter ad alias rõnes que ostendunt ꝙ lex respicit rõneꝫ virtus autem voluntatem. Licet concludant verum dico tamen ꝙ penes hoc non est distinctio radicis in istis. immo quia lex primo ⁊ per se respicit facultatem. deinde vero rationem ⁊ voluntatem. ex illa parte qua est tentio debiti radicatur. virtus auteꝫ non vt dictum est.

Ad quintum

Ad sextum

Iuxta hoc secundo .§.ij.

De ordine preceptoꝝ ⁊ virtutum.

querit̄ de ordine preceptoꝝ ⁊ virtutum. qđ hoꝝ est prius. Nam cõmunes actus sunt virtutum ⁊ preceptoꝝ. aut ergo q2 sunt virtutum: sunt p̄ceptorum vel econuerso. Sed constat ꝙ q2 sunt virtutũ sunt p̄ceptoꝝ. Cõstat eñ ꝙ moralia seu actus moraliũ non sunt in precepto: nisi q2 bona. ergo q2 virtuosa q2 virtus respicit bonum sub rõne boni. Illi auteꝫ actus boni sunt: ⁊ q2 boni. sunt in p̄cepto. ergo v̾t⁹ naturaliter prius q̃ p̄ceptum. ¶ Ad oppositũ ante virtutes est debitum actus etiam tentio ad ipm̄ sed debitum actus ⁊ tentio ad ipm̄ sunt per precepta: ergo ante virtutes naturaliter sunt precepta. ¶ Solu. dicendum. qđ lex seu precepta legis naturaliter sunt priora virtutibus ⁊ hoc patet sic. Bonum enim summuꝫ mouet vt principium ⁊ vt finis Inq̄tum eñ est bonum principium seu conditio principij: est diffusiuum suiipsius. ⁊ ex hac parte venit debitũ in creatura scꝫ ꝙ ipsa tenetur ad bonũ q2 eñ

Rñsio.

quia enim creatura a bono. idem debet bonum vt cõformetur suo principio sicut dictum est. Et ex hac parte venit lex. tanq̃ directiua creature: ⁊ dictans ei bonum debitum. Ex illa autem parte q2 bonum mouet vt finis: ⁊ ꝙ creatura est ad ipm̄ vt ad finem ꝓuenit virtus tanq̃ directiua ipsius anime. q2 virtus dirigit in finem. Quia ergo prior est comparatio anime ad bonum in ratione qua ipsius principiũ: q̃ vt finis naturaliter: ideo prior est ordo preceptorum seu scđm precepta in anima q̃ ordo scđm virtutes. ¶ Ad rationem in cõtrarium dicẽdum. ꝙ inq̄tum sunt bona debita sunt ipsorum preceptorum: inq̄tum vero bona voluntaria sunt ipsarum virtutum. Sed prior est naturaliter conditio boni debiti: q̃ boni voluntarij. q2 prius accipit creatura naturaliter. vnde ipsa ẽ debitrix deo tanq̃ principio, q̃ ipsa moueatur volũtarie in ipsum vt in finem.

Membrum secundum.

De distinctione ⁊ numero preceptorum decalogi.

Uiso de radice moralium decalogi. Cõsequenter inquirendum est de distinctione preceptorum decalogi. Et circa hoc plura incidunt dubitabilia. Primũ est an distinctio mãdatorum decalogi fuerit in natura bene instituta. ꝙ fuerint ibi illa decem verba. Scđm est ꝫm quam rõnem accipitur distinctio decalogi. Tertium est de sufficientia numeri: an plura debent esse vel pauciora. Quartũ de distintione decalogi q̄tum ad ordinem. Quintum de distinctione q̄tum ad modum tradendi.

Articulus primus.

Utrũ in natura bene instituta erat distinctio q̃ modo est. Arg. primum.

ꝓhibeatur pma ydololatria in scd̄o scd̄a. ¶ So-
lutio. dicēdum. q multipliciter cōtingit assigna-
re distinctionem ⁊ numerum decalogi. vno mo-
do respiciēdo distinctionem in scriptione hoc est
sicut scripta fuerunt in tabulis lapideis. alio mō
potest esse distinctio respiciendo formā precepti.
Tertio modo quātum ad rationē precepti. ⁊ hoc
dupliciter. vel quātum ad rationem materialem.
vel quātum ad formalem. Illi ergo qui respicie-
bant distinctionē primo modo. dixerunt q quinqꝫ
erāt in vna tabula. quinqꝫ in alia. Et probāt istud
per illud quod dicit apostolus Ro. xiij. Ubi annu
merantur solum quinqꝫ: que sunt vnius tabule.
cum dicit. Qui diligit proximuz legem impleuit.
Nam non adulterabis. Non occides. Non fura
beris. Non falsum testimonium dices. Non con
cupisces ⁊c. Et sic respexit Josephus distinctionē
mandatorum decalogi. qui dicit. quinqꝫ erant in
vna tabula quinqꝫ in alia. Esicius autem respexit
Esicius
distinctionem mandatorum scd̄m formam pre-
ceptorum: vnde quia vidit q sabbatum habet si-
gnificantiam ⁊ figurale est: ⁊ cum determinatio-
ne temporis. ⁊ vidit alia precepta decalogi stare ⁊
perpetua esse. ⁊ seruanda secundum omne tem-
pus. ideo dixit q preceptum de sabbato nō erat
de illis. solum respiciens formam mandati pre-
dictam. ¶ Sed distinguit tria precepta in prima
tabula ordinantia ad deum. ⁊ remouet sabbatuz
sic secundum triplicem actum latrie. quia coli-
mus deum corde: ⁊ secūdum hoc sumitur primuz
mandatum. scilicet hic. Ego sum dominus deus
tuus ⁊c. Non habebis deos alienos. Item coli-
mus deum per reuerentiam in opere. Et secūduz
hoc sumitur illud secundum mandatum. Non
facies tibi sculptile. Item colimus deum in ore: ⁊
sic sumitur tertiuz mandatū quod est. Non assu
mas nomen dei tui in vanum. ¶ Origenes autē
Origenes.
respicit rationem materialem preceptoruz. Sed
est materia triplex: scilicet materia nature ⁊ ma-
teria artis. ⁊ materia rationis. Secundum mate-
riam nature ⁊ artis distinxit primum. Non habe
bis deos alienos. a secundo quod est. Non facies
tibi sculptile. ⁊ hoc quod dicit. Ego suz dominus
deus tuus. non est preceptum sed ratio precepti.
quare deus debet adorari. Differunt enim predi
cta duo illo modo quia duplex est ydololatria.
vna qua adoratur creatura vt deus. ⁊ hoc prohi-
betur in pmo mādato. nō habebis deos alienos.
alia qua adoratur figmētum sicut est in sculptili.
⁊ hoc ꝓhibetur in illo. nō facies tibi ⁊c. Unū ydo-
lolatria est in materia nature: ⁊ hec ꝓhibet in pri
mo. ydololatria in materia artis. sicut in figmen-
to vel imagine ꝓhibetur in scd̄o. Scd̄m vero ma
teriam rōnis respicit ⁊ distinguit in scd̄a tabula.
sicut di-

sicut dicimus q genus est materia speciei. ⁊ quia
est eadem materia rationis in duobus pceptis de
ↄcupiscentijs. quia. s. vxorobiqꝫ vnū genus: ideo di
xit illa esse vnum mandatum. Et sm assignationē
Origenis quattuor sunt mandata in pma tabula
vnum est de reuerentia veritatis essentie. hoc: scz
non habebis deos alienos. Secundum est de re-
uerentia maiestatis que appropiatur patri. s. hoc.
non facies ⁊c. Tertium est de reuerentia veritat
q̄ appropriat filio. s. hoc. non assumes ⁊c. Quartū
quod est de sanctificatione sabbati: ⁊ est de reue-
rentia et sanctificatione bonitatis que appropri-
atur spirituisancto. ⁊ sic sm ipsuz patet distinctio
Augustinus.
¶ Augusti. autem respexit rationem formalem p
ceptorum. ⁊ quia sm triplex debitum se habet cre
atura ad deum. ideo in pma tabula tria sunt mā-
data sm ipm: ⁊ dicit vnum mandatum esse. Non
habebis deos alienos. ⁊ nō facies tibi sculptile. For
maliter eñ non differunt. vnde dixit in glos. super
illud. xx. exo. vbi dictum est. Non erunt tibi dij ali
eni preter me. patz huius rei diligentem executio
nem esse in his que subiecta sunt. Quo enim per-
tinent. non facies tibi ydolum nec vllam similitu
dinem ⁊c. nisi ad id quod dictum est. Non erunt
tibi dij alieni pter me. Similiter precepta secūde
tabule ↄsiderat secūdū rationem formalem: Non
concupiscere autem vxorem. ⁊ non ↄcupiscere pos
sessionem: non solum differunt materialiter sz eti
am formaliter. quia ad vim aliam pertinet cōcu-
piscentia carnis. que est concupiscentia vxoris. et
ↄcupiscentia oculorꝫ: que est concupiscentia pos-
sessionis aliene. Prima enim pertinet ad vim ge
neratiuam. Secunda ad vim sensitiuaz: ⁊ ideo po
nit duo mandata de illis concupiscentijs. ⁊ ppt
hoc patet solutio cuiusdam rationis que ostēdit
q sm aug. non debent hic poni duo esse manda-
ta. ⁊ per hoc etiam habetur intellectus rationum
Ad obij.
et ↄtrarietatum apparentium. ¶ Sed quod obij
citur q augustin9 contrariat sibi. per hoc qd̄ di-
cit in li. de questionibus vet. ⁊ no. tes. dōm: q aug.
aliquando loquitur sm opinionem ꝓpriam. ⁊ sic
loquitur in glo. sup exo. xx. vbi dt. q tria pme tabu
le. trinitatem videntur insinuare. Aliquando do
loquitur sm opinionem alienam. ⁊ sic loquitur i
questionibus vete. ⁊ no. test. vnde multotiens lo-
quitur secundum opiniones aliorum narrando
quod alij dixerunt.

Articulus quartus.

De distinctione decalogi q̄tum ad ordinem.

Hoc habito queritur de distinctione de
calogi q̄tum ad ordinem. Ad quod sic
obijcitur querendo. cum sint quedam p
cepta ex parte cordis. quedam vero ex p
te operis. vt dictuz est. queritur que sint priora na
turaliter. Si dicat ea q̄ cordis naturaliter priora
sunt. ergo inconueniens est ordo i scd̄a tabula. q̄a
ibi ordinantur vltimo mandata ex parte cordis. s.
que sunt de cōcupiscentijs. primo autē operis mā
data. Si dicat q pora sunt naturaliter ea que ope
ris sunt. ergo inconueniens est ordo in prima ta-
bula. quia primo ponuntur mandata ex parte cor
dis ⁊ oris: vltimo mandata ex parte operis. ex quo
videt q nullus sit ordo in decalogo. ¶ Item vni-
uersaliora sunt precepta negatiua q̄ affirmatiua
quia negatiua obligant semper ⁊ ad semper. affir
matiua vero semper. sed non ad semper. ergo pus
debent poni ꝓhibitiones que negatiue sunt: quā
pcepta affirmatiua. ergo male ordinantur in scd̄a
tabula preceptum de honore patris. aut alia que
negatiua sunt. ¶ Item Exo. xx. sic ordinat manda
Obijcit de diuersitate ⁊c. ordinis.
ta de ↄcupiscentijs. q prius ordinat ꝓhibitio cō-
cupiscentie domus vel possessionis primi. deinde
ꝓhibitio concupiscentie vxoris primi. In deutero
nomio do facit econuerso: ergo hic vel ibi male or
dinat. ¶ Item ↄcupiscentie que sunt de reb9 eius
dem nature debent simul ordinari. que autē sunt
rerum diuerse nature: debent inuicem distingui ⁊
non commisceri. ergo ꝓhibitio cōcupiscentie pos
sessionum debet simul ordinari. ergo male inter-
ponit Exo. xx. concupiscentiam vxoris que est rei
alterius nature. inter concupiscentiam domus ⁊
ↄcupiscentiam agri. serui ancille. bouis et asini.
cum domus bos et asinus ⁊c. ad possessionem per
tineant. vxor autem nō. ¶ Iuxta hoc queritur vtr
Queritur.
ordo preceptorum qui est in prima tabula: sit ratō
ordinis preceptoruz in secunda. ⁊ ostenditur q sic
quoniam precepta prime tabule pertinent ad de
um vel ordinant. precepta aūt secunde ordināt ad
imaginem dei que est primus. sed non est ordo in
imagine nisi sicut educitur ab exemplari. ergo est
ordo in preceptis secunde tabule que ordinant
imaginem dei: sm ordinem seu rationem ordinis
qui est in prima tabula. ¶ Item ratio diligendi p
ximum est a dilectione dei. Non enim diligitur p
ximus nisi quia imago dei. ergo debita pertinen-
tia ad dilectionem dei ⁊ primi que sunt secūde ta
bule: debent ordinari secundū debita pertinen-
tia ad dilectionem dei que sunt pme tabule. Or-
do igitur qui est in prima tabula: est ratō ordinis
Responsio.
qui est in secunda. ¶ Solutio dōm. q ordo deca-
logi sumitur per comparationem ad legez gratie
ad quam manifestandam ordinatur decalogus:
ideo sm hāc comparationem dicitur testimoniuz
vnde secundū q magis manifestat ⁊ testificatur
illam: ordinantur eius mādata. Lex gratie est lex
fidei de qua habetur Ro. iij. Ubi ergo est gloriatio
tua exclusa est. per quam legem: factorum: non. sz
per legem fidei. Lex autem fidei respicit fidem tri
nitatis in deo: ⁊ fidem assumpte humanitatis a
deo. Ordo in prima tabula est sm ordinez fidei tri
um in se: sic pater enim est principium filij ⁊ vter-
qꝫ est pncipium spiritussancti qui ab vtroqꝫ ꝓce-
dit. pater ergo est principium ad alias personas.
Primum ergo mandatum quod est de adoratiōe
est de honore patris ratione principij. Secunduz
vero est de honore qui debet exhiberi ipsi sapien-
tie vel veritati q̄ appropat filio. Tertiū respicit cō
firmationē ad. s. s. Unde respicit honorē sanctifica
tionis spūssancti. quod significatur p sabbati san
ctificationē. In scd̄a do tabula ē ordo sm ordinē
trinitatis ↄpando ad imaginē: q2 debitum ē ad p
ximū rōne hui9 q est imago trinitatis. ⁊ cū hoc ē
ille ordo cū fide hūanitatis assumpte. Nō ergo pr
ni honoris imaginata q̄ est rōne pncipij: est rō ad
pmū pceptū scd̄e tabule. qd̄ est de honore patris.
Penes aūt rōnem finalis honoris: q̄ est honor ve
ritatis ⁊ cū fide hūanitatis assumpte. sumunt alia
q̄ttuor pcepta. Ratio vero imaginata honoris spi
ritussancti et sanctificationis eiusdē est rō ad duo
vltima mandata que sunt de cōcupiscentijs. De
primo illud planum est quod pater habet in se rō
nem principij: ⁊ iō honorand9 a filio. iō rō pater-
ni honoris imaginata que erat in pmo. est ratio
ad illud mandatum qui honor erat ratione prin-
cipij. iō primo ordinatur istud preceptum. Ratio
autem filialis honoris est ratio ad alia quattuor
hoc modo. quia filius dei deus et homo: quia do
filius dei deus est. veritas est. et impendit ei ho-

nor ratione veritatis.Et iuxta hoc sumit debitu3
veritatis ad proximũ.qui est imago filij dei qui ve
ritas est.z penes illud debitũ sumit istud mãdatũ.
Nõ falsum testimoniũ dices.Rõne aũt hui⁹ q̄ fi
lius dei hõ est assumpta humanitate z rõne fidei
illius sumunt tria.rõne em̄ humanitatis assum
pte efficit prim⁹ cõformis ipsi filio dei in natura
assumpta z rõne huius cõformitatis teneor eiz de
beo seruare ipsam naturã z ea que faciunt ad mul
tiplicationẽ istius speciei vel nature.sicut est ordi
nata viri cõiũctio cũ muliere que est in matrimo
nio z conseruare etiã ipsa adiũcta proximo ad sui
sustentationẽ.z sic ſm triplex debitũ se habet ho
mo ad primũ rõne humanitatis assumpte a xpo.
Penes primũ debitũ sumit illud mandatũ Non
occides.Penes scdm sumit illud.Non mechabe
ris.q2 mechia est cõtra ordinatã coniunctionẽ vi
ri z mulieris.Penes vero tertiũ debitũ.sumit il
lud mandatũ.Nõ furtũ facies q2 furtũ est contre
ctatio rei aliene.Ratio aũt honoris z sanctifi
catiõis spiritussancti est ratio ad duo vltima mã
data de concupiscentia.q2 concupiscentie iste ma
xime vexant animã z auferũt quietem.Et ideo ra
tio prohibitionis istarũ ꝯcupiscentiarũ est a rõne
mãdati de sabbato q2 mandatũ illud est de quiete
anime in spiritusancto.Nõ ordinãtur ergo prece
pta secundũ has differentias:affirmatiuũ z nega
tiuum.sed secundũ q̄ ducũt ad gratiã. Et q2 hu
manitas prius ducit in gratiã et manifestationẽ
gratie q̄ diuinitas.quia per humanitatẽ venim⁹
in cognitionẽ diuinitatis z ideo illa tria precepta
in quibus est ratio debiti a ratione debiti filialis
honoris ratione humanitatis assumpte precedũt
istud.Non falsum testimoniũ dices.Similiter et
illorũ triũ inuicem per iam dicta planus est ordo.
¶Ad illud quod obijcitur de contrarietate ordi
Ad id quod obijcitur. nis in deut.z exo.dicendũ q̄ cõcupiscẽtia rerũ seu
opulentiarum aliquando mouet ad concupiscen
tiam mulieris aliquando est econuerso.aliquan
do vero mixte sunt iste concupiscentie.Cũ ergo lex
nihil relinquat quod pertineat ad salutẽ.vt signi
ficet q̄ opulentia aliquando mouet ad voluptatẽ
vel cõcupiscentiam carnis.prius ponit in exo.mã
datum de prohibitione concupiscentie rerũ sicut
domus deinde concupiscẽtia mulierũ.Quia ergo
deut.est resolutorius legis.ideo ibi facit ecõuerso
et vt etiam ostendat q̄ aliquando voluptas mo
uet ad rerum concupiscentiam.similiter etiam vt
significet q̄ sunt aliquando mixte iste concupiscẽ
tie interponit in medio ꝯcupiscentie rerum.i exo.
mandatum de prohibitione concupiscentie mu
lieris.Et per dicta soluuntur omnia obiecta.

Articulus quintus

De distictione q̃tum ad modũ tradẽdi quare quedam sunt affirmatiua.q̃dã negatiua.

POst hec queritur de distinctione deca
logi q̃tum ad modu3 tradendi.Querit
ergo primo.vñ hoc q̄ q̃da3 sunt pcepta af
firmatiua q̃da3 negatiua.quare nõ oĩa
negatiua vel omnia affirmatiua. ¶Item primo
precepto prime tabule.tria adduntur. scilicet. ra
tio comminatio promissio.Ratio cum dicit,Qui
eduxi te.Comminatio.per hoc quod dicit Visitãs
iniquitatem patrum in filijs. Promissio.per hoc
quod dicit.Faciens misericordiam in millia his
qui diligunt me zc.Sed non inuenitur quod hec
tria addantur alijs.Queritur ergo vnde hoc.
¶Item secũdo precepto additur cõminatio qua
re nõ sĩr ratio.vel pmissio dicitur em̄ nõ habebit
insontem qui assumpserit nomen eius frustra.
¶Itẽ tertio additur sola ratio.dicitur enim lex
diebus operatus est deus in alijs non.vnde hoc
¶Item in pmo pcepto secunde tabule ponitur
pmissio.cum precipitur de honore patris.vt sit lõ
geuus super terram:queritur ergo.vnde hoc.
¶Item quedam precepta dicuntur indicatiue.q̃
dam imperatiue.Precepta affirmatiua dicuntur
imperatiue.Unde in tertio mandato pme tabule
dicit.Memento zc.et similiter in pmo secunde.
Honora patrem zc.Negatiua autem dicuntur in
dicatiue.queritur vnde hoc.¶Item in aliquib⁹
est phibitio actus:z affectus seu voluntatis.i ali
quibus non.dico ſm formam.z modum tradẽdi p̄
cepta.queritur ergo vnde hoc. ¶Solutio dõm.
q̄ decalogus habet comparationem ad legem fo Rñsio.
mitis cohercendam z reprimenda3.et penes istã
comparationem accipit modus tradendi pcepta
decalogi.sicut dictum est.A lege enim fomitis p
nitas est ad quam cohercendam datur lex. Hec
autem pnitas triplex est ex fomite.vna est ex defe
ctu nature:alia est ex corruptione nature.tertia ex
consuetudine.hec em̄ triplex pronitas ad malu3
est ex fomite.q2 feruor concupiscentie fomitis cõ
tingit.vel ex pnitate inflicta:sicut est illa que est
ex defectu nature.vel ex pnitate contracta que.s.
est ex corruptione nature.vel acquisita.que. s. est
ex consuetudine.Prima pnitas respicit necessa
ria.vnde ab illa pronitate est appetitus inordina
tus necessarij ad multiplicationem nature et ad Triplex pnitas ex fomite
sustentationem.Hec autem pnitas facit modũ
differentem ſm affectum z actum.vnde ſm hanc
est differens prohibitio affectus z actus.et hoc ẽ
quia natura pter defectum suum et miseriam vi
te habet compulsionem ad suplendum suu3 defe
ctum z quo ad multiplicationem z sustentationẽ
z quia mirabiliter est appetitus z inclinatio natu
re ad ista ideo pnitas ista facit q̄ in quibusda3 p
hibetur affectus z actus.Pronitas autem cõtra
cta ex corruptione nature respicit preter necessari
um vl' superfluu3.Unde ab ista pnitate est appe
titus inordinatus preter necessarij vel supflui.et
ex hoc est natura pna ad committendum malu3.
et omittendum bonum.Et ideo pnitas ista facit
differentem modum in preceptis.ſm istas diffe
rentias.affirmatiuum.negatiuum.indicatiuum.
imperatiuũ.Ex illa parte qua ẽ pronitas ad omit
tendũ est affirmatiuũ.Ex illa parte q̃ est pronitas
ad ꝯmittendũ malũ venit negatiuum.Prohibi
tio ei est ꝯtra ꝯmissionẽ.z hoc patet in mandatis
ordinantib⁹ ad deũ z ad proximuum.vbi enim est
pronitas ad cõmittendum malum ꝯtra deũ p cõ
temptũ:occurrit lex negatiue.vbi vero est proni
tas ad omittẽdũ bonũ qđ ordinat ad deũ:occurrit
lex affirmatiue.Sĩr est i mãdatis ordinãtib⁹ ad
proximũ.vbi est omissio est affirmatiuũ.ꝯtra cõ
missionem negatiuã.Et q2 ꝯmissio vr dãnabilis
sed nõ omissio pplo dure ceruicis.sicut erãt iudei
iõ in mãdatis que sunt cõtra bonum omittendu3
ponit imperatiuũ.vt:ostendat q̄ dãnabile ẽ omit
tere bonũ:z q̄ ex debito tenemur ad non omitten
dum.Tertia vero pronitas est ex ꝯsuetudine vl' cõ
uictu.Et ex hac pronitate est additio ꝯminatiõis
rõnis.promissionis ad mandata.Hec autem pro
nitas quadruplex erat in iudeis.Erant ei ex cõsue
tudine proni ad errorẽ z ydololatriã.ſm qđ habet
Ozee secundo.Argentum multiplicaui eis et au
rum que fecerunt Baal.Item proni erant ad cõ
temptum dei.ſm quod habetur Esa.j.Filios enu
triui z exaltaui.ipsi autem spreuerunt me. Item
erant proni ad obliuionem dei.secundũ quod ha
betur deut.xxxij.Oblit⁹ est domini creatoris sui.
Item

Item erant pni ad auariciam.Math.xv.habet q̄
ipi transgressi sunt mandatum dei z de honore pa
tris z matris per auariciam suam.quia fecerant
traditionem ne filij succurrerent parentibus.nec
eos honorificarent muneribus:nec sustentarent:
ad quod inducebat eos auaricia.vnde dicit ibi.
Munus quodcunq3 est ex me zc.Ad ista ergo q̃t
tuor pni erant ex consuetudine:vel conuictu.in
illo mandato quod est contra errorem. Addidit
tria.s.rationem ad mouendum intellectum com
minationem.z pmissionẽ ad mouendũ affectu3:
sed differenter.quia mouetur affectus amore vel
timore.Comminatio ergo est ad mouendum af
fectum timore.promissio est ad mouendum affe
ctum amore.Et quia primũ mandatum prime ta
bule erat contra errorem:ideo addidit ei illa tria
Secundum vo mandatũ.s.Non assumes est con
tra comtemptũ.Cõtemptus autem dei per cõmi
nationem cohercetur ideo illi mandato additur
cõminatio.Tertio vero mandatum est contra dei
obliuionem.Contra vo obliuionẽ debet homo
excitari ratione.et iõ illi mandato additur ratio.
hac de causa dicit.Memento quasi dicat.habeas
in memoria hec:ne tradas obliuioni zc.Et hec p
tinent ad deum.Pronitas autem ad auariciam
erat respectu primi seu ꝯtra proximu3.z ideo mã
datum contra auariciam est de sancta tabula:scili
cet pmum.Honora zc.Contra vo auariciam tol
lendã nihil plus valet q̄ promissio.z ideo illi mã
dato.Honora patrem additur promissio zc.Per
hec patet solutio omnium obiectorum.

Questio.xxx.de adoratione.

POstquã inquisitũ
est de decalogo in generali.Restat
nunc inquirere in speciali de quoli
bet precepto decalogi.vt autem pla
nior sit inquisitio querendum est
pmo de adoratione dei.Secundo de adoratõe xpi
Tertio de adoratione creature.

Membrum primum.

De adoratõe dei.

CIrca adorationem dei queruntur plura.
Primo quid dicatur adoratio dei. Se
cundo que sit ratio diuine adorationis.
Tertio de vnitate et differentia diuine
adorationis.

Articulus primus.

Quid dicat diuina adoratio.

PRimo queritur quid dicatur adoratio
diuina hoc modo. Primo an dicatur
vniuoce adoratio de latria et ydolola
tria. Secundo an dicatur vniuoce ado
ratio q̃ est latrie z dulie.Tertio an dicat adoratio
actum interiorem vel exteriorem.

Quantum ad primum.§.j

V.an dicat vniuoce adoratio d latria ydololatria Arg.j.

ostenditur q̄ adoratio dicatur vniuoce de latria
et ydololatria.Ad quod sic.appetitus beatitudis
cum est ſm veritatem directus.et cum per errorẽ
est indirectus.non dicitur equiuoce sed vniuoce.
Nec ipsa beatitudo cum appetitur secundum ve
ritatem z secundum errorem.ergo similiter cul
tus deo exhibendus cum exhibetur secundum ve
ritatem ab anima fideli.et cum exhibetur per er
rorem ab ydololatria:nõ erit cultus equiuoce di
ctus:sed vniuoce.igitur adoratio vniuoce dicitur
de latria z ydololatria.Maior patet.quia cu3 ap
petitur beatitudo secundum veritatem.ita q̄ ap
petitus directus est vbi est beatitudo:z cum appe
titur per appetitum indirectum per errorem vbi
beatitudo non est:sicut appetunt eam errantes.
qui querunt beatitudinẽ in diuitijs temporalib⁹
delitijs et honoribus.eadem est ratio vtrobiq3.s.
ratio summi boni.que mouet vtrũq3 appetitum.
vterq3 enim summum bonum considerat.z sum
mum bonum mouet vtrũq3.ergo similiter cu3 sit
eadem ratio cultus z adorationis in fideli z in ydo Secundum.
lolatra.s.ratio diuini numinis.¶Item ponatur
q̄ aliquis intendat emere argentum z emat stã
num.alter intendat emere argentu3 z emat argẽ
tum.non est equiuoca intẽtio in vtroq3. licet vn⁹
fallatur alter non.Materia enĩ non diuersificat
intentionem sed finis.et ita cum idẽ sit finis isto
rum qui intendunt emere argentum:patet quod
vnica est eorum intentio.ergo similiter in latria z
ydololatria.cum in vtraq3 intendat adorare anĩa
numen dei siue diuinum:licet vnus adoret numẽ
diuinum.alter non qui fallitur.nec illud quod a Tertium.
doret diuinum est.¶Item omnis cultus deo de
bitus est latria.sed cultus ydololatrie ẽ cult⁹ deo
debitus:ergo ydololatria est latria.ergo adoratõ
vniuoca.Maior plana est. Minor etiam patet.
quia nihil aliud est ydololatria nisi cultus deo de Contra
bitus datus ydolo.¶Ad oppositum sic.Hoc no
men deus dicitur nuncupatiue z essentialiter.
Essentialiter dicitur de vero deo:sed nuncupati
ue dicitur esse solum de ydolo.Si ergo non dicat
vniuoce sic z sic.sed equiuoce:ergo similiter diui
num dictum de ydolo et de vero deo nõ est vniuo
cum sed equiuocum.sed diuinum consideratum
vtrobiq3 est ratio adorationis.ergo ratio adorati
onis latrie z ydololatrie equiuoca est.et ita equo
ce dicitur adoratio de latria z ydololatria.
¶Item Roma.j.Qui mutauerunt veritatem dei
in mendacium glo.Ueritas dei est gloria dei.veri
tatem dei tenere est vnum deum colere.veritate3 i
mendacium conuertere est creature seruire p cre
atore.Uera ei religio in vnius constat veri dei ser
uitio.ipsa namq3 veritas vnus est deus.ipse enim
vna natura est naturaliter.vna est vera diuinitas
et ita non possunt duo veri dij veraciter dici:sicut
ipsa veritas nõ pt naturaliter diuidi.vnum itaq3
deũ colere vo q3 deo ſuire non est vtiq3 vitatẽ dei
i mẽdaciũ ꝯmutare.Si ergo ydololatria creature
ſuit pro creatore ꝯmutat vitatẽ i mẽdaciũ latria
vo vitatẽ tenet.nõ ergo se h3 vniuoce adoratõ re Rñ.
spectu latrie z ydololatrie.¶Solo.dõm.q̄ non
dr vniuoce nec p analogiam adoratio de latria et
ydololatria sed equiuoce:q2 rõ ipsa mouẽs i vtra
q3 adoratiõe equoca est.s.numen diuinum ſm vi
tatem:z ſ3 existimationẽ.vn⁹ ei adorat nomẽ diui
num ſm veritatem.alter numen diuinum ſm exi
stimatione3. hec autem non vniuocantur.et ideo So.ad.ar.j.
rõ adorationis vtrobiq3 est equiucca.¶Ad pmã
rõnem in ꝯtrariũ.s.q̄ appetit⁹ btitudis cũ appeti
tur ſ3 vitate3.z cũ appetit ſm errorẽ:nõ ẽ equiuo
cus.Dõm.q̄ appetitus beatitudinis est duplex.
quia potest esse appetitus voluntatis naturalis.
et tunc est sub ratione cõi ipsius beatitudinis.ſ3
q̄ dicimus q̄ beatitudo est status omniũ bonoꝝ
ꝯgregatõe pfect⁹.Et sic non equocatur appetitus
z ſ3 istũ nũq̄ accidit error.Est ali⁹ appetit⁹ q̃ seq̃
tur electionem.qui quidem est a ratione:z iste re
spicit rationem propriam.circa istum accidit er
ror z rectitudo.iste enim appetitus est in aliq̃d de
terminatũ.z cũ ponit beatitudinẽ vbi est:z appeti

tus tunc rectus est.cum vero ponit eam vbi non
est.s.in diuitijs vel in delicijs.tunc errat.et iste ap
petitus est equiuocus.quia ratio ppria qua appe
titur bonum vbi est:et vbi non est.ratio equiuoca
est.Sic dico ex parte ista q appetitus natural' est
in reuerentiam et adorationem diuinam.ille appe
titus accipit diuinum generali ratione.non ponē
do hic vel ibi.et iste appetitus vniuocus est.et nō ē
ydololatrie mot⁹:sed voluntatis naturalis sed ap
petitus electionis qui mouetur in reuerentiam et
adorationem diuinam in ratione ppria iste errat
ponendo diuinum vbi non est.quia ponit diuinū
extra suam ppam rationem.et ppter hoc acceptō
Ad secunduz diuini equiuoca est. ¶ Ad secundū dicendum. q
si adoratio dicit motum sm inclinationē nature.
seu appetitū nale dico.q vniuoc⁹ ē sp mot⁹ et idē.i
mo iste semper est rect⁹:nec circa ipsuz accidit er
ror.sed si dicit motum adorationis in re determi-
nata tunc est motus ille sm appetitum rationis
electiuum.et iste motus non est vniuocus.nec idē
est.quia respicit rationem ppriam que differens
est.cum ponitur diuinuz vel summū vbi est: et vbi
nō ē.Alia ei est rō diuini i deo vbi ē et i creatura vbi
nō ē: quia ibi ponitur extra propriam rationem.
Ad tertium. ¶ Ad aliud dicendum.q in illo argumento ē fal
lacia accidentis.fit enim ibi distributio pro singu
laribus:sed non sumit pro eijsdem numero:sed p
similibus.vnde ydololatria dicitur cultus deo de
bitus:quia ibi fit genuflexio etc. que sunt similia
his.que sunt in cultu diuino latrie.et sic dicitur
ydololatria cultus deo debitus per similitudinē
qr.s.est similis cultui qui deo exhibetur.et sic non
pro eodem cultu assumit.sed p simili.Nam non
potest esse idem numero.sicut pz ex glos.Roma.
j.super illud.Qui commutauerunt in mendaciuz
veritatem dei.non possunt dici veraciter duo veri
dij.sicut ipsa vna veritas non potest naturaliter
diuidi.vnde illa adoratio q̄ adoratur deus nun-
quā dicitur vniuoce de aliqua alia re.et maxime
de ydolo.nisi veritas in mendacium commutat
quando adoratur vt deus.

Secundo queritur .§.ij.

V.adoratio vniuoce dicatur de latria et dulia. Argu.j.

vtrum adoratio vniuoce dicatur de latria et dulia
Ad quod sic latria dicitur cultus soli deo trino et
vni debitus.Dulia vero dicitur cultus vel reueren
tia debita rationali creature:superiorem ordinem
tenenti.sicut est prelatus et dominus et magister et
huiusmodi.sed eadem est adoratio qua adoratur
deus:et creatura superiorem ordinem tenens: vt
prelatus et huiusmodi.ergo adoratio vniuoce di-
citur de latria et dulia.Minor patet per simile.vi
demus enim q eadem est dilectio vel amor quo
diligitur deus et proximus. istud patet. quia di-
cendo diligitur deus:diligitur proximus. idem
est obiectum et idem finis. Diligere enim
proximum est velle ei bonum summum. er-
go similiter adoratio est eadem. quia adoratur
deus in primo inq̄tum est imago eius et similitu
do.vnde adoramus prelatos propter conformita
tem ad deum in potestate.doctores ppter confor
mitatem ad deum in bonitate.De pmo habetur
Exo.xxij.Dijs non detrahes.et dictum est a domi
no ad moysem.exo.vij.Posui te deuz pharaonis.
De secundo in ioh.x.Si illos deos dixit ad quos
dei smo factus est.De tertio habetur in ps.Ego
dixi dij estis.ergo adoratur primus ratione com
formitatis et participationis alicuius diuini.Er-
go sicut eadem est dilectio et vniuoca:ita eadem a
doratio dei et primi.ergo vniuoce dicitur adora-
tio de deo et de primo. ¶ Ad oppositum. adora- **Contra.**
tio debita deo singularis est:et ei soli debita:et hec
dicitur latria.ergo sicut non est dicere de his que
singulariter de deo sunt vel dicuntur:q per analo
giam conueniant creature.nec etiam multoma-
gis per vniuocationem non erit similiter dicere q
adoratio dicatur vniuoce.nec etiam analogice de
latria:que ad deum pertinet.et de dulia:que perti **Rñsio.**
nent ad primum. ¶ Solutio.super illud Mat.
iiij.dominum deum tuum adorabis et illi soli ser-
uies.dicit glo.grece latreosis.latine seruitus.Ser
uitus autem illa que communis est deo et homi-
ni et cuicunq:grece dulia dicitur.illa vero que so
li deo debetur latria.et sumit glo.illam duliam ex
tenso nomine dulie.secundum.s.q̄ accipitur p ser
uitute dulia vero in ppria ratione est reuerentia
facta superiori creature.secundum q dicit glos.su
per illud psal'.Adorate scabellum pedum ei⁹:quo
niam sanctum est.et dicit.non illa dico adoratione
que latria est que soli creatori debetur:sed illa que
dulia dignior est.dulia enim adoratio est:que eti-
am creature exhibetur:que duas habet species.
vnam que omnibus indifferenter.alteram que so
li humanitati xpi exhibetur.ppe ergo sumpto vo
cabulo latria est seruitus que soli deo debetur.
Dulia vero dicitur seruitus et reuerentia.que rōe
alicuius doni et dignitatis excellentis debetur ra
tionali creature.ppter quod etiam debetur ei ado
ratio.Dicendum ergo.q nec vniuoce nec equiuo
ce dicitur adoratio latrie et dulie proprie sumpte:
sed analogice.hoc est per prius et posterius.vnde
propter hoc dicit glossa illa q latreosis siue dulia
extenso nomine est comunis seruit⁹ exhibita cui
cunq.non dicit vniuoca vel eadem: sed commu-
nis:scilicet per analogiam.hoc est per prius et po
steri⁹.hec autem ē rō.adoratio est veneratio vel re
uerentia exhibita rōe dignitatis superioris et excel
lentis.et hoc per prius et posterius conuenit dulie
et latrie.Summa enim excellentia dignitatis est
in deo.et ratione illius debetur adoratio latrie ipsi
deo.excellentia autem dignitatis que est in crea-
tura rationali non est summa:immo ab illa diui-
sa et sub illa ad illam.et ratione istius dignitatis de
betur creature adoratio dulie.ex hoc enim q sum
mum est in creatore debet ei creature summo ra
tione istius summi in creatore debet ad rationem
latrie.Ratione vero dignitatis date a deo creatu
re debetur ei dulia:nō dignitatis que summa sit
sed que sub illa est ratione cuius adoratur deus.
¶ Ad rationem in contrarium dicendum.q de⁹ **So.ad.j.**
est alpha et o:principium et finis.sicut habetur a-
poc.j.Adoratio ergo respicit deum inquantum
est principium superius et excellens.Unde adora-
tio est motus in principium.Amor vero est mot⁹
in ipsum sicut in finem.Ratio autez finis nō mu
tatur cum dicitur q diligitur deus et quod diligit
proximus:scilicet diligere summum bonum ipsi
proximo.Similiter nec debitum mutatur.immo
eadem ratione debeo dilectionez deo et proximo
quia in seipso et in sua imagine debeo diligere sū
mum bonum.sed cum adoratio sit motus in prin
cipiū variat ratio pncipij qua adoratur de⁹ et pro-
ximus.et similiter ratio debiti quia deus est prin
cipium ad esse et pseruationē esse ipsius creature.
Rōnalis vero creatura est principium rōe doni ex
cellētis ad bñ esse alterius sicut subditi.rōne cui⁹
potest ipsum ducere in superiora.Sicut plat⁹ per
potestatez.doctor ratione sapientie p cognitionē.
sanctus vir

sanctus vir per exemplum possunt alios ducere
in superiora.Ratio ergo debiti similiter est diffe-
rens.qr ratio debiti quo debeo deo.est ratio qua
debeo ipsi principio adesse et ad cōseruationē ades
se.et ad oia reliqua.Ratio debiti quo debeo reuerē
tiaz primo:est rō qua debeo principio ad bñ esse.
dignitas eni diuini esse per potentiā et p pticipa-
tionē pnenit platis.Dignitas sapiētie doctorib⁹.
dignitas vero bonitatis sanctis rōne quarū digni
tatum sunt principiū ad bene esse aliorū. et ratiōe
quarum debetur eis honor et reuerētia.et sic nō est
vniuoca ratio debili nec etiam equiuoca sed ana
logica.scilicet.per prius et posterius variata et iō
debet variari ipsa adoratio:et radix ad vtrūq.

Tertio queritur. .§.iij.

V.adoratio dicat actū exteriorē vel interiorem.

vtrum adoratio dicat actū exteriorē vel interiorē.
Ad qđ sic exo.xx.Nō adorabis ea neq coles. Glo.
Aliud est colere:aliud est adorare.Potest quis in
uitus adorare vel adulādo regib⁹ ydololatris vel
tormētis vict⁹ cū sciat qr ydoluz nihil est.colere ve
ro est toto his affectu et studio mācipari vtrūq er
go resecas.vt nec affectu colas nec spe adoras.Ex
his patet q adoratio cōsistit in actu exteriori vel
affectu colere vero in affectu vel actu interiori:er-
go adoratio est actus exterior.colere vero interior
¶ Item apoc.v.Ceciderunt in facies suas et ado-
rauerunt.ergo adoratio est in signo exteriori ergo
dicit actū exteriorē. ¶ Ad oppositū.Joh.iiij.Ue- **Contra.**
nit hora et nunc est.quando veri adoratores ado-
rabunt patrē in spiritu et veritate.et dicit glo. Nō
in templo.nō in mōte hoc:sz interi⁹ in intimo cor
dis tēplo.ergo adorare seu adoratio dicit actū in-
teriorem. ¶ Itē ps.Adorate dominū in atrio san-
cto eius.i.in dilatato et sanctificato corde.qr ex ca
ritate ē omnis sanctitas.ergo adoratio dicit actū
cordis ergo dicit actum interiorem. ¶ Item Ra-
banus super geñ.Adorare est ad deuz qui solus est
adorandus tota mentis intentione tendere.ergo
adoratio est actus mentis.Queritur ergo quō dif
ferunt colere.seruire.et adorare.
Responsio Adorare. ¶ Solutio dicendum.q ista distinguuntur hoc
modo.quia adorare proprie respicit intentionem.
colere affectuz.seruitus corpus.quia seruire est ex
illa parte ex qua est seruilis actus. hoc autem est
ex parte corporis.venerari autem deus secundum
affectum potest esse dupliciter. vel interius.et sic
colere dicit affectum interius:vel exterius: et sic
Colere. colere dicit affectuz in affectu seu in signo.Simi-
liter adoratio respicit intentionem sicut dicit pre-
dicta autoritas.Rabani.super gene.Adorare est
ad deum qui solus est adorandus tota mentis in
tentione tendere: et sic adoratio respicit intentio
nem:sed hoc potest esse dupliciter:vel secundum
quod est interius in corde adoratio in spiritu et ve
ritate et sic dicunt autores quod adoratio est inte
rius.vel secundum quod adoratio est exterius in
signo et significatione intentionis:et sic est exte-
rior actus quando scilicet rationalis creatura to
Seruire. tam se donat deo vt suo principio et cause.Serui
re autē respicit opus exterius vel corpus.tamen
seruitus aliquando appellatur mancipatio ratio
nalis creature.seu colendo.seu adorando in affe-
ctu et intentione.et sic est in intentione et affectu
et sic dicit actum interiorem.secundum autez qđ
est expressus motus venerationis in corpore: sic ē
in actu exteriori.et per hoc patet intentio ratio-
num ad vtramq partem.

Articulus secundus.

POstea queritur sz quā rōnem deo debet
adoratio.an.s.ratione ptātis.vel verita-
tis.vel bonitatis.Ad quod sic.querit an
circūscripta bonitate et veritate debetur
deo adoratio ratione potestatis.Et ostenditur q
non quia potestas degenerat in abusum:nisi secū
habeat bonitatem coniunctam.sed tali non debe
tur reuerentia nec adoratio:ergo circūscripta bo
nitate non debetur potestati adoratio.

Q.sz quā rōnē deo debet adoratio.an rōe ptātis vel veritatis vel bonitatis. Argu.j.

¶ Item non ē simpliciter reuerenda potestas.ni-
si secū habeat veritatem.qr tunc preceps est et in
directa in suas operationes.ergo nō potest adora
ri potestas sine istis.ergo debetur deo adoratio
non ratione potestatis solum:sed etiam ratione
istorum trium.bonitas.veritas.potestas. ¶ Si- **Querit.**
militer queritur vtrum sola bonitas sit causa ado
rationis.et videtur.Circunscripta enim potestate
et veritate debetur bonitati reuerentia de se.non
econuerso:ergo pmo et per se debetur reuerentia
bonitati.Ergo ipsa bonitas sola pmo et per se est
causa adorationis et venerationis diuine. ¶ Itez
aug.x.de ciui.dei.Cum mandatur de diligendo p
ximo.quid aliud mandatur nisi vt ei q̄tum potest
commendet diligendum deum.hec vera religio.
hec vera pietas est.hec tantummodo debita serui
tus.ex quo obijcitur si tantum vera et debita ē ser-
uitus qua mandatur diligendus deus:sed hmōi
ratio est bonitas.ergo ipsa bonitas est ratio et cā **Contra**
adorationis dei. ¶ Ad oppositum ostendit pmo
q solum ratione potestatis sic.circūscriptis alijs
et remanente potestate deo debetur adoratio.qa
latria est seruitus:ergo adoratio latrie est in intē-
tione seruitutis.sed seruit⁹ semp dicitur respectu
dominij.dominium autem dicitur ratione pote-
statis.Unde Boetius in lib.de trini.dicit q dñiū
in deo nihil aliud est q̄ ptās cohercendi subditos
ergo ratione potestatis pmo et per se deo debetur
adoratio.Circunscriptis ergo alijs.ipsa potestas
adhuc est ratio adorationis. ¶ Itez in deo ē pote
stas.veritas et bonitas.sicut autem fides est ipsi⁹
veritatis:sic amor est ipsius bonitatis.ergo simi-
liter honor vel adoratio erit ipsius potestatis.
¶ Item adoratio debetur ratione dignitatis ex-
cellentis.vnde nunq̄ superiora adorant inferiora
sed econuerso.et hoc est qr superiora habent digni
tatem excellētē respectu inferioris et non ecōuer-
so.sed bonitas de suo intellectu et ratione non dat
intelligere aliquam excellentiam dignitatis.simi
liter nec veritas:sed sola potestas que semper in-
telligitur.respectu alicuius subiecti.ergo adora
tio ppe et per se debetur deo ratione potestatis.et
ita circūscriptis alijs:adhuc ptās ē rō adorationis
¶ Silr obijcit ptra pmū.s.qr rōne soli⁹ bonitatis **Obijcit fide adoramus**
nō debetur deo adoratio.Et per hoc pz qđ dr ps.
Ois terra adoret te etc.gl.fide:sed fides nō adoret
nisi pceptione veritatis:ergo nō rōe bonitatis so-
lum debet deo adoratio.imo et rōne veritatis.
¶ Similit q̄rit vtrū rōne maiestatis in his trib⁹ **Queritur.**
pphense q̄ sūt ptās.veritas bonitas.debet deo ado
ratio.Ad quod ps.Adorate dñm in atrio sancto
ei⁹.glo.de his atrijs venitur in atriū vbi maiestas
adorat.ex hoc obijcitur cum intelligit bonitas:ni
si intelligat excellentia:nō debet adoratio ei: nec
similiter veritati: nec similiter potestati et simi-
liter nisi intelligatur excellentia in summo: non
debetur adoratio que vni soli debetur.que dicitur
adoratio latrie. Si ergo est in maiestate intel
ligitur excellentia in summo. quia dicitur ma-
iestas a maiori et summo statu. Ergo ipsa
maiestas in illis tribus comprehensa est ra-

tio adorationis deo debite. ¶ Item deo debetur
adoratio: gratiarumactio: et laus: ꝛ hoc totum ex
debito causali, bonitas enim de sua ratione diffu
siua est sui. ꝛ diffundit dona sua in creaturis. Cre
atura autem ex hoc qꝺ accepit a deo efficitur de
bitrix. et hoc est debitum gratitudinis. hec autē
est gratiarumactio. ergo gratiarūactio debetur
deo ratione bonitatis. Item creatura rational' ac
cipit noticiam a deo. a veritate autē emanat oīs
noticia. quia veritas est suijpsius declaratiua: vt
dicit hylarius. Ex hac autem noticia debet ipsa
creatura rationalis laudare ꝛ magnificare diui-
nam noticiam: vel veritatem seu sapientiam. ergo
tenetur ad laudem diuinam ratione ipsius verita
tis. Cum ergo respiciat maiestas maiorem statū.
adoratio autem est dignitatis superioris: ergo a-
Rñsio. doratio est respectu vel ratione diuine maiestatis
¶ Solutio. dōm. ꝙ latria vel seruitus vno modo
dicitur vel accipitur ꝓ illis que exhibentur in cul
tu: sicut sunt thurificationes oblationes genufle-
ctiones ꝛ hmōi. Alio mō ꝓ illis q̄ ꝑ est exhibitio
et hmōi sunt virtutes sicut fides que protestatur
verum. vnde ꝛ per hoc exhibet adoratorem. Cari-
tas autem diligit vt optimum. Tertio modo dici
tur adoratio motus qui est ipsius virtutis: quam
dicunt latriam deo exhibendum seruitium debi-
tum. sic ergo adoratio istius virtutis. scꝫ latrie per
imperium. aliarum vero virtutum per executionē
vel exhibitionem: que sunt. fides spes ꝛc. illorū au
tem actuum qui sunt thurificatio et hmōi. mate-
rialiter. ipsius vero caritatis ꝑ informationem. qꝛ
caritas informat omnes alias virtutes et omnia
opera. Dicendum ergo simpliciter. ꝙ adoratio est
ratione maiestatis. qꝛ maiestas dicitur respectu
maioris ꝛ superioris status quod semper respicit
adoratio: ꝛ sicut ratio maiestatis plus se tenet ex
parte potestatis ꝙ̄ veritatis vel bonitatis: sic ma
gis ratione potestatis debetur deo adoratio ꝙ̄ ve
ritatis vel bonitatis. cum ratione maiestatis de-
Ad ar. j. solo. beatur seruitus illa. ¶ Ad illud quod obijcitur.
ꝙ circunscripta bonitate potestas degenerat ꝛc.
dōꝫ ꝙ potestas cui debetur adoratio: est potestas
in summo. Potestas aūt que degenerat deficit a
potestate in summo: ꝛ ꝓpter hoc de hac potestate
non ꝓcedit bene rō. Unde potestas que compre-
hendit in se rationem adorationis. non est dege-
Ad obiectuꝫ fide adoram⁹ nerans aliquo modo et ideo habet in se rationeꝫ
adorationis. ꝛ hec potestas diuina est.
¶ Ad illō quod obijcitur ꝙ fide adoramus. dicē
dum ꝙ quelibet virtus in actu suo habet mouere
alias et excitare. ꝛ hoc est ꝓpter connexionem ip-
sarum adinuicem. vnde fides excitat alias ad re-
uerentiā ipsius veritatis. Caritas vero alias mo-
uet ꝛ excitat ad amorem bonitatis. vnde fides ali
quando adorat cum scilicet per intuitum in ip-
sam veritatem exhibetur deo cultus. similiter ꝛ ca
ritas. tamen caritas magis mouet ad adorationē
quia mouet sicut informans. ꝛ hoc est quia mouet
ad bonum. bonum enim est obiectum caritatis.
vnde sicut ratio boni informat ꝛ mouet ꝑ iforma-
tionem omnem appetitum: quia non appetitur ve
rum nisi quia bonum: similiter arduum et glorio
sum appetitur quia bonum. sic caritas mouet ad
exhibitionem adorationis ꝑ informationeꝫ tamē
quelibet habet suam ꝓpriam rationem. ipsa vero
latria mouet sicut imperans q̄ respicit ipsam ma
iestatem ꝓpe. quia respicit maiorem statum: ꝛ per
hoc patet notificatio eorum que obijciuntur.

Articulus tertius.

Consequenter querendum est de vnitate
et differentia adorationis. Primo ergo
queritur de veritate. Secundo queritur
de differentia. — *De vnitate dfa adorationis.*

Quantum ad primum. §. j

queritur vtrum sit vna adoratio trium ꝑsonarꝫ
trinitatis. qua scilꝫ adoratur pater ꝛ filius spiritus
sanctus an alia ꝛ alia. ¶ Ad quod sic obijcitur.
Adoratio est trium personarum. sed secundum
trinitatem personarum distinguuntur tria prece-
pta ordinantia ad deum: primum pertinet ad pa-
trem secundum ad filium. tertium ad spiritumsā
ctum sicut superius dictum est. Cuꝫ ergo illa tria
precepta pertineant ad honorem ꝛ reuerentiā tri
nitatis. sicut vult augu. et sunt tria: ergo tres ado
rationes. ¶ Item alius est honor ꝛ alia ratio de-
biti in quolibet precepto ad deum ordinante. er-
go alia ꝛ alia adoratio. ¶ Item in patre est digni-
tas qua est pater. que soli patri conuenit. In filio
est dignitas qua est filius. q̄ soli filio conuenit. et
similiter est in spiritusancto. Triplex ergo est di-
gnitas personalis. sed adoratio debetur trinitati
vel deo ratione dignitatis excellentis ergo triplex
debetur adoratio trinitati. non vna vt in vna ado
retur pater ratione dignitatis qua est pater: i alia
filius ratione dignitatis qua est filius. in tertia
spiritussanctus ratione dignitatis qua est spiri-
tussanctus. ¶ Ad oppositum adorare respicit il-
lud quod est commune tribus personis. ergo nō
est alia ꝛ alia adoratio trium personarum. Ma-
ior patet quia adoratio respicit ad maiestatem q̄
eadeꝫ est et communis tribus personis: ꝛ nō alia
et alia: ergo nec erit differens adoratio cum rōne
istius debeatur. ¶ Item amor et adoratio debet
trinitati. sed amor debetur ratione bonitatis. ꝛ qꝛ
vna est bonitas in tribus personis. et non alia et
alia: iō vno amore amamus bonitatem in illis.
Adoratio aūt debetur trinitati rōne maiestatis.
cum ergo similiter eadem sit maiestas in tribus
personis que est ratio adorationis: ergo vnum est
est debitum adorationis. et ita vna adoratione a-
dorantur tres persone. ¶ Si dicatur ꝙ patri de-
betur adoratio rōne generationis q̄ actiue est in
patre: quia pater est generans. In filio autem est
generatio passiue. quia filius dicitur genitus. ra
tione huius debetur ei adoratio. et ideo non est
eadem adoratio: sicut nec eadem generatio vel
eodem modo. Contra pater potest generare filiū
et fili⁹ ꝑt gñari a p̄re. aut ergo eadē potētia aut a-
lia. Si eadē ē adoratio seq̄tur potentiā. qꝛ rōne
potētie debet deo adoratio: si ergo eadē est pote-
stas eēntial' gñatiōis actiue ꝛ passiue. lꝫ differant
ꝫ rōnē itelligēdi vel modū: ergo ꝛ eadē adoratio
debita patri ꝛ filio: ꝛ pari rōe spūisctō q̄ ꝓcedit ab
his. Si dicatur ꝙ sit alia ꝛ alia hmōi potentia. er
go poneret i deo iā diuersitas potētiaꝝ. qꝺ est incō
ueniēs: qꝛ ex hoc seq̄ret diuersitas eēntiaꝝ. ¶ Itē
q̄cq̄d ꝯuenit deo ꝫm cāūtatē respectu creature: cō
uenit toti trinitati. ꝛ sicut indiuisa sunt opa trini
tat': sic indiuisa cāūtas: sic et vnū et indiuisum est
illud qꝺ debet rōne cāūtatis. Si ergo creatura eo
ꝙ creatura. dꝫ dñm adorare venerari ꝛ amare bo-
nitatē diuinam: ergo ex parte causalitatis est debi
tū adorationis. ergo adoratio cōuenit deo rōe ꝫm
cāūtatē respectu creature. Si ergo hec cāūtas ea
dē. ergo ꝛ vna ꝛ eadem adoratio. ¶ Item Hyl'. in
libro de trinitate. honor geniti est i honore gignē
tis ꝛ econuerso. quia ponemus ꝙ non sit filius in
trinitate: iam non est generans. ergo relatiua sūt
generās

Margin notes (left page, outer column): V. sit vna adoratio trium ꝑsonaꝝ trinitatis. — Argu. j. ꝙ non. — Secundum. — Tertiū. — Contra. — Hyla.

generans genitū et procedens pari ratiōe. Sicut
ergo circumcedunt se relatiua ꝛ vnū in alio intelli
gitur. nec vnum ab alio per intellectum potest se
parari ergo similiter nō erit separe honorē sequē
tem ad proprietatem qua pater vt pater. ꝛ ad pro-
prietatem qua filius vt filius adoraꝶ. immo vnus
in alio intelligiꝶ. ergo vna est semꝑ adoratio. siue
comprehendat intellectus sentētiā: seu ꝑsonaꝫ. et
Rñ. maxime ꝫm ꝙ vna est ab alia. quia sic se habēt ꝫ
relationem. ¶ Solutio. dicenduꝫ. ꝙ simpliciter
vna est adoratio triū ꝑsonarum in trinitate qua
adoratur pater. filius. et spiritussanctus. sicut vna
est maiestas. Unde geñ. xviij. habetur. ꝙ habraā
tres vidit ꝛ vnum adorauit. Unde licet sit discre-
tio et numerus trium personarum est tamen vna
adoratio: quia vna est maiestas vna equalitas in
tribus. Et ideo dicit Joh. v. ꝙ qui nō honorificat
filiū. nō honorificat patrē qui misit illū. ꝑ hoc ostē
dens ꝙ honor patris est ex honore filij et econuer
so. et licet sit ibi discretio proprietatum: tamē ille
proprietates inuicem sunt et ad inuicem relate.
Unde dicit dominus in euangelio. Jo. xiiij. Phi-
lippe. Qui videt me videt ꝛ patrem meū. Ideo q̄
intelligit filium vt filiū necesse ē ꝙ intelligat pa-
trem. et sic respiciendo discretionem ꝑsonarū tri
um vnus et idem honor et eadem adoratio debet
toti trinitati. Similiter respiciendo essentiā. vn⁹
et idem honor numero debetur ei et eadem adora
Solu. ad. j. tio. ¶ Ad illud quod primo obijciꝶ. ꝙ si eadem est
adoratio vnde ergo distinguuntur tria ꝑcepta or
dinātia ad deū que sunt de adoratione. Dicēdum
ꝙ illa distinctio ꝑceptoꝝ non est ratione distin-
ctionis trinitatis nec adorationis eiusdē: ꝫ rōne
distinctionis debitorū que iprimūtur rōnali crea
ture ex rōne cāūi. quia scꝫ a deo creata ē. pēdet eū
a deo sicut a suo pricipio. ꝛ pēdet ab eo sicut a suo
ꝯsuāte. Itē pendet ad eum sicut ad suū finē. Uñ
triplex est dependentia ex ꝑte creature. que depen
det. non ex parte eius a quo dependet. immo vna
causa est. et ꝫm hoc est distinctio ꝑceptoꝝ. et nōē
alia ꝛ alia adoratio in illis preceptis: sed eadem
ibi precipitur: tamē debitum triplicis adoratiōis
ibi ostenditur. Aliter potest dici vt dicatur ꝙ i ꝑ-
mo precepto precipitur adoratio. i secundo laus.
in tertio gratiarumactio. qꝛ potestati debeꝶ ado-
ratio ad quod pertinet primum preceptum. veri-
tati autem que facit noticiam debetur laus. Se-
cundum autem mandatum pertinet ad veritatē
et ideo dicit. Non assumes nomē dei tui in vanū.
quasi dicat. sed assumes debite ad laudem. ipsi au
tem bonitati ad quam pertinet tertium manda-
Ad secunduꝫ tum debetur gratiarumactio. quia bonitas ipsa
diffundit se et dona sua. ¶ Et quod obijcitur. hic
sunt alia precepta. ergo alia adoratio. Dicendum
ꝙ adoratio respicit ipsam diuinaꝫ causam seu ꝑn
cipium que non numeratur: et ideo vna est nō nu
merata. et respectus ille bene notatur per hanc ꝑ
positionem ad: ex q̄ cōponiꝶ. sed preceptum respi-
cit debitū: quod quia vt visum est numeraꝶ: iō ꝛ ꝑ-
ceptum. adoratio tamen eadem in illis ꝑcipitur.
Ad tertium. Per hoc patet solutio ad secundam rationem.
¶ Ad tertium dicendum ꝙ ille dignitates in in-
uicē ꝛ vnū sunt: nec est eas aliquo mō separare ēt
per intellectuꝫ. vnde est honor in honore et digni
tas in dignitate. qꝛ inuicem accipit eas intellect⁹
Propterea ergo quia inuicem sunt et vnum sunt.
et ideo vna est adoratio ꝛ communis q̄ respicit il
las. Juxta hoc nota de opinione quorundam q̄ di
xerunt ꝙ i precepto primo ꝑcipitur latria in secū
do perseuerantia latrie. in tertio perfectio latrie.

Et ꝫm hoc distinguūt tria precepta ordināntia ad
deum. qꝛ deuꝶ. v. dꝫ gl. de ꝑmo ꝑcepto qꝺ ydolola
triā ꝓhibet. ergo ꝑ oppositū ꝑcipit latriā. Simil'r
in secundo cum dꝫ. Nō assumes nomē dei tui in
vanuꝫ. ꝑcipit ꝑseuerantiā latrie. qꝛ q̄ recedit a cul
tu assumit nomē dei in vanū. In tertio mandato
determinatur hora siue dies adorationis et vaca
tionis deo. ergo precipitur ibi perfectio latrie. eti-
am dicit glo. oīa sancte faciendo a strepitu vitio-
rum cessando. ecce perfectio. ¶ Juxta hoc ēt que
ritur cū ꝓhibeat in ꝑmo mandato ne fiant simi- — Queritur.
litudines in celo nec in terra. nec in aqua: q̄re si-
miliꝶ nō ꝓhibet fieri similitudines in acre ꝛ igne
cū aer et ignis corpora sint: et corpora in eis sint ꝛ
figurari possint ibi similitudines. Sed dicendum
ꝙ non est differentia in illis ꝑceptis per perseue
rantiā ꝛ perfectionem latrie. qꝛ ꝑceptum respicit
actum seu debitum actus perseuerantia autem ꝛ
perfectio non dicunt actum: sed statum actus. et
ideo penes illam non est distinctio. immo penes
debita reuerentie vel honoris latrie sicut visuꝫ est
supra. Potest tamen dici secundum iam dicta. ꝙ
aliter distinguunꝶ. vt dicaꝶ ꝙ in ꝑmo ꝑcepto pre
cipitur latria q̄tum ad adorationem. In secundo
q̄tum ad laudem. In tertio q̄tum ad grārūactio
nem. Et hoc est qꝛ ꝑmum preceptū respicit ratio-
nem dignitatis excellentis respectu cuius dꝛ ado
ratio. In secundo autem precipitur assumptio no
minis dei directa. hoc autem est cuꝫ laude. In ter
tio quod est de requie in sabbato ꝑcipitur sanctifi
catio seu vacatio deo: et sic gratiarūactio ratione
donoꝝ acceptoꝝ a. s. s. ¶ Ad scdꝫ dōꝫ. ꝙ aer ꝛ ignis
ibi ꝯꝑhendunꝶ sub celo. qꝛ celū vocaꝶ cōis natura
sursuꝫ ꝯtinēs alia. Uñ sup geñ. distinguunꝶ a san-
ctis celi. s. aereū olimpicū. ita ꝙ aer ꝛ ignis ibi vo-
canꝶ celi. ꝛ sic sumiꝶ i ꝑs. cū dꝛ. Uolucres celi. Na
tura ꝯo deorsum dꝛ terra ꝛ aq̄. ꝛ ita ꝫ modū sacre
scpture ꝯꝑhendunꝶ illa sub celo. ꝛ iō tria noīat i q̄
b⁹ ꝓhibꝫ fieri silitudīes i q̄b⁹ oīa comprehendit

Consequenter que §. ij

ritur de differētia adorationis ꝛ hoc dupliciter. — V. vna adoratōe vel dr̄nti ꝫm rē adoraꝶ deus.
absolute ꝛ icōparatione. Quātū ad primū sic. Que
ritur vtrū vna adoratione vel differenti ꝫm rem
adoratur deus. Ad qꝺ sic ꝑs. In ecclesijs benedici — Argu. j.
te deo domino de fontibus israel. Glo. Deo cui
debetur latria. dño cui debetur dulia. Si ergo du-
lia ꝛ latria dicunt differētiā adorationis ꝫm rem:
ergo differens est adoratio vna q̄ adoratur vt de⁹.
alia qua adoraꝶ vt dñs. ¶ Itē ꝑs. Dñe deus me⁹
in te speraui. Glo. Dñe omnium per potentiā cui
debetur dulia. Deus omniuꝫ per creationem cui
debetur latria. ergo differēs est eius adoratio ꝫm
rem vna qua adoratur vt deus. alia qua vt domi-
nus. ¶ Item dulia dicitur reuerētia que debetur — Secundum.
creature. latria dicitur reuerētia que debetur eter
no. Sed quedam dicūtur de deo ab eterno: que dā
ex tempore. vt deus. dñs. creator ꝛc. Et debetur ei
honor rōne vtriusq;. ergo debetur ei latria ratiōe — Tertium.
eius qꝺ de ipso dicitur ab eterno. ꝛ dulia rōne ei⁹
quod de ipso dicitur ex tempore. qꝛ latria respicit
quod eternum est: dulia illud quod temporale est
ꝛ creatum. ergo differēs honor debetur deo. vnus
latria. alter dulia ¶ Itē deus se habet ad creatu
ras vt deus ꝛ vt dominus. ꝛ est separare has ra-
tiones per intellectum. quia inquantum deus
creat: inquātum dominus gubernat. Si ergo cō- — Quartum.
prehensionem sequitur honor differens reueren-
tia ei exhibetur inquantum deus ꝛ inquātū dñs.
¶ Iteꝫ deus se habet ad creaturā vt creator ꝛ cā.

et q̃tum ad hoc videt ipsius ad creaturā disparitas in natura. Item se habet vt deus. et sic disparitas in cōditione qꝛ talis est dñi ad seruū. Si ergo alia est ratio disparitatis nature, et cōditiōis et hoc cōprehendit et cōprehensionē sequit honor: ergo alius honor ei debet inquantū creator vel cā. et inquantū dñs, ergo vt prius. ¶ Itē Malach. j. Si ergo pater: vbi est honor meus. et si ego dñs: vbi ē timor meus. Ergo vult ꝙ alia reuerētia exibēda sit ei inquantū pater: et inquātū dñs.

Contra.

¶ Ad oppositum. rōnalis creatura depēdet a deo q̃tū ad esse qꝛ exiit ab ipso: et q̃tū ad pfectionē esse: et q̃tū ad cōseruationē esse. et rōne istorū debet creatori suo honorē qui dicit latria. Si ergo fm oēs istas conditiones deo debetur latria: ergo deo inquantum est dñs debet latria qꝛ deus dr dñs inq̃tū ad regimen eius dependet creatura et conseruat et regitur per ipsum. ergo eadē adoratio debet ei inquantū deus et inquātū dñs et nō differēs. ¶ Itē latria dicit debitū immensi honoris. qꝛ dicit debitū honoris ratione summe maiestatis. dulia dicit debitū honoris mensurati qꝛ rōne alicuius mensurati et finiti. Unde nulli sancto debetur summus honor deo aūt fm omnē modū debetur immēsus honor ergo semper ei debet latria. et ita semper vnus honor seu vna differētia honoris. ¶ Item dulia et latria dicūt differentiā gradus: sed dulia dicit inferiorē gradū. latria superiorē deo aūt nō debet gradus aliquis inferior honoris. immo supremus. qꝛ non est dicere ꝙ in eo sit diminutio honoris rōne alicuius. ergo semp inquantū deus et dñs. et creator et hmōi debetur ei vna differētia honoris que est latria.

Augustinus

¶ Itē aug. in li. de vera religione dicit. ꝙ vera religiōe colitur deus vt principiū vniuersitatis et dominus et vera religiōe dicitur p oppositū ad ydololatriā. ergo cū latria sit ille honor qui opponit ydololatrie ergo latria ei debetur inquātū est deus vt dñs. et sic q̃tum ad omnia semp vna adoratione adorat.

Rñsio ad. j.

¶ Solutio. dicendū. sicut dictum est supra fm aug. sup illud Mat. iiij. Dominū deū tuū adorabis etc. Seruit⁹ duobus modis ac diuersa significatione solet appellari. dr enī latria: dicitur ēt dulia: sed dulia intelligitur seruit⁹ cōmunis. hoc ē seu deo seu homini seu cuilibet rerū nature exhibita. a qua seruit⁹ etiā. i. dules grece nomen accipit. Latria autē appellatur seruit⁹ illa que sola diuinitatis cultui debita nec vlli ē participāda creature vnde ydololatre nuncupantur. ¶ Notandū ergo. ꝙ si dulia pluribus modis accipiatur. vno modo dicitur communiter ad quēcunqꝫ honorem debitum. vel deo vel creature et sic accipit Aug. duliam in predicta autoritate. Secūdo mō dicitur pprie et sic dulia est cult⁹ vel honor qui exibet creature. Tertio mō dr dulia anthonomasice, hec est dulia dignior: que est yperdulia. gl.

Ps. xcviij.

super psal. Adorate scabellum pedum eius. dicēs Caro christi sine impietate a verbo dei assumpta adoratur a nobis: non illa adoratione q̃ latria est q̃ soli creatori debetur. sꝫ illa dulia que dignior est Quarto modo dicitur dulia fm analogiam et sic dicitur nomine extenso, Et sic dulia est reuerētia debita soli deo. tamen ratione illius dignitatis in cuius participatiōe est creatura. et sic intelligitur illō deo cui debet latria. domino cui debet dulia. ¶ Notandum ergo ꝙ multipliciter exponitur illa glo. Primo modo sic. Deo cui debetur latria. i. honor incōmunicabilis quemadmodū dei substātia et natura ē incōmunicabilis creature domino cui debetur dulia. i. honor cōmunicabilis Dominium enim cōmunicatur creature eo modo quo dicimus ꝙ deus potens est et facit creaturam potentem. Sapiens est: et creaturam facit sapientē bonus est et facit creaturam bonam. ita ꝙ participat eius bonitatem. et sꝫ hec debetur ei honor qui descendit in communionē scilicet ratione dignitatum. in quarū participatione dicim⁹ esse creaturam. et iste honor nominatur nomine cōmuni. quod est dulia propter communionem. Ratione vero dignitatis in cuius participatiōe non est honor singularis. et dicitur latria. et sic intelligitur illō deo cui debetur latria. domino cui debetur dulia. quia dominus connotat affectū creature. Secūdo modo exponitur illud sumendo duliā proprie et anthonomasice quia in christo natura increata. scilicet deitas et natura creata. scilicet humanitas. Et q̃tum ad naturam creatam dominus est. fm vero naturam increatā deus est et creator. qua natura deitas dicitur. quia ergo latria proprie debetur creatori et soli: et dulia proprie creature. ideo deo debetur latria. domino dulia.

Ad secundum

¶ Quod ergo obijcitur. ꝙ differens honor debetur deo. dōm ꝙ non: sed differēs est debitū honoris ex parte creature ad deum. et penes illa duo debita sumitur latria et dulia. sed q̃tum ad illū qui honoratur idē est et vnus honor non differens. et hoc quia quocunqꝫ modo adoretur dominus vel vt in se consideratus vel vt causa. vel vt ratione dignitatis imparticipabilis vel participabilis: sēper est adoratio ratione eiusdem dignitatis. scilicet maiestatis vnde semper eadē dignitas. scilicet maiestas adoratur. et hec omnia sunt vna dignitas in deo: que adoratur licet differenter inquātū sic et sic.

Ad tertium

¶ Ad tercium quo dicitur ꝙ quedam dicuntur de deo ex tempore quedam ab eterno. dōm ꝙ hec omnia sunt vnum et vna dignitas in deo. et ideo non faciunt differentiam honoris ex parte dei: sed faciūt differentiam debiti ex parte creature.

Ad quartum

¶ Ad quartum dicendum similiter. ꝙ deus creat. deus regit hoc facit differentiam ex parte creature. quia aliud accipit creatura ab eo quia creat: aliud quia regit et ideo differens est debitum. vnus tamen honor ratione horum quia vna dignitas. honor autem numeratur per dignitatem cui exhibetur. Et per hoc patet responsio ad cuncta.

Consequenter que .§. iij.

Queritur an eq̃li adoratiōe adoretur de⁹ inq̃tum dñs et inq̃tum deus. Dyo.

ritur de differentia adorationis diuine in comparatione. q̃tum ad equalitatem. an scilicet equali adoratione adoretur deus inquantum deus et inquantum dominus et hmōi. Ad quod sic. Dyonisius in libro de diuinis nominib⁹ loquēs de dominio dei dicit. ꝙ dominiū est omnium bonorū plenissima pfectio: et immutabil' firmitas. Ergo dominium dictat honorem in infinitum domino exhibendū. ergo equali honore adoratur inquantum deus et dominus. ¶ Item dominus dicitur de deo ex tempore sed ex actu temporali nō acrescit deo honor nec minoratur: ergo equalis honor ei debetur inquantum deus et dominus et nō minor nec maior. ¶ Item creatio est commendatio potentie infinite: quia dicit exitum de non esse in esse. Sed potentie infinite debetur honor infinit⁹ ergo ratione creationis debetur honor infinit⁹. ergo ratione dominij. quia ex quo creator et dominus. ¶ Itē in hoc ꝙ est dominus itelligitur de⁹ cum dicitur de deo. ergo non minor honor sed eq̃lis debetur domino et deo.

Contra ꝙ non.

¶ Ad oppositum. Potentia in deo est infinita. actus aūt finit⁹. honor āt debet deo rōne act⁹ et rōne potētie Si ergo act⁹ finitus

finitus sicut creatura. ergo et honor rōne ipsius debitus finit⁹ est. et si potētia infinita: ergo honor rōne potētie infinit⁹: ergo non equalis honor debet deo ratione actus et potētie sue.

Secundum.

¶ Itē bonitas diuina est infinita. tñ beneficia ei⁹ in creatura sunt finita. et rōne vtriusqꝫ debetur honor. et ex vno dulia. s. ex bñficentia ex alio latria. ergo inequalitas honoris.

Tertium

¶ Itē esse diuinū ɔsideratur vt in se: cōsideratur et vt in creatura. vñ fm hoc dicit Trimegistus ꝙ deus est sphera intelligibilis. cui⁹ cētrū est vbiqꝫ: circūferentia nusq̃ diuinū esse ɔsideratū in se dicit circūferētia que nusq̃ est. qꝛ infinita et nullo mō habet finē. Inquantū vero cōparat ad creaturā. dr centrū methaphorice. que est ergo cōparatio centri ad circūferentiā: eadē est diuini eē ad se metipsum consideratū sic et sic. Sed cōparatio centri ad circūferētiā est sicut finiti ad infinitū: ergo diuinū esse vt in se consideratū est infinitū. cōsideratū vero in creatura finitū. ergo si ratiōe vtriusqꝫ debet ei honor. debet ei honor finit⁹ et infinit⁹ et ita inequalis.

Responsio.

¶ Solutio dōm. ꝙ equalis honor semper deo debet ex parte dignitatis. qꝛ semp eadē ē dignitas rōne cui⁹ adorat. nō tñ semp equale est debitū qꝛ iuxta sentētiā euāgelij. xxv. math. cui plus cōmittit plus debet. vñ vni tradit dñs duo talenta alij quinqꝫ et plus debebat cui ɔmiserat quinqꝫ q̃ cui vnū erat cōmissum et sic ex pte cōmissi seu accepti nō est equale debitū. tñ equalis honor: qꝛ honor respōdet dignitati: et eadē dignitas est qua accipio hic et illud.

Solutio ad. j argu. contra.

¶ Ad primā rōnem in contrariū dicendū: ꝙ sicut in sole duplex est actio. scilꝫ actio qua agit et actio quā efficit: et prima dicitur lucere secūda illuminare: sic in deo est actio qua agit de⁹ et hoc idē qō sua essentia. et est actio quā efficit in creatura. Actio ergo qua agit est infinita et immutabilis sicut sua essentia: licet actio quā efficit sit finita. qꝛ creature sunt finite. honor aūt semp impenditur rōne actus. quo agit et ideo honor infinitus debetur ei ratione actus et ratione potentie.

Ad secundum

¶ Ad secundum dicendū. quod licet beneficia dei finita sint: tamen dantur a bonitate infinita. vnde beneficium minimum quod dat deus datur ex infinita bonitate. Debitum autem honoris ratione beneficij consequitur illud ex quanto datur sicut patet in Luce. xxj. De vetula que non posuit in gazophilacium nisi duo minuta. et tamen habuit maiorem remunerationē q̃ qui plus posuerunt: quia ex maiori affectu dedit. et sic est hic. et ideo honor infinitus debetur ratione beneficij dei quia ex infinita bonitate datur

Ad tertium

¶ Ad tertium dicendū fm Dyo. Duplex est cognitio de deo. vna est modo infinito per preuaricationē aliarū creaturarum. vnde ps. Posuit tenebras latibulū suū et est cognitio de deo per positionem modo finito: sicut cognitio de deo ꝙ est potens et ꝙ est bon⁹ et ꝙ sapiens et ꝙ vbiqꝫ. et ꝙ causa est et ꝙ hmōi. sed tamen hec omnia vnum et infinita sunt. Dicendū ergo ꝙ diuina substantia fm ꝙ causa est finiens est. sed non finita: quia finit creaturam. quia est cā contentiua eius et conseruans. Unde deus est alpha et o. idest. principium et finis: sed non finitur ab ea vnde prout ɔparatur causa prima ad creaturam non finitur per eam: sed finit eā. Et ideo semper est dignitas infinitas ratione cuius debetur honor et ideo ei infinitus honor.

¶ Dicitur autem esse vt centrum prout consideratur in creatura: nō quia finiatur in ea: sed quia vt in athomo et vt minima apparet esse bonitas diuina cōsiderata in creatura respectu eius quod in ipso cōsideratur

Membrum secundum.

V. xp̄s eadē adoratione adoret fm deitatē et humanitatem.

Post hec queritur de adoratione xp̄i. Et queritur vtrum eadem adoratione adoretur xp̄s. fm diuinitatem et humanitatem. Ad quod sic. xp̄s est deus et homo. Sed ratione qua est deus dignus est honore debito creatori. Inq̃tum vero est homo. dignus honore debito creature. Ergo cū adoratio debita creatori sit latria. et debita creature sit dulia: xp̄s adorandus est dulia et latria. sed he adorationes differunt: ergo differenti adoratione adorand⁹ est xp̄s

Cōtra Hier.

¶ Ad oppositum. Hiero. Non seorsum hbuz xp̄i adorandum est. seorsum dicit ad humanitatē. ergo vna adoratione adoratur inq̃tum deus et inq̃tum homo.

Q. an maior debet filio dei veneratio cū incarnat⁹ sit q̃ ante icarnationem

¶ Secundo iuxta hoc queritur. an debeatur maior veneratio filio dei incarnato. q̃ ante incarnationem. hoc enim videtur per phm. Quia plura bona sunt paucioribus bonis magis eligenda: ergo plura venerabilia paucioribus sūt magis veneranda. Ergo cum plura venerabilia sint in filio incarnato. s. diuinitas. humanitas. et persona q̃ in non incarnato: relinquitur ꝙ amplior veneratio debetur incarnato.

Rñsio ad. j.

¶ Solutio dicendum ꝙ in xp̄o est dignitas psone. et diuersitas naturarum. quia persona est in duabus naturis respiciendo ergo dignitatem persone. sic vna debet xp̄o adoratio. quia ipse est vna persona: et vna est dignitas ratione cuius fit adoratio. s. vna dignitas personalis et hec adoratio est latria. et hoc est qō dicit ioh. dama. iij senten. xx. dis. Timeo carbonem tangere ppter ignem copulato ligno. Adoro xp̄i naturam ppter dei mei simul vtriqꝫ pp carni vnitam deitatem. Non enim quartam appono personam in trinitate: sed confiteor personam vnam verbi et carnis eius. His verbis insinnare videtur xp̄i humanitatem cum verbo vna adoratione eē adorandam. attendendo vnitatem psone. Respiciendo autem diuersitatem naturarum est differens adoratio. quia ibi est natura diuina que adoranda est latria. ibi etiam est humanitas ex qua parte distinguendū est. quia ipsa humanitas cōsiderari fm se pt. inq̃tū est quedam creatura tā sancta. tam pulcra: vel put est diuinitati coniuncta. Et si consideretur fm se. dicendum ꝙ ei debetur adoratio que est dulia dignior. et fm hoc super illud. Adorate scabellum pedum eius. dr glo. Caro xp̄i sine impietate a verbo dei assumpta adoratur a nobis. non illa dico adoratione q̃ latria ē que soli creatori debetur: sed illa q̃ dulia dignior est.

Dama.

Opinio.

Si autem consideratur put est dignitati vnita. fm hoc fuerunt circa hec opiniones: qꝛ quidā dixerunt ꝙ debetur ei dulia hoc modo. sed dignissima.

Augu.

Alij autem dixerunt ꝙ debetur ei latria fm Augustinum. qui super illud. Non turbetur cor vestrum etc. ita dicit. ego dñicam carnem immo perfectam in xp̄o humanitatem ideo adoro: ꝙ a diuinitate suscepta et deitati vnita est. vt non alium et aliū: sed vnum eundemqꝫ deum et hominem filiū dei esse confiteor. Deniqꝫ si hominem separaueris a deo: illi nunq̃ credo vel seruio. et loquitur de adoratione que est latria.

Latria dr tripliciter.

¶ Ad quod intelligendum notandum est. ꝙ latria dicit tripliciter. vno modo dicitur pprie. s. cultus qui debetur deo soli seu intelligatur q̃tum ad dignitatem in cuius participatione nō est creatura. vel in cuius ē pticipatione. Secundo modo dicitur latria stricte: cum scꝫ astringitur vocabulum ad seruitutem que debetur creatori rōne dignitatis: in cuius participa

tione non est creatura. et sic non accipitur latria in glo. illa. Deo cui debetur latria. domino cui debetur dulia. In participatione enim istius dignitatis que designat hoc nomine deus. secundum quod accipitur naturaliter: et etiam dignitatis que designat hoc nomine creator. non est creatura. Tertio modo dicitur large. non solum seruitus que debetur dignitati diuine: sed etiam creature vnite ipsi. i. quo sensu dicit Raba. Caro xpi latria adoranda est sicut verbum. sed non omni specie latrie. quoniam non adoramus eam omnino prostrati in terra. sic vt credamus quod nos creauit de nihilo. vt sacrificamus ei sicut deo: sed adoramus eam. quoniam per ipsam redempti sumus. et sic dicitur latria nomine extenso. et sic respiciendo vnitatem persone vna est adoratio. respiciendo diuersitatem naturarum: differens est adoratio. diuina enim natura semper adoratur latria humana in se considerata semper dulia. quia sancta sanctorum. Considerata vero vt diuinitati vnita. adoranda est latria extenso nomine latrie. ¶ Ad secundum quod queritur. dicendum quod maior veneratio potest dici dupliciter: quantitatiue: quia scilicet in pluribus est veneratio. vel qualitatiue: eo quod maiori intensione. veneratio secundum primum modum. potest dici xpo incarnato deberi maior veneratio. quia pluribus debet venerari. Secundo modo non debetur ei maior veneratio quia illud quod debetur venerationis humanitati. magis debetur ipsi diuinitati: quia ipsius humanitatis causa effectiua totaliter est. et ideo illud quod obijcitur quod plura bona sunt magis eligenda paucioribus: intelligendum est secundum philosophum quando non sunt altera in alteris. et hoc est in proposito. ratio enim venerationis creature. s. humanitatis assumpte: magis est in ipsa diuinitate quam in humanitate.

Rabanus.

Ad secundum quod querit.

De adoratione creature.

Membrum tertium.

Consequens est querere de adoratione creature et hoc ordine. Primo de adoratione creature rationalis angelice. Secundo de adoratione creature rational. humane. Tertio de adoratione creature irrationalis.

Articulus primus.

De adoratione nature angelice.

De adoratione nature angelice queruntur tria. an maior vel equalis veneratio debetur sanctis angelis post incarnationem xpi vel ante. An sint angeli adorandi aliquo modo latria. Utrum angelus sathane cum transfigurat se in angelum lucis dicens se esse xpm possit sine peccato adorari latria.

An maior vel equalis debet angelis veneratio post incarnationem xpi. vel ante.

Quantum ad primum. §. j.

obijcitur sic. Ante incarnationem xpi angeli adorabantur ab hominibus et non prohibebant se adorari. sed post incarnationem non permittunt se adorari ab homine: immo prohibent Unde in apoc. xxij dicit ioh. Cecidi vt adorarem ante pedes angeli: qui dixit mihi vide ne feceris. conseruus enim tuus sum et fratrum tuorum. sed si debetur ei equalis honor quam ante debebatur: constat quod non prohiberet sicut nec ante: ergo non tantus honor debetur angelis post incarnationem quantus ante. Item Grego. Post incarnationem quia vident humanam naturam super se exaltatam: non permittunt se adorari ab hominibus et prius permittebant. ergo etc.

Contra.

¶ Item ad oppositum Ita sunt beati angeli post incarnationem sicut ante. vnde non est eorum gloria diminuta vel beatitudo ex incarnatione. sed potius aucta. Si ergo non est subtracta dignitas beatitudinis ex incarnatione: ergo nec veneratio diminuta. ¶ Iuxta hoc queritur. vnde fuit hoc quod angelus prohibuit se adorari a ioh. cum ita esset dignus sicut fuerat ante incarnationem. Si dicatur quod hoc fuit ex humilitate. tunc videtur quod ante incarnationem debuisset se prohibuisse ab homine adorari: quia tunc fuisset maior eius humilitas si prius se humiliasset homini quam modo. quia non erat homo ita dignus sicut modo. ergo non fecit propter hoc. ex quo videtur quod vellet angelus innuere quod non tantus debetur ei honor post incarnationem quantus ante. ¶ Solutio. dicendum. quod quantum est ex parte ipsorum angelorum. equalis honor debetur eis post incarnationem et ante. et ex parte hominis etiam maius est debitum honoris vel venerationis angelorum post incarnationem quam ante: quia plura fecerunt pro homine. fuerunt enim ministri incarnationis et miraculorum sicut de gabriele legitur quod annunciauit Marie. quod de illa nasceretur dei filius. ¶ Ad illud autem quod dicitur quod si equalis honor deberetur eis. quare ergo prohibent huiusmodi adorationem. dicendum quod aliquid potest prohiberi dupliciter vel quia malum est seu occasio mali: vel prohibetur propter aliquam vtilitatem secundum quod dicit Aug. super gene. vbi loquitur de angelis venientibus ad abraham. duplici de causa aliquis arcendus est a bono vel propter maius bonum aggrediendum. vt dominus reuocauit illum qui volebat sepelire patrem suum. Mat. viij. vel propter facilem declinationem in malum. et secundum hoc dicendum quod prohibuit angelus iohem. ne ipsum adoraret: quia istud erat occasio mali. quia sub pretextu dulie poterat occasionaliter introduci vt creature impenderetur latria. quod esset maximum malum. sicut paulus prohibet comedere de ydolatico. quia potest esse occasio mali. vel in se vel in alio. s. venerationis ydoli. j. corin. viij. Alia ratio fuit quare prohibuit scilicet propter prouocationem ad maius bonum. quia per hoc volebat ostendere quam maxime exaltata est humana natura post incarnationem. et quam magna est gloria dei in humana natura. et illud debet valde hominem ad maximum bonum prouocare.

Queritur.

Responsio.

Ad aliud quod queritur

Secundo queritur . §. ij.

Utrum angelus licite poterit adorari latria. Primum.

Utrum angelus licite poterit adorari latria. quod videtur per tex. gen. xviij. vbi dicitur quod abraham adorauit angelos et adoratione que debetur trinitati. ergo latria. ¶ Item iosue. v. Iosue adorauit angelum qui dixit. Ego sum princeps exercitus domini. Ergo ipse adorauit angelum latria. Ex his videtur quod angelus possit adorari latria. ¶ Solutio dicendum. quemadmodum dicit aug. de fruitione: sola immutabili bonitate est fruendum simpliciter: rationali vero creatura que nobiscum potest participare summam bonitatem est fruendum secundum quid et non simpliciter. Item fruendum est deo non in se secundum quod dicit apls ad philemonem. Ego te fruar in domino. Irrationali vero creatura que non potest nobiscum participare summam bonitatem non est fruendum nec simpliciter nec secundum quid. Eodem modo dicendum: tamen non per omnia. quod latria simpliciter debetur deo. Latria vero secundum quid debetur humane nature in deo hoc est non de se: sed ratione diuinitatis cui est vnita. Latria vero nec simpliciter nec secundum quid debetur creature pure quia latria est seruitus debita creatori. ¶ Ad illud ergo quod primo obijcitur de abraham. xviij. gen. quod videtur angelos adorasse latria. est responsio in glo. quod abraham intelligens diuinitatem in vnitate adorabat et dispensationi angelice in forma visibili ministrabat. Ex hoc igitur apparet: quod duo intelligebat Abraham

Secundum.

Responsio.

Solu. ad. j.

in appitione

in apparitione illorum virorum. Intelligebat enim creaturam angelicam in forma humana. intelligebat etiam trinitatem: ideo et duplex actus sequebatur in abraham. s. adoratio que consequebatur intellectum trinitatis: et ministerium quod consequebatur ad intellectum nature angelice apparentis in humana natura. Ex quo patet quod adoratio latrie in abraham non exhibebatur angelo. ¶ Ad illud quod queritur de Iosue. dicendum. quod iosue intelligebat in angelo ipsum deum in cuius persona apparebat angelus et illum adorabat. Unde dicit super illum locum Adamantius. Adorauit non solum quia ex deo est sed quia deus est: non enim adorasset nisi deum cognouisset. Quis enim est princeps militie nisi xps? Ex quo relinquitur. quod intelligebat in angelo xpm. cum dixit in iosue. v. Ego sum princeps exercitus domini et sic patet solutio huius questionis.

Ad secundum

Tertio queri . §. iij.

Utrum sathanas transfiguratus sine peccato adorari possit latria.

tur de angelo sathane cum transfigurat se in angelum lucis sicut habetur. ij. cor. xj. et dicit se esse xpm. Utrum possit adorari latria sine peccato. quod videtur: quia ignorantia facti adhibita diligentia excusat: quamuis ignorantia iuris non excuset. ergo cum iste ignorat quod factum est et adhibeat debitam diligentiam. relinquitur quod non peccat adorando dyabolum sicut xpm. ¶ Item si aliquis credens hostiam consecratam a sacerdote celebrante que non esset consecrata adoraret eam sicut corpus xpi: propter ignorantiam facti excusaretur. ergo similiter adorans dyabolum vice xpi in predicto casu propter ignorantiam facti excusabitur. ¶ Solutio dicendum quod sathanas transfiguratus apparens in specie xpi non est adorandus pro xpo simpliciter: nec credendus esse xps sed sub conditione. Unde si adoraret eum simpliciter peccaret. nec ignorantia excusaret eum. et assignatur huius triplex ratio. Prima est quia quilibet est premunitus per sacram scripturam quod angelus tenebrarum transfigurat se in angelum lucis. ij. corinth. xj. et math. xxiiij. Multi venient in nomine meo etc. et ideo tenentur discutere et non statim adorare. Secunda ratio est. quia habet remedium orationis. quia si oraret deum toto corde vt reuelaretur ei veritas: deus non permitteret eum decipi. In hoc enim casu intelligitur illud Ioh. xv. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. In nomine meo scilicet quod est Ihesus quod interpretatur salus. hoc est quicquid petieritis ad salutem secundum quod exponit beatus augustinus. Patet ergo ex hoc quod qui non orat non adhibet omnem diligentiam quam debet. Tertia ratio est. quia facillime posset vitare periculum apponendo. s. conditionem. hoc modo adoro te si tu es xps. ¶ Ad illud quod obijcitur de hostia non consecrata. dicendum quod debet adorari sub conditione. s. si forma debita obseruata sit. et hoc conditione tacita vel expressa.

Q. de hostia celebrantis

Responsio.

Ad id de hostia

Articulus secundus.

De adoratione hominis

Post quam habitum est de adoratione angeli. Queritur de adoratione hominis. quia dicit Apostolus. Honore inuicem preuenientes. Ro. xij. Primo vtrum homo adorandus sit latria. Secundo vtrum omnes homines equaliter sint adorandi. Tertio modo vtrum mali sint adorandi. Quarto quomodo sancti viri sunt adorandi. Quinto vtrum malus prelatus plus sit adorandus quam bonus subditus.

Utrum homo adorandus sit latria

Quantum ad primum. §. j.

Argu. j.

sic obijcitur. dicit Ioh. dam. quod honor qui exhibetur imagini refertur ad illum cuius est imago. vnde dicit magnus Basilius. Honor imaginis ad prothotypum peruenit. i. ad exemplar. Est enim prothotypon. prima forma exemplaris ad quam facta est imago. cum ergo homo sit expressissima imago dei: poterat in homine adorari deus latria et ita per consequens homo potest adorari latria.

De beata virgine

¶ Iuxta hoc queritur de beata virgine. Nam dicit Iohan. dama. quod honor qui eius est: ad eum qui de ea est incarnatus refertur ergo ipsa potest adorari latria. ¶ Solutio ad primum dicendum. quod homo non potest adorari latria. tamen potest esse materia adorationis latrie inquantum est imago ducens ad deum cuius est imago. et ideo adoratio dulie debetur ei secundum quod dicit Io. dama. in. iiij. li. a principio. deus hominem secundum propriam imaginem fecit. cuius igitur gratia nos adinuicem adoramus nisi quod secundum imaginem dei facti sumus. vt et ait magnus in diuinis Basilius. honor imaginis ad prothotypon peruenit: id est exemplar. prothotypon autem est illud quod imago representat. ¶ Ad secundum quod queritur de beata virgine. dicendum. quod quamuis honor qui eius est. ad eum qui ex ea est incarnatus reducatur: non sequitur propter hoc quod honor ille sit latria: sed sequitur quod honor ille refertur ad xpm. Honor tamen ille qui beate virgini debetur est cuiusdam prerogatiue scilicet dulie singularis et quasi immediate disponens ad latriam. non tamen est latria. cum adoro matrem dei: inquantum huiusmodi non adoro vt causam mei conditricem. et ideo non adoro vt latria. quia autem adoro vt matrem dei: honoro vt matrem creatoris. et hoc propter ipsum creatorem. Unde ratio honoris est ipse honor creatoris. ipse tamen honor exhibetur creature. Ex quo relinquitur quod ille honor est dulia prerogatiue singularis disponens ad latriam et cuius ratio latria est.

Responsio.

Ad id de beata virgine.

Consequenter que . §. ij.

Utrum omnes homines equaliter sint adorandi.

Dama.

ritur vtrum omnes homines equaliter sint adorandi. Ad quod sic. Dama. in. iiij. lib. A principio deus hominem secundum propriam imaginem fecit. cuius igitur gratia nos adinuicem adoramus. nisi quod secundum dei imaginem facti sumus. Ex quo obijcitur. quod si omnes homines equaliter ad imaginem dei facti sunt: ergo omnes homines equaliter adorandi sunt. ¶ Contra. adoratio est debitum ratione dignitatis excellentis. ergo si est dignitas aliqua excellens in vno respectu alterius: non equaliter debetur eis adoratio. vel si dicas quod immo quia non adorantur nisi ratione eius quod sunt ad imaginem: tunc sequetur ex hoc quod vnus non debet alium adorare: quia vnus equalis est alteri quantum ad imaginem. ¶ Item prelatus ratione nature non debet adorare subditum. quia equalis est ei quantum ad naturam. similiter habet dignitatem excellentem respectu illius. ergo non debet ipsum adorare ratione dignitatis. immo potius econuerso. ergo non equaliter debetur omnibus adoratio. ¶ Solutio dicendum quod omnibus exhibendus est honor pro statu et tempore. quia omnes ad imaginem dei facti sunt vt dicit Dama. et hec est ratio communis. quare honor omnibus debet exhiberi loco et tempore. ¶ Sed notandum quod in imagine que est homo intelligitur quod est per naturam. intelligitur etiam in ea quod est per gratiam: que reducit ipsam imaginem in plenam conformitatem dei quia gratia ipsa est deiformitas. Ex parte igitur nature non est differentia adorationis. Unde quantum ad hoc est equalitas in omnibus. sed respicien

Contra.

Responsio.

endo possibilitatẽ ad grãm vel actũ que est p gratiam que actu est in imagine: nõ est ita. Si em̃ in statu est gratie ⁊ habet gratiã actu: habet bonum excellens in se ratiõe cuius debetur ei honor: quilibet enim talis in aliquo vno excellit: licet nõ habeat omnia dona: ⁊ rõne illius vnius cantatur de quolibet confessore. non est inuentus similis illi. et sic respiciendo actuz gratie in habente rõne cuius semper excellit: adorandus est homo: et vnus magis alio. Similiter respiciendo possibilitatez ad gratiam in homine licz actu sit extra gratiã: tñ adhuc possibilis ad tantã gratiam ⁊ ad maiorem q̃ aliquis habens gratiam actu. et respiciẽdo possibilitatem hanc in imaginem in maiori excellentia. ita etiam respiciendo hoc maior honor potest impendi vni q̃ alij.

Tertio queritur .§.iij.

V. mali sint adorandi.

Utruz malis hominibus debeatur adoratio. Ad quod sic. Jo. damas. Honorandi sunt sancti vt filij et heredes dei. vt dicit Jo. euangelista. Si ergo mali homines nõ sunt amici nec filij nec heredes christi: ergo non sunt adorandi ¶ Ad oppositum Ro. xij. Honorem inuicem preuenientes. Glos. i. in qualibet reuerẽtia: aliter nõ est fratern⁹ amor nisi mutuis se preueniant obsequijs.

Contra.

¶ Item aliquis modo malus forte preordinatus est ad maiorem iusticiam q̃ aliquis modo bonus et possibilis est ad hoc. Ergo dignus est honore ratione istius possibilitatis.

Responsio.

¶ Solutio. dicendũ sicut supradictum fuit. mali homines inquantuz mali: non sunt diligendi immo odio habẽdi: quia odire malum inq̃tum malum non est odire naturam eius. sed odire vitium in ipso vt dicit Augustinus. Et ideo sic odiendi sunt. ⁊ sic non sunt honorandi nec adorandi. Attendendo tamen naturaz ipsam quia sunt ad imaginem dei facti et possibiles ad gratiam ratione huius debetur eis honor et dilectio.

Quarto queritur .§.iiij.

De adoratione sanctoruz Contra aug.

de adoratione sanctorum qualis sit. Ad quod sic. Dulia adoramus sanctos: sed dulia idez est quod seruitus vt dicit Augustinus. ergo seruitute ipsos adoramus. ¶ Ad oppositum Augu. in libro de vera religione. Sancti adorandi sunt propter imitationem non propter religionez. adoramus eos caritate nec seruitute: ergo adoratio qua adoramus eos non est seruitus.

Responsio.

¶ Solutio dicendum quod duplex est seruitus. Est enim seruitus obnoxietatis: ⁊ hec debetur deo. eo quod est principium nostri esse. Est etiam seruitus reuerentie: ⁊ hec debetur sanctis: quia ipsi sunt nostri ductores: vel per doctrinam sicut prelati. vel per intercessionem vel per administrationem.

Quinto queritur .§.v.

V. malus prelatus pl⁹ sit honorãd⁹ q̃ bonus subditus.

an malus prelatus magis sit honorandus q̃ bonus subditus vel econuerso. Ad quod sic. Ro. xiij. Cui honorẽ: honorẽ. in prelato qualiscunq; sit est maior dignitas q̃ i aliquo subdito: ergo maior veneratio debetur malo prelato q̃ bono subdito.

¶ Cõtra. Maior est dignitas ymaginis in bono subdito q̃ in malo prelato. sz dignitas ymaginis ratio est quare nos adinuicem adoramus vt dicit Dama. ergo maior veneratio debetur bono subdito. q̃ malo prelato.

Responsio.

¶ Solutio dicendum. q̃d malus prelatus inq̃tum prelatus magis debz honorari q̃ bonus subditus quia magis est in participatione debiti honoris. quia est honor gratuitus debitus ex necessitate: ⁊ est honor gratuitus non debitus ex necessitate. Primus honor debetur p̃lato inq̃tum p̃latus. quia inq̃tum huiusmodi vice xp̄i est. Unde Ro. xiij. dicit apostolus de ipso p̃lato q̃ dei minister est. Honor autem gratuitus non debitus ex necessitate debetur bono subdito et ideo magis tenemur ad honorem maiorem p̃lati inq̃tum p̃latus est.

Articulus tertius.

De adoratiõe creature irrationalis.

Post hec inquirendum est de adoratiõe que debetur irrationabili creature. que est vestigium dei ⁊ maxime adoratione que exhibetur cruci xp̄i. Primo an maior veneratio debetur cruci xp̄i q̃ homini. Secũdo an possit deus adorari latria in vestigio sicut i imagine.

Quantum ad primum .§.j.

An maior veneratio debet cruci xp̄i q̃ homini Argu. j.

sic obijcitur. exo. xx. p̃hibetur q̃ non fiat sculptile neq; vlla similitudo. Si ergo figuramus deum in cruce. contra preceptũ facimus. non est ergo crux magis adoranda q̃ rationalis creatura.

Secundum.

¶ Item adoratio seu veneratio respicit dignitatez. sed maioris est dignitatis rationalis creatura que ẽ homo q̃ ipsa crux: q2 homo ad imaginem dei factus est ⁊ creatus est ad beatitudinem ⁊ vt sit particeps diuine bonitatis ⁊ veritatis p cognitionem ⁊ amorem. crux autem non ita cum sit irrationalis creatura. ergo maior veneratio debetur homini q̃ cruci.

Contra

¶ Contra. crux a maximis adoratur. etiam petrus qui iam beatus est crucem adorauit. non tamen hominem: ergo maior veneratio debetur cruci q̃ homini.

R̃nsio. Dama.

¶ Solutio dicendũ. q̃ est dignitas realis que debetur rei. ⁊ est dignitas imaginis. et hec non est ex parte imaginis. sed ex parte rei quã imaginatur. Unde dam̃. Honor imaginis ad prothotypon. i. exempla refertur. Sed notandum q̃ est imago per participationem. ⁊ hec est rationalis creatura. ⁊ est imago. vt signum. s. alicuius beneficij dei: sicut humanationis eius et passionis et huiusmodi. vbi ergo est imago vt signuz: totus honor refertur ad p̃thotypon: id est exemplar: vnde dicit dama. de cruce q̃ adorando crucem adoramus passionem xp̄i seu xp̄m passum: sub his verbis. adoram⁹ typon preciose crucis. ⁊ si ex alia materia est facta: non materiam adorantes: absit: sed typon vt xp̄i simbolum. i. notam dixit enim discipulis. tunc apparebit signum filij hominis in celo sed vbi est imago per participationez vt homo est adoratio dulie: ⁊ ita non est hec adoratio cruci maior nisi quia refertur ad signatum. dulia autez debetur homini eo q̃ est in participatione diuine dignitatis. sicut potentie vel sapientie. vel bonitatis. q̃d nõ conuenit cruci. Ille ergo maior honor q̃ exhibetur cruci refertur ad rem significatam cuius est signum: non ad ipsam crucem in se.

Solutio ad j.

¶ Ad illud quod obijcitur. Non facies tibi sculptile. dicendum. s̃m damas. q̃ anteq̃ deus esset humanatus facere imaginem deo erat impietatis. quia sz diuinam naturam non est figurabilis sed postq̃ visibilis ⁊ sensibilis factus est per assumptionem carnis: non est hoc impietatis: sed potius pietatis est ipsum figurare: ⁊ hoc p̃pter doctrinam ⁊ instructionem nostram. ⁊ propter recordationem passionis xp̄i vt presens sit nostre memorie ⁊ p̃pter hoc instruimur ⁊ allicimur ad bonum. Hac etiam de cã fiunt imagines sanctorum.

Dama.

Unde dama. dicit i visibilis. ⁊ incorporei. ⁊ incircunscriptibilis. ⁊ infigurabil' dei: quis potest facere imaginem? Insi-

piente

pientie igitur summe esset impietatis figurare q̃d diuinum est. Hinc in veteri testamento non erat assuetus imaginum vsus. q2 vero deus p̃pter viscera mie sue s̃m veritatem factus est homo propter nostram salutem: non vt Abrae visus est in specie hominis: non vt prophetis: sed s̃m substãtiam factus est homo. ⁊ perambulauit terram et cum hominibus conuersatus est. miracula fecit: passus est. crucifixus est. resurrexit assumptus est et omnia s̃m veritatem facta sunt ⁊ visa sunt ab hominibus. scripta quidem sunt ad memoriam ⁊ doctrinam nostram. quia autem non omnes noscunt literas nec lectioni vacant: patres excogitauerunt velut quosdam triumphos in imaginib⁹ describere ad velocem memoriam. quaprop̃t multotiens non s̃m mentes habentes domini passiones imaginẽ xp̄i crucifixionis videntes ⁊ salutaris passionis in memorationem venientes p̃cidẽtes adoramus non materiaz sed imaginatum. Similiter ⁊ dei genitricis imaginis. non materiam sed figurã q̃ adoramus. honor enim qui est ad ipsam ad ipsum ex ipsa est incarnatus reducitur. Similiter autem ⁊ sanctorum certamina exigentia nos ad fortitudinez et imitationem et zelum virtutis eorum ⁊ gloriam dei sicut diximus. et enim imaginis honor ad p̃thotypon. i. exemplariter p̃uenit. Et per hoc soluuntur omnia obiecta.

Secundo queritur .§.ij.

V. de⁹ possit adorari latria i vestigio ⁊c.

Utrum deus possit adorari latria in vestigio: sicut i imagine. quia si sic: cum in omni creatura sit vestigiũ dei: erit adorandus latria in omni creatura vt in lapide. Quod autem ita sit patet. quia genesis. xxviij. dicitur de iacob. Qd̃ surgens mane tulit lapidem quem supposuerat capiti. ⁊ erexit in titulum fundens oleum desuper. Cum ergo latria consistit in sacrificij oblatione. ip̃z aũt oleũ obtulit p sacrificio. ergo ipse exhibuit latriam lapidi. ¶ Item cum deus sit vbiq; presentialiter. potentialiter. ⁊ essentialiter. ergo potest in omni re adorari. ergo s̃m hunc modum potest cuilibz creature exhiberi latria.

Responsio.

¶ Solutio. cum queritur an deus adorandus sit in vestigio. dicendum. q̃ non. nisi inq̃tum vestigium efficitur signum per institutionem. quemadmodum tabernaculum et lapis quem vnxit Jacob: erat signuz ⁊ figura ipsius xp̄i ⁊ s̃m hoc signatum adoratur latria. Si vero p̃sideratur ipsum vestigium in se non potest esse materia latrie. vestigium enim non immediate ducit i deum quemadmodum imago. Uestigium eniz determinatur in creatura irrationali s̃m vnitatem veritatem. bonitatem. que referuntur ad imaginem. que in creatura rationali determinatur s̃m memoriam. intelligentiam et voluntatem. q̃ quidem immediate referuntur ad trinitatez q2 ergo illud solum quod immediate ducit i deũ potest ẽẽ materia latrie: vestigium aũt nõ ducit in deum immediate. patet q2 nõ potest esse materia latrie inq̃tum huiusmodi sed imago. hic ẽ etiã q̃ de⁹ põt adorari in imagine nõ in vestigio inq̃tum ẽ res.

Ad obiectũ de Jacob.

¶ Ad illud v̄o q̃d obijcitur de iacob. dicendũ. q̃ ipse non impendit honorem lapidi. sz signato p per lapidem quod erat xp̄s. ¶ Ad vltimum dicendum q̃ q̃uis deus sit in omni creatura p̃ut dicitur p̃sentialr̃ potentialr̃. ẽẽntialr̃. non tamen sicut dicit. b. aug. ad dardanũ. omnem creaturam inhabitat. solum enĩ habitat in illis in quibus est per grãm. qui. s. sunt templuz eius sicut d̃t apl's. Templum dei sanctum est quod estis vos. Templum autem solum dicitur creatura rationalis in q̃ de⁹ inhabitat per gratiam. cognitionem et amorem. q2 ergo creatura irrationalis non est possibilis vt sit templum: nec erit in ea adoratio p̃ut res est. nisi s̃m q̃ est signum. sicut dictum est. Reliqua que pertinent ad istam materiam inuenientur in questione de latria quando de virtutibus inquiretur Et sic patet responsio ⁊c.

Questio. xxxj. de secundo precepto.

Postquã quesitum est de p̃mo mandato decalogi. Consequenter inquirẽdum de secundo. quod est. non assumes nomẽ dei tui in vanũ. Et circa hoc queretur. Primo generaliter. Secundo specialiter.

Membrum primum.

De. ij. p̃cepto in generali.

g Generaliter duo queruntur. Primo de expositiõe hui⁹ precepti. Secũdo de cõtinentia eius ⁊ intentione.

Articulus primus.

De expõne hui⁹ mãdati.

Primo queritur de expositione hui⁹ mãdati. que assignatur tribus modis s̃m tres expositiones que ponunt in exodo. xx. ⁊ deut. v. Una eñ expositio est que ponit in exo. xx. Non assumes ⁊c. xp̄m putando tãtũ creaturam. Et deuterono. quito. Non est timens creaturam esse filium dei. Secũda expositio est. q̃ ponit exo. xx. Non assumes ⁊c. iurando. s. p nihilo nomen dei. deut. v. d̃t glo. iurando p re q̃ non est. Tertia expositio est in deut. v. Nõ assumes ⁊c. nomen dei ligno ⁊ lapidi ⁊ hm̃oi tribuendo.

Pria expõ.

Quãtum ergo ad istas exposit iones opponit. ⁊ p̃mo q̃tum ad p̃mam. An sit cõueniens. Hugo in lib. de sacramentis. Assumere nomen dei inuanum. est filium dei inuisibilem p humanitatem factuz creaturam existiare. ergo assumere nomen dei in vanum est credere christum puram creaturam. hec ergo expositio conueniens est. ¶ Item. ps: Ante solem permanet nomen eius. glo. Ante tempora ⁊ omnem creaturam permanet nomen eius. i. fili⁹ regis. ergo nomen est ipse fili⁹. sed Roma. viij. dicitur. Uanitati subiecta est creatura omnis. ergo assumere nomen dei in vanum: est filiũ dei credere puram creaturam.

Contra

¶ Ad oppositum. Roma. ij. Cum gentes naturalr̃ ea que legis sunt faciunt: ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis naturaliter. ergo decalogus est de dictamine legis naturalis. Sed filium dei esse hominem vel incarnatum non est de dictamine legis naturalis. ergo ad illud mandatum nõ pertinet q̃ filius dei incarnatus seu visibilis factus per humanitatez. vt d̃t Hugo. non credatur creatura. ergo nulla est expositio: sed impertinens ad p̃positum.

Scd̃a expõ vbi obijcit. s.

¶ Quantũ ad secundam expositionem obijcitur sic. Non assumes ⁊c. s. iurando p nihilo: quia quicunq; assumit nomen dei in vanum peccat mortaliter. sz nõ quicunq; iurat p nihilo peccat mortaliter. Iurare ergo pro nihilo non p̃hibetur h. Minor patet quia dato q̃ iurare pro nihilo sit mortale peccatũ iam iurare non esset indifferens. quia illud quod est indifferens potest fieri sine causa. ⁊ tamen nõ est peccatum mortale. Jurare ergo esset malum in genere: ⁊ non bonum ex circunstantia.

Scd̃m. Augustinus.

¶ Item Augustinus iurare non est bonum et tamen non est malum. ergo s̃m hoc est indifferens. ergo aliquis potest iurare p nihilo sine peccato

Tertium

Tertium.
mortali. ¶ Item ps. Nec iurauit in dolo ꝓximo
suo. glo. ꝓhibet non quodcunqꝫ iuramentum. sed
iuramentū in dolo. ergo solum iuramentum ī do
lo est pctm̄ mortale. ergo iuramentum pro nihilo
non est hic in prohibitione. ¶ Quantū ad tertiā
Cōtra tertiaꝫ expōnē obijcitur.
expositionem que est. Non assumes ⁊c. Ligno vel
lapidi nomen dei tribuendo: obijcitur quia secū
dum hanc expositionem vanum hic appellatur
ydolū. Sed quicūqꝫ hoc nomen xp̄s ydolo tribu
it: facit ydololatriā. ergo hic ꝓhibet ydololatriā
Ergo non differt a primo p̄cepto s̄m hanc expo
sitionem. ¶ Ad oppositum. aug. in li. de. x. cordis
Si tangis primam cordam interficies bestiā ydo
lolatrie. Si tangis secundā cordam. interficies be
stiam erroris. ergo error ꝓhibetur in hoc manda
to. ⁊ hoc dicit ista expositio. ergo conueniens est.
¶ Sed ratione huius queritur si error hic prohi
betur. et in primo mandato. quomodo differēter.
Rnsio.
¶ Solutio dicendum. sicut dictum est supra. Lex
moysi media est inter legem nature et legem gra
tie. Educitur eñ a lege nature. maxime q̄tum ad
Augu.
decalogum. sicut dicit aug. in li. de questionibus
noui ⁊ vet. testi. sed hic manifestatur. Unde dicit
ꝙ data est lex moysi. vt que latere ceperant mani
festarētur. Item ducit ad legem gratie. Unde ps.
Lex domini immaculata conuertens animas. gl.
Sua districtione corrigens et ad xp̄i gratiā mit
tens. Secundum hoc ergo decalogus habet respe
ctum vel rationeꝫ vnam prout educitur a lege na
ture. Aliam prout ducit ad legem gratie. Sic igit̄
mandatum illud potest considerari prout ducit
ad legem gratie. ⁊ sic transit in signum. et sic nō so
lum literalem: sed etiam misticum ⁊ sic exponit̄:
vt pertineat ad filium sicut primū pertinet ad pa
trem. ⁊ tertium ad spiritumsanctum ⁊ s̄m hoc est
eius expositio. Non assumes. i. non credes xp̄m
purā creaturam. Si autem sumatur hoc manda
tum prout educitur a lege nature. aut consideratur
s̄m suam formam aut s̄m suam virtutem. Si s̄m
suam formam consideretur: sic ꝓprie nomen in va
num assumere est sicut sumitur in attestatione ve
ritatis. sicut in iuramento. ⁊ sic exponitur illa ex
positione. Nō assumes ⁊c. Iurando ꝓ nihilo. exo
di. xx. Si autem sumatur s̄m v̄tutem. vt sumatur
in vanum sumere. i. abuti nomine: sic est tertia ex
positio. Non assumes ⁊c. Ligno vel lapidi nomen
dei tribuendo. ⁊ sic mandatum istud habet expo
sitionem misticam. Unde hugo supra dixit in va
num nomen ⁊c. Filium dei ⁊c. Literales sunt due
alie expositiones. scꝫ iurando ꝓ nihilo. et ista no
men dei lapidi vel ligno tribuendo. Hugo in lib.
de sacramentis. Non assumes nomen dei tui i va
num. vel ad mendacium affirmandum vel ad ydo
lum venerandum. ¶ Ad rationem in contrariuꝫ
Ad ɔtra. j. expositionem.
dicendum. Quod licet lex nature non dictet incar
nationem in ratione ꝓpria: dictat tamen eam in ra
tione vniuersali. quia bene dictat ꝙ deus summe
misericors est. ⁊ quod non dimittet creaturā quaꝫ
fecit ad beatitudinem omnino perire. ¶ Ad ea q̄
So. ad. j. arg. ɔtra. ij. expōēꝫ
obijciuntur de secunda expositione dicendum. ꝙ
iurare est ꝓferre verbum iuramenti. iurare ergo ꝓ
nihilo aut est idem quod assumere verbum iura
menti cum intentione iurandi ⁊ deliberatōe. aut
sine intentōe. Si ergo dicat̄ iurare ꝓ nihilo assu
mere verbū iurandi sine intentione iurandi. sic iu
rare ꝓ nihilo non est peccatum mortale. nec est in
ꝓhibitione. vnde dormiens si ꝓferret verbuꝫ iu
ramenti non peccaret. qꝛ non deliberaret nec in
tenderet iurare. Si autem iurare ꝓ nihilo vr̄ sine
causa dicatur cū intentione iurandi: sic est in ꝓhi
bitōe. ⁊ sic est contra hoc p̄ceptum. Assumere eñ
dt̄ sumere cū intentione finis. qꝛ dicit sumere ad
⁊ ꝓpter hoc ille q̄ cū intentione iurat ꝓ nihilo. di
recte peccat cōtra hoc mandatū. ¶ Ad illud quod
obijcitur s̄m aug. Qd iurare sit indifferens. dōm
Ad secundum
qd iurare est asserere ꝑ primam veritateꝫ id est cū
inuocatione p̄me veritatis ad testimoniuꝫ sue af
firmationis. Ratione ergo eius quod est asserere
verum est ꝙ iurare est indifferens. qꝛ asserere pōt
bene et male fieri. Sed hoc quod est inuocare pri
mam veritatem in testimonium. dicit quandam
circunstantiā. que ita determinat hunc actum. ꝙ
sine ea non possit absqꝫ cōtemptu ipsius veritatis
q̄ deus est fieri. qꝛ iam talis ꝓ nihilo duceret p̄mā
veritatem et ita sequeretur ꝙ ipsum contemneret
Propter hoc dōm ad autoritatem augu. ꝙ iura
re non est bonum: ⁊ tamen nō est malum. ergo est
indifferens. ꝙ indifferens duplicit̄ dicit̄. vno mō
dicitur actus indifferens q̄ potest bene ⁊ male fi
eri: ⁊ sic iurare indifferens est. quia si fiat ex bona
cā bene fit. si vero ex mala cā fit: male fit. Alio mō
dicitur indifferens. ⁊ hoc ꝓpter inclusam circun
stantiam. ¶ Et ꝙ obijcit̄. ꝙ sic sequeretur: ꝙ iura
re esset malum in genere. dicēdum ꝙ non. qꝛ ma
lum in genere non est quod determinat genus in
malum. ⁊ solum ex circunstantia trahitur ad bo
num. Sed iurare s̄m genus bonum est. s. asserere
per primā veritatem. nec illa differentia trahit ip
sum actum ad malum: sed qd non indifferenter
exerceatur. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ iuramen
Ad tertium
tum in dolo vniuersaliter est in ꝓhibitione. quia
semper determinatur in malicia sed iuramentuꝫ
ex cā potest bene fieri ⁊ male. et ideo non dicitur ꝓ
hiberi supple vniuersaliter. ¶ Ad ea que obijciū
tur de tertia expositione. dicendum ꝙ hec exposi
tio. Non assumes ⁊c. ligno vel lapidi nomen dei
tribuendo. nō est q̄tū ad formam p̄mā mādati. sꝫ
q̄tum ad virtutem. Ex parte autem forme ꝓprie
attenditur distinctio in mandatis. non ex parte
v̄tutis. vnde si ex parte forme sumeretur illa expo
sitio: bene ꝓcederet io. Adhuc tamen s̄m istaꝫ ex
positionem distinguitur hoc mandatum a primo
quia si accipiatur ꝙ latria in his tribus mandat̄
p̄cipit̄. sic est distinctio. qꝛ i p̄mo mādato p̄cipit̄ la
tria vt adoratio seu veneratio dei s̄m actum cor
dis cum dicit. Non adorabis ⁊c. qꝛ adoratio dicit
actum cordis. Unde Hugo in li. de sacramentis. De
Hugo.
um adorare est ei totam mentem s̄m humilitatē
et deuotionem substernere. et ipsum principiuꝫ ⁊
finem omnis boni credere. In secundo vero man
dato p̄cipitur latria s̄m actum oris. vnde p̄cipitur
assumere nomen dei in laudem ⁊ gloriā ipsius. cū
scꝫ ꝓhibet ne assumatur in vanum. In tertio pre
cipitur veneratio dei s̄m actum operis vt. s. in sab
bato esset vacatio deo. ⁊ oratiōes ⁊ oblationes sa
crificiorum fierent.

Articulus secūdus.

De ɔtinentia ⁊ intentōe istius mandati.
Postea queritur de continentia ⁊ intenti
one istius mandati. Et circa hoc querū
tur duo. Primo qd est nomen quod pro
hibetur hic assumi in vanum. Secundo
quid est dictum. nomen dei assumere in vanum.

Quantum ad primum. §. j.

Qd ē nomen qd ꝓhibetur sumi i vanum
obijcitur ⁊ videt̄ cū non dicatur hoc nomen dei cū
aliqua determinatione. ꝙ accipiat̄ gn̄alr̄. sed noīa
sue potentie. sue veritatis. sue bonitatis. ergo hic
ꝓhibetur assumptio in vanū de noīe potētie ⁊ bo
nitatis

nitatis ⁊ nō solū de nomine veritatis. Cōtrariuꝫ
hui9 videt̄ per aug. qui distinguit ꝙ primū māda
tū ꝑtinet ad reuerētiā maiestatis. Secūdū ad re
uerētiam veritatis. Tertiū ad reuerentiā bonita
tis. nō ergo sumit̄ hic nomē pro nomine potētieꝫ
bonitatis: sꝫ solū pro noīe veritatis. ¶ Sed videt̄
ꝙ sumat̄ pro nomine potestatis. ps. In multitudi
ne virtutis tue mētient̄ tibi inimici tui. Sicut er
go cōuenit mētiri cōtra nomē veritatis: ita contra
nomē potestatis. sed si assumpto nomine p̄tātis.
scꝫ cū mēdacio est assumptio nominis in vanū: er
go qui sic accipit nomen p̄tātis: ꝑuaricatus est cō
Querit̄ secdo
tra illud mādatū. ¶ Itē ps. Laudate pueri dn̄m.
laudate nomē domini. Glo. i. potētiam: Ergo no
men dei est potētia sꝫ hoc nomē pōt sumi in vanū
ergo ꝓhibetur hic assumptio huius nominis.
¶ Itē ꝙ prohibeat̄ hic assumi in vanū nomē bo
nitatis: patet. ps. Beat9 vir cuius est nomen dn̄i
spes eius. Glo. i. qui nō tēporalia sperat ab eo. sed
illud qd nomē eius indicat. scꝫ salutē. si ergo respe
ctu boni est spes. ergo nomē ei9 indicat bonitateꝫ
¶ Itē quō accipit̄ nomē dei: vtrū scꝫ personaliter
vel essentialiter. ꝙ ꝑsonaliter patet. ps. Ante solē
ꝑmanet nomē eius Glo. Nomē eius filius regis
Ergo cū ꝓhibet̄ assumptio noīs in vanuꝫ accipit̄
ꝑsonaliter pro filio: sed si sic: soluꝫ ergo exponitur
prima expositiōe. q̄ est. i. nō credas filiū dei puraꝫ
creaturā. Si accipit̄ essentialiter. tūc obijcit̄. Dy.
in prologo de diuinis noībus theologi tāq̄ inno
minabilē deū laudāt et ex omni nomine. Si ergo
ex omni nomine nominatur ⁊ laudatur. ergo as
sumptio alicuius nominis quodcūqꝫ sit. si sumat̄
in vanum vel sine causa: faciet preuaricationē cō
tra istud mandatū. qd est incōueniens. non sumi
tur ergo hic nomē essentialiter nec ꝑsonaliter. q̄d
ē ergo hoc dictū: Nō assumes nomē dei tui i vanū
¶ Solutio. dicendū ꝙ cū dicit̄. Non assumes no
Responsio
men dei tui in vanū. nomē accipit̄ hic illud quo id
quod est deus rationali menti innotescit. Unde ps
Afferte domino gloriam nomini eius Glo. Affe
ratis. vt. scilicet. per vos gloriose innotescat. Sed
nomen potest assumi s̄m ꝙ istud mandatum du
cit ad legem gratie. et sic dicitur hic nomē perso
naliter: ⁊ tunc illud nomen est filius. per quem in
notescit tota diuinitas Unde math. xj. Nemo no
uit filium nisi pater nec patrem quis nouit nisi
cui voluerit filius reuelare hoc modo dicit. ps.
Ante solem permanet nomen eius. Glos. nomen
eius filius regis. et illa expositio mistica non cre
des christum esse puram creaturaꝫ. Uel potest no
men accipi s̄m quod hoc mandatum educitur a
lege nature. Et tunc nomen accipitur essentiali
ter. et sic nomen dei dicitur ipsa veritas vt est no
ta. quia hec est ratio nominis. nomen enim dici
tur eo qd est nota. et sic accipitur nomen dei in gl.
super illud exo. viij. Percutiam omnes terminos
tuos ranis. que dicit. nomen domini veritas est.
ipse ei dicit. Ego sum veritas. qui loquitur verita
tem de deo loquitur. qui enīꝫ loquitur mendaciū
Ad rationes in contra.
de suo loquitur. ¶ Ad rationes in contrarium. di
cendum. qd nomen in diuinis accipitur. aut se
cundum potentiam aut s̄m veritatem vel bonita
tem. Nam ex parte potentie est ratio vel princi
pium efficientie. ex parte veritatis est principium
certitudinis. ex parte bonitatis principium bea
titudinis. Sicut ergo dicimus quod efficiētia vel
causalitas est ex parte potentie. ⁊ hec est veritatis
⁊ bonitatis hoc ē inq̄tū intētio potestatis intrat
bonitatem et veritatem. sicut etiam dicimus qd
bonitatis per se est allicere. et quicquid allicit est
in ratione bonitatis. Unde potestas non allicit
nisi quia est bona. nec v̄itas nisi quia est bona. si
cut dicimus ꝙ intentio nominationis per se ē ve
ritas. quia nominare est notum facere seu certifi
care. Ideo ad veritatem respectu cuius est certitu
do: pertinet se ⁊ potentiam et bonitatem nomi
nare. vnde eius intentio se manifestat ⁊ potenti
am ⁊ bonitatem: Et sic licet sint noīa potentie et
bonitatis. tamen illud p̄ceptum solum ad verita
tem pertinet: quia nomen nō est potentie: nec bo
Ad id qd. ij. q̄ritur.
nitatis. nisi inq̄tum habent rationem veritatis
in se. ¶ Ad illud quod queritur. an nomen accipi
tur ibi personaliter vel essentialiter. patet solutio
ex dictis. quia ꝓut ducit ad legem gratie persona
liter accipit̄ ꝓ filio. ꝓut educitur a lege nature: ac
cipitur essentialiter ꝓ veritate. debitum enim ho
noris ipsius veritatis naturaliter est inscriptum
menti rationali.

Secundo queritur. §. ij.

Quid ē nom dei assumere in vanum.
quid est dictu nomen dei assumere in vanum.
Multipliciter ei contingit assumere nomen dei:
scꝫ in attestatione. in denominatione. in predicati
one. in adiuratione. in consecratione. et tot mo
dis contingit assumere nomen dei in vanum. con
tinet ne ergo istud preceptū omnes istas assum
ptiones in vanum? Si sic. sed contingit assumere
nomen dei per denominationem sicut a xp̄o dicit̄
xp̄ianus. ⁊ ab vncto vnctus. vt dicit aug. Si ergo
contingit illum q̄ sic assumit male assumere et i
vanum. ⁊ assumptio noīs in vanum ꝓhibet̄ h. er
Cōtra arg. j.
go ꝓhibetur hic assumere nomen in vanum: sicut
accipitur per denominationem. ¶ Contra. omis
xp̄ianus peccans: peccat contra gratiam huius
nominis a qua. s. dicitur xp̄ianus ergo omnis xp̄i
anus peccans peccat contra hoc preceptum. ⁊ sic
peccando contra alia precepta. peccat contra istd
¶ Item queritur vtrum ille qui peccat ꝓpter va
Secundum.
nam gloriam assumat nomen s̄m ꝙ h ꝓhibetur
assumptio nominis. Nam in operib9 bonis puer
sa intentio est cā peccati. sed ille q̄ predicat ꝓpter
vanā laudem habet ꝑuersam intentionem: ergo
peccat. cum ergo nomen assumat: assumit nomē
in vanum. sed omnis assumptio nominis in vanū
hic ꝓhibetur sicut omnis adoratio ydoli in p̄mo
mandato. ⁊ sanctificatio in tertio. ergo assumptio
nominis in vanum. sicut assumitur in predicatōe
ꝓpter vanam laudem hic ꝓhibetur. ¶ Item que
Tertium.
ritur vtruꝫ adiurare malo fine sit assumere nomē
quod hic ꝓhibetur. sicut cum dicitur exorcizo te
creatura salis ⁊c. Et videtur ꝙ sic. quia nomen as
sumere ꝓprie est nomen ad aliud sumere. sed in ad
iurationibus nomen ad aliud sumitur: ergo ipro
p̄e assumitur. Unde math. xij. Filij vestri in quo
eijciunt. Glo. Exorciste iudeorū. qui ad inuocatio
nem nois dei demones eijciebant. Assumit ergo
exorcista vel adiurator nomen ad aliud. ergo si as
sumat ꝓpter malum finem sicut ꝓpter pecuniam
constat ꝙ assumit in vanum nomen. peccat ergo
contra hoc preceptum. ¶ Item math. vij. Domie
Obijcit̄ de adiurationibus
nonne in nomine tuo ꝓphetauimus. Glo. ꝓphe
tare. facere v̄tutes. eijcere demones. interdum nō
est meriti illius qui operatur. sed inuocatione no
minis christi hoc agitur ad damnationem inuo
cantis. vel ob vtilitatem eorum qui vident vel au
diunt. et loquitur de adiurantibus. Isti ergo su
munt nomen dei ad aliud. s. ad virtutes faciēdas
vel demones eijciendos et in vanum. qꝛ ad sui dā
nationem. vt dt̄ glo. Ergo in hoc p̄cepto ꝓhibet̄
assumere nomē i vanū: sicut assumit̄ i adiuratio

Obijcit̄ de cōsecrationib⁹.

nibus. ¶ Item queritur si consecrare ꝓpter malum finem sit assumere nomen in vanum qḋ hic ꝓhibetur. videt̄ ꝙ sic. qꝛ in ꝯsecrationibus nomē sumitur aliud. Unde Marci. vltimo. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos. In nomine patris ꝛc. Ex quo patet ꝙ sumitur ad sanctificandum. Sacerdos ergo q̇ propter lucrum consecrat facit contra hoc p̄ceptum. qꝛ assumit nomen i vanum. non ergo artatur hoc p̄ceptū ad assumptionem nominis in vanum in assertionibus vt in iuramentis veritatis.

Responsio

¶ Solutio. dicendum ꝙ s̄m ꝙ hoc p̄ceptum ducit ad legem gratie: sic accipit̄ mistice. ꝛ sic nomine extenso dicimus. ꝙ assumere nomen invanum dꝛ. sicut ille qui accipit nomē xp̄i per denominationem invanum. qꝛ sic nomen dicitur ibi xp̄s. a quo denominat̄ ibi xp̄ianus.

Ad cō. arg. j.

¶ Ad rationem in contrarium dicendum. ꝙ non sequitur ex hoc ꝙ xp̄ianus quolibet mō peccans faciat contra hoc p̄ceptum immo ille solum qui apostatat ab hoc nomine. non omnis aūt xp̄ian⁹ peccās apostatat ab hoc nomine nisi quando a veritate recedit. Unde cōtra hoc p̄ceptum est peccatum heresis quod est in recessu a veritate.

Ad secundū

¶ Ad secundū dicendum. ꝙ predicator qui predicat i vanum. magis peccat contra tertium mandatum ꝛ non contra illud. quia intentio p̄mi precepti est vt sit veneratio dei. ea ratione qua est principiuꝫ nostre conditionis. sicut intentio secūdi est vt sit ei⁹ veneratio ꝓut est principium rectitudinis. In tertio est veneratio dei ex hoc ꝙ est finis intentionis scꝫ s̄m ꝙ bonum est summum. et hec veneratio ē quies vel sanctificatio sabbati. qui ergo habet malam intentionem peccat contra tertiuꝫ preceptū et ideo p̄dicator qui ꝓpter vanam gloriam predicat contra tertium mandatum peccat quia habꝫ malam intentionem.

Ad. iij. de adiurationib⁹ ꝛ ꝯsecratiōib⁹.

¶ Ad aliud de adiurationibus ꝛ consecrationibus. dicenduꝫ ꝙ est assumere nomen vt nomen. hoc est nomen vt veritatem. et est assumere nomen vt virtutem. ille ergo qui adiurat accipit nomen vt virtutē. s. vt aliq̄d per ip̄m agat. ille autem qui consecrat accipit nomē vt bonitatē et gratiam ꝑ quam sanctificet. sicut baptizans. Solum autem ille qui iurat accipit nomen vt nomen. vel vt veritatem. qꝛ ipsum inuocat i testimonium sue assertionis. s̄m autem ꝓpriam intentionem huius p̄cepti: nomē dei assumere ē ad assertiones ipsam veritatem adducere seu in testimonium assertionum.

Membrum secundum.

Q. in spāli de actu iuramēti

Post q̄ inquisitum est de secundo mandato generaliter. Querendum est specialiter de ipso q̄tum ad iuramentum ꝓpter illam expositionem. Non assumes ꝛc. i. non iurabis ꝓ nihilo. Circa ergo iuramentū plura q̄runtur. Et p̄mo de actu iuramenti. circa quod plura queruntur. Primo an sit bonum vel malum vel indifferens. Scd̄o an sit licitū vel illicitū vꝛr. Tertio an ꝓhibet̄ iuramentū rōne actus vel affectus. Quarto an ꝓhibetur q̄tū ad cōsuetudinem vel q̄tum ad actum. Quinto quibus cōueniat iurare. Sexto an licitū sit iuramētū recipe

Articulus primus.

Q. an iuramētum sit malū vel bonuꝫ an indifferens. Arg. j. obycit

Ad p̄mum sic obijcit̄. sup illud math. v. Dico vobis. Non iurare omnino. dicit glo. ꝑ quod quis iurat. illud veneratur ꝛ amat. sed amare deum ꝛ venerari in se ē bonum: ergo iurare in se est bonum. ¶ Item omnis actus s̄m quem contingit assimilari deo ē bonus. sed iurare est h̄mōi. ergo actus iurandi simpliciter est bonus. minor patet. qꝛ deus iurat per seipsum veritatem. gene. xxij. Per memetipsuꝫ iuraui dicit dominus ꝛc. ꝛ heb. vj. quoniam neminē habuit per quem iuraret maiorem. iurauit per semetipsum. similiter homo per illam eandem veritatem q̄ de⁹ est iurat. vn̄ eadē est rō assertōis vtrobiq̄. ergo per actum iurandi assimilat̄ homo deo ¶ Item iurare est inuocare deum testē. hoc qḋ ē deū inuocare non dicit aliquam inordinationem silr̄ nec hoc qḋ est testeꝫ dt aliquā inordinationē quia hoc est inuocare deum ad testificādū assertionem. Assertio autem est vt credatur veritas. Si ergo addat̄ rō q̄ credat̄. ñ est inordiatio: sed rō int̄ omnes qua magis dꝫ credi est ipsa veritas p̄ma. ergo ipsam sic inuocare non dicit aliquā inordinationem. sed bonuꝫ simplicit̄. Iurare ergo quod dicit h̄mōi inuocationem ē bonum simpliciter.

Aug.

¶ Item aug. in sermone domini de monte. ita p̄cepisse dominuꝫ intelligit̄ ne iuraret̄. ne quisquā sicut bonum appetat iuramentum vel iusiurādū. et assiduitate iurandi ad piurium per consuetudinem labatur iurare ergo ꝓhibet̄ ꝑꝑ periuriū. ergo non est malum in se vel s̄m se. ergo est bonum vel indifferens.

Con. ar. j.

¶ Ad oppositūꝫ Aug. Iuratio falsa ē pniciosa. vera piculosa. nl'ia secura. ex quo pꝫ. ꝙ ois iuratio est periculosa. sed exponere se alicui piculo quantulocunq̄ nulla interueniente circunstātia est malum in se seu simpliciter: ergo iurare nō potest bene fieri sine circunstantia boni addita. Est igit̄ iurare malum simpliciter ꝛ non bonum.

Secundum.

¶ Itē hiero. sup. v. Math. Considera ꝙ saluator non per deum iurare ꝓhibuit: sed per celum ꝛ terram: ꝛ hierosolimam ꝛ caput suum. ꝛ hoc paruul' fuerat cōcessum in lege. vt quomō deo victimas immolabant: ne eas ydolis immolarēt: sic iurare permitterentur per deum. non ꝙ hoc recte facerent: sed qꝛ melius est illud deo exhibere q̄ demonib⁹ sed offerre victimas non est bonum in genere. qꝛ ydololatre hoc agunt. immo solū ex circunstātia trahitur ad bonum:

Tertium

¶ Item ꝓhibitio iuramēti ē de p̄ceptis moralibus: sed omne quod ꝓhibetur moraliter ꝓhibetur q̄a malum. ergo iurare cum ꝓhibeatur in euangelio simpliciter nulla circunstantia addita: constat ꝙ iurare simpliciter ē malum. non ergo bonum s̄m se vel in se.

Rn̄. q̄ bonū dicit̄ mlr̄pl'r

¶ Solutio dicendū ꝙ bonum in actib⁹ multipliciter dicit̄. s. bonū s̄ꝫ se: bonū in se. bonū ex cā bonum ex occasione. tot etiam modis dicitur in actibus malum. Bonū s̄m se dꝛ. cū sic designatur ꝛ informat̄ act⁹. ꝙ nō pōt fieri male nec cadere i oppositā dr̄ntiam tale ē diligere deū ex caritate. Bonū aūt in se ē qḋ ex sua nominatōe bonū ē: tñ p̄t male fieri. vt p̄dicare. orare. elemosinā facere. hec eī p̄nt male fieri si fiant ꝑꝑ vanam laudē vel aliquā aliā malam itentionē: ꝛ tñ de se noiant bonū. Bonū ex cā ē: quod nec s̄m se nec in se bonum est: tñ ex cā bonū est. vt comedere ꝑꝑ sustentationem corpis ad seruituꝫ dei. Bonū ex occasione est. qḋ nec s̄m se nec in se: nec ex cā directe bonū ē s̄m p̄mā itētionē. sed solū dꝛ bonū. qꝛ est q̄dā occasio ducens ad bonū. vt immolare victimas ꝛ sacrificia. erat occasio q̄dam apud iudeos ducens ad bonum. quia faciebat eos vacare ab ydololatria. Un̄ vt retraherent̄ a cultu ydolorum quibus victimas offerebant: precipiebant̄ victime offerri deo.

Malū dicit̄ multipliciter

Tot etiam modis dꝛ malū. Malum ergo s̄m se ē. quando actus sic ē deformatus. ꝙ nullo mō pōt bene fieri nec cadere in oppositam differentiam. vt fornicari. Malum in se ē quod ex se nullo addito malū est. ꝑt tamē addi

talis

talis circūstantia. ꝙ bene fit ꝛ est bonū sicut occidere in se ē malū: tñ addita aliqua circūstantia fit bonū. sicut ē occidere de iustitia. Maluꝫ ex cā est. qḋ ex genere bonū est. tñ ex causa malū est. sicut dare elemosynam ꝓpter vanā laudē. Maluꝫ ex occasione est. qḋ in se bonuꝫ est. tñ ex occasione malū est quia habꝫ in se quandā facilitatē ꝛ p̄nitatē in malū. hoc mō iurare malū ē: nō eīn iurare s̄m se nec ex se malū est. hꝫ tñ quandā facilitatem ad malū sicut ad dei contemptū: hoc est ad periuriū: vn̄ ex occasione est malū: ꝛ hoc est qḋ dicit augu. ad publicolā. dictuꝫ est in nouo testamēto: ne omnino iuremus. qḋ mihi ꝓpterea dictū esse vr̄: nō ꝙ iurare est peccatuꝫ. sed qꝛ peierare inmane peccatum est: a quo nos longe esse voluit. qui omnino ne iuremus cōmonuit. ꝛ sic malum est ex occasione. qꝛ est occasio in ipso iurāte ad periuriū et dei contemptum. sed h̄mōi occasio non venit ex parte actus huius qui est iurare: sed ratiōe ꝓnitatis ad malū que est in ipso qui iurat. qꝛ vt dicit augu. ex assiduitate est ꝓnitas ad hoc ꝙ hō labat̄ in periuriū.

De indifferēti actu:

De indifferenti autē actu notandū. ꝙ indifferens dicitur tripliciter. quia vno modo dicitur indifferens quod nec est bonū nec malū aliquo p̄dictorū modorum: in moribus dico. s. nec in se nec s̄m se. nec ex causa. nec ex occasione. et tale est ambulare ꝛ sedere. Secūdo modo dicit̄ aliquid indifferēs qḋ nō est malū. nec in se nec s̄m se. tñ potest bene fieri ꝛ male fieri ex occasione. ꝛ tale indifferens est iurare Tertio mō est indifferēs qḋ maluꝫ est ex suo genere tñ potest bene fieri ꝛ male: et tale est occidere. sic igitur patet quō iurare est bonum et malū ꝛ indifferens.

Ad argu. j.

¶ Ad illā rationē qua obijcitur. per qḋ quis iurat illud venerat̄ ꝛ amat. dd̄m propter intelligentiā illius autoritatis. ꝙ cū dꝛ ꝑ quod quis iurat ꝛc. hoc dicit̄ per significantiaꝫ. qꝛ talis significat se deū amare ꝛ venerari. qui ꝑ deū iurat. ille enim qui iurat introducit semꝑ testē sue veritatis maiorē se. ꝓpter hoc significat se venerari illum per quem iurat tamē ex p̄te pronitatis iurantis est occasio ruine ad malū. s. periuriū. ꝛ ideo prohibetur vt dicit aug. ne assiduitate iurandi per consuetudinem labatur homo ad periurium.

Ad contra. j.

¶ Ad rōnes ex parte opposita. dd̄m primo ad primā ꝙ dicitur ꝙ iuratio vera est periculosa hoc est dictum per occasionē. Unde periculosum respicit ibi agentem cuius pronitas est ad maluꝫ. sicut dicitur. viij. gene. sensus et cogitatio hominis prona sunt ad malum ꝛc. et nō dicitur hoc q̄tum ad naturam actus in se.

Ad secunduꝫ

¶ Ad secundum quod dicitur ꝙ similiter permittitur iurare ꝛ immolare. dicendum ꝙ hier. loquitur q̄tum ad occasionem. quia similis est occasio vtrobiq̄. tamen natura actus. iurandi est in genere boni: natura vero actus immolandi est indifferens. Circa quod notandū. ꝙ concessio tribus modis est. Est enim concessio dispensationis. scilicet quando conceditur quod nō sit maluꝫ. quod si non concederetur malum esset qualis concessio fit monacho de comedendo carnes a suo abbate Alia est cōcessio alicuius ne malum eueniat. Tertia est concessio alicui⁹ ne peius eueniat. libellus ergo repudij fuit cōcessus iudeis ne peius eueniret. Secundo autem modo fuit facta concessio iudeis de immolatione ꝛ sacrificijs hoc modo etiam fuit iuramentū concessum Erāt enim iudei proni ad ydololatriā et vt sacrificarēt ydolis. Similiter erant proni vt iurarent per ydola. Ideo ad hoc cauendum concessum est eis iurare per deum. sicut victimas offerre deo. sed non sequitur ex hoc quin actus iurandi in se sit de genere boni. quia in iuramento duo sunt scilicet natura actus qui bonus est. iterum ibi est pronitas ex parte hominis iurantis. ad hoc qḋ iuret per ydola. ꝛ hoc est simpliciter malum. Ideo habendo respectum ad hanc pronitatem iurantis. dicitur iurare per deum esse in cōcessione iudeis.

Obijcitur.

Sed obijcitur contra predicta. quoniam dicit augustinus ꝙ iurare non est bonum. ꝛ tamen non est maluꝫ. ergo non est bonum in se. dicendum. ꝙ intelligit dicere ꝙ non sit bonum s̄m se. hoc est tale bonuꝫ quod nullo modo possit male fieri. nihil absolute dicitur bonum nisi tale sit.

Ad tertium

¶ Ad tertium dicēdum. ꝙ differentia est in prohibitionibus legis et euangelij: quia in lege prohibetur quod maluꝫ est. in euangelio autem prohibetur non solum qḋ malum est: sed etiam occasio mali: ꝛ in hoc addit euangelium vltra legem. Unde dicit euangeliuꝫ v. math. Si oculus tuus scandalizat te ꝛc. Unde omnis occasio peccandi ibi prohibetur. Iurare ergo prohibetur in euangelio. non quia sit malum in se vel s̄m se. sed quia est ocasio mali in iurante. qui pronus est ad periurium.

Articulus secundus.

Utrum iurare sit licitum vel illicitum.

Secundo queritur. vtrum iurare sit licitum vel illicitum. Ad quod exo. xx. Non assumes nomen dei tui in vanuꝫ. Glo. Iurando pro nihilo. Ex quo patꝫ ꝙ nō licet iurare pro nihilo immo prohibitum est. Ex quo sic obijcitur. iurare omni circūstantia remota. est iurare pro nihilo. sed iurare simpliciter est iurare omni circūstantia remota. ergo iurare simpliciter est iurare ꝓ nihilo. Sed iurare ꝓ nihilo non est licitum. ergo nec iurare simpliciter est licitum.

Cōtra. arg. j.

¶ Contra. Augusti. super epistolam ad Gal. non est contra preceptuꝫ dei iuratio que ad malum non iurantis est. sed increduli a quo iurare cogitur. non intelligitur ita deum prohibuisse a iure iurādo. vt quātū in ip̄o est ipse nō iuret. ergo iurare non est illicitū. ¶ Item augustinus in sermone de verbis apostolorum. si peccatuꝫ esset iuratio. non diceretur in lege. Reddes domino iuramenta tua. Licitum autem quod nulla lege vel iure prohibetur. ergo iurare non est illicitum ¶ Sed contra. loqui absq̄ circūstantia est malū quia hoc est loqui ociose. quia vt dicit grego. Ociosum est quod caret rōne iuste necessitatis vel intentione pie vtilitatis. hoc autem non est licitum sed iurare est loqui. ergo iurare simpliciter absq̄ circūstantia non est licitum. ¶ Item. p̄s. vir linguosus nō dirigetur. Glo. si quis vera dicat s̄ꝫ preter necessitateꝫ vir linguosus est. Ex quo patet ꝙ non licet loqui preter necessitatem. ergo cum iurare sit loqui. nō licet simpliciter iurare preter necessitatē.

Rn̄sio.

¶ Solutio dicēdum. ꝙ quidā sunt act⁹ boni in genere. in quorū vsu circūstātia est in precepto. Alij sunt boni in genere quoruꝫ vsus est indifferens. nam quidam sunt boni in genere. qui ꝑfecti sunt. qui s̄m se referuntur i deum. tales act⁹ sunt excellētes. vt sacrificare. celebrare. iudicare. ꝛ iurare. Alij sunt boni in genere: nō tamē excellētes sunt. qꝛ non referūtur in deum. vt dare elemosinaꝫ ꝛ h̄mōi. In primis ergo actibus ratione alicuius excellentie actus intelliguntur circunstantie. sine quibus non possunt fieri nec debent: huiusmodi aūt circūstantie sunt. vel loci. vel temporis. vel persone vel cause. vel modi. verbigratia. Iudicare est de actibus excellētibus. Iudex in iudicando est loco dei ꝛ cōformatur deo ꝛ tenet tūc sedē dei. Ro. ij. Scimus quoniam iudicium dei

est.Deut.j.Judicium dei est.ꝛ rõne huius excel-
lentie determinat sibi circũstantiam modi debi-
ti seu qua nõ licet ipsũ fieri.¶Item in precepto
habet iudicare istam circũstãtiaʒ.vt scʒ iuste fiat.
Deut.xvj.Juste quod iustuʒ est ꝑsequeris. Simi
liter celebrare est de actibus qui referũtur in deũ
ꝛ ratione sue excellentie determinat sibi circũstã
tiam persone.quia non a quali bet persona potest
exerceri.ad Hebreos.v.Omis põtifex ab homini
bus assumptus pro hominibus constitutus est
ad offerẽdum deo ꝛc.Similiter sacrificare est de
actibus excellentibus qui referuntur in deum et
in eius reuerentiam maiestatis.rõne cuius deter
minat sibi circũstãtiã loci. Vñ deut.xij. Caue ne
offeras holocausta tua in omni loco quem vide-
ris sed in eo quem elegerit dominus. Similiter
iurare est de actibus excellẽtibus.quia iurare est
per primam veritateʒ asserere.ꝛ ideo est actus ex
cellens ratione cuius determinat sibi circũstan-
tiam cause:vt videlicet non fiat sine causa debita
Jurare ergo nũq̃ bene potest fieri sine causa.sed
hoc non facit malicia actus.quia in genere bo-
nus est:sed hoc facit excellentia actus.Dare vero
elemosinam licet sit bonum in genere.non tamẽ
est actus excellens.Jdeo simpliciter sine aliqua
istarum circũstantiarum licitum est ipsum exer-
cere.predicti autẽ actus non.qꝛ sunt actus ad deũ
relati ſm se.sic ergo iurare simpliciter sine circũ-
stantia debite cause non est licitum. quia iurare
est actus per deum.ꝛ ideo excellens: sacrificare et
celebrare sunt actus ad deum.Judicare est actus

So.ad cõtra. primum.

ſm deum.¶Ad aliud tamen qd obijcitur de loq̃
dicendum ꝙ si loqui sit in casu illo in quo debet
esse ad necessitatem vel vtilitatem verum est ꝙ si
fiat sine causa maluʒ est ꝛ ociosum.sed non omne
loqui est hmõi.immo aliquod loqui est quod nõ
disponit ad hoc qd anima auertatur a deo.nec ꝙ
minus ꝯuertatur ad deum.ꝛ illud non est ociosuʒ
loqui enim non est de actibus perfectis in quib9
determinatur circũstantia ratione sue excellen-
tie vt oporteat ipsum fieri semper ex causa necessi
tatis vel vtilitatis.Si enim sic esset:bene procede
ret argumẽtũ.Jurare aũt est de actibus perfectis
qd sine causa nõ põt exerceri absq̃ peccato.

Articulus tertius.

An prohibeť iuramentum rõne affectus vel effectus.

Tertio queritur de ꝓhibitiõe iuramẽti
vtrum scʒ illa ꝓhibitio sit quãtum ad
actum vel quãtum ad affectum.Ad qd
sic Ja.v.Ante omnia fratres mei nolite
iurare.ergo ꝓhibetur ibi affectus.Vñ nolite iu-
rare.i.non affectetis iurare. ergo nõ prohibeť hic
rõne actus iurandi.cũ non fiat ibi mẽtio de actu.
¶Item augu.in lib.de mẽdacio.dicit dominus.
Omnino nõ iurare.i.quãtũ in te est nõ ames nec
cum aliqua delectatione appetas.Prohibitio er
go domini refertur ad affectum:non ad actum.
¶Contra exo.xx.Non assumes nomen dei tui in
vanum.Glo.iurando pro nihilo.hoc dicitur non
solum de affectu iurandi:immo de actu. Ratiõe
huius queritur quare in quibusdaʒ actibus ꝓhi-
betur affectus ꝛ non actus.sicut affectus habẽdi
diuitias prohibetur:sed act9 scʒ habere diuitias
nõ ꝓhibetur.Unde ps.Diuitie si affluãt nolite
cor apponere.i.non affectetis diuitias.vnde ꝓhi
bet cor.i.affectum poni in diuitijs: non quin ha-

Rñsio.

beantur. ¶Solutio dicẽdum.ꝙ duplex est affe-
ctus inductus seu compulsus ꝛ spontaneus.Affe
ctus compulsus est sicut ille qui ꝓijcit merces in
mare propter periculum euadendi.iste mouetur
ad hoc:sed coactus ꝛ compulsus necessitate.Jura
re ergo ꝛ diuitias appetere prohibẽtur q̃tum ad
affectum spõtaneum.i.ꝙ non debet homo moue
ri ad ista solo affectu spontaneo:seu volũtario:im
mo semper affectu inducto ꝑ causam:sicut est de
proijciẽte merces in mare.Ratio autem quare in
his prohibetur affectus ꝛ non actus est:qꝛ q̃dam
sunt que disponunt ꝛ inclinant animam ad auer
sionem a deo.hoc est ad cõtẽptum vel ad conuer-
sionem ad cõmutabile bonuʒ.cum ad illa anima
inclinatur.talia sunt iurare:habere diuitias.Di-
uitie enim disponunt animam ad conuersionem
ad cõmutabile bonum:ideo ad pctm̃.Jurare dis
ponit animam ad auersionem a deo.hoc est ad cõ
tẽptum ipsius:ideo ad peccatum:qꝛ vt dicit aug.
Peccatuʒ est spreto incõmutabili bono bonis cõ
mutabilibus adherere. Jdeo etiam prohibetur
affectus diuitiarum:vt scilicet non apponať cor
in diuitijs.vnde matth.vj.Nolite solliciti esse aĩe
vestre q̃d mãducetis:ꝛ ideo dicit sufficit diei ma-
licia sua:q̃si dicat:sufficiat vobis si adhuc ex ne-
cessitate moueamini.quasi dicat:satis est adhuc
malum non affectetis amplius.Jn illis auteʒ in
quibus actus non est ocasio nec ad conuersioneʒ
nec ad auersionem:non est prohibitio nec actus
nec affectus.Jn illis auteʒ in quibus prohibetur
actus:semper prohibetur affectus qui imponit
nomẽ operi.Similiter maledicere sine causa ꝓhi
betur.ne affectet homo illud.Unde Ro.xij.No-
lite maledicere.

Articulus quartus.

Q.an iuramentũ ꝓhibetur quãtũ ad consuetudinem vel actũ

Quarto queritur an prohibetur iuramẽ
tum quãtum ad consuetudinẽ vel quã
tum ad actum.Ad quod sic Math.v.
Ego dico vobis non iurare omnino.
Glo.Usum iuramenti prohibet. Ergo hec prohi
bitio intelligitur quantum ad vsum. non quãtuʒ
ad actum.¶Item eccle.xxiij.Jurationi non assue
scat os tuum.assuescere dicit vsum.¶Ad oppo-
situm.Usus nihil aliud est q̃ iteratio actus.Cuʒ
ergo iurat aliquis: aut iurat sine causa:aut cum
causa.Si cum causa:actus est bonus.Similiter
si iurat secundo ꝛ tertio ꝛc.Si semper cum causa
semper actus licitus:ergo ꝛ vsus licitus.nec vsus
prohibẽdus.Si iurat sine causa:ergo nõ est act9
licitus:illud ergo quod primum prohibetur est

Rñsio.

actus ipse ꝛ non vsus nisi ratione actus. ¶Solu
tio.dicendum ꝙ actio iuramenti potest esse cum
causa vel sine causa:sed sine causa semper prohi-
betur vsus ꝛ actus:quia iurare sic illud esset veri-
tatem contẽnere:hoc est pro nihilo ducere.Si au
tem sit cum causa. hoc potest esse dupliciter.vel
cum causa vtili solum.vel ex causa necessaria. qꝛ
his de causis aliquando iuratur:scilicet pro vtili
tate vel necessitate:ꝛ appello iuramentum ex cau
sa necessaria.quod scʒ nõ põt dimitti sine pctõ.vt
si iudex cogat aliquẽ iurare.nõ posset ille dimitte
re iuramẽtum sine pctõ.Si sit iuramẽtũ ex causa
necessaria:dicimus ꝙ nõ ꝓhibeť vsus nec actus.
Si aũt sit iuramẽtum ex causa vtili solũ: sic vsus
iurãdi ꝓhibeť ꝛ hoc ꝓpter ꝓnitatẽ labẽdi in per
iuriũ.Et hoc est qd dicit aug.in li.de sermone dñi
in monte.ita precepisse dñm intelligiť ne iurareť
ne quisq̃ sicut bonũ appetat iusiurãdũ ꝛ assidui-
tate iurãdi ad periuriũ ꝑ cõsuetudinẽ dilabatur.

Ad maiorem autem .§.j.

Utrum iurare sit bonum in genere.

euidentiã ꝑdictorũ obijciť cõtra solutiones predi
ctas in quibus dictũ est ꝙ iurare est bonũ in gñe
Ad qd

Ad quod sic.Omnia bona in genere cuʒ debitis
circunstantijs intellecta:appetẽda sunt.Si ergo
iurare vestitum suis debitis circũstantijs nõ est
appetendum:iurare non est bonum in genere.
Minor patet.quia Ro.j.dicitur. Testis est mihi
deus ꝛc.vbi glo.Non est iuratio bona.i.nõ appe-
tenda est.Et augus.in sermone dñi in monte.ita
precepisse dominum intelligitur ne iuretur: ne
quisq̃ sicut bonum appetat iusiurandũ. ¶Ad
oppositum.Sicut ille qui iurat est in assumptiõe
veritatis ad aliquid asserendum.ita ille qui facit
miracula est in assumptione potestatis ad aliq̃d
faciendũ.vnde vterq̃ assumit aliquid diuine ex
cellentie.qꝛ ad aliud sumit.Sicut ergo facere mi-
racula bonum est in genere.non tamen est abso-
lute appetẽdum.ita nihil impedit quin iurare sit
bonum in genere licet non sit absolute appeten-
dum.¶Item sunt quidam actus facientes nos
in conformationem diuine potestatis.Alij qui fa
ciunt nos in cõformationem diuine scientie vel
veritatis.ꝛ in istis non est absolutus appetitus.
Alij faciunt nos in conformationem diuine boni
tatis.ꝛ tales absolute appetẽdi sunt.sicut esse mi
sericordem.Unde matth.v.Estote misericordes
sicut pater vester celestis misericors est.Alij vero
non sunt absolute appetendi.verbigratia.Actus
qui nos conformat potestati.non est appetẽdus
Unde moy.exo.iiij.recusabat coram domino ha
bere principatum super populuʒ israel. similiter
nec actus conformans nos sciẽtie vel veritati est
absolute appetendus.vnde homo peccauit ꝛ ceci
dit eo qd appetijt cõformitatem diuine scientie.
cum dixit ei dyabolus gen.iij.Eritis sicut dij sciẽ
tes bonum ꝛ malum.similiter ꝛ angelus cecidit
eo ꝙ appetijt conformitatem potestatis.Si ergo
non prohibet quin tales actus sint boni in gene-
re:licet non sint appetendi simpliciter vel absolu
te:similiter iurare nihilominus erit bonum in ge

Responsio.

nere:licet non sit simpliciter appetendum.¶So
lutio.concedendũ sicut dictum est.ꝙ iurare q̃tũ
ad naturam sui actus est bonum in genere seu de
genere boni.ꝛ non sequitur ꝙ si non est absolute
appetendus.ꝙ propter hoc non sit bonum in ge
nere.Nam quedam est conformitas ad deum.q̃
est in meritum.quedam autem que reseruatur in
premium.Conformitas que est in merituʒ:est cõ
formitas ad ipsam bonitatem ſm vnum moduʒ.
Nam vie bonitatis summe:sunt misericordia.ve
ritas seu iusticia:ps.Uniuerse vie domini miseri
cordia ꝛ veritas ꝛ conformitas ad misericordiam
pertinet ad meritum.conformitas autem ad iusti
ciam pertinet ad premium.Unde in.iij.sap.diciť
ꝙ iudicabunt sancti nationes.ꝛ in ps.Gladij an
cipites in manibus eorum ad faciẽdam vindictã
in nationibus ꝛc.Similiter ꝯformitas potẽtie re
seruatur ad premium.Unde.v.sap.dr.ꝙ sancti ac
cipient regnuʒ decoris.ꝛ dyadema speciei de ma
nu domini.Similiter conformitas ad scientiã ꝑ
tinet ad premium.Unde apostolus.j.Corin.xiij.
nunc cognosco ex parte:tũc cognoscam sicut et co
gnitus sum.Cum ergo vnũquodq̃ sit appetendũ
prout est in suo ordine.ideo ipsi viatori appeten-
da est conformitas pertinens ad meritum in via:
que est conformitas ad misericordiam. esse auteʒ
conformẽ potestati vel cõsciẽtie vel iusticie vel ve
ritati:hoc non est appetendum.¶Sed iterum in
contrarium obijcitur circa mala ſm se non est tã
ta prohibitio quãta est circa iurare.Quia dicitur
in matth.Non iurare omnino.vnde iuramẽtum
omnino prohibetur.sed mechari vľ fornicari nõ
ita vniuersaliter prohibentur.qꝛ non dicitur non
mechaberis omnino.ergo minus videtur licituʒ
iurare q̃ fornicari vel mechari. ¶Ad hoc intelli
gendum ꝙ mechari vniuersalius ꝓhibeť q̃ iura
re:licet nõ apponať ibi nota vniuersalitatis q̃ ẽ
oĩno.Differt enim dicere.dico vobis oĩno nõ iu-
rare.ꝛ nõ iurare:qꝛ si dicať oĩno nõ iurare cadit di
stributio sup negationẽ.et tũc est sensus.dico vo-
bis in nullo casu iurare:sed sic nõ ꝓhibeť hic iu-
rare:sʒ immo ꝓhibeť ita ꝙ cadit negatio sup di-
stributionẽ.ꝛ tũc est sensus.nõ iurare oĩno.i.dico
vobis nõ iuretis in quolibet casu.sicut qñ nõ est
cã necessaria vľ vtilis societati hũane.ꝛ ita iurare
nõ ꝓhibeť vľr.sʒ mechari simpľr ꝓhibeť ꝛ vniuer
saliter.Uñ ꝓhibetur mechari in omni casu.

Articulus quintus.

Q. quibus liceat iurare.

Consequẽter queriť q̃bus ꝯueniat iura
re vel liceat.Primo an deo cõueniat iu
rare.Secũdo an angelis cõueniat iura
re.Tertio an professis formã euangelij
ꝛ prelatis cõueniat iurare.

Quãtum ad primum.§.j.

Utruʒ deo cõueniat iurare

queritur vtrum deo ꝯueniat iurare ꝛ per quid.Et
vr ꝙ ei ꝯuenit iurare.ps.Jurauit dñs ꝛc.Et gen.
xxij.Per memetipsuʒ iuraui dicit dñs.Ergo deo
cõuenit iurare.¶Sed vlteri9 q̃riť ꝑ q̃d ꝯueniat
ei iurare.vtrũ.s.ꝑ aliũ a se.s.ꝑ creaturã aliquam.
vel per semetipsum.vr ꝙ per se ꝛ nõ per creaturã.
qꝛ hebre.vj.dr.Qm̃ neminẽ habuit ꝑ quẽ iuraret
maiorem:iurauit ꝑ semetipsum.hoies eñ ꝑ ma-
iorẽ sui iurant.Si igiť iuramẽtum est ꝑ maiorem
deus nõ põt iurare ꝑ alium a se.ergo nõ põt iura
re ꝑ creaturã.¶Contra.Amos.iiij.Sup illud iu
rauit dñs in sancto suo.dicit glo.Jn seipso vel in
filio vel in aliquo electo angelo.vel in hoĩe.ergo
cõuenit ei iurare ꝑ angelos vel hoĩes:ꝛ sic ꝑ crea
turas.¶Jtẽ hiero.in originali sup illud idẽ.iiij.
Amos.Jurauit dñs in semetipso vel ĩ filio vel in
omni quod factum est.ergo cõuenit ei iurare per
quãlibet creaturam.propter hoc queritur si deus
iurat quid est suum iurare.

Secundo queritur .§.ij.

Utrũ angeľ conueniat iurare.

vtruʒ sanctis angelis cõueniat iurare.Ad quod
sic apoca.x.dicitur.ꝙ angelus iurat per viuenteʒ
in secula seculorum.ergo eis conuenit iurare.
¶Item iurare est certitudinem facere per pri-
mam veritatem.sed certificare per primam veri-
tatem hoc maxime conuenit angelo.ꝛ magis per
ipsam q̃ per aliã:ergo iurare maxime ei cõuenit.
¶Cõtra.Matth.v.Sit sermo vester.est est.nõ
nõ.Glo.Qd perfectius est docuit.quod infirmi-
tatis indulsit.quod vero supersticiosuʒ resecauit
vnde ſm hoc.Jurare per deum est infirmitatis.sʒ
quod est infirmitatis nõ cõuenit angelo.ergo iu
rare per deum ei non competit.

Tertio queritur .§.iij.

An professis cõueniat iurare.

an perfectis professis formam euangelij conue-
niat iurare.videtur ꝙ non.Ber.de dispensatione
et precepto.Non se valet extendere potestas im-
perantis:nisi quatenus attigerit votum profiten
tis.sed votum profitentis formam euangelij est.
ꝙ eam obseruet.sed forma euangelij est.sit sermo
vester:est est.non non.ergo tenetur per votũ hãc
obseruare.sed hãc obseruãdo nõ iurat.ergo teneť

tur non iurare.ergo non poterit cogi ad iurandu3
per superiorem.¶ Contra.quicunqꝫ potest esse te
stis:potest iurare.Sed quicũqꝫ perfect⁹ põt eẽ te
stis veritatis sicut dicit de apl'is.j.actuũ.Uos eri
tis mihi testes ergo quicũqꝫ pfectus põt iurare:er
go pfessus formã euãgelij põt iurare Et si põt co
gi ad hoc ꝙ sit testis:põt cogi ad iurãdu3.Maior
patet.qꝛ nullus potest esse testis veritatis in iudi
cio nisi iuret.¶ Ratione horu3 queritur qualiter

Rñ. ad pmã questionem.

differenter cõuenit iurare deo.angelo ⁊ homini p
fecto seu professo formã euangelij.¶ Solutio di
cendũ sicut habet ex cõcilio tholetano.xxij.q.iiij.
Ubi loquit de iuramẽto dei.Iurare dei ẽ a seipso
nullaten⁹ ordinata ꝯuellere.i.nullaten⁹ cõmuta
re q̃ a seipo fuerint ordinata ⁊ pmissa ⁊ Esay.lxij.
Sup illud Iurauit d n̄s dicit glo.i. imobiliter sta
tuit.Ex quib⁹ patet quid est iurare dei.Iurare ve
ro angeli est que a deo imutabiliter ordinata sunt
denũciare:qꝛ ipius est propriũ denunciare:⁊ ma
nifestare fact'a a deo Iurare vero hominis est deũ
testem inuocare. vel deo aliquid obpignorare: si
cut dicit augus.⁊ sic patet differentia.¶ Ad illud
ergo quod obijcitur an possit deus iurare per crea
tura3.dicendũ ꝙ hec prepositio per:aliqñ dicit au
toritatem aliquando subautoritatẽ.Cũ aũt dr iu
rare per aliquid.hec prepositio per:dicit autorita
et ideo non potest conuenienter dici .Iurat deus
per creaturam.Sed bene potest dici iurare in crea
tura.quia dicendo quod deus iurat per creatura3
diceretur quod creatura esset ei principium cer
titudinis.Ipsa autem veritas prima non habet
aliud principium certitudinis ꝙ seipsam: et ideo
non potest dici iurare per alium a se. bene tamen
facit deus certitudinem de sua voluntate mini
sterio alicuius creature. Ratione huius dicitur
iurare vel iurasse in creatura sicut in aliquo electo
angelo vel homine vt dicit glos. illa.quia immu
tabilem suam dispositionem manifestat sic in an

Rñ. ad scdã3 questionem.

gelo.sic loquitur glo.illa et hieronym⁹.in origina
li super locum illum.¶ Ad secundam questionẽ
dicendum quod iurare angeli est imutabilem ve
ritatem vel immutabilis veritatis dispositionem
immutabilem manifestare.
¶ Quod ergo obijcitur ꝙ iurare per deum est in
firmitatis.dicendum.ꝙ non est in angelo immo
perfectionis ministerij:in angelo est ꝙ denunciat
dispositione3 veritatis immutabilis.Duplex em̄
est natura:scilicet natura sana.et natura egra.In
natura infirma sicut est humana natura : verum
est quod infirmitatis ẽ propter pronitatẽ ad ma
lu3.In natura aũt perfecta et sana .s. angelica.nõ
est ĩfirmitatis immo poti⁹ firmitatis ⁊ pfectiõis.exẽ
plum de vino quod nature sanum et conueniens
est:egre vero incõueniens.vel potest dici quod est
infirmitatis eius cui iuratur non iurantis.

Rñ ad tertiã questionem.

¶ Ad tertiam questionem dicendum. quod pro
fessi formam euangelij possunt in causa cogi ad
iuramentum qui enim vouet formã euangelij ob
seruase:ita vouet vt nulla causa cogente non iuret
cogente autem causa non vouet non iurare. vt co
gente malo incredulitatis et cogente vtilitate.

Articulus sextus

An licitu3 sit recipere iura mẽtum i forma concessa.

P Ostmodum queritur de receptione iu
ramenti.an licitu3 sit recipere iuramẽ
tum.Et circa hoc queruntur duo.Pri
mo an licitum sit recipere iuramentũ
in forma concessa.Secundo an licitum sit recipe
iuramentum in forma non concessa.

Quãtum ad primum.§.j.

Arg. pmum

obijcitur sic.xxij.q.j.Augu.de verbis apostoli.di
cit super illud Matth.v.qd amplius est: a malo
est.sic qd amplius est:a malo est.nõ iurãtis:s3 nõ
credẽtis:s3 nõ credẽs hic appellat ipe recipiẽs iu
ramẽtũ. Ergo qd ãplius est hoc est iuramẽtũ:est
a malo recipiẽtis.sed nõ nisi q̃ recipit iuramẽtũ.
ergo nõ est licitum recipere iuramentũ etiam in
forma cõcessa.qñ.s.iuratur per deũ vel per creatu

Secundum.

ras ad hoc deputatas.¶ Item accipiẽs iuramẽ
tum aut accipit illud sciens illũ qui iurat iurare
falsum.aut nesciẽs ipsum iurare falsum:aut scẽs
ipsum iurare verum.sed quocũqꝫ modo sic acci
piat semp pctm̄ est.ergo accipere iuramẽtu3 sem
per illicitum est.⁊ pctm̄. Minor patet per augu.
in glo.sup illud Ro.j.Testis est mihi deus.q̃ di
cit multum interest q̃ exigit iurationem si nouit
illum iurare falsum vel non.q̃ enim nescit.⁊ ideo
dicit.Iura mihi vt ei fides sit.nõ audeo dicere nõ
esse peccatum:tamẽ humana tẽptatio est. Si aũt
fecisse nouit ⁊ cogit iurare homicida ẽ.Ergo neqꝫ
sciens iurantem iurare falsum.neqꝫ nesciens põt
recipere iuramentum sine peccato.similiter neqꝫ
sciens ipsum iurare verum.qꝛ si scit ipsum iurare
verum:facit ipsum iurare pro nihilo.ergo sine cã
facit ipsum iurare:⁊ ipe ꝯsentit ⁊ recipit.ergo pec

Tertium

cat.Illicitum ergo est recipere iuramentũ.¶ Itẽ
videtur ꝙ iudex peccet in recipiendo iuramen
tum:quia iudex exigit iuramentum.Sed matth.
v.dr̄.Sit sermo vester est est.non non.Qd em̄ am
plius est:a malo est.Et dicit glo.super illd Ro.j.
testis est mihi deus.tu nõ facis malu3.q̃ bene vte
ris iuratiõe vt alteri suadeas qd vtile est.sed a ma
lo est supple illius qui recipit iuramentum. ergo
hoc est a malo iudicis. Ratione huius queritur
a quo malo scilicet a malo iurantis:vel eius q̃ re
cipit iuramentum ⁊ videtur ꝙ a malo iurantis.
quilibet debet melius presumere de alio ꝙ de se.
Igitur si iurans credit se esse veridicum in iuran
do .cum bonitatis humane sit credere proximu3
esse veridicum iurantis est.credere illum cui iu
ratur credere iurantem esse veridicum. Si ergo
iurans credit esse verum pro quo iurat.vnde cre
dit se esse veridicum.debet suspicari ⁊ presumere:
ꝙ alter cui debet iurare credat illud esse verum.
Sed si omnes crederent alijs non iuraretur.ergo
iste non debet iurare si credat illud esse verum
pro quo iurat.Si ergo hoc est malũ:malũ hoc est
iurãtis. Similiter etiã si iuret falsu3 semp videt
esse a malo iurantis . ¶ Item videtur ꝙ a malo
recipientis.Augustinus super epistolam ad gal'.
dicit.Non est contra preceptum dei iuratio.que
a malo nõ iurãtis est:sed increduli a quo iurare
cogitur.¶ Item super illud Matth.quito.quod
amplius est ⁊c.glo.nunquid malum quia etiam
si non bonum:tamen necessarium.sed a malo est
non tuo.sed illius a quo cogeris iurare.id est ab
infirmitate eius que malum est.¶ Ad oppositũ
ostenditur ꝙ licitum sit recipere iuramentum.
xxij.q.j.In nouo.Augustinus ad publicolam.
Quãuis dictum sit ne iuremus.nunꝙ tamen in
scripturis sanctis me legisse memini ne ab alijs
iuramentum recipiamus . Ex quo patet qd lici
tum sit recipere iuramentum . ¶ Item.xxij.q.j.
Si peccatum.Augustinus de verbis apostoli.ip
sum iurare sicut peccatum non est: ita iuramen
tum ab aliquo recipere malum non est. ¶ Solu

Rñsio.

tio.dõm.ꝙ licitũ est iuramẽtum recipe in forma
ꝯcessa.sicut dicũt pdicte autoritates . Notãdum
tñ iuxta

tamen iuxta quoddam verbum quod dicit augu.
in glo.super illud.Ro.j.Testis est mihi deus.vbi
dicit.Ego vobis dico . Non iurare omnino ibi
phibuit dominus quod est malum: sua sit bonu3
qd est appetendũ.phibuit em̄ falsum.vel sine ne
cessitate iurare suasit verũ loq̃ impulsit iuramen
tum qd est necessariũ.Scdm hoc ergo distinguen
dũ est ꝙ sicut duplex est iusticia.s.publica ⁊ priua
ta.ita duplex est iuramentũ.s.publicu3 qd respicit
iusticiã publicã:⁊ priuatũ qd respicit iusticiã pua
tã.De iuramento priuato in quo iurat falsu3 ex cã
distinguendũ scdm Augu.in glo.sup illud Ro.j.Te
stis est mihi deus ⁊c.qꝛ recipiens iuramentu3:aut
scit illũ iurare falsum.aut nescit.⁊ tñ nõ scit illum
iurare verũ.Si scit illũ iurare falsum ⁊ recipit.di
cit augu.ꝙ homicida est ille qui recipit.Si aũt ne
scit illũ iurare falsum.nec tñ scit illũ iurare veru3.
dicit ꝙ hũana tẽtatio est.i.ꝙ veniale pctm̄ est.vñ
dicit q̃ aũt nescit:⁊ ideo dicit iura mihi vt ei fides
sit.nõ audeo dicere nõ eẽ pctm̄.tñ hũana tẽtatio ẽ
idest veniale pctm̄ est.Si aũt fecisse nouit et cogit
homicida est.quare dicit ꝙ nõ audet dicere nõ eẽ
pctm̄ de illo q̃ nescit.qꝛ recipiens iuramentũ sem
per dz psumere de veritate primi xpi.Uñ sicut iu
diciũ suspitiõis de occulto veniale pctm̄ est.sic istd
pctm̄ est.Si aũt sit iuramentũ publicũ.i.rõne pu
blice iusticie.sic iudicis est recipe iuramentũ sine
pctõ ⁊ cogẽte ordine iudiciario pt recipe iuramen
tũ sine pctõ.imo ad hoc ꝙ recipiat tenet:qꝛ bonu3
publicũ dz pponi bono psone.Si tñ sciat ip3 iura
re falsum dz ipm repellere scdm suũ posse.Si tñ co
gitur ordine iudiciario ita ꝙ si nõ recipet omitte
ret de his q̃ ad ordinẽ iudiciariũ ptinet:dico ꝙ te

So.ad arg.j. Augustinus.

net accipe ⁊ sine pctõ recipit.¶ Ad primũ qd obij
cit qd ãplius est a malo est.Dõm sicut dicit Aug.
i li.de li.ar.ꝙ duplex est malũ.s.malũ culpe.⁊ ma
lũ pene.Cũ ergo dicit qd ãplius est a malo est.lo
quitur de malo pene quod est infirmitas seu icre
dulitas.⁊ nõ de malo culpe.Et hoc est qd dicit au
gu.Ro.j.sup illud.Testis est mihi de⁹.Glo.iura
tio nõ est bona.i.appetẽda.nõ tñ mala.i.phibita
cũ est necessaria.l3 sit a malo infirmitas eorũ qui
bus aliqd psuades:q̃ infirmitas vtiqꝫ malũ est.vñ
nos quotidie liberari pcamur dicẽtes.Libera nos
a malo::⁊ hoc etiã dicit aug.de vbis apli in cano
ne.si pctm̄.xxij.q.j.exponẽs illd qd amplius est: a
malo est.dicit.Noĩe mali nõ malicia: s3 pcti pena
intelligit.ex penali em̄ ĩfirmitate ĩcredulitas illa
pcessit qua ad iurandũ cõpellimur.hec aũt infir
mitas seu incrudelitas est ignorãtia q̃ est pena q̃
dã nature corrupte.Non ergo sequit hoc est a ma

So.ad secundum patet in responsione ad tertium

lo pene.ergo est pctm̄ facere illud.¶ Ad scdm pa
tet solutio ex pdicta solutiõe q̃stiõis. ¶ Ad illud
qd obijcit de iudice vñ hoc h3 ꝙ possit recipe iura
mentũ sine pctõ.dõm scdm illud apli Ro.ij.Scim⁹
qm̄ iudiciũ est dei.ex quo vbo itẽdit apls ꝙ iudex
iudicãdo vicẽ dei h3:⁊ locũ dei obtiet.vñ loco ipi⁹
residet in iudicãdo:⁊ ideo mediãte veritate q̃ deus
est põt perquirere veritatem.cum enim sit vice dei
cui omne iudicium reseruatur principaliter deu3
habet medium ad iudicandũ.⁊ ideo cũ iuramẽtũ
sit testificatio facta per veritatem primam siue per
deum.ideo iudex potest recipere iuramentu3 sine
peccato dummodo procedat ordine iudiciario:qꝛ
ex hoc ꝙ sedem dei obtinet per deum qui est veri
tas prima ceteras veritates potest perquirere.
¶ Et quod obijcitur ꝙ illud a malo est.dicendu3
ꝙ est malum generale:⁊ hoc est malum nature:et
est malum persone.hoc ergo non est a malo perso
ne iudicis:imo hoc est a malo generali de quo etiã
habetur in psal.Omnis homo mendax.i.pronus
ad mendacium.hoc enim est malum generale.si
militer a malo generali est illud:qꝛ iudex nõ tenet
ibi locum persone.sed locum pro republica cõser

Queritur.

uanda. ¶ Sed queritur iuxta hoc. cum malum
sit recipere iuramentum in aliquo casu.quare nõ
prohibuit dominus recipere iuramentum sicut
prohibuit iurare. ¶ Ad hoc dicẽdum.ꝙ designã
do vnum designauit alterum.quia non est recipe
pere seu iurare . Et propter hoc sicut iurare sine
causa est peccatum:ita recipere iuramentum si
ne causa est peccatum.⁊ sic prohibẽdo vnũ prohi
buit alterum.

Postea queritur. §.ij.

An licitu3 sit recipere iuramentũ in forma non concessa.

de receptione iuramenti in forma non concessa.
⁊ appello iuramentum in forma non concessa.si
cut quãdo iuratur per falsos deos:seu per ydola.
queritur ergo an sit licitum recipere tale iuramẽ
tum.Ad quod sic.xxxj.geñ.legitur.ꝙ Jacob acce
pit iuramentum a laban. qui tamen iurauit per
falsos deos. ¶ Item primo Macha.viij.legitur
iudas petijt iuramentum a romanis: quia petijt
ab eis fedus:⁊ tamen sciebat ꝙ iurarent per fal
sos deos seu per ydola . Si ergo iacob ⁊ iudas in
omnibus commendantur:licitum est recipere iu
ramentu3 per falsos deos.siue in forma non con

Cõtra pmu3:

cessa.¶ Contra.Ro.j.qui talia agunt digni sunt
morte non solum qui faciunt. sed qui consentiũt
facientibus.Ex quo accipitur ꝙ facientes ⁊ assen
tientes eiusdem rei sunt.Si ergo recipiens iura
mentum factum per ydola. consentit ipsi iurãti
per ydolum.non est licitum recipere tale iuramẽ

Secundum.

tum. ¶ Item augu. in libro de doctrina xpiana.
ordo caritatis est ꝙ diligatur deus super omnia:
deinde anima propria. Tertio proximus.quarto
corpus proprium.ergo qui salutem sui corporis
prefert saluti anime proximi peccat. quoniam cõ
tra caritatis ordinem facit.Sed hoc facit qui pro
re temporali facit iurare proximum per ydola:et
ab eo tale iuramentum recepit. Ergo peccat qui
pro re temporali recipit iuramentum per falsos

Rñsio

deos.¶ Solutio dicendum.ꝙ duplex est bonu3
scilicet bonum publicum ⁊ bonum personale.bo
num publicum semper preiudicat bono persone
⁊ semper ei preponitur seu preordinatur.scdm hoc
ergo dicendum.ꝙ vbi est bonum publicum cau
sa.licitum est iuramentum recipere in forma non
concessa:sed non vbi bonum persone esset causa
Jacob ergo iurauit laban:⁊ recepit ab eo iuramẽ
tum propter bonu3 publicum sc3 posteritatis seu
prolis que ab vtroqꝫ nasceretur.Similiter iudas
recepit iuramentum a romanis propter bonum
publicum.vt sc3 esset pax firmata iudeorum ⁊ ro

So.ad ꝯtra.

manorum.¶ Ad primum quod obijcitur in cõtra
rium.ꝙ non solum qui talia agũt digni sunt mor
te:sed etiam qui consentiunt faciẽtibus ⁊c. Dicẽ
dum.ꝙ ille qui iurat per ydolu3 firmat. Item per
tale firmat scilicet per ydolum.vel per falsu3 deũ.
Ille ergo qui recipit iuramentum illud.aut hab3
intentionem ad solam firmationem et pro bono
publico.Aut habet intentione3 vltra ad rationẽ
firmandi scilicet ad ydolu3 per quod sit firmatio.
Si primo modo dicimus ꝙ talis non consentit
illi per quod fit firmatio:sed solum ipsi actui seu
ipsi firmationi. Et propter hoc licet iurans pec
cet:non tamen talis recipiens iuramentnm pec
cat. Si autem fert intentionem secundo modo:
sic peccat sicut et iurans.⁊ hoc modo procedit au
toritas apostoli. ¶ Ad secundum dicendum.ꝙ

par tpalis aliqñ ordinatur ad bonū corporis solū ⁊ sic ſm ordinē caritatis postponēdum est bono singulari anime ꝓximi.⁊ sic ꝓcedit ratio. Aliqñ aūt ordinatur ad bonum spūale publicum.vt ad pacem cōmunē.vel aliqd hmōi.⁊ sic prepōderat ⁊ preordinatur bono anime proximi.nec facit cōtra ordinē caritatis:q̄ tale bonū bono singulari anime ꝓximi preponit.immo potius ſm ordinē caritatis.quia semper bonum publicum preiudicat bono persone.⁊ sic licitum est recipere iuramētum a proximo pro bono temporali publico:⁊ nō est cōtra ordinem caritatis.

De forma iuramenti.

Membrum tertium.

P Ostea queritur de forma iuramēti.Forma aūt iuramēti q̄dā ē cōcessa:sicut illa qua iuratur p deū. Quedā ē ꝓhibita sicut illa qua iuratur per falsos deos seu per ydola Quedam vero est partim cōcessa:partim nō concessa,sicut illa que iuratur p creaturā. Queritur ergo de forma ꝯcessa de forma nō ꝯcessa seu prohibita.De forma concessa ꝑtim:ꝑtim nō cōcessa.

Articulus primus

De forma iuramenti concessa.

A D primum queritur sic. Multiplices inuenimus formas iurādi.vna est. Viuit dñs:que fuit ī aliquo tp̄e legis:hec inuenitur.iiij.Reg.iiij. Alia silr inuenitur.ij.Reg.iij.hec.s.hoc faciet mihi dñs.⁊ hoc addat. Alia silr inuenit.Ro.ij.q̄ est.Testis est mihi deus.q2 dicit aug.ꝙ hic iurat apl's.Tēpore autē moderno iuratur per deū.Queritur ergo cū idē sit iurare:qd̄ primā veritatē in suā assertionē adducere.quomō forma iuramēti seu iurādi multiplicētur in tot ⁊ varietur.

Obijcitur ꝙ male iuratur viuit deus.

¶ Qd̄ autem hec nō sit forma iurandi:cum dr̄ viuit dñs:ostenditur.ꝙ iuramētum fit ad assertionē veritatis.Sed assertio veritatis magis pertinet ad scientiam vel veritatem dei q̄ ad eius vitam.vñ ꝓprie asseritur veritas p veritatem.ergo debet dici. scit dñs.⁊ nō viuit dñs.⁊ sic illud nō est forma iurādi.

Queritur de eo. scit dñs an sit iuramētum.

Querit ergo an sit forma iurandi:si dicatur. Scit dñs sicut qñ petrus dixit Joā.vlti. Tu scis dñe:q2 amo te. Fuit ne iuramētum:⁊ ostēdit qd̄ sic.ij.Corin.xij.dicit apostolus.deus ⁊ pater dñi nostri iesu xp̄i scit q2 nō mētior.⁊ dicit ibi glo.vt vera esse ostendat que dixit:vel que dicturus est iuramēto cōfirmat Ex quo patet ꝙ ibi est iuramentum:⁊ ita forma iurādi est.Scit dñs.¶ Item cū dicit apostolus. Deus scit q2 nō mētior.hic asserit apostolus veritatē ⁊ introducitur deus sciēs in testimonium et assertionē.huius veritatis:ergo ibi est iuramētū.⁊ ita est ibi forma iurādi.¶ Itē iurare est certitudinē p primā veritatē facere.Sed ille q̄ dicit deus scit:facit certitudinem per primam veritatem.ergo iurat.ergo ibi est forma iurādi.¶ Item deus non est testis:nisi de eo qd̄ scit ergo sicut hoc ꝙ ē deus est testis:pōt adduci ad assertionē veritatis et ita istud.Deus scit:ergo ibi est forma iurādi sicut ibi.

De forma iurandi testis est mihi de9.

¶ Similiter obijcitur de hac forma iurādi.Testis est mihi deus.videt ei esse eadē cū ista qua iuratur.p deū.Q2 dicit augu.in glo.sup illud ad Ro.j.Testis ē mihi deus.q̄d em̄ est p deū:nisi testis est mihi deus.aut quid est. testis est mihi deus:nisi per deū.ergo idē iuramētum est ⁊ non differens.

De prepositionibus ꝓpter ⁊ in.

¶ Similiter q̄rit q2 aliqñ est iuramentum p hāc ꝓpositionē ꝓpter.vt.j.corin.xv.quotidie morior ꝓpter gloriā vestram fratres.ſm vnū modū sicut glo.exponit que dicit.ꝙ iurat hic apostolus:vt sciamus ꝙ verum iurare non est pctm̄. Aliquādo est iuramētū p hāc ꝓpositionē in. Ro. ix. Veritatē dico in xp̄o iesu ⁊ nō mētior.vnde ergo hoc est ꝙ adduntur ad formā iuramēti exprimendam:⁊ nō alie prepositiones.

De diuersitate iurādi ſm diuersitatem temporum.

¶ Itē quomodo differenter exponūt formam iuramēti. ¶ Itē in veteri testamēto erat forma iurādi dicēdo. sc3 viuit dñs ⁊ hoc faciat mihi dñs ⁊ hoc addat ī primitiua ecclesia erat forma iurādi.Testis est mihi deus.In tp̄e aūt moderno iurat p deū.Queritur ergo vnde hoc ꝙ sic variātur forme iurādi ſm diuersitatē tempor ⁊ qua rōne.

Rñsio.

Moraliter vo significat cessationem a peccato. Unde Joh. damasce. iiij. lib. c. de sabbato. Circūcisio est corporalis superfluitas τ superfluorum non necessariorū depositio. Sabbatuz autem est que a peccato est requies τ vtraqꝫ si-

Allegorice.

mul a spiritualib⁹ impleta qui nullā inquietatē opant. Allegorice significabat sabbatū corp⁹ xpi quiescendum in sepulchro. Unde Augu. in.iiij.li. super Gene. ad litterā dici probabiliter potest ad obseruandum sabbatum iudeis fuisse preceptum in vmbra futuri: que spiritualem requiem figurabat: cuius quietis ipse dñs xps qui nō nisi quādo voluit passus est: in sepultura sua ministeriuz cō summauit: ipso quippe die sabbati requieuit in sepulcro: & eam totam diem habuit sancte cuiusdā vacationis.

Anagogice.

Anagogice vo significat quietem animarum in patriā futurā. vnde Augusti. in lib. de lapsu mundi. Tertium preceptū de sabbato qō iudei carnaliter celebrant nos spiritualiter obseruamus in quo dñs requieuit: qō sic dictuz intelligas vt post bona opera scias te quieturū. Unde Exod. xx. Sex diebus deus fecit celum. Glo. significans quia in perfectione senarij sunt nobis opera facienda: vt postea: requie perfruamur eterna. Dicendū ergo q ꝑm primā acceptionem que est litteralis: est simpliciter & omni modo speciale preceptuz. Et hoc modo intelligebatur a simplicibus. Secūdū vo qō accipitur spiritualiter ꝑm extensionē rationis moralis posset dici generale: tamen proprie nō poterit dici generale. Unde distinguendum: q ꝑm moralem intelligentiā duplex est intentio huius mandati. Prima est vacatio que est ad summam bonitatem in abstractione ab impedientibus. Secunda intentio est cessatio a peccato: que quidē intentio est in isto mandato per consequentiā: qz sequitur: vacas & quiescis in summa bonitate: ergo a peccato cessas. Eodem modo sequitur vacas et quiescis in summa bonitate: ergo si aliquid facis facis intentione eterne quietis: qz ergo precepta distinguūtur ꝑm intellectum prime intentionis: cū in hoc mandato tropologice intellecto specialiter precipiatur vacatio in summa bonitate: cū abstractione ab his q impediūt: que nō precipitur in aliquo alio mandato: qz nō in primo mādato in quo precipitur adoratio maiestatis: non in secundo in quo precipitur reuerentia veritatis: nec constat in preceptis secunde tabule: q ordinant ad proximū erit igitur istud mandatum a ceteris distinctum etiam tropologice intellectū.

Soło ad arg. ꝓmū & ad alia

¶ Ad autoritates ergo que obijciuntur in contrarium. In quib⁹ videtur dici q in precepto de sabbato precipiebatur cessatio a peccato & bonum faciendo propter eternam requiem. Dicendū q hoc dicitur per causam quia in precepto de sabbato precipitur vacatio q est in summam bonitatem: ex qua consequitur cessatio a peccato: & omniuz bonorum operū ad eternitatem relatio: quia ergo illud nō est de intentione prima huius precepti: nō erit ex hoc istud preceptū generale.

Ad quintum

¶ Si autē obijciatur: qz videbitur illud solum preceptum sufficere spiritualiter intellectū: ergo per cōsequēs videntur alia precepta superfluere. Dicendum q nō sequitur. Nam quēadmodum caritas virtus excludit omne peccatū & ponit vnde sit meritum eterne vite: non tamē superfluēt alie virtutes, fides: & spes: & alie cardinales: hoc enim habet ipsa caritas ex hoc q ipsa immediate refertur in finem: qui est summum bonū in quantū hmōi. Alie vero virtutes mediante caritate. Nam primo & per se fides est in summū verum. Spes in summū glorioſum: sicut caritas in summum bonū. Eodem modo ex hac parte q̄uis non penitus: cum primum preceptum sit respectu summe maiestatis ꝑm respectū summe veritatis: istud vo respectu summe bonitatis. Bonitas autem dicit vltimam rationē completionis & causalitatis & ordinis: non superfluent alia mādata: immo sunt preambula & prenecessaria sicut fides et spes caritati.

Membrum secundum.

Utrū ꝓcepti de sabbato sit moꝛale vel cerimoniale. Argu.j.

Deinde queritur: vtrū preceptum de sabbato sit morale vel cerimoniale. Ad qō sic. Nullū preceptū qō est tēporale & particulare qz ad tēpus datum & aliquibus non omnibus: est morale. sed preceptum de sabbato est particulare & temporale: qz ad tempus datum: & aliquibus non omnibus quia iudeis: ergo non est morale. Primum patet qz morale est de lege naturali: dico morale decalogi: sicut vult dicere Augusti. Preceptuz autē legis naturalis idem est apud omnes: & semper idem. ¶ Item Exod. xxxj. Uidete vt sabbatum meum custodiatis: qz signuz est inter me & vos. Glo. frustra gloriantur iudei de legali obseruatione: aperte eiā dicitur quia signuz est: ergo est figurale. ¶ Item Ezechie. xx. Dedi eis ꝓcepta mea & iudicia mea: & sequit: & sabbata mea dedi eis in signum. Glo. veri sabbati: ergo cerimoniale est. ¶ Item Exod. xxxv. Septimus dies erit vobis sanctus. dicit Augusti. Mandatum de sabbato fuit datum in signum vt hodie nō celebretur ſz tantū signatū intueamur: ergo cerimoniale est.

Sol. ad arg. j.

¶ Itē Leui. xxvj. Decem mulieres in clibano vno coquent. Glo. decē mandatoruz ꝑm etiā literam custodiri & impleri dignuz est: nec mandatum sabbati contrariuz est: q̄uis eiā decē mandatis inserta sit non tamen ex eis est. Ex quo relinquit q est cerimoniale.

Cōtra dama. q sit tm̄ moꝛale.

¶ Contra Joh. Damascē. in.iiij. lib. Uacationis gratia q̄ est ad deum: & vt deo particulā vite tribuāt: & requiescat seruus & subiugale: sabbati obseruantia excogitata est. Si ergo ex ipsa lege naturali est dictamen q aliquando vacādum sit deo: & q aliqua pars vite ei tribuatur: & q pietatis est vt laboranti seruo aliquando concedatur ꝺes: ergo ratio obseruantie sabbati de dictamine legis naturalis est: ergo simpliciter est morale.

Nota ad sol. oim obiectoꝝ

¶ Item de ratione bene ordinata est: q cum semper non possumus vacare deo propter temporales & corporales necessitates: q aliquando vacemus. Oportet igitur habere tempus aliquod determinatum. Si ergo sabbatum erat determinatum tēpus vacatiōi ad deum: obseruantia sabbati est de ratione bene ordinata: ergo est simpliciter morale. ¶ Item si dicatur sic: quidam diterūt probabiliter q in precepto de sabbato concurrūt tria. Sanctificatio que est in vacatione ad deum: que exprimitur cum dicitur. Memēto q sabbatum sanctifices. Taratio temporis: vnde dicitur. Sex diebus operaberis: in septima requiesces. Concessio quietis laborantibus seruis: vnde dicitur vt requiescat seruus tuus & ancilla. Quātum ad primum scilicet sanctificationem sabbatum est morale: quantum ad secundū scz determinationem temporis: figurale quantum ad tertium iudiciale. Hinc est q mandatum de sabbato propter primum cōnumeratur inter ꝑcepta moralia. Exodi. xx. Propter secundum cōnumeratur inter cerimonialia. Exod. xxxv. vbi dicitur. septimus dies erit vobis sanctus sabbatum & requies domini. Propter tertium cō numeratur inter iudicialia. Exodi. xxiij. Sex diebus operaberis: in septima requiesces: vt quiescat bos & refrigeretur filius ancille & aduene.

Obijcit ad̄ tra.

¶ Obijcitur contra illud. Secundum dictamē rationis bene ordinate est q vacandū sit deo: aut ergo semper aut aliquando. Iz semper vacare nobis impossibile est in necessitatibus huius vite degētibus: ergo dictat

dictat q aliquādo vocandum est ergo dictat aliquando q debeat tempus eligi ad hanc vacationem in quo fit abstractio ab operibus impedientibus vacationem. Taratio igitur tēporis est de ratione bene ordinata: ergo est moralis. ¶ Item sicut sanctificatio sabbati ponitur iter moralia: ita ipsa temporis taratio & per modum precepti. inconuenienter ergo poneretur nisi esset morale. ¶ Item quare dicitur cerimonialis tēporis taratio. Dices q propter significationem: ergo similiter quies serui & ancille debz dici cerimoniale. Mā sicut dicit Johan. damas. significatur per hoc: q iram & concupiscentiaz a peccato quiescere facimus. & subiugale ideſt corpus nostrum. similiter & hec omnia spiritualiter nobis mandat lex: dicetur igitur cerimonialis huiusmodi quies.

Rñsio.

¶ Solutio. preceptum de sabbato ꝓponitur in lege vt res & vt signum. vt res semper debita et si non ad semper. s. requies vacatio ad deum. xvj. Exod. Requies sabbati erit sanctificata domino. glo. vt illi soli vacetis: vt signum futuri & faciendi. Exod. xxj. videte vt sabbatum custodiatis. quia signum est inter me & vos. Glo. aperte dicitur q signum est future quietis & beatitudinis vel quietis sanctorum in presenti quo quiescunt a tumultu mūdanorum operum & vitiorum. Primo modo sabbatum est morale. & proponitur in decalogo. Secundo modo figurale et ponitur inter figuralia.

Sol. ad arg. j.

¶ Ad illud qō obijcit primo. q preceptum de sabbato est temporale & particulare. dicēdum q ꝑm q accipitur ꝓ re debita. s. vacatiōe que est ad deū: est vniuersale. & ꝑm omne tempus ab omnibus et omni tēpore debita: & si non ꝓ omni tempore. Secundū vero q signum: particulare & temporale et in hunc modum intelligūtur obiecte autoritates Et qō dicit esiti⁹ intelligitur de sabbato vt signo.

¶ Unde ad solutionem omniū huncinde obiectorum notandū. q preceptum de sabbato vt res: est morale duobus modis. Est enim morale legis naturalis: q̄tum dicit vacationem deo aliquando. Unde ꝑm hoc dies sabbati dicitur dies vacatiōis deo. Itē est morale discipline hoc est legis scripte: et ꝑm hoc dies sabbati dicit talis dies. s. septima determinata diuine vacationi. postq̄ enim per dictamen legis naturalis haberi pōt: q vacandum est deo. Aliquādo per legem scriptā debz determinari quādo vacandū est deo. & eligitur dies septima ratiōe mistica. Obseruatio ergo moralis est: inq̄tum determinatur vacatiom. quēadmodum obseruantia dominice diei: & additur ratio exemplaris dominice vacationis. Sex diebus fecit deꝰ celum &c. & septima die requieuit. Inquātumvero instituitur ad significandam futuri: cerimoniale. & hoc est quod dicit Johan. dama. Sabbatum quidem septima dies vocatur. significat autez requiem. In ipsa enim requieuit deus ab omnibus operibus suis: vt diuina ait scriptura. nō simpliciter hoc iussit: sed propter quasdam a spiritualibus & spectabilib⁹ viris intellectas causas. Prima quidem: vt qui seruus custodiretur et subiugale. sabbato vt scriptum est requiescant: quia vir iustus miseretur animarū iumentoꝝ suorum. Secunda autem causa est: vt vacationem agētes ab amplexu qui est circa materialia. ad deum cōgregentur in psalmis. & hymnis. & canticis spiritualibus & meditationibus diuinaruz scripturarum. vniuersum septimum diem consumentes: & ideo requiescentes.

¶ Si autē obijciatur q si obseruantia dierum vacatiōis moralis est. ergo immutabiliter & semper seruanda est. dicendum q non sequitur. Nam obseruātia diei potest dici indeterminate: & ꝑm hoc est morale nature. Nam dictamen est legis naturalis q aliquo tempore vacādum sit deo rationali creature viuenti in tempore & hoc modo est immutabile. Alio modo obseruantia pōt dici obseruantia tēporis determinati: et illud est morale discipline: & hoc est morale determinatum ex addita diuina interpretatione. Nam cū ꝑm omne tēpus debeam⁹ nos deo: qualibet parte tēporis debemus nos deo & vacare deo. Cum autem propter temporales & corporales necessitates non possum⁹ vacare deo qualibet parte temporis: erit aliquando vacādum: quando autem illud esse debeat: non erit bois determinare: sed dei: determinata est ergo ex cā mistica septia dies vt dictū est.

Membrum tertium.

De circunstātijs huiꝰ. ꝓcepti.

Consequenter queritur de circunstātijs huius precepti: que reducuntur ad quatuoꝛ. Prima est qz hoc ꝓcepto additur verbuz recordationis seu memorie vt dicit memento. Secunda quia taratur tempus determinatum dies septima. Tertia qz pro ratione mouente ponitur vacatio diuina. Unde dicitur. Sex diebus deus fecit: septimo requieuit. Quarta est quia pro ratione finali ponitur quies subditorum hominum & animalium. Unde dicitur: vt requiescat seruus & ancilla: bos &c.

Articulus primus.

Quare huic ꝓcepto addit verbum recordatiōis videlz memento.

Primo queritur quare in alijs preceptis non ponitur verbum recordatiōis & memorie: vt diceretur Memento vt nō assumes nomen dei tui inuanum. Si dicatur q ideo dicitur memento: qz obseruatio sabbati ante legem fuerit instituta ꝑm q dicit. xvj. Exo. Reqes sabbati sanctificata est domino: quod dictum est ante legem. Item in Luce. vj. Factum est in sabbato scdo primuz: & dicit ibi Glo. secūdo primum potest dici: vt vnum idēꝝ no. testamen. sabbatuz sit & secundum: quia post legale a nobis obseruatur q primum quia ante edicta legis a iustis obseruabatur antiquis. Quia ergo ante legē erat institutum & obseruatum: ideo dicitur memento.

Cōtra. arg. j.

¶ Contra. cū alia precepta euidētius scripta sint in corde hominis: & etiam obseruata ante legem a patrib⁹ sanctis q̄ precepto sabbati: magis debuit dici in alijs preceptis memento q̄ in isto.

Secundum

¶ Item Johan. Dama. Quando lex non erat scripta nec sabbatum consecratum erat: quando autem a deo inspirata scriptura per moysen data est: consecratum est a deo sabbatum. Ratione ergo institutionis prioris non poterit dici ad illud preceptuz memento.

Rñ. ad ꝓmū.

¶ Solutio. preceptum de sabbato ꝑm qō erat morale nature: semp fuit in lege naturali implicitum: & postmodum in lege scripta explicituz. Scōm vero q erat morale discipline: vt in determinatione diei quo vacaretur deo: ante legem fuit inspiratum vt honestum & dignum fieri. sed in lege inspiratuz vt preceptum & debitū fieri. Quia ergo ante legem erat obseruantia sabbati apud patres ꝑm determinationem discipline & inspirationis diuine vt esset vacatio tali die: ideo ad istud preceptū dicitur memento: & non ad alia. Ad alia enim dictat natura oino: & si deficiat disciplina: ad istud vero concurrit & dictamen nature generale: & determinatio discipline & per hoc respondetur ad primum.

Ad secundum. Damasce.

¶ Ad secundum dicendum: q Joh. Dam. signanter dicit q ante legem non erat consecratuz qz & si ante legem esset inspirata obseruātia ꝑm ra

tionem honesti: hoc est dignum fieri: non tamen
sm rationē precepti: hoc est debiti fieri: sȝ hoc mo-
do proponitur in lege: ⁊ ideo dicitur consecratum
in lege a domino: id est a domino preceptuȝ serua
ri vt sanctum: ⁊ hoc insinuat verbum memento vt
diem sabbati sanctifices.

Articulus secundus.

Utruȝ tēpus debuit taxari scȝ die septia. Obijcit pmo

Consequenter queritur de secūda circun
stantia que est in taxatione tēporis ali-
cuius determinati diuine vacatiōi. Que
rit ergo an debuerit taxari. Nā cū crea-
tura rationalis se debeat semp deo: obnoxia est va
cationi sm omne opus: ergo nō debuit pars aliq̄
temporis ad hoc determinari. ¶ Iteȝ si dicatur si-
cut dicit Ioh. Damasce. q hoc fuit propter iudeo
rum imperfectionē: qui nō oēm vitam deo conse-
crabant: nec amore dominatori vt patri seruiebāt
sed vt serui indeuoti paruam ⁊ minimam particu
lam sueuite deo tribuebāt. Obijcitur ergo sm hoc
seruientibus ex amore qui oēm vitam deo conse-
crant xpianis nō est taxandum tēpus vacationis
ergo nec dies octaua seu dies dñica esset taxanda
plusq̄ alia dies. ¶ Itē Ioh. Damas. Obseruatio
sabbati.i. septime diei excogitata est paruulis: et
sub elementis mundi seruis effectis: ⁊ sequitur: qr
ergo non sumus serui: sed filij: nō sub lege sed sub
gratia: non sumus adhuc particulariter domino
seruientes in timore: sed oēe tempus ei offerre de-
bemus. Nō igitur dies aliqua xpianis debebit de
terminari. ¶ Cōtra. impossibilis est vacatio sm
omne tempus ad deum: quia corpus qd corrumpi
tur aggrauat animā ⁊ innumerabiles sunt corpo
ris ⁊ temporis necessitates: erit igitur necessariuȝ
tempus aliquod determinari vacationis ad deuȝ.
¶ Item cū actus nostri sint in tempore: quare in
in alijs actibus qui precipiuntur non ponitur de-
terminatio temporis: vt in adoratione que perti-
net ad primū mandatum prime tabule: ⁊ in hono
re parentum qd est primum mandatum secūde ta
bule. ¶ Item cum generales circunstantie actuū
sint tempus ⁊ locus: ⁊ vtrūq determinetur cultui
⁊ vacationi sm legem. Nam de loco dicitur. Deu-
te.xij. Uenies ad locum quem elegit dominus ⁊ of
feres oblationes tuas. De tempore dicitur serua
diem sabbati. Queritur quare in decalogo in pre-
cepto vacationis ad deum terminatur tempus et
non locus. Solutio. vacatio que est ad deuȝ intel-
ligitur duobus modis in habitu: ⁊ in actu. In ha
bitu non recipit taxationem temporis quantum
ad seruientes deo ex caritate. Ille enim qui est in
caritate in habitu totum tempus vite sue deo of-
fert: tamen quantum ad seruientes ex timore pene
qui redimunt tempus in seruiendo: quia tempus
seruitij est eis sicut coactum: taxatur tempus. Et
hoc vult dicere Iohā. Damasce. quantū ad carna
les de iudeis qui seruiebant ex timore. In actu ve-
ro vacatio recipit taxationē temporis: quia nō est
possibile degentibus in vita mortali semper vaca-
re: inde est q spiritualibus de iudeis determinabi
tur dies septima: sicut xpianis dies octaua: in quo
sicut dicit Iohā. Damasce. ab amplexu qui est cir
ca materialia ad deum congregentur in psalmis ⁊
⁊ hymnis ⁊ canticis spiritualibus ⁊ meditationi-
bus scripturarum. Et per hoc patet responsio ad
primo obiecta. ¶ Ad illud vero qd queritur qua-
re non est taxatum vel assignatum tempus in pre
cepto adorationis ⁊ in precepto honoris parentū
sicut hic dicendum q ad vacationem necessarium
est tempus determinatum in quo cessetur a corpo
rali ⁊ seruili opere: non enim sese compatiuntur
operari talia et vacari deo: sed ad orationem non
est necesse: nec ad honorem parentum. Cum enim
adoratio principaliter consistat in latria mentis
concurrente deuotione fidei: spei: ⁊ caritatis: bene
compatitur secuȝ opus corporale: similiter honor
parentum: ideo cessando ab opere ⁊ operādo pos-
sumus parentes honorare: ⁊ ideo non fuit taxan-
dum tēpus in istis sicut in precepto de sabbato.
¶ Ad vltimum dicendum. q locus non debet ta-
xari vacationi. Locus enim est mensura corpora-
lis: vacatio vero spiritualis. Tēpus vero mēsura
est spiritualium motuum succedentium: tempus
ergo erat taxandum: eo q nō omni tempore vaca-
ri poterat: non autem locus: eo q in quolibet lo-
co vacari debet ⁊ potest.

Damasce. — Damasce. — Contra. — Querit scdo de adoratione — Querit tertio de loco. — Rn. ⁊ solo ad ea q̄ obijciūt. — Damasce. — Ad scdo. que. — Ad tertio q̄si.

Articulus tertius.

Quomō itelligit sex diebꝰ fecit deus celum ⁊ terrā et septima reqeuit.

Deinde queritur de tertia circūstātia pre-
cepti que ponitur pro ratione. Sex die-
bus fecit deus celum ⁊ terram: ⁊ in septi
ma requieuit: cū moueri ⁊ quiescere sint
nata fieri circa idem: si in deo non est accipere mo
ueri aliquo modo: ergo nec quiescere. ¶ Item si di
citur q requiescere sumitur improprie pro cessatio
ne ab omni opere. Contra Iohan.v. Pater meus
vsq modo operatur ⁊ ego operor: ergo septima die
ab operatione non cessauit. Si vero distinguatur
opus diuinum: quia est opus prime conditionis
cum nature rerum sunt cōdite: ⁊ quantum ad hec
opera dicitur requiescere post opera sex dierū. Un-
de sm Bedam ⁊ Augusti. exponitur requieuit: id
est nouā creaturam facere cessauit. Item est opus
propagationis seu productionis quo nature insi-
te rebus producunt similia ex similibus vel in spe
cie vt homo ex homine planta ex planta: vel in ge
nere vt ex carne vermes: ⁊ quantum ad ista opera
operatur. Contra hoc obijcitur. de animabus que
tota die creātur: non enim producuntur ex mate-
ria: nec de natura aliqua sicut mentiti sunt herecti
ci. ¶ Respon. Cum creantur anime noua creatu-
ra creatur: in numero non in genere vel specie. Cū
enim creabatur anima ade: ergo ⁊ species anime
creabatur: ⁊ ideo non repugnat ei quod dicitur re
quieuit: si nouiter creat animas: qr illud sic expo-
nitur requieuit: id est nouas species facere cessa-
uit. Quomodo autem intelligatur requiescere:
nota multipliciter sm sententias Bede ⁊ Augu
stini in glo. super Gene. que colliguntur hac diui
sione: cum enim dicitur deum quieuisse potest in-
telligi per negationem vel per positionem. Si per
negationem duobus modis. Uno modo vt sit ab
negatio ex parte creature: vt sit sensus requieuit:
quia postea nihil nouum fecit in specie sm Augu
stinum. Alio modo vt sit abnegatio ex parte crea-
toris: et tunc sic exponitur sm Bedam: requieuit:
id est operibus non indiguit vt in eis requiesceret
sed in seipso quietus fuit. Item per positionē duo
bus. Uno modo vt per hoc qd dicitur requiescere
ponatur actio. Alio modo vt ponatur significa-
tio: si ponatur actio: intelligitur per causam. Un-
de sm Augustinū requiescere dei est rationali crea
ture in se requiem prestare: vt illic desiderio fera
mur quo requiescamus. Sicut eñ facere dicit cuȝ
ipso in nobis operāte facimus: ⁊ cognoscere cum
cognoscim⁹: sic rqescere cū ei⁹ munere qescimus.
Si vo ponat significatio intelligit duob⁹ modis.
Uno modo

Responsio.

Uno modo anagogice. reqeuit die septimo. idest
significauit q post bona opa in presenti dabit re-
quiem in futuro. Alio modo allegorice requieuit
quia diem quo xps post mortem quieturus erat
in sepulcro prefigurare voluit.

Articulus quartus.

Queritur q̄re addit illa circūstātia vt requiescat seru⁹ ancilla ⁊ bos.

Postmodum queritur de quarta circun
stantia que ponit pro ratione illius pre
cepti: vt requiescat seruus et ancilla et
bos ⁊c. Nam cum preceptū legis dei so-
lum respiciat rationalem creaturam: nō videtur
cōueniens vt in precepto vacationis ⁊ quietis fiet
mētio de quiete creature irrationalis. ¶ Item.j.
ad Cor.ix. Nunquid de bobus cura est deo: vult
dicere apl's. q illud legis: non alligabis os bouis
non intelligit de boue ad literam: qui est animal
irrationale. vnde sic arguit. Nūqd de bobus cura
est deo. aut ppter nos vtiq hoc dicit ⁊ post. Naȝ
propter nos scripta sunt. hoc ergo qd dicitur hic
in isto pcepto de quiete bouis: eadē ratione nō de
bet accipi ad literā sed in figura. erit igit figurale.
Inconuenienter ergo ponit in determinatione p-
cepti moralis. ¶ Solutio. dicendum. q hec. deter
minatio aliter ponit in precepto de sabbato. Exo.
xx. ⁊ deut.v. et aliter Exo.xxiij. In moralib⁹ enim
preceptis hec determinatio ponit moraliter. Un-
de sicut dicit Exo.xx. Nō facies oēe opus tu ⁊ fi-
lius tuus ⁊ seruus iumentū tuū ⁊ aduena. in quo
interdicitur opus impediēs vacationem quo ad
deum. Nam in primo interdicitur quo ad se. Per
aliū vero interdicit duobus modis. Nam contin-
git operari ministerio rationalis hois: ⁊ ministe-
rio irrationalis iumenti: ⁊ vtrumq morale. ⁊ inq̄
tum.s. reducit ad vacationem que est ad deuȝ. In
preceptis vero figuralib⁹ ponit figuraliter. Unde
xxiij. Exo. dicitur. Septima die cessabis vt requie-
scat bos tuus ⁊ asinus: ⁊ seruus tuus. ⁊ vult dice-
re damas. q per bouē significetur ira. per asinum
cōcupiscentia. per seruuȝ appetitus sensualis. vn-
de sicut ipse dicit. in hoc significat q iram ⁊ cōcu-
piscentiam a peccato quiescere faciamus: nisi deo
vacemus.

Rnsio.

Membrum quartum.

De obseruātibus hoc preceptum.

Deinde queritur de obseruātia sabbati.
Et querunt duo. Primo de obseruātia
sabbati tempore legis. Secundo an de
beat obseruari tempore gratie.

Articulus primus.

De obseruantia sabbati tēpore legis.

Ad primum queritur sm literam. Qtuȝ
ad quid intelligatur vacatio sabbati: et
determinatur i lege sic Omnē opus ser-
uile non facietis in ea. Sed querit quid
dicatur opus seruile. Ad qd sic Mar.j. Sabbatis
ingressus synagogam. glo. docet nos verum sab-
batum: vt ab omni opere seruili idest ab omni-
bus vicijs vel illicitis abstinere studeamus: ergo
opus seruile dicitur peccatū. ¶ Item in.xiij. Luc.
Sex dies sunt ⁊c. Glo. lex in sabbato non homi-
nem curare sed seruilia opera facere idest peccatis
grauari prohibet: ergo in precepto de sabbato so-
lum prohibetur vacatio ab opere malo. ¶ Item
Mar.iij. si lȝ sabbat ⁊c. glo. arguit q pcepta pra
ua interpretatiōe violant. existimātes in sabbato
a bono opere feriandum. cuȝ lex dicat omne opus
seruile non facietis in ea idest peccatum. ¶ Con-
tra Exo.xxxiiij. Sex diebus operaberis. in die se-
ptimo cessabis arare ⁊ metere. ergo erat ab omni-
bus operibus huius vacandum. non ergo solum
a peccato. ¶ Item Exo.xvj. Requies sabbati san-
ctificata est domino. cras quodcunq operanduȝ
est facite: ⁊ que coquēda sunt coquite. ergo in sab
bato non licebat coquere cibos. ¶ Item Ioh.xix.
propter parasceuen iudeorum. glo. accelerata est
sepultura ne aduesperasceret: quando nihil tale
facere licebat. ¶ Item Nume.xvj. dicitur. Qd il-
le qui colligebat ligna i die sabbati lapidatus est.
Ex hoc ergo relinquitur q in precepto de sabba-
to interdicebatur opus necessitatis corpalis: ser-
uile igitur opus dicetur opus relatum ad corpus
et non solum peccatum. ¶ Item Matth.xxiiij.
Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. glo.
in altero prohibet duritia frigoris. in altero trans
gressio legis si fugere velint: ergo non erat licituȝ
itinerare in sabbato. ¶ Sed cōtra hoc obijcitur.
nam sicut dicit Iohan. damas. omnis israel circū
cidetur in sabbato: ⁊ sacerdotes ⁊ leuite in taber-
naculi operibus contaminant vel soluant sabba
batum: et inculpabiles sunt. ¶ Item helyas non
solum per ieiunium. sed etiam per itinerationem
quadraginta dierum in sabbatis seipsuȝ affligēs
soluit sabbatum. ⁊ non est iratus ei qui legem de-
dit: sed in oreb seipsum ei manifestauit.iij. Regū.
xix. Ex quo relinquitur q itinerare in sabbato nō
erat illicitum. ¶ Item damasce. Omnis israel se-
ptem diebus archam domini circūferentes in cir
cuitu hierichontinos muros subuerterūt: in qui
bus omnino fuit sabbatum. ¶ Item si dicatur.
q iste corporales actiōes facte sunt autoritate di-
uina. ⁊ ideo licite. al's autem nō essent licite sicut
de spoliatione egyptiorū. Contra. Matthei.xij.
Opponebat dominus iudeis. Quis ex vobis ha-
bens vnam ouem ⁊ ceciderit die sabbati in foueā
nonne tenebit ⁊ leuabit eam. post concludit: ita li
cet sabbatis benefacere. Et cōstat q leuare ouem
de fouea non est diuina autoritate: ⁊ est corpora-
lis actus seruile igitur opus quod prohibetur fie
ri in sabbato non est corporalis actus. ¶ Item in
Luce.xiij. Nonne vnusquisq vestrum soluit bo-
uem ⁊ asinū: ⁊ ducit adaquare. ¶ Preterea queri
tur quantum ad quid dicatur opus seruile. vtrū
dicatur solum opus quod est peccatuȝ: aut opus
corporale. ¶ Item vtrum opus seruile dicat ge-
nus actus aut circūstantiā act⁹. Nā si diceret ge-
nus actus scȝ actus corporalis: in contrarium est
quia actus corporalis aliquis licite poterat fieri
in sabbato exigente necessitate: sicut supra proba
tum est. Dicetur ergo opus seruile propter circū-
stantiam actus. Si hoc dicatur: in contrarium
est quia sicut patet ex precedentibus in sabbato
prohibebātur genera operum. vt arare metere ci-
bos coquere ⁊ huiusmodi. ¶ Solutio. dicendum
q opus seruile dicitur duobus modis moraliter
peccatum. Unde glo.xiij. Luc. Lex in sabbato ser
uilia opera facere: idest peccatis grauari phibet.
et in Mar.iij. si licet sabbatis. glo. op⁹ seruile pec
catum. Literaliter omnis actus impediens vaca-
tionem que est ad deum tempore quo vacandum
est. et hoc modo intelligit ad literam. Oēe opus
seruile nō facietis in eo hoc est non implicabitis
vos actib⁹ quib⁹ impedit vacatio ad deū. et deter-
minauit lex quosdā act⁹: vt arare et metere ⁊ ali-
os q dicti sunt. Uñ in Luc.xiij. Sex dies sunt in q
bus optet opari ⁊c. glo. Moyses sabbato a fuili.

Quid dicat op⁹ seruile. Obijcit q peccatum. — Cōtra. q corporalis act⁹. — Obijcit q actus corpales hoim nō sūt seruiles. — Queritur. — Respōsio. ad hoc q sit tm̄ pctm̄ op⁹ seruile.

opere ꝛ noxia actione feriendum precepit.prefigurans tempus in quo nostra secularia opa: nō ꝟo religiosa.i.laudandi deum cessabūt.Ex quo relinquitur ꝙ secularia opera dicit seruilia:ꝛ ꝑ hoc patꝫ rñsio ad obiecta:quibus videbaṫ ꝯcludi:ꝙ opus. seruile intelligereṫ soluꝫ peccatum.

Ad ea.ꝙ sit actus corpalis

¶ Ad alia vero quibus videṫ.ꝙ omnis corporalis actus dicaṫ opus seruile ordinatū ad corpus.dicēdū ꝙ corporalis actus aut impedit libertatē spūs:cum vacādum est deo:queadmodū sunt mechanica opera:ꝛ arare ꝛ hmōi.Aut non impedit: queadmodum est loqui.moderatus icessus:ꝛ hmōi .talis actus non dicebaṫ seruilis in lege:primus autē actus dicebatur seruilis.Et ꝑ hoc patet responsio ad scdo obiecta.

Ad vltimo obiecta sol.

¶ Ad vltimo vero obiecta quibus videbatur ostēdi ꝙ corporales actus boni non essent seruiles.Distinguendū ꝙ corporales actus qui dicuntur in lege seruiles eo ꝙ ꝓhibent vacationem ad deum.aut fiebāt cogēte necessitate:aut exigente vtilitate:aut nec sic nec sic:sed sola volūtate.Si cogēte necessitate non reputabatur actus ille seruilis:ꝙuis ex suo genere seruilis esset.ꝛ hoc est vnde erat licitū.ꝛ hoc est qd dicitur.ij.Mar.Sabbatum ꝓpter hominem factū est.glo.sabbatū custodiri preceptū est . vt si necessitas fuerit nō sit reus q̄ violauerit.Machabei sabbato pugnāt qd non erit licitū in lege.necessitas tamen facit.sic ꝛ hodie in ieiunijs:si quis ieiuniū fregerit necessitate: nō tenetur reus.Itē si exigēte vtilitate:nō dicitur per interpretationē actus seruilis.Unde in Mar.ij. super illud.Sabbatū ꝓpter hominē. interlinearis.ideo pma salus hoīs custodia sabbati prout hoīs vtilitas exigit supple debet seruari.Unde ibi dicit glo.ꝙ sabbato circuncidi nō est prohibituꝫ: quia necessariū ꝛ etiā vtile saluti.Si vero sit actꝰ vt dictum est impediēs libertatē spiritus vacandi deo:nō exigēte vtilitate nec cogente necessitate: ſm legē reputabatur seruilis ꝛ illicitus in die sabbati:ꝑ hoc solūtur obiecta.¶ Tamē nota ad hāc distinctionē circa actus q̄ sunt ex genere seruiles: sed tamē sunt necessarij ꝛ vtiles.Naꝫ aut sic erat ꝙ poterāt tales actus ante vel post diem sabbati fieri: sine detrimēto vtilitatis vel periculo necessitatis sicut erat coquere cibaria:ligna colligere:et huiusmodi.Aut non poterāt fieri ante vel dimittivsqꝫ post sine dāno.sicut pugna irruentibus hostibus:vel extractio ouis de fouea. Si primo modo tales actus reputabantur seruiles.scdo modo non :dispensante in hoc necessitate vel vtilitate.

Queritur an plꝰ sit in obseruantia hoc ꝓceptuꝫ ceteris actibus alioꝝ preceptoꝝ.

¶ Itē iuxta hoc quereret aliquis. an obseruātia sabbati magis esset ī precepto:ꝙ ceteri actus q̄ in alijs preceptis decalogi iubenṫ vel prohibenṫ. Ad qd arguiṫ. Hiero. Quis dubitat sceleratius esse cōmissum qd grauius est punitum.sed preuaricatio sabbati grauius puniebaṫ ꝙ periuriuꝫ vel furtum:ergo grauius erat pectatū:ergo magis obligabat preceptū de sabbato. Qd grauius puniret transgressio sabbati patet:qꝛ puniebaṫ morte corporali:sicut patꝫ Nume.xv.de illo qui colligebat ligna in sabbato:non autem furtuꝫ vel periuriū.

Cōtra.

¶ Contra.Preceptū de sabbato recipiebat dispēsationē per euidenteꝫ necessitatem.Alia nō : sicut periuriū ergo minus erat obligatoriū .

Rñsio.

¶ Solutio.sicut actiones legales erāt in figura similiter ꝛ pene.Unde notandum. ꝙ in lege augmentum penaꝝ erat ꝛ magnitudo:aliquando ratione maioris reatus ꝙtum ad literam: vt de interficiēdo ydololatras: aliquādo autē ratione maioris reatus ꝙtum ad figurā quomodo punita est preuaricatio sabbati.Unde nume.xv.de illo qui lapidatus est dicit glo.calūniaṇṫ impij.ꝙ tam atrociter trucideṫ qui colligebat ligna in sabbato : sed omnia in figurā cōtingebāt illis:qui enim diem sabbati violare ausus est dum ligna colligeret ꝛ ideo punitus est:signauit eum qui hodie in xp̄o signatus inueniṫ agere carnale opus:qui si fuerit deprehēsus:lapidabitur ꝛ occideṫ:quia a spūalibus iudicaṫ.Aliter vero respōdetur supra questione de cōtinentia legis paragrapho vtrū quicq̄d cōtinetur in lege sit iustum.

Articulus secundus.

Queriṫ an debeat sabbatū obseruari tpe gratie. Arg.primū. Scdm.

Deinde queriṫ an tēpore gratie esset sabbatū obseruanduꝫ.qd videtur Exo.xvj. Requies sabbati est sanctificata domino.interli.vt illi soli vacetis. si ergo ſm legem electa est dies vacationis soli deo ꝛ ꝯcordat rationi bene ordinate:ergo nō erit mutāda.¶ Si dicatur ꝙ dies illa eligebaṫ ratione figure quia figurabat futurū:similiter dies dominica eligitur ad figurādū futurū.si ergo tēpore gratie nō sunt seruāde figure:qua ratione nō seruatur sabbatū: nō seruabitur dominica.sed hoc est incōueniens.

Obijciṫ de die dñica.

Tertium.

¶ Itē sabbatum figurat illud qd semꝑ est faciēdū scꝫ cessare a peccato sꝫ tale figurale nō euacuatur tēpore gratie quemadmodū nec thurificatio que signat deuotionē:ergo sabbatū erit seruādū.

Cōtra.

¶ Cōtra.xij.Math. legitur .Qd saluator soluit sabbatū vbi dicit Nonne legistis ꝛc.glo.in hoc facto nihil aliud instruimur nisi vt sabbatū non ad literam:sꝫ spūaliter obseruemus.¶ Itē exo.xxxv. Septima dies erit sabbatū id est reqes.Glo. alia precepta in nouo testamēto obseruāda ad literaꝫ nō dubitamus.Illud autē de sabbato velatū et in ministerio positū fuit.vt hodie a nobis nō obseruetur:sed solū signatuꝫ intueamur.¶ Itē ad hoc est ratio.Ueniēte veritate debet cessare figura.sed specialiter sabbatū erat figura quietis animaruꝫ ꝑ receptionē prime stole ꝛ beata fruitione: sed hec per mortē xp̄i collata est. ergo nō erit aliquo modo seruandus dies sabbati post christi mortē.vnde Augusti.libro.ij.contra faustuꝫ. Cum queris quare sabbati ocium non obseruet christianus. respondeo quia quod ea figura figuratur iā christus impleuit.

Rñsio.ꝛ sol. Ad primū.

¶ Quod concedendū est. Tamen distinguendum. ꝙ obseruatio sabbati potest intelligi duobus modis:vt dictū est prius.vno modo indeterminate:vt dicatur dies sabbati dies requiei seu vacationis ad deū et hoc modo dies dominica potest dici dies sabbati.ꝛ quelibet dies instituta ad diuinam vacationeꝫ. Unde ꝛ.v. Deuṫ. est interpretatio talis.sabbatum est.idest requies domini dei tui.Unde dicebatur dies sabbati dies requiei domini.ꝛ hoc modo semper seruatur etiā tempore gratie.Alio modo diciṫ dies sabbati determinata dies.s.septima.Exod.xxv.Sex diebus faciet opus:septima dies erit sabbatū.ꝛ hoc modo ꝙuis esset morale discipline:erat tamē figurale.vnde figura impleta transit.ꝛ per hoc patet solutio ad primo obiectum.

Ad scdm.

¶ Ad secunduꝫ.ꝙ sabbatum habuit figuram principalem que figurabatur futurum videlicet quietem animaruꝫ post mortem christi.ꝛ hec erat principalis ratio institutionis sabbati.Item habuit figuram faciendi. videlicꝫ cessationē a peccato: que duobus modis accipitur.vel ſm partem tēporis sicut accipiebatur a rudibus ꝛ carnalibus iudeis:qui credebant tunc temporis solum esse vacandum a peccato. aut semper accipitur: sic a christianis qui sciunt se debere

se debere omni tēpore ab illicitis abstinere. ideo ꝑticula tēporis ad figuranduꝫ cessationē eligitur iudeis.xp̄ianis ꝟo nō.sicut dicit Io.damas.Ideo sabbatū inꝙtum est figura faciendi:nō est seruāduꝫ tēpore gratie.

Ad tertium.

¶ Ad aliud ergo qd obijcitur. ꝙ sabbatū figurat qd semper faciendum est. dicēdum ꝙ dupliciter intelligiṫ.diuisim scꝫ ꝙ figurat cessationē a peccato que semꝑ facienda est .vel cōiunctim.i.figurat cessationē a peccato vt semper faciēda.ꝛ hoc modo falsa est . nō enim significat ꝙ semper sit abstinendū:licet in veritate semꝑ sit abstinendū.

Ad id de die dominica.

¶ Ad illud vero qd obijcit de die dñica.dicendū ꝙ nō instituta est ad significandū qd futuꝝ.est:sed qd iam preteritum ꝛ presens est. videlicet resurrectionē dñi que facta est octauo die: ꝛ iam gloria resurgentis presens est in celis. vnde Innoc.papa diē dominicā ob venerabilē resurrectionē xp̄i non solum in pascha celebramus:verū etiā per singulas ebdomadas ipius diei imaginē frequentamus.de consecra.dis.iij.c.sabbato ꝛc.

Membrum quintum.

De obseruantia dominice diei.

Quinto queriṫ de obseruantia diei dñice. Et queruntṫ duo.Primō. an obseruantia dominice diei precipiaṫ hoc precepto Scdo.a quibus operibus sit cessanduꝫ in die dominica.

Articulus primus.

An obseruantia dominice diei precipiaṫ hoc precepto. Cōtra arg.j.

Ad primū arguiṫ.Nam cum in hoc precepto precipiaṫ obseruantia tēporis vacationis ad deū.dies autē dominica sit nobis determinatuꝫ tēpus vacationis. ergo precipiṫ hoc ꝓcepto.¶ Cōtra. sicut dicit Io. damas.hoc precepto precipiṫ obseruātia diei septimi:ꝛ sicut ipse dicit.Sabbati obseruatio excogitata est paruulis:ꝛ sub elemētis mūdi seruis.ꝛ subditur.Cū venit qd perfectum est:euacuatū est qd ex parte est.litera euacuata est : corporalia quieuerūt:ꝛ seruitutis lex ꝯpleta est ꝛ lex libertatis nobis donata est.Ex quo videṫ ꝙ obseruantia septime diei ꝙuis ꝓ tempore legis esset morale discipline nullo modo pertineat ad obseruātiā dominice diei.

Scdm.

¶ Itē ad Gal.iiij.reprehendit apl's galatas dicens.Quomodo cōuertimini iteꝝ ad infirma ꝛ egena elemēta:quibus denuo seruire vultis. dies obseruatis ꝛ mēses ꝛ annos. ergo tempore gratie irreprehensiblis est obseruantia diei . ergo et diei dominice.

Tertium.

Itē damas. Non adhuc sub lege sed sub gratia:nō sumus domino particulariter seruientes.sed omne vite tempus ei offerre debemus ergo nō est dies aliqua tēpore gratie obseruāda.

Quartū.

¶ Itē queriṫ de hoc qd dicit damas.Festum celebramus ꝑfectum tempore gratie humane nature requieꝫ assero vtiqꝫ resurrectionis diē.sed requies humane nature nō est nisi cōpleta generali resurrectione que est futura.Dies ergo dominica est dies significatiua futuri.si ergo tēpore gratie non sunt seruāde figure futuroꝝ:nō est obseruāda dies dominica.

Rñsio.

Solutio.sicut patet ex precedētibus. hoc precepto precipiṫ tempus vacationis aliq̄d :ꝛ ſm hoc est morale legis nature. ꝛ hoc ſm indeterminationē:ꝛ hoc modo ſm indeterminationem precipitur dominica dies tēpore gratie; ꝛ septima tēpore legis.ſm vero determinationē tempore legis precipiṫ dies septima ex causa mistica ꝛ significatiua futuri: sicut dictū est. ꝛ est morale discipline. tempore vero gratie precipiṫ dies octaua ad determinationem tēporis vacationis.sed non ex causa presignante futuꝝ:sed ex causa representāte preteritū.

Leo papa.

Unde Leo papa dicit.ꝙ dies dñica tantis diuinaꝝ dispensationuꝫ ministerijs est cōsecrata vt quicq̄d insigne a dño est cōstitutū in terris:in huius diei dignitate sit gestum.In hac die mundus sumpsit exordiū in hac ꝑ resurrectionē ꝛ mors interitū ꝛ vita accepit principium.

Sol.ad ꝯtra.primū.

¶ Ad illud ergo qd obijciṫ primo:iam patꝫ rñsio.dies enim dñica nō est festum imꝑfectū:immo ꝑfectuꝫ sicut dicit Io.dama.ꝛ hoc qꝛ est representatiua ꝑfecte quietis.cum eñ quies hoīs sit in duobus ex ꝑte aīe:et ex parte corporis.in gloria aīe ꝛ glorificatione corporis.sabbatū figurabat quietē aīe futurā.ꝛ ideo cū futuꝝ factum est:presens cessauit. Dies dñica representat ꝑfectam gloriā aīe ꝛ carnis nō iam futurā:sed iam presentē in xp̄o:qui iam est in gloria dei patris ſm humanā naturā Philꝰ.ij.

Ad scdm.

¶ Ad secundū.dicendū ꝙ apl's reprehendebat obseruantiā diei.sicut obseruant geneatici ad opa inchoāda.vel illos ſm aliā expositionē qui obseruabant legales obseruationes tpe gratie iudaizantes. vt diem sabbati ꝛ alia festa que erāt figure futuroꝝ

Grego.

ꝯtra quos dicit etiā Grego.de cōse.di.iij.Qd quidam die sabbati aliquid opari ꝓhibebāt:quos nisi antixp̄i predicatores dixerim:q̄ veniens diē sabbatū atqꝫ diē dñicuꝫ faciet custodiri.qꝛ enim mori se ꝛ surgere se simulat.haberi in veneratiōe vult diem dñicū.qꝛ ppl'm iudaizare cōpellit vt exteriorem legis ritū reuocet:ꝛ sibi iudeoꝝ perfidiā subdat:coli vult sabbatū.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiū dicenduꝫ. ꝙ sicut dictū est.In sabbato cōcurrūt duo.s. vacatio ꝛ significatio.vacatio ad deuꝫ.significatio moralis cessationis a pctō.ꝙtuꝫ ad vacationē erat rei eius que nō poterat fieri semꝑ ꝓpter necessitates multiplices huius vite:que distrahāt spiritum a vacatione que est in deum.ꝛ hoc modo nec tpe legis:nec tempore gratie possumꝰ sabbatizare. hoc est deo vacare in actu ſm omne tēpus : sed solum aliquādo.ideo necesse fuit ꝛ tēpore legis ꝛ tēpore gratie determinare diē vacatiōis.ꝙtum ꝟo ad significationem erat eius qd semper debet fieri. scꝫ cessationis a peccato ꝛ ad significationē respiciētis.dicit damas.ꝙ tēpore gratie totuꝫ deo offerre debemus.

Ad quartū.

¶ Ad vltimū patet responsio. Nā dies dñica est dies requiei humane nature. non ex hoc ꝙ futurum est in generali resurrectione singulorum:sed ex hoc ꝙ iam precessit ꝛ ꝑsens est in xp̄o: in quo residet exemplar ꝛ causalitas generalis resurrectionis.ꝛ iam in xp̄o sicut in capite glorificata requiescit humana natura.

Dama.

vnde Iohā. dama. Celebramus resurrectionis diem in qua dominꝰ iesus vite princeps ꝛ saluator:hos qui spiritualiter deum colunt in ꝓmissam hereditatem introduxit.supple iam in spe.ꝛ sequitur.in qua ipe precursor noster intrauit.ꝛ resurgēs a mortuis apertis ei celestibus portis in dextera patris corporaliter sedet:vbi ꝛ qui spiritualem legem seruant introibunt.

Articulus secundus

Queriṫ a q̄bꝰ operibꝰ sit cessandū die dñica ꝛ festiua. Arg.primū.

Queritur postmodum . a quibus operibus cessandum sit in die dominica. Ad quod introducitur istud de consecra. distin.ix.vbi dicit san. Appollonius. Die dominica nihil aliud agendum est nisi deo vacādum.nulla operatio in illa sancta die agatur: nisi tantum hymnis ꝛ psalmis et canticis spiritualibus dies illa transigatur.Ex quo videtur sequi ꝙ nec cibos emere nec coquere:nec itinerare liceat die dominica.

Scdm.

¶ Item in tempore gratie nos tenemur perfectius vacare deo ꝙ tempore legis.

si ergo tēpore legis nō erat licitū coquere cibos in
die vacationis nec itinerare. sicut patet ex supra-
dictis.nō erit licitū tēpore gratie facere hmōi die
dñica.⁊ de alijs opibꝰ corpalibꝰ multomagis ideʒ
Tertium. arguit.¶ Itē si dicatur.ꝙ abstinendū est ab omi
ope seruili: cū seruile opus dicatur omē opus qd
impedit libertatē spūs ad diuinaʒ vacationem.et
talia sunt hmōi opa.itinerare.piscari ⁊c.hmōi er
Quartū. go nō licet facere talia die dñica.¶ Itē querit. an
ille qui fornicat die dñico peccet ↄtra duplex pre-
ceptū. Nam cū opus seruile maxime sit peccatuʒ
sicut patet ex dictis:peccat ↄtra illud pceptum de
obseruātia dñice:⁊ iterum peccat ↄtra illud. non
mechaberis.ergo peccat ↄtra duo pcepta.ergo fa
cit duo peccata.¶ Cōtra.vnꝰ est actus.ergo vnū
Rñsio. peccatū.¶ Solutio Dicendū ꝙ die dñica cessan-
dum est ab ope seruili.opus aūt seruile dicit duo-
bus modis.Uno modo peccatū dicit opus serui-
le.alio modo opus phibēs vacationē ad deuʒ: q
determinata est ab ecclesia vice dei.Unde etsi pec-
catū sit dānabile omni tpe: tamen tunc maxie dā
nabile est : cum sit tēpore determinato vacationi
diuine:opus vero seruile determinat ab ecclesia.
mechanica opa.agricultura.⁊ secularia negocia :
vt mercatū placitū. Unde ex cōsilio apud cōpen.
habet.omēs dies dñicos a vespera in vesper om-
ni veneratione decernimus obseruari:et ab omni
illicito opere abstinere.⁊ vt mercatū i eis minime
fiat neq placitū neq aliqs ad mortē vel ad penā
indicet.nec ad sacramēta nisi pro pace vel alia ne-
Sol.ad pmū cessitate pstentur.extra de ferijs.c.j.¶ Ad illud er
go qd primo obijcit ꝙ cessandū est ab omni opere
seruili.seruile aūt determinatur sicut dictū est.Et
qd dicit in autoritate ꝙ nihil aliud est agendū ni
si deo vacandū.intelligendū est nihil scʒ qd impe-
diat vacationē:⁊ hoc excepta indulgētia in casibꝰ
Grego. necessitatis.Unde Grego.ix.dixit.ꝙ diebus feria
tis licitū est operari q gratia vidamiarū vel messiū
ob necessitates hoim indulgētur.maxima autem
oportet ꝙ sit necessitas ad hoc ꝙ idulgētia detur
in dñica sicut piculū hostium.vel cum als nō pos
set differri.quēadmoduʒ est de captione alleciū.p
qbus Alex.iij.dicit.Indulgemꝰ vt diebus dñicis ⁊
alijs festis liceat parochianis vestris pterq i ma
ioribus anni solennitatibus si allecia terre se in-
clinauerint eorū captioni ingruēte necessitate in-
tēdere.ita ꝙ facta captura ecclesijs circūpositis:⁊
xpi pauperibus congruaʒ faciāt portionē.¶ Ad
Ad scdm. scdm dicendum.ꝙ in lege quedam cessatio erat fi
guralis:⁊ illa tēpore gratie nō seruatur.Unde di-
stinguendū.ꝙ cessatio a seruilibꝰ necessarijs quo
poterāt als preueniri in lege seruabatur:non solū
ratione vacationis presentis.sed etiā ratione figu
rationis qetis eterne:quemadmoduʒ coctio cibo
rum ⁊ itineratio que ratione qetis eterne in qua
ista nō erant interdicebātur. ⁊ preueniebatur ne-
cessitas in figura ꝙ debemus hic puenire p meri-
ta quietem eternam in qua nō erit mereri p bona
opera vt dicit glo.super illud exo.xvj.Cras qd co-
quendū est coquite.⁊ ideo tēpore gratie concedun
tur ne videamur p figuras iudaizare. in alijs vo
cōformis est ratio cessationis ab operibus seruili
Ad tertiū. bus tempe legis ⁊ tēpore gratie.¶ Ad tertiū patʒ
solutio. Nā opus seruile interdicitur qd prohibet
vacationem debitā ordinatam ab ecclesia cum di
Ad quartū. stinctione que s.posita est.¶ Ad vltimū ↄceden-
duʒ.ꝙ qui fornicatur in die dominico peccat duo
bus peccatis.sm ꝙ peccatuʒ numeratur ratione
reatus.peccatum enim pōt dupliciter numerari.
ratiōe reatus:⁊ ratione actus.verbigratia.in illo
qui deflorādo interficit virginē:dupliciter peccat
vnō actu.interficiēdo:⁊ stuprādo.vnde si peccatū
numeretur ratione reatus:duo sunt peccata.si ra
tione actus : vnum est peccatuʒ duplex.similit est
Querit. hic.¶ Si auteʒ queratur de operibus que ex suo
genere seruilia sunt ⁊ fiunt causa pietatis.vt por-
tare lapides ad edificandas ecclesias.⁊ construe-
re hospitalia et domos religiosas:que als vix vel
nunq possent edificari. vtruʒ licita sint die domi-
nica.Dicendum sicut prius de sabbato.Mar.ij.
Sabbatuʒ ppter hominem factum est.Glo.sab
batū custodiri preceptum est:vt si necessitas fue-
rit nō sit reus qui violauerit.hoc autem intelligi
tur in his maxime interueniente dispensatione il
lorum quibus dispensatio credita est . Si autem
obijciatur.cum istud sit morale decalogi:quomo
do recipit dispensationem ab homine:dicendum
ꝙ morale decalogi dicitur duobus modis . Uno
modo qd est de ipa essentia decalogi sm primam
intentionem.⁊ sm hoc vacatio sm tempus aliqd
indeterminate est morale decalogi.Alio modo di
citur morale decalogi qd est ad determinandum
decalogum ⁊ sm hoc vacatio die dñica est morale
decalogi tēpore gratie:sicut dies septima tēpore le
gis.⁊ istud est morale discipline idest morale ex in
stitutione diuina:per ministeriū ecclesie exigente
necessitate:in tali dispensatione habet ecclesia.si-
cut dicit b.Bern.in li.de dispensatione ⁊ precepto
ex autoritate Leonis pape. vbi necessitas non est
nullo modo violent sanctorum patruʒ instituta:
vbi necessitas fuerit ad vtilitatem ecclesie qui po
testateʒ habet ea dispenset.ex necessitate. enim fit
mutatio legis.

Membrum sextum.

Ultimo querit de appropriatione huius — Cui psone diuinis appriat illud pceptū.
mandati . Nam videt appropriari filio
ratione sapientie . in sapientia enim est
requies sicut probat multipliciter.eccle
Obijcit. Primū. siastici.lj.Inueni mihi multam requiem in ea.s.
in sapientia.Item sapiētie.viij.Intrans in domū
meam conquiescam cū illa scilicet sapientia.ergo
cum illud mandatum sit de quiete spirituali de-
bet appropriari filio qui est sapientia.¶ Item in
Scdm. amore non est quies:quia amor decurrit per desi-
derium.vnde Grego.Amor dei nō potest esse ocio
sus.ergo mandatum de quiete nō erit appropriā-
dum spūisancto qui est amor.¶ Contra.v.Deut.
Cōtra. Obserua vt diē sabbati sanctifices.Glo.recte hoc
mādatū ptinet ad spm̄s.tuʒ propter sanctificatio
nis nomen:tum ppter eternā requiem ad donuʒ
Rñsio. spūssancti pertinentē.¶ Solutio dicendū ꝙ nec
per amorē nec per cognitionem est in presenti qes
perfecta:quia ex parte cognoscimus sicut dicitur
prima ad Cor.xiij.⁊ imperfecte diligimus.⁊ ideo
nō est quies nisi in parte p scientiā vl amorē.Sed
quia aīa per charitatem tēdit merēdo in plenam
requiē quam habʒ in parte. non aūt anima sciēs
per suam scientiam meretur vt plene quiescat si-
cut per suam charitatem.ideo spirituisancto ap-
propriatur istud mandatum:non filio.Preterea.
cognitio in verum est amor in bonum.bonuʒ aūt
dicit rationem cause finalis in qua est quies per
se . verum vero dicit rationem cause exemplaris
sm quam est motus et ordo:et motus regulatus
in finem idest bonum . Inde erit ꝙ in cognitione
Sol.ad pmū. nō ponetur quies plena:sed in amore.¶ Ad illud
autem quod obijcit:ꝙ quies est in sapiētia. dicen
dum ꝙ sapientia sicut dicitur eccli.vj.sm nomen
suum est.

suum est.vnde nō ponit purā cognitioneʒ que est
respectu veri:immo saporem qui est ex dilectione.
Ad scdm. ¶ Ad aliud dicēdū.ꝙ amor anteq obtineat ama
tū currit per desideriū:sed cuʒ obtinet qd amat in
ipo per delectationē quiescit.vnde aīa que p cha-
ritatē in presenti deū habet in parte.i.impfecte.in
futuro vo habebit plene ⁊ pfecte inqtū habet qe
scit in summo bono.inqtuʒ vero nō habet currit
p desiderium.

Questio .xxxiij.de quarto
precepto decalogi.

Inquisitiōis ratio
exigit vt post pcepta prime tabule
decalogi q ordinant in deū : quera
mus de preceptis scde tabule ordi
nātibus ad primuʒ . Et primo de
mādato honoris parentū.de quo exo.xx.Honora
patrem ⁊ matreʒ vt sis longeuus sup terram.⁊.v.
Deutero.Honora patrē tuū ⁊ matrem tuaʒ sicut
pcipit tibi dñs:vt longo tēpore viuas ⁊ bene sit ti
bi.¶ Circa hoc querit pmo.quis dicatur pater ⁊
mater in hoc pcepto.Scdo.ad quid intelligat ho
nor in hoc pcepto.Tertio.de forma huius pcepti.
Quarto de obligatione huius pcepti.

Membrum primum.

Querit quis dicatur pater ⁊ mater i hoc precepto. Ad primum sic obijcit.Pater dicit mul
tiplicit.Creatiōe deus can.Deut.xxxij.
Nonne ipe est pater tuus q possedit te.
Prelatiōne vt platus.codē. Interroga
patrē tuum ⁊c. Propagatione sm carnē. Querit
ergo an his tribꝰ modis accipit pater : an aliquo
illor cum dicit.honora patrem tuū. ¶ Ad qd sic
Obijcitur. Argu.j. obijcit ecclesiastici.vij. ¶ Honora patrē tuū.glo.
hoc est mādatū primum in promissione deum pa
treʒ verū fide ⁊ operibus honorare. In hoc igitur
pcepto pcipit honor dei.¶ Itē.v.Deutero.hono-
Secundū. Contra. ra patrē ⁊ matrem.glo.deū ⁊ ecclesiā. ¶ Cōtra in
primo precepto pme tabule precipit honorandus
deus.si ergo hoc ideʒ hic preciperet:hoc preceptuʒ
Augu. esset idē illi.¶ Itē Augustinus dicit. ꝙ mandata
scde tabule ordināt ad primum .ergo cuʒ hoc sit
preceptū secunde tabule.honor primi precipitur
⁊ nō dei.non igit pater intelligit deus.cuʒ dicitur
Querit de prelato. honora patrem.¶ Item querit.vtruʒ pater intel
ligat prelatus.Ad qd sic.v.Deutero.Honora pa-
trem.Glo.carnalē vel spūaleʒ.Et idē ecclesiastici.
iij.Super illud.honora patrem.pater igit intelli
git in hoc pcepto prelatus :qui est pater spūalis.
¶ Contra.mādata decalogi omia excepto de sab
bato:vt patet ex pcedētibus sunt ad litteram in-
telligēda.sed ad litterā dicitur tantuʒ carnals.
non igitur pater intelligitur prelatus. cum dicit
Respōsio. honora patrē. ¶ Solutio.illud mandatū potest
intelligi tribus modis . Primo mō sm ꝙ educit
a lege nature.Scdo.sm ꝙ est legis scripte a deo i-
spirate Tertio.sm ꝙ accipitur sm allegoriam im
prope.Primo modo intelligit pater carnalis. na
tura enim non nouit nisi patrē qui est principiuʒ
in esse sue nature.Secundo modo intelligitur pa
ter spūalis.⁊ in hoc addit lex scripta a deo inspira
ta ad legē nature.Nō enim reputat patrē illū tā
tū qui est principium in esse natur :immo et illū
q est pincipiū per ministeriū in esse gratie.sm il-
lud.j.ad Cor.iiij. Per euāgelium ego vos genui.
Tertio mō p allegoriaʒ pater intelligit deus : sed
Sol.ad.j. hoc est imprope.¶ Dicendū ergo ad primū.ꝙ p
prie ⁊ p se in hoc pcepto nō pcipit honorari deus
sed homo q est principiū p regenerationē quo ad
esse nature:vel p ministeriū reuelationis quo ad
esse gratie.tamē p allegoriā nihil phibet patreʒ
vocari deū:sed impropie. Similiter p accidens
sicut in dilectione proximi intelligit amor dei.si-
militer i honore patris itelligit honor dei:a quo
omnis paternitas in celo ⁊ i terra nominat.⁊ ad
Ad secunduʒ. istud respiciūt predicte expositiones.¶ Ad scdm
patet respōsio.nam si istud preceptū intelligitur
sm ꝙ educitur a lege naturali in ipo.solū intelli
gitur de patre carnali.Si consideret vt legis scri
pte ⁊ a deo inspirate que addit:intelligit taʒ car-
nalis q spūalis pater.vt dictū est.

Membrum secundum.

Ad qd intelligitur honor i isto precepto. Einde querit. Qtum ad quid intelligat
honor in isto pcepto.Ad cuius rei intel
ligentiā qrunt quatuor.Primo.an ho
nor sit exhibitio spūalis vel corporalis.
Scdo.vtrū honor dicat respectū peminentie.Ter
tio.cū honor dicat multipliciter:vtrū dicat equo-
ce.Quarto.vtrum in hoc pcepto honor quilibet
iubeat.

Articulus primus.

An honor sit exhibitio spiritualis vl corporalis. Ad pmū sic.Phus. honor est exhibitio
reuerētie in testimoniū virtutis. sʒ exhi
bitio reuerētie ē exhibitio spūalis.ergo
⁊ honor.¶ Iteʒ deus est honorādus vt
Arg.primū. pater qr pncipium creationis.Malach.j.Si ego
Scdm. pater:vbi est honor meus.homo vo est honoran-
dus quia pater ⁊ principiū generatiōis:in quo est
in imitatione pmi principij qd est deus.vñ hiero.
in epl'a de parētibus honorādis.Prebeat patribꝰ
amoris mixta formido qui pmi vobis sunt causa
nascēdi exhibere patribus filij:ꝙ vos paterni no-
minis ptās cogit:que a deo est eor meritis attri-
buta Si ergo ratione pncipij non debetur deo ni
si honor qui est exhibitio spūalis.ergo nec homi-
ni debetur honor nisi quia est exhibitio spiritua-
lis.cum non sit honorandus nisi quia in eo relu
cet gratia diuini principij.Ex his vero videtur re
linqui:ꝙ patri solum debeatur honor reuerentie
Tertium. exhibitionis spiritualis.Contra.videtur ꝙ tan-
tuʒ debeatur eis honor corporalis:quia filius nō
accipit a patre nisi qd est corporale.sed ratiōe ac-
cepti solum est debitor honoris.ergo non debet ei
honorem nisi in exhibitione corporali . ¶ Item
Quartū. hiero.ad saluinam exponens illud.j.ad Thimo-
theum.v.Qui bene presunt presbiteri duplici ho-
nore ⁊c.honor in presentiarum vel pro elemosina
vel pro munere accipitur.Et in euangelio. hono
ra patrem tuum ⁊c. Hiero. non in verborum so-
no qui inopiam parentum cassa potest adulatio
ne frustrari: sed inuictus necessarijs ministran-
dis debere intelligi.ergo intelligitur honor soluʒ
in exhibitione corporali. ¶ Item ꝙ intelligatur
de corporali et spirituali exhibitione ostenditur
multipliciter.Ecclesiastici.iij.Honora patrē ⁊c.
Glo.reuerentiaʒ exhibendo.necessaria ministrā-
do.Et i Deut.v.honora patrē tuū ⁊c.Glo.officio
pietatis ⁊ honor.Itē.vj.ad Ephe.honora pa.⁊c.
Glo.honorare patrē:est ei reuerētiam exhibere ⁊
necessaria mīstrare.Itē deut.v.honora patrē.⁊c.

Cōtra.

Glo.iubemur parētes honorare:τ obsequiū pietatis τ reuerentiā exhibere. Ex his relinquit q̄ honor debitus parētibus est exhibitio spūalis in reuerēdo:τ corpalis necessaria mistrādo. Cōtra. sicut differūt pater carnalis τ spūalis:sic exhibitio carnalis τ spūalis. τ ſm q̄ se habet ratio paternitatis:sic debet se habere ratio honoris. patri ergo carnali honor debet carnalis:τ spirituali spūalis. ¶ Itē q̄ est ratio vt carnali patri debeat exhibitio corpalis τ spūalis. Si dicat sicut quidā dixerūt:q2 a parētibus cōtrahimus naturā:τ accipimus instructionē in moribus. q2 ab eis naturā cōtrahimus: tenemur sustētare naturā. q2 ab eis instruimur:debem9 ei exhibere reuerētiā. τ pater naturalis īstruit in morib9 naturalibus:pater spūalis ī morib9 spūalib9. sicut pater carnalis h3 pncipiū in esse nature:τ pater spūalis pncipiū per ministeriū in esse gratie. ¶ Cōtra. frequēter ɔtigit q̄ pater carnalis nūq̄ īstruit filiū ī morib9 si ergo esset ratio honoris reuerētie acceptio honoris:nō esset honorādus pater a quo fili9 nō accipet istructionē.

Rñsio.

¶ Solutio. dicēdū q̄ honor itelligit exhibitio corpalis τ spūalis. spūalis in reuerētia: corpalis ī sustētatione. sicut ſ. in autoritatib9 exprimebatur.

Exhibitio honoris in reuerētia.

¶ Itē exhibitio honoris ī reuerētia trib9 modis est:in affectu. effectu. signo. In affectu timendo offensā paternā ex amore vñ hiero. de honorādis parētibus. pbeat parētibus honoris mixta formido. Effectu obediēdo. ad Eph. vj. Filij obedite parētibus vestris. τ sup illud ecclesiastici. iij. Natio illorū obedientia. Glo. q̄ magistris vel parētibus obediūt Si ergo assurgēdo queadmodū accipit honor Ro xiij. Cui honorem. dicit glo. reddite honorē:vt assurgere τ hmōi. supple q̄ sunt signa honoris.

Exhibitio in sustētatiōe.

¶ Itē sustētatio ɔsistit in tribus. in solatio ṽborū. in seruitio operū. in exhibitiōe necessariorū. In solatio ṽborū:sicut dicit ecclesiastici. iij. Dedecus filij pater sine honore. τ sequit. suscipe senectā patris. Glo. filij carnales τ discipli honore τ solatio debēt fouere parentes. Et hiero. de hono. pa. Nemo patrē aspis ṽbis ledat:affectū sonet q̄cq̄d lingue dixerint liberorū. hoc filiorū ora loquant qd parentes delectat audire. In ſuitio:sicut dr eccli. iij. Qui timet deū honorat parētes. τ q̄si dn̄is seruiet his qui se genuerūt. In ope:vt in exhibitione necessariorū. sicut p3 ex autoritatib9 supradictis.

Sol. ad p̄mū.

¶ Ad illud ṽo qd p̄mo obijcit de ṽbo phi. honor est exhibitio reuerētie τc. dicendū q̄ nō est gn̄alis rō honoris:ſ3 solū q̄ exhibet rōne p̄eminētie spūalis.

Ad scđm.

¶ Ad scđm qd obijcit. q̄ sicut deo pncipio nō debet nisi honor spūalis:sic nec homi. q2 rō principij in vtroq3 est cā honoris. sicut habet ad ephes. vj. sup illud. qd est mandatū primū in pmissione. Glo. sicut deus est pncipalr pncipiū hoīs:sic pater secūdario. dicendū q̄ q̄uis vterq3 sit pncipiū: tñ differēter. de9 em̄ est pncipiū nō idigēs aliquo. hō ṽo est pncipiū τ indigēs aliquo. Dignitas pncipij ex vtraq3 pte est rō quare debet reuerētia. Rō ṽo indigētie ex vna pte est cā q̄re sustētatio patri carnali τ etiā spūali homini τ non deo.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiū dicendū. q̄ q̄uis filius accipiat esse corpale a pr̄e:efficit tñ ex hoc in debito duplici. q2 illud corporale qd accipit:est de corpe pr̄is sumptū τ trāsfusum opatione aīe. τ ideo fili9 efficit debitor honoris pr̄is. tū rōne corpis paterni:tū etiā rōne aīe q2 aīa τ corpus cōcurrūt in pr̄e vt sit pncipiū filij Rōne ergo corpis paterne est debitū sustētatiōis pprie. rōne aīe debitū reuerētie. Nam aīa nō indiget sustētatione:nec corpus est reuerēdum.

Ad quartū.

¶ Ad quartū dicendū. q̄ tā patri carnali q̄ spūali debet honor reuerētie τ sustētatiōis. q2 em̄ vterq3 est pncipiū:ideo debet reuerētia q2 vterq3 indigēs:debetur sustētatio. q2 quelibet res diligit salutē sui pncipij:vñ hō p rōnē ordinatā tenet diligere sui pncipij salutē. vnde si indigeat tenet pcurare q̄cūq3 ptinēt ad salutem. Preterea in carnali pr̄e spālis rō reuerētie est:q2 principiū gn̄ationis. vñ Hiero. parētes p̄mo sunt nobis cā nascēdi. τ in eccli. vij. dicit de parētibus. Memēto qm̄ nisi p illos non fuisses. Sustētationis ṽo rō spālis est rō educationis. vñ Hiero. de honore parentū. Foueat parētum senectus:τ factis eorū vicissitudo reddatur habet enim quandā senectus infantiam ecclesiastici. vij. Retribue illis:quomodo τ illi tibi. In patre vero spirituali specialis ratio reuerētie est preeminentia potestatis. Roma. xiij. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Ratio vero sustentationis est dispensatio instructionis vel institutionis. Gal. vj. Cōmunicet is qui cathezizat verbo ei qui se cathezizat in oibus bonis.

Articulus secundus.

An honor dicat respectū preeminētie.

Consequenter querit. vtrū honor in suo intellectu dicat respectum preeminētie. Ad qd sic. sicut laus ad laudatū:ita se habet honor ad honoratū. sed laus dicit preeminētiā in laudato. ergo τ honor in honorato. vnde sicut laus est ptestatio preeminētie bonitatis in illo qui laudat:ita honor ptestatio preeminētie dignitatis in illo q̄ honorat.

Cōtra. arg. j.

¶ Cōtra. j. Pe. ij. oēs honorate. ſ3 ɔstat q̄ nō oēs sunt p̄eminētes. honor igitur non dicit respectū p̄eminētie.

Scđm.

¶ Item. xij. ad Ro. honore inuicem preeminētes. ergo honor est respectu pariū.

Tertium.

¶ Item Ambro. super illud Lu. erat subditus illis dicit. q̄ filius dei honorauit Joseph. nō debito:sed pietatis officio.

Quartū.

¶ Item rex Assuerus dicit honorasse mardocheū. vnde. vj. Hest. sic honorabit quē rex voluerit honorare.

Rñsio.

¶ Solutio. cōcedēdum q̄ honor dicit respectū preeminētie. est aūt preeminentia increata que attendit ſm preeminentiā principij. sapiētie. bonitatis. que excedit in infinitū q̄libet p̄eminentiam creature. Inde est q̄ honor infinitus debet deo. Et est p̄eminētia creata:que est p̄mo ſm tres modos. ſm participationē pncipij sapiētie τ bonitatis. Itē preeminentia in cōmunicatiōe pncipij est ſm tres modos. q2 est principiū ad esse sicut pr̄ carnalis. vt dicit glo. ad ephe. vj. sicut deus pncipiū est hoīs sic pater secūdario. τ rōne istius preeminētie est pater carnalis honorandus. sicut dicit Hiero. de honore pa. honorādi sunt sunt parētes:q2 p̄mo sunt nobis causa nascēdi. Itē est pncipiū ad bene esse:qd est in esse spūali. et rōne isti9 preeminētie est honorādus p̄latus. eccli. iij. Tāq̄ dn̄is seruiet eis qui se genuerūt in opere τ sermōe. Glo. nō est in vulua vt ostēdat pater spiritualis maxime dignus honore. vnde paulus per euangelium ego vos genui. Item est pncipiū ad bene esse in esse tēporali. τ ratione istius preeminētie est honorandus prelatus tēporalis:vt rex. prima Pe. ij. regem honorate. Item est preeminētia in cōmunicatione sapientie:ratione cuius preeminentie honorandus est doctor seu senex. in quibus est discretio multa experientie. Leui. xix. coram cano capite assurge τ honora. τc. Glo. etate vel sapiētia. in antiquis em̄ est sapiētia τ in multo tpe prudētia. sicut dicit in Job. xij. Itē est preeminētia in cōicatione bonitatis:rōne cui9 honorādus est vir sanctus. vnd ad Phi. ij. de epafrodito dicit apl's excipite illum

cipite illū τc. τ post dicit. τ hmōi cū honore habetote:qm̄ propter opus xp̄i vsq3 ad mortem accessit tradēs aīam suam.

Sol. ad p̄mū.

¶ Ad illud ergo qd obijcit. q̄ oēs sunt honorādi. dicendum q̄ hoc dicit ratione p̄eminentie bonitatis. nō solū ſm actum sicut debem9 existimare in bonis. q2 quēlibet bonū debemus existimare nobis meliorē. ſm illd phi. ij. Superiores sibinuicē arbitrātes:ſ3 ſm potentiā qua mali possunt fieri meliores q̄ nos sumus. ratione cuius possibilitatis:τ forte diuine p̄destinationis ad maiorē perfectionē:etiā illi qui mali sunt honorant.

Ad scđm.

Similiter intelligit illud. honore inuicem preueniētes. dicit enim ppter p̄eminentiam bonitatis eo modo quo dictū est. nō supioritatis que attenditur in p̄eminentia pncipij vel ptātis.

Ad tertium. Ambro.

¶ Ad illud vero qd dicit Ambrosius. de dño. dicēdū q̄ non honorauit ioseph vt patrē suū per generationē:sed vt patrē ſm existimationē. q2 sicut dicit. ij. Luce putabatur filius ioseph:siue vt patrē ſm educationē vt suo exemplo ad honorē exhibēdum parentibus τ nutritoribus inuitaret.

Ad quartum

¶ Ad vltimū dicēdū. q̄ honorare aliquē dicitur duob9 modis. Uno modo id quo honoret dare vt dignitatē vel sublimitatē. ſm hoc assuer9 mardocheum honorauit:q2 sublimitatē qua ab alijs honoraretur cōtulit. Alio mō honorare dicit honoris officiū exhibere. Officiū autem honoris est ptestatio in illo q̄ honoratur alicui9 supeminētie vel dignitatis. p3 ergo q̄ honor semp dicit respectū p̄eminētie in illo qui honoratur. ſm q̄ honorare dicitur honoris officiū exhibere.

Articulus tertius.

Utrū honor dicat equoce.

Postea q̄ritur. cū honor dicatur multiplicit:dicitur em̄ respectu dei τ respectu hoīs:τ hoc multis modis. respectu patris carnalis. respectu spūalis. τ regis. τ senis τ doctoris. τ respectu scti hoīs:τ etiam respectu cuius cūq3 hominis vtrū honor dicat equoce.

Obijcit q̄ sic.

Qd videtur. honor em̄ qui debet deo est honor latrie qua hō protestat deū sicut suū conditorē. honor vero q̄ debetur homini est honor dulie. nō igitur dz vniuocari honor:queadmodum creator et creatura nō vniuocant. ¶ Itē honor qui debetur homī determinat multipliciter. nā vno modo accipitur in sustētando:sicut dicit hiero. q̄ cū dicit honora patrē honor inuictus necessarijs mistrādis debet intelligi. Alio mō in reuerēdo. vnde eccle. iij. honora patrē. Glo. reuerentiā exhibendo. Tertio mō ī obediēdo. j. ad Thi. v. Qui bñ p̄sunt p̄sbyteri duplici honore τc. Glo. vt spūaliter eis obediāt τ exteriora ministrēt. Quarto ſuiendo. j. ad Thi. vj. Quicū3 sunt sub iugo ſui:dños suos cū honore dignos arbitrētur. Glo bñ eis ſuiendo. Quinto obseq̄ndo. Ro. xij. honore inuicem preuenientes. glo. non est fratern9 amor nisi mutuis se pueniat obseq̄is. Sexto assurgēdo. Ro. xiij. Cui honorem:honorē. Glo. reddite honorē ei cui debetis vt assurgere. sed iste differētie nō dicuntur ſm vnā rationē. ergo equiuoce.

Cōtra.

¶ Cōtra. honor semper dicit respectū supioritatis q̄tum ad aliquā dignitatē. sed supioritas seu dicat de creatore seu de creatura:nō dicit equoce:seu ſm analogiam. hoc est p prius τ posteri9:queadmodū ptās. ptās em̄ de deo dicit p essentiā. de creatura ṽo p participationē. τ in creatura descēdit ptās p p̄us τ posteri9 ſm gradū pticipatiōis. τ hoc significat apl's. xiij. ad Ro. vbi dicit. Ois aīa ptātibus sublimiorib9 subdita sit. non em̄ est ptās nisi a deo. ergo honor nō dicetur equiuoce.

Rñsio.

¶ Sol. honor ſm ppriā rationē est ptestatio preeminētie in aliq̄ exhibitiōe illi qui honorat. honor ergo pōt accipi materialr τ formaliter. Materialiter cū accipit p eo qd exhibet. vt bñficiū. obsequiū:obedientia. τ hmōi:q̄ dicta sunt. Formaliter honor accipit p ipa ptestatione preeminētie vel dignitatis. q̄tum ergo ad ptestationē honor nō dicitur equiuoce nec etiā vniuoce sed analogice:queadmodū rō preeminentie cuius est. q̄tum ṽo ad exhibitionē equoce diceret nisi ɔcernat ipa ptestatio. τ p hoc soluūt obiecta q2 in rōnibus q̄bus pbat q̄ honor dei equoce:accipitur honor materialr. in alijs formaliter.

Articulus quartus.

Utrū q̄libet honor hoc p̄cepto p̄cipiat

c Onsequēter querit. an in isto precepto precipiatur quilibet honor exhibēdus.

Obijcitur. Arg. primū.

Ad qd sic. In precepto quo phibet homicidiū. s. nō occides:phibetur omnis motus animi ad nocendū. sicut dicit glo. super illud Matth. v. Dictū est antiquis nō occides. ergo in precepto quo p̄cipitur honor:iubet omnis honor exhibendus primo. vt honor qui debetur seni. honor qui debetur regi. τ patri τ huiusmodi.

Scđm.

¶ Item cōtingit peccare inhonorando primum multis modis. vt cū iuuenis inhonorat senem. vl' seruus dominū. vel filius patrē. ergo est cōtra aliquod preceptū. sed nō cōtra aliud nisi cōtra illud quo precipit honor. ergo in hoc precepto prohibetur quelibet inhonoratio:τ iubetur quilibet honor.

Cōtra.

¶ Cōtra. honor nō precipitur hic absolute:immo cū determinat oīe honor patris aut matris. sed quilib3 nō pōt dici pater aut mater respectu cuiuslibet. τ tamē est honorādus vt socius. relinquit igitur q̄ nō precipit hoc mādato quilibet honor primo exhibēdus.

Rñsio.

¶ Solutio. dicendū q̄ ſm rationē ppriam hoc precepto nō iubet honor nisi patri τ matri. vnde non precipitur hic honorari nisi qui proprie pōt dici pater aut mater. hoc est dicere principiū per generationem. hoc aūt est duobus modis tm̄:ſm q̄ est distinguere generationē carnalem. τ spiritualem. naturalē τ gratuitam. respectu esse nature:τ respectu esse gratie. et ſm hoc non precipit hic honor nisi patris carnalis vel spiritualis sc3 prelati. vnde glo. v. Deut. honora patrē carnalē vel spiritualē. Secundū vero rationē cōmunem pōt esse reductio honoris senis qui dicitur pater etate. sicut dicit ad Thi. Seniorem ne increpaueris:sed obsecra vt patrē. Regis qui dicitur pater misericordia. vel miseratione in iudicādo. Esto pupillis misericors vt pater. eccli. iiij. et etiam honoris socij inquantū superior arbitratur.

So. ad arg. j.

¶ Ad primū ergo quod obijcitur soluendum p interemptationē. q2 nō omnis motus ad nocendum phibetur cū dicitur non occides:sed qui est determinatus ad nocendū primo quo ad esse persone. sicut patet ex dictis.

Ad scđm.

¶ Ad scđm dicēdum. q̄ est peccatum:quia cōtra preceptū morale decalogi. et est etiā peccatum:q2 contra preceptū additum decalogo. sicut sunt in lege iudicialia. in euāgelio precepta apostolorū τ ecclesie. vnde nō sequit. q̄ si cōtingat peccare per inhonorationem:q̄ quelibet inhonoratio sit contra aliquod preceptum decalogi.

Membrum tertium.

De forma precepti.

s Equitur inquirere de forma huius precepti quantū ad tria. iussionem. promissionem. τ ordinem.

Articulus primus.

[De iussione honoris.]

AD primū arguit̄ sic. Cū honor intelligatur duobꝰ modis. in exhibitione reuerētie. ⁊ exhibitione sustentatiōis. ⁊ vtroqꝫ honore debeat honorari primꝰ ꝑ tpe ⁊ loco. ergo ꝑceptū de honore debuit dari generalꝰ vt diceret̄ honora primū. aut q̄rit̄ q̄re nō. ℂ Itē respectu patris ⁊ matris in nobis est motiuū intrinsecus ad honoris exhibitionē. sed nō sic est de quolibet primo. Minꝰ ergo difficile est honorare patrē ꝙ honorare gnāliter vel vlr̄ primo. preceptum aūt est de difficili bono sicut virtutes. ergo de magis difficili magis. rōne ergo maioris difficultatis debuit precipi honor sub hac forma. Honora primū. ꝙ sub hac: honora patrē. ℂ Dixerūt quidā ꝙ honor primi generaliter ꝑcipit̄ implicite: nō explicite. ⁊ hac rōne iudei erant q̄si rudes et lex pedagogꝰ. ideo a minoribus ad maiora: a facilioribus ad difficiliora ꝑducendi debuerūt. Honorare aūt primū. i. cuilibet indigēti necessaria ministrare: nimis durū erat eis. ideo nō erat dandū ꝑceptū de necessarioꝝ exhibitione sub forma explicita: sꝫ sub forma īplicita. vt sic ducerent̄ ad perfectū. deinde ṽo euacuato qd̄ ex parte est seu impfectionis: daret̄ sub forma explicita. Quia ṽo inter oīa que sunt de re illius mādati facilꝰ est honorare patrē ⁊ matrē: datū est sub his terminis. Eadē ratio est q̄re cum res tertij mādati sit moralis: tñ dat̄ sub forma cerimoniali. hoc em̄ factū est ꝑpt altitudinē illius mādati. qꝛ si daret̄ sub forma explicita: nō intelligerēt illud ℂ Sed ꝯtra hoc obijcit̄ in hūc modū. Hugo de san. vic. in li. de sacris.

[Cōtra. Hugo.]

Primū ꝑceptū scd̄e tabule ad patrē ꝑtinet hoīe sicut pmū pme ad patrē deū. vtrobiqꝫ paternitas ꝑponit̄. vtrobiqꝫ pncipij dignitas honorat̄. qꝛ sm̄ quēdā modū sicut hēmus pncipiū nascēdi a pr̄e hoīe: sic pncipiū eēndi ꝑ ꝯditionē accepimꝰ a deo pr̄e. vt discat cor humanū in eo pncipiū qd̄ videt: qd̄ debeat illi pncipio a quo est ⁊ quē nō videt. Sm̄ hoc ergo in isto ꝑcepto solū ꝑcipit̄ honor pr̄is et nō primi. ℂ Qd̄ cōcedendū est. ℂ Ad illud ergo

[Rn̄sio.]

qd̄ pmo obijcit dicendū. ꝙ sicut patꝫ ex precedēti. istud ꝑceptū ordiat nos ad primū solū a quo trahimus originē: ⁊ accipimꝰ naturā. sicut sequētia ordināt ad primū cū quo habemꝰ cōem naturā. Inde est ꝙ in hoc ꝑcepto sm̄ ꝑpriā rōnē nunꝙ ꝑcipit̄ nisi honor pr̄is aut matris. ℂ Ad illud vero qd̄ obijcit ꝙ illud difficilius est dicēdū ꝙ illud nō facit ad propositum: qꝛ nō precipit̄ hic honor quicūqꝫ sed honor determinatus.

Item queritur qua .S.j.

[Quare non ꝑcipit̄ honor filij sicut pr̄is. Arg. primū.]

re nō ꝑcipit̄ honor filij. sicut honor patris. ⁊ ostēdit̄ ꝙ magis debuit ꝑcipi. Prīo ex hoc qd̄ dicit̄. ij. ad Cor. xij. Patres debent thesaurizare filijs: nec debēt filij pentibus thesaurizare. ergo magis debent pentes filijs necessaria mīstrare ꝙ ecōuerso. sed honor est in ministratiōe necessarioꝝ. ergo magis dꝫ ꝑcipi vel esse in ꝑcepto honor filij ꝙ patris. ℂ Ad idē sup illud Math. xix. dicit Chryſ.

[Scd̄m.]

humor ascēdit de radice ad ramos. sꝫ a ramis ad radicē nō flectit̄: sic charitas de patribꝰ ad filios. sed nō reuertit̄ ad illos. ergo pmū. ℂ Itē magis

[Tertiū.]

tenemur ad melius. in sustētatione aūt filiorum saluat̄ esse diuinū. vnde ecclesiastici. xxx. Mortuꝰ est pater eius: ⁊ quasi nō est mortuꝰ. similē em̄ sibi reliquit post se. s. filiū. In sustētatione aūt parētū solū est tpale vel pticulare. Magis ergo tenentur pr̄es honorare filios in sustētādo ꝙ ecōuerso. et si sic: magis debuit esse in precepto honor filioꝝ ꝙ parentū. ℂ Itē Seneca. Amor catuloꝝ in venabula īpingit feras.

[Quartū.]

Et Osee. xiij. Ero q̄si vrsa raptis catulis. parētes ergo plus diligūt filios ꝙ diligant̄ ab eis naturalr̄. ergo magis est de lege nature. ⁊ sic ꝑtinet magis ad decalogū. ⁊ inde vt priꝰ ℂ Cōtra. Ius naturale dicit teneri ad gratitudinē ⁊ fugere ingratitudinē. sꝫ sicut Thob. iiij. dicit̄

[Cōtra.]

de mr̄e filio. Memor esse debes que ⁊ quāta picula passa sit in vtero suo ꝑpter te. Glo. ne sis ingratus maternis laboribꝰ: redde te ei q̄ cū laboribus dedit te. ergo magis tenent̄ filij parētibus ꝙ ecōuerso: qꝛ plus receperūt ab eis. ℂ Itē Ambro. sup

[Ambro.]

Luc. xij. Etsi paueris matrē nō reddidisti ei cruciatus quos ꝑ te passa est. nō obseq̄a q̄bus te gestauit. nō alimēta q̄ tribuit tibi ṽo pietatis affectu īmulgēs labrisvbera. nō famē quā ꝑ te ipa tolerauit: ne qd̄ qd̄ tibi noxiū esset comederet. ne qd̄ qd̄ lacti noceret hauriret. tibi illa ieiunauit. tibi māducauit. tibi illa cibū quē voluit nō accepit. tibi quē noluit cibū sumpsit. tibi vigilauit. tibi fleuit. ⁊ ita illā egere patieris. illi debes qd̄ habes cui debes qd̄ es. Tho. iiij. honorē habebis matri tue oībus diebꝰ vite tue. Ex his patꝫ magis debere filios honorare parētes ꝙ ecōuerso. ℂ Itē phos. q̄ sparsim seminata sunt in aīalibus ꝑ naturaꝫ: in hoīe collecta sunt ꝑ rōnē. sed in li. de aīalibꝰ legitur. ꝙ pulli lalach. s. cuiusdā auis cibant parētes suos in senectute. ⁊ pulli marothoth. s. cuiusdā alterius auis cibāt parētes suos nō solū in senectute: sed q̄ncūqꝫ indigēt. ergo istud maxime dꝫ seruari ab hoīe. ⁊ inde primuꝫ. ℂ Itē Hiero. de honore parentū. parētes adeo debēt liberos habere dulciores: qꝛ ꝑ alios reparari non possunt. vt cū eos lex nature subtraxerit: nec patrē aliū tibi poteris inuenire nec matrē. nō sic est aūt de filijs. ℂ Solu

[Rn̄sio.]

tio. notādū ꝙ amor patris in filio totꝰ est gratuitus: qꝛ filij sunt a parētibus. ⁊ incēdit̄ amor ille ꝑ naturā sensualitatis. vn̄ Hiero. de ho. pa. memēto parentū esse ꝙ talis es: quorū manibꝰ cremēta sumpsisti. ⁊ sequit̄. sit tibi grata vita ipsoꝝ quibꝰ carior est vita tua ꝙ ꝑpria. redde amoris vicē colende pietatis. Amor aūt filioꝝ in parētes maxime est debitus: qꝛ accipiūt a parētibꝰ esse ⁊ educationē vnde debent se illis. vn̄ Hiero. exolue fili qd̄ debes ⁊ officia debita qualicūqꝫ exhibe famulatu qꝛ parētibus nemo pōt reddere qd̄ debet̄. ⁊ hmōi amor intendit̄ ꝑ viā rōnis nō sensualitatis Cum igitur querit̄ q̄re nō est mādatū de honore filiorū sicut de honore parentū. dicēdū ꝙ natura sufficiēter iclinat ad hoc. Ad honorē ṽo parētū inclinat ratio excitata ꝑ cōsiderationē debiti ⁊ ꝑcepti. quēadmodū nō est ꝑceptū de amore sui: qꝛ ad hoc sufficiēter inclinat natura: sed de amore primi. Preterea. alia rō est. qꝛ oīs honor theologicꝰ est respectu preeminētis: sicut ptꝫ ex dictis. pater aūt co ꝙ est pncipiū filij preeminētiā hꝫ respectu ipsius: et nō econuerso. ℂ Et si obijciat̄ ex illo qd̄ habet̄ ad ephe. v. subiecti inuicē. Glo. nō solū auditores ꝑlatis sed ꝑlati subditis. Ex quo videt̄ ꝙ honor nō semꝑ dicat̄ respectu preeminētis. Rn̄dendū est. ꝙ reuerētia subiectionis duplici rōne exhibet̄: scꝫ in signū subiectionis: ⁊ in signū mutue charitatis. In signū supioritatis dꝫ exhiberi ab inferioribus prelatis. Unde glo. sup illud. v. ad ephe. subiecti inuicē prelati subditis. In charitate eis seruiēdo: ⁊ humiliter curā gerendo. Unde distinguēda est duplex subiectio. subiectio inferioritatis: q̄ est minoris. ⁊ honoris que est maioris. vnde ibidē dicit glo. etsi dignitas est maioruꝫ: administratoria tñ est. vnde. j.

ad Cor. ix. omniū me seruuꝫ feci. est ergo maioꝝ salua tñ dignitate seruire: sicut minoꝝ est hūiliter obedire. ℂ Ad illud ergo qd̄ prīo obijcit̄

[Sol. ad pmū. Argu.]

ꝙ filij nō debēt thesaurizare parētibus. dicendū ꝙ nō sequit̄ ex hoc. ꝙ nō debeāt necessaria ministrare. thesaurizare em̄ est supabundātia succedēti imposterꝫ necessitati ꝑuidere. qꝛ ergo patres nō succedūt filijs sꝫ ecōuerso. ideo dꝛ ꝙ filij nō debent thesau. pa. Ministrare ṽo necessaria est presentē indigentiā supplere. et hoc tenet̄ filiꝰ facere patri maxie ex hoc qd̄ est ei pncipiū. ℂ Ad scd̄m ⁊

[Ad. ij. ⁊ iiij.]

quartū iā ptꝫ rn̄sio. qꝛ ex hoc ꝙ effectꝰ patꝝ decurrit in filios ꝑ naturā sensualitatis. nō aūt sic ecōuerso. ideo magis debet esse preceptum quod est magis ⁊ ad quod minꝰ inclinat natura. vt honor parentū. ℂ Ad tertiū dicēdū. ꝙ sustētatio tā filij ꝙ pr̄is respicit ꝑsonaꝫ. ꝑsona em̄ singularis ipsa est que sustētat̄ nō spēs. ꝑprie em̄ dicit̄ spēm sustentari: cū singulare sustētat̄. ⁊ cū sub illa impropietate eque sustentant̄ species cū sustētatur pater sicut cum sustentat̄ filius. ideo est interimenda ꝑpositio quam proponit.

Articulus secundus.

[De pmissiōe mercedis scilꝫ longeuitatis. Que. primo.]

COnsequēter querit̄. q̄re huic mandato addita est ꝑmissio plusꝙ ceteris. Si dicat̄ ꝙ ex hoc ꝙ istud est affirmatiuū: et ideo de faciēdo bono. alia ṽo ꝑcepta secunde tabule sunt negatiua. sicut nō occides. nō mechaberis. ⁊ ideo de nō faciēdo malū ꝙtū ad formā precepti. Faciēti aūt bonū debet̄ merces ⁊ premiū: nō facienti aūt malū inꝙtum hmōi nō ꝑpt hoc debet̄ merces: sed vitatio supplicij solū. ℂ Ad

[Que. scd̄o.]

huc est questio. quare illud ꝑceptū preponat̄ sub forma affirmatiua plusꝙ cetera. cū dictū sit in ꝑcedentibꝰ ꝙ in quolibet precepto intelligat̄ affirmatio in iussione: ⁊ negatio in ꝑhibitione. Item in primo ꝑcepto prime tabule addit̄ ꝑmissio cuꝫ dicit̄. faciēs miam in milia: cū tñ sit negatiuum.

[Que. tertio.]

ℂ Itē quare addit̄ ꝑmissio longeuitatis. Si dicatur ꝙ istud est ꝑpter cōgruentiā: qꝛ cōgruū est ꝙ qui cōseruat vitā patris: ꝙ vita eius ꝯseruetur. ergo cū in quinto ꝑcepto nō occides: ꝑ affirmationē iubeatur cōseruatio vite primi. vnde super. v. Deut. glo. pasce fame morietē: quē si nō paueris: occidisti Illi precepto maxime debuit addi ista ꝑmissio.

[Que. quarto.]

ℂ Item querit̄. quare in exodo addit̄ vna ꝑmissio tm̄. qꝛ ibi dicitur. honora patrē vt sis longeuus. ⁊ in deut. v. duplex. vbi dicit̄. vt lōgo viuas tpe: ⁊ bene sit tibi. Si dicat̄ sicut quidā dixerūt: ꝙ hoc est ꝑpter duplicē statū. ꝑfectoꝝ ⁊ impfectoꝝ. mādata aūt exodi respiciūt statū impfectoꝝ. mādata ṽo deut. statū ꝑfectoꝝ. ideo impfectis q̄ sustentant corporalē vitā patrū addit̄ vna ꝑmissio scꝫ longeuitas in corꝑe. ꝑfectis ṽo qui sustentant nō solū vitā carnalē tpali subsidio: sed etiaꝫ spūalem vitā spūali solatio parentū: duplex preponit̄ ꝑmissio. s. longeuitatis in corꝑe: ⁊ bene essendi in mēte.

[Que. quinto.]

ℂ Cōtra. xxij. deut. precipit̄. si iueneris matrē pullis vel ouis incubantē. nō tenebis eā cū filijs. sed abire patieris vt bene sit tibi: et longo viuas tpe. Sed cōstat ꝙ illud preceptū nō est obseruantie ꝑfecte: ⁊ tñ ei ꝑmittitur idem qd̄ in deut. honoranti patrē. Nulla est ergo assignata ratio.

[Rn̄sio.]

ℂ Solutio. dicendū ꝙ ꝑmissio additur huic precepto: vt ad sustentationē parentū alliceretur filij: ⁊ inclinarētur ex diuina ꝑmissione. quēadmodum ad sustentationē filiorū inclinantur parentes ex natura. ⁊ maxime sicut dictū est. s. questiōe de modo traditionis mandatoꝝ ꝑpter auariciā iudeorū euacuandā. Quia ergo honor patris intelligitur in erogatione: euacuāda erat auaricia filioꝝ diuina ꝑmissione. Preterea ratione status populi iudaici cuꝫ data est lex qꝛ data est in deserto: in quo per diuturnā fatigationē itineris ꝑuēturi erant ad terrā ꝑmissionis ne ergo filij in subueniendis necessitatibus parentū (que tūc maxime ingruebant) essent negligentes: excitādi erāt ꝑmissione diuina.

[Ad id quod que. primo.]

ℂ Ad illud ṽo qd̄ querit̄: quare affirmatiue datur. dicendū ꝙ precepta dabant̄ imperfectis ⁊ rudibus ex corruptione nature: pronis ad omittendū bonum faciendū: ⁊ committendum malū vitanduꝫ. vbi ergo erat maior ꝑnitas ad omissionē ꝙ ad cōmissionem dabat̄ preceptuꝫ affirmatiue. Inde cuꝫ duo sint: honoratio patris exhibenda: ⁊ inhonoratio fugiēda. ꝑniores erāt ad omissionē honoratiōis: ꝙ ad cōmissionem inhonoratiōis. Et ideo affirmatiue debuit dari preceptum patris: ne ex auaricia que in eis maxime erat: sicut patet ex euangelio: vel negligentia diuturni seruitij et laboriosi in deserto illud omitterent. Ubi ṽo non solum ad omissionem ꝑnitas erat: sed ad cōmissioneꝫ erat impetus pronitatis corruptionis: dabatur preceptū negatiue. vt cū ex corruptione nature maxime ꝑni essent ad homicidia ⁊ furta ⁊c. ideo negatiue data sunt. non occides ⁊c.

[Ad scd̄o que.]

ℂ Fuerunt tamen qui dixerunt ꝙ honorare parentes vniuersale est respectu temporis omnis: et omnis subditi: quia nō fuit tempus in quo nō debuerunt parētes honorari. ⁊ cuilibet cōmune habere parētes quos tenet̄ honorare semꝑ ⁊ si nō ad semper. ⁊ ideo affirmatiue. Sed in alijs mādatis nō est inuenire sm̄ affirmationē ita vniuersale sm̄ omne tēpus: ⁊ cuilibꝫ. Occidere enim iuste ꝙuis sit vniuersale ꝙtuꝫ ad omne tēpus: nō tamē ꝙtum ad omnē personam. sed solum iudicis. Sed in negatione vniuersali est. nō occides iniuste. Similiter vti cōiuge moderate non obligat omēs ⁊ semper: qꝛ sic tenerent̄ omnes habere vxores: sed negatio nō mechaberis vniuersalis est. et similiter in mādatis alijs que dātur negatiue in scd̄a tabula. Sed ꝙuis hec ratio possit assignari in scd̄a tabula: nō tamē in pma.

[Ad tertio q̄si.]

Ad illud vero qd̄ q̄ritur: quare additur ꝑmissio longeuitatis. dicēdum ꝙ ratione cōgruitatis sit talis ꝑmissio. Cōgruū enim est vt ꝑcuratio cōseruationis vite pncipij: mereat̄ cōseruationē sui. vnde Hiero. de honore parentū. Humanitas talibus ꝑsonis oblata. s. parētibus viuēdi tempus extēdit. ⁊ morte dilata vicēqꝫ facientibus reddēs officia nostra dn̄o vidēti cōmendat. Item meret̄ ab hoīe cui est principiū. s. filio vt eius vita sustentet̄: ⁊ ita ꝑlongetur vnde hiero. in eodē. foueatur parentū senectus: ⁊ factis eoꝝ vicissitudo reddatur. videant liberi vestri qd̄ faciant: aut vicem vobis similem reddituri. Nō autem sic de cōseruatione vite alterius hominis qui non est nobis principium.

[Ad q̄rtū que.]

ℂ Ad illud qd̄ queritur de gemina promissione: que ponitur in Deutero. dicendū ꝙ in illa ꝑmissione fit additio ꝑpt explanatōeꝫ. Lōgeuitas em̄ in miseria nō est appetēda. nec ꝑmissio lōgeuitatis simpliciter: nisi cum successu ꝑsperitatis alliceret. Ideo preceptū deuter. qd̄ dꝫ explanatio esse exo. determinat longeuitatē habentē coniunctam prosperitatem esse in promissione cū dicit. vt longo viuas tēpore in quo ꝑmittit̄ diuturna ꝯuersatio. ⁊ bene sit tibi in quo ꝑmittit̄ diuturna ꝑsperitas ad bene esse. ℂ Ad illud vero qd̄ querit̄ quare ꝑmissio cōsimilis addit̄ ꝑdicto mandato figurali. dicenduꝫ ꝙ in

lege erat ꝓmissio addita precepto: aliqñ propter congruitatē actus. ⁊ hoc modo lōgeuitas ꝓmittitur honorāti patrē. Aliqñ ꝓpter cōtrarietatem abusionis actus. queadmodū in predicto cerimoniali. Nā ad litterā error auguriorū apud ydololatras credebat obtinere lōgeuitatē: si capet matrē sup pullos: seu super oua incubantē. ideo p̄ceptū diuine legis occurrit per ꝓhibitionē obseruantie augurij. ⁊ vt lōgius ad hoc eos remoueret: ⁊ ne timerēt ex hoc infortuniū vite sibi futurū adest diuina ꝓmissio: que ꝓmittit contra auguriū facienti longeuitatē ⁊ vite fecilitatē. ¶ Et si quereretur quare tanta ꝓmissio quanta honoranti patrē. responsum est questione de cōtinentia legis. q2 hoc nō est quia illud in genere sit tantū bonū quantū honor parentū: sed hoc est. q2 obseruantia huius precepti pro illo tēpore destruebat tantū malum vel maius: quantū est inhonoratio parentum. videlicet ydololatrie partē: q̄ est in augurijs ad inhonorationem dei.

Articulus tertius.

De ordine huius mādati.

Consequēter queritur de ordine huius mandati. Nam cū in p̄ma tabula priora sint negatiua affirmatiuis: videtur ꝙ similiter debeat esse in scda. aut queritur quare nō. ¶ Si dicatur sicut quidā dixerūt ꝙ de deo magis cognoscim⁹ q̄d nō est q̄ quid est. ⁊ ideo prior est negatio affirmatione in preceptis que ordinant ad deū. De homine vero primo cognoscimus quid est. ideo in preceptis ordinantibus ad proximū prior est affirmatio negatione. ¶ Cōtra. siue ordine ad deū siue ad ꝓximum non precipitur vel ꝓhibetur nisi actus noster. noster aūt actus nobis notissim⁹ est ⁊ eque: siue sit act⁹ iussus vel ꝓhibitus respectu dei: seu iussus vel ꝓhibitus respectu proximi. ¶ Propter hoc dicendum. ꝙ hoc est ratione principij: cuius honor precipitur. Unde sicut in ordine ad deū primū preceptū est de honore p̄ncipij q̄d est de⁹ in p̄ria tabula ita in ordine ad proximum primū preceptū est de ordine principij quod est homo in secunda tabula. vnde sicut dicit Hugo de sctō victo. Utrobiq3 dignitas principij honoratur.

Membrum quartum.

De obligatione huius precepti.

Deinde queritur de obligatione huius p̄cepti. Circa q̄d q̄rūtur q̄nq3. Primo. an soluatur obligatio ꝑ votum religionis. Scdō. an ꝓpter necessitatem patris dimittendus sit ingressus religionis. Tertio de honore reuerentie q̄tū ad obedientiā: in q̄bus debeatur patri carnali: Quarto. an honor debeatur patri spūali ex p̄cepto. Quinto. an honor debeatur malo prelato.

Articulus primus.

Querit an soluatur obligatio ꝑ votū religionis.

Ad primū sic. Hoc preceptū est preceptū morale legis nature. ergo est immobile. ergo ꝓpter ingressū religionis nullus absoluitur ab illo. ¶ Itē perfectio gratie nō destruit q̄d est nature sed perficit. Cū ergo ingressus debitus religionis sit perfectionis gratie: ergo ꝑficit obseruantiam honoris parentis ⁊ nō soluit. ¶ Item si consiliū soluit preceptū: non se compatiunt. ergo sunt cōtraria. ergo in ordine vite moralis determinato a deo esset cōtrarietas. q̄d est incōueniens. ¶ Item obseruātia cōsiliorū se habet ad obseruantiā preceptorū sicut perfectio ad perfectibile. sicut ostēdit dñs Math. xix. cū seruanti mādata dixit. vnū tibi deest. si vis perfect⁹ esse vade ⁊ vende oīa q̄ habes. sed perfectio nō tollit ꝑfectibile sed cōplet. Ingressus ergo religionis nō soluit obligationē huius precepti. ¶ Dixerūt q̄dam ꝙ solueret obligatio per ingressum religionis q̄tū ad effectum: sed non q̄tum ad affectum. Sed contra. preceptum illud ꝑ opus adimplet. vt patet ab expositoribus: nō per affectū. ergo obligat ad opus. ¶ Itē que esset causa quare solueretur obligatio ī actu. nūquid ꝓpter impossibilitatē. ergo similiter ꝑ paupertatē irreleuabilē solueretur.

Cōtra. arg. ꝙ soluat.

¶ Contra. Cū aliquis suo arbitrio ingerit se in impossibilitatē qua nō potest facere q̄d tenetur peccat. sed religiosus ingrediendo religionem ponit se in impossibilitate qua nō potest honorare parētes ministrando necessaria. quos tenet honorare. ergo ingrediēdo religionem peccat. ¶ Itē preceptū dicit: da superflua. consiliū dicit: da oīa. sed ista non se cōpatiūtur nec datis omnibus potest subuenire patri in necessarijs. ergo non se cōpatiuntur cōsilium ⁊ preceptum. soluitur igitur obligatio precepti per consilium. ¶ Item honora patrem obligat pro loco et tempore. sed in religione nunq̄ est tempus nec locus honorandi. sic ergo religiosus non obligatur.

Rñsio s̄z opinionē aliorū.

¶ Responsio s̄m quosdam. ꝙ nullum consilium soluit obligationem precepti nature. vnde nec istud. tamē quia affirmatiuū est nō obligat nisi pro loco ⁊ tempore. Unde obligatio est ad non ministrandum necessaria patri simpliciter: sed sub conditione duplici. vna ex parte dantis si habet: ⁊ alia ex parte recipientis si indiget. Et ad hoc semper tenetur secularis ⁊ religiosus. s. dare si habet: et si pater indiget. sed quia religiosus nunq̄ potest habere: ideo nunq̄ dabit. ⁊ non transgreditur quia non tenebatur simpliciter. Eodem modo dicunt de omnibus affirmatiuis. quia nō est obligatio simplex: sed conditionalis. Nec est cōtraria doctrina preceptorū ⁊ cōsiliorum: quia precepta non obligāt absolute. ¶ Sed contra. Gal. v. Si spiritu ducimini non estis sub lege. si ergo duce spiritu aliq̄s intrat religionem: iam non ligatur lege honoris exhibendi parentibus. ¶ Item si diceretur ꝙ esse sub lege est vt impleatur ex timore. iste autem ex amore implet legem ⁊ ideo nihil ad propositum. ¶ Cōtra. cōstat ꝙ religiosus moritur mundo. ergo obligatio viuentium in mundo non artat eū. ergo non tenetur ad ministrādum necessaria que pertinent ad vitam mundi. Item si moritur filius morte nature: soluitur ab obligatione huius honoris patris. ergo si moritur morte gratie ⁊ perfecte sicut religiosi soluetur. cum mors gratie eque nos separet a vita mundi. quia quod est mors secularibus: hoc est introitus religionis religiosis quo ad mundum. ¶ Item matrimonium cōtractum ante carnalem copulam soluitur per votū religionis. ⁊ hoc nō est nisi quia est quedā mors spiritualis. Morte autem soluitur vinculū matrimonij. ergo et obligatio exhibitionis mundanorum soluitur: quia illis moritur omnino religiosus.

Rñsio s̄m mētē propriā.

¶ Propterea videtur dicendū. ꝙ cum honor patris consistat in pluribus: ⁊ omnia intelligantur cum dicitur. honora patrē. vt patet ex predictis. non soluitur obligatio exhibitionis honoris ꝑ introitum religionis: licet soluatur obligatio quo ad debitum sustentationis. quia quo ad illam solutionem moritur: qui moritur mundo. Sed exhibitio: spiritualis in reuerendo: in consolando: in orando; nō soluitur: immo sub obediētia magis

tia magis

tia magis auget. ⁊ ex hoc est perfectio p̄cepti honoris patris. Nō enim perficit in exhibitione corporali: que nō exhibet patri causā cōformitatis ad deū principium: sed ratione indigētie. ideo perficit in exhibitione spūali maxime in qua est conformatio ad deū. Et ꝑ hoc p3 solutio ad obiecta.

Articulus secundus.

Utrū ꝓpt necessitatē p̄ris sit dimittēd⁹ ingressus religionis.

Postea querit. vtrum propter necessitatē parentū dimittēdus sit ingressus religionis. nā honor patris intelligit in corporali exhibitiōe cū tēpus est. sed indigētibus parentibus tempus subueniendi est. si ergo ego nō subuenio: trāsgredior. q2 non honoro patrē quando tempus est honorādi. sed intrando religionē pono me in statu non subueniēdi. ergo pecco.

Cōtra.

¶ Cōtra. Marci. iij. Que est mater mea et qui sunt fratres mei? Glo. nō recusat obsequi matri qui dicit. honora patrē et matrē sed ostendit se plus debere paternis ministerijs q̄ affectib⁹ maternis. ideo exēplo mōstrauit q̄d ꝟbo ait: q̄ amat patrē aut matrem plus q̄ me: nō est me dignus. Si ergo introitus religionis ꝑtinet ad paternū ministeriū: non est dimittēdus ꝓpter paternum affectū. ¶ Item ibidem in glo. Opus spūale prefert cognationi docēs meliorē esse copulā cordiū q̄ corporū.

Rñsio s̄m quosdā.

¶ Ad hoc dicūt quidā. Quia aut pōt secure manere in seculo sine detrimento salutis. ⁊ in tali casu dicūt ꝙ nō debet intrare: sed patri ministrare. Aut videt sibi iminere periculū salutis ⁊ lapsum in peccatū: ⁊ in tali casu nō tenet. Alij ꝟo dicūt ꝙ quandocunq3 spiritu dei ducit: non tenet manere ī seculo: vt ministret necessaria parētib⁹. Signū autem ꝙ ducat a spū triplex est. Primū. iocunditas mētis ex perfectione religionis cōsiderata. Secundū. propositū cauendi circunstātias peccati. Tertiū. propositum ꝑficiendi in melius. Dicunt ergo. ꝙ aut habet temporalia de quibus possit sustētari: aut nō habet. Si habet potest patri dimittere ea ad sustentationem. si nō habet nō tenetur tūc ministrare. sed cū transfert se totaliter ad seruitiū liberalissimi dominatoris patris celestis cōmendare ipi curam patris qui dat escā omni carni. qui pascit volucres celi. vij. Math. Cui est cura de omnibus. ⁊ sic meliori ꝓuisori dimittitur pater ⁊ mater. Et q̄uis istorū opinio videatur magis perfecta: prima tamē magis pia.

Querit si fili⁹ tenet accusare patrē hereticū effectū.

¶ Iuxta hoc queritur. vtrū in errore hereseos filius accusans patrē ad damnationē solueret hoc mandatum: immo an teneat accusare? Uidetur ꝙ debet accusare. q2 deu. xxj. dicitur. Nō etsi genuerit homo filium cōtumacem ⁊ proteruum qui non audiat patris et matris imperium: debet a parentibus accusari: ⁊ lapidibus obruet eū populus. Si ergo pater tenetur accusare filium. ergo filius patrem. ¶ Ad hoc dicendū. ꝙ hereticus aut solum sibi nocet: vt quādo heresis occulta est. Aut alios etiam praua doctrina corrumpit. primo modo nō tenetur eum accusare filius: sed secundo modo tenetur. Et ratio est. quia honorem patris celestis tenetur preferre honori patris carnalis. Unde carnalis pater qui dehonestat ⁊ inhonorat patrē celestē: nō est sustentandus. vnde in deutero. in laude Leui dicitur. Qui dicunt patri et matri nescio vos Et in tali casu tenet illud euangelicum. Qui honorat patrem ⁊ matrem plus q̄ me non est me dignus.

Articulus tertius.

Querit in q̄bus tenemur patri carnali obedire. quo ad honorē reuerētie.

Consequēter queritur de honore reuerētie q̄tum ad obedientiā. in quibus sc3 teneamur obedire patri carnali. Ad q̄d sic. Col. iij. Filij obedite parentibus vestris in oībus. ergo ī oīb⁹ licitis est eis obediēdū. ergo tenentur filij obedire parentibus percipientibus intrare claustrum. ducere vxorem. fodere in vinea. ¶ Item. xxj. Deut. Si genuerit homo filiū contumacem qui nō audiat patris et matris imperium lapidibus eum obruet populus. ¶ Item Hugo de san. victo. Quantū spectat ad litteram duobus modis parentes nostros honorare debemus. obediendo eis in omnibus exceptis his in q̄bus dilectio patris dei offenditur. ⁊ eos quantū facultas nostra suppetit adiuuando. ergo in oībus licitis. ¶ Item Hiero. de honore parentum. Imitamini filium machabeū: qui matri suadenti mortem seruiuit. ⁊ durū imperium gratāter aggressus est: ne offenderet genitricē. in sustinentia ergo mortis debemus obedire. ¶ Item idē in eodem. Deuotus filius obediendo ꝓmotus est: qui nolens maternā aliquatenus ledere pietatem: ꝑpetuam vitam passione susceperit.

Obijcit ꝙ in omnibus. Primū. Scdm. Tertium. Quartum.

Rñsio.

¶ Solutio. dicendum ꝙ s̄m gradum superioritatis est modus obeditionis: q2 sicut dicitur romā. xiij. Omnis potestas a deo data est: ⁊ omnis anima potestatibus sublimioribus subdita debet esse. Est aūt superioritas cōstituta in spūalibus ⁊ in temporalib⁹. Et in t̄palibus quantū ad regimē reipublice. ⁊ quantum ad regimē proprie familie. In regimine spūalium preest spūalis prelatus. In regimine temporaliū q̄tum ad rempublicam prelatus secularis. scilicet rex ⁊ princeps. In regimine t̄paliū q̄tum ad propriā familiā pater. Sicut ergo determinatur obedientia prelati spūalis in his in quib⁹ p̄est scilicet spūalibus: ⁊ prelati secularis in t̄palibus reipu. sic obediētia debita patri in dispositiōe rei familiaris.

Ad. j. ⁊. iij.

Et s̄m hoc dicitur ꝙ fili⁹ patrisfamilias tenetur obedire patri in omnibus probabiliter pertinētibus ad necessitatem vel vtilitatē rei familiaris. Unde oēs autoritates que dicūt ꝙ filius obediat in omnibus. exponūt in omnib⁹ pertinentibus ad dispensationē rei familiaris. ⁊ sic exponūt autoritatē apostoli ⁊ Hugonis.

Ad scdm.

¶ Ad illud deut. soluunt per autoritatē sequentē. Monita patris audire cōtemnens ⁊ comesationibus vacat atq3 luxurie. vnde cōtemptus correctiōis facit peccatum. ⁊ malicia cōuersationis que nō corrigitur per patris monitionē. Unde ex hoc colligitur ꝙ filiusfamilias tenetur obedire patri in disciplinam morum bonorū. sed hoc est intelligendū de his que necessaria sunt ad salutem.

Ad quartum

¶ Ad vltimū quod obijcit de filio qui obedit matri in martyrio. dicendum ꝙ sustinentia martyrij erat de necessitate salutis. quia oportebat aut apostatare a lege ad ydololatriā: aut mori. tamen duplex causa mouit ad martyrium. amor veritatis: ⁊ obediētia matris. Unde Hiero. ponit ipsum in obedientie exemplum.

Articulus quartus.

An honor debeat p̄ri spūali ex p̄cepto vł cōsilio.

Nō cōsilio. j.

Postea queritur. an ex precepto vel consilio debeatur honor in exhibitione necessariorū prelato spirituali. Ad quod sic. j. ad Thim. v. Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeantur. Glo. necessitatis est accipere vnde viuitur: charitatis est prebere. Si ergo charitatis est: voluntarium est. non igitur est precepti sed consilij.

Scdm.

¶ Item. j. ad

Corin.ix.Qui pascit gregem ꝛc.Glo. loquitur de
apostolis sicut cōstituit dn̄s de euangelio viuen-
tes panem gratuitum manducabant ab eis sum
ptum:quibus gratuitam gratiā predicabant. er-
Cōtra. ꝙ precepti.
go gratuitum est honorare exhibēdo necessaria.
ergo non est preceptum.¶ Cōtra.prima ad Cor.
ix.Nunquid nō habemus potestatē: mulierem:
sororem ꝛc.Glo. dominus mulieres ministratu-
ras sequi se noluit:ostendens quid a plebibus de
beretur euangelistis.ergo ministratio necessario
rum est debita prelatis a subditis. ¶ Item Gal.
vj.Cōmunicet is qui cathezizat verbo ei qui se ca
thezizat in omnibus bonis.Glo.vsitatum prece
ptum est:vt predicatori verbi dei prebeat necessa-
ria ille cui predicat que boni appellatione recte si
gnificauit.¶ Item in p̄s.Sumite psalmum.sup-
ple predicationis:ꝛ date tympanum temporalis
sustentationis.vt innuit glo. ¶ Item prima ad
Cor.ix.Si nos seminamus vobis spūalia: nō est
magnū si carnalia vestra metamus . ¶ Item.ij.
ad Thi.ij.Laborantem agricolam oportet primū
de fructu edere.ꝛ multa hmōi.ergo honor in exhi
bitiōe necessariorū prelatis est in precepto.¶ So-
Rn̄sio.
lutio di endū ꝙ honoris exhibitio est in precepto
subditis.sꝫ honoris receptio nō est in p̄cepto pre-
latis:sed ꝯcessione ꝛ potestate vnde.j.ad Cor.ix.
Nunquid nō habemus potestatē mādu cādi ꝛc.
Glo.permisit dn̄s:nō iussit apostolis accipere ne
cessaria a subditis:vt quisquis eo vteretur qd̄ sibi li
ceret ex dn̄i cōstitutione.Si quis vero nollet:nō cō
tra iussum faceret:sꝫ de suo iure cederet. potestas
enī est:nō iussio dn̄i accipere sumptus.ꝛ est verbū
Augu.de opere monachorū super illud Matth.
Ad illud ꝙ est consilij.
x.dignus est operari⁹ cibo suo.¶ Ad illud qd̄ pri
mo obijcit.ꝙ charitatis est prebere. intelligendū
Ad primū.
est ꝙ hoc dicit ꝑpter modum tribuēdi qui debet
esse in hylaritate et ex amore.ſm illud.ij. Cor.ix.
Non ex tristitia aut ex necessitate. bilarem enim
datorem diligit deus.Glo.nō tristis vel coactus:
sed spontaneus.hilarem enim datorē.i.qui ex vo-
Ad scd̄m.
luntate bona dat:diligit deus.¶ Ad scd̄m dicen
dum.ꝙ panis gratuitus dicitur ministratio tem
poralium q̄tum ad accipientem.vt non ponatur
finis seu merces p̄dicationis.vnde p̄ma ad Thi.
v.duplici honore.Glo.nō tn̄ venale est euangeliū
vt pro his predicetur:sed ꝑ eternis.Nō enim a po
pulo redditur quasi merces illis qui sibi in chari
tate euangelij seruiunt:sed tanq̄ stipendiū datur
quo vt possint laborare pascantur.ꝛ per hūc modū
intelligitur illud Matth.x.Gratis accepistis ꝛc.
Queritur qn̄ tenent dare.
¶ Sed queritur.quādo tenentur dare. Nā ditata ec-
clesia nō videtur ꝙ teneantur exhibere:q2 in malach.
dicitur.iij Inferte oēm decimā in horreū meū: vt sit
Obijcit.
cibus in domo mea.Si ergo sufficiens est cibus
in domo ecclesie:non tenentur exhibere.¶ Item ces
sante causa cessare debet effectus.sꝫ causa exhibi-
tionis est necessitas.p̄ma.Thim.v.Qui bene pre
sunt.Glo.accipiūt sustētationē necessitatis a po
pulo:mercedē dispensationis a domino. Si ergo
non assit necessitas:nec est ordinata potestas ac-
cipiendi prelatis:nec debitū exhibendi subditis.
Responsio.
¶ Ad hoc dicendum.ꝙ tenentur dare cum requi
runtur a prelatis.alr̄s enim nō tenentur nisi vide-
Ad obiectū.
rent eorū necessitatem.¶ Ad illud qd̄ obijcitur,
ꝙ sufficiens est cibus ꝛ non est necessitas:dicunt,
ꝙ q̄uis non sit necessitas quātum ad dispensato
res bonorum ecclesiasticorum ꝑpter se:tamen est
necessitas semper propter illos quibus debent bo
na ecclesiastica dispensari scꝫ pauperes.Unde sal
uator.Pauperes semper habebitis vobiscum. vt
dicit Hiero.Res ecclesie pauperum sunt:nec con
Hiero.
ceditur dispensatoribus bonorū prodigalitas nec
superfluitas:sed stricta necessitas.vnde. b. Ber.
Conceditur tibi vt si altario seruias:de altario vi
uas.Quicq̄d preter necessariū victū de altario re-
tines:tuū non est:rapina est:sacrilegium est. Ali-
ter nobis videtur dicendum. ꝙ si ecclesia alicu-
ius sit sufficiēter dotata bonis temporalibus:ꝙ
subditi non tenentur in aliquo prouidere presby-
tero nisi aliqua causa suborta : vt guerre vel pre-
dationis indigens efficiatur.De honore vero reue-
rentie:que debetur prelatis spiritualibus hic pre
termittimus,q2 in tractatu de virtutib⁹ questiōe
de obedientia:domino iuuante tractabitur.

Articulus quintus.

An honor debeat malo prelato.

Ultimo queritur.an honor exhibendus
sit malo prelato ex hoc precepto.Ad qd̄
sic.j. ad Thim.v.Qui bene presunt ꝛc.
Glo.vt spiritualiter eis obediant : ꝛ ex-
teriora ministrent. iste honor non determinatur
nisi bene presidenti.ergo malo prelato non debetur
obedientia nec temporaliū ministratio. ¶ Item
secunda thessa. vlt. Denun iamus vobis si quis
nō vult operari nō māducet. ergo si prelatus nō
operatur qd̄ est sui officij:non tenebuntur ei subdi-
ti ministrare.¶ Item ibidem. Audiuimus quos-
dam ambulantes nihil operantes ꝛc.Denuncia-
mus in xp̄o vt cum silentio viuentes panē suum
manducēt.Ex quibus videtur ꝙ mali prelati nō
sunt honorandi. ¶ Item Josue primo.Sicut obe
diuimus moysi obediemus tibi:tm̄ sit dominus
tecum.ergo sub conditione bonitatis profitētur
Cōtra.
obedientiam.¶ Cōtra.prima Petri ij Subiecti
estote in omni timore dominis.non solum bonis
ꝛ modestis:sed etiam discolis.¶ Item.j.Regum.
xxiij.dauid precidit oram chlamidis Saul.et la-
tenter postea percussit cor suū. Glo.ꝑpositi oris
gladio feriendi non sunt:etiam cū recte reprehē-
di videntur.¶ Item Matthe.xxiij Super cathe
dram moysi sederunt scribe ꝛ pharisei : que dicūt
facit ꝛc.¶ Item prima ad Thim.v.duplici hono
¶ Ad illud vo qd ex opposito primo obijcit. qz qd est inuoluntariū nō est peccatū. dicēdū ſm Joh. dam. ꝙ inuoluntariū simpliciter hoc quidē est p ignorantiam. hoc p violentiā. Inuoluntariū p violentiam est cū tota causa actus deforis est nihil cooperāte illo qui patit. Inuoluntariū vero p ignorantiā. cū nō ipsi tribuimus causaz ignorātie: sed ita ptingit. vnde si ebrius homicidiū fecerit ignorans quidē facit nō tamē volūtarie. Causam eñ ignorantie. s. ebrietatē ipse fecit. Similr si quis in assueto loco sagittans patrē trāseuntē interficit. Scdm hoc ergo dicendū. ꝙ qñ casui sequēti nos nō tribuimus causam aliquo mō. s. operando vel negligēdo dicit inuolūtariū. Quādo aūt casui sequenti aliquo mō causam damus: nō est inuolūtariū. ¶ Ad aliud ptz solutio ex iam dictis.

Articulus tertius.

Utrū sacerdotes phibeant isto pcepto occidere.

Consequēter querendū est vtrū isto precepto phibeant occidere illi qui habēt spūalem potestatē vt sacerdotes. Ad qd sic. Exo. xxxij. Moyses fecit a leuitis interfici. xxiij. milia hominū: qui adorauerāt vitulū cōflatilem.

Auto. ve legi.

Item Numeri. xxv. Phinees interficit israelitam coeuntē cuz madianitide. Item. j. Reg. xv. Samuel interfecit Agag regē amalech. Item. iij. Reg. xviij. Helyas interfecit sacerdotes baal.

Cypria.

Item Cyprian⁹ dicit ꝙ pcepti legis memor mathathias. interfecit illū qui ad sacrificandum accesserat. j. Macha. ij. Qd si ante aduentum xpi hec precepta seruata sunt: quantomagis post aduētū xpi. ergo ſm hoc sacerdotib⁹ noue legis licitum est reos occidere. ¶ Ad hoc dicūt quidā ꝙ sacerdotibus veteris legis licebat: sacerdotibus noue legis nō. Et ratio huius est. qz cū ſm Aug. differentia legis ⁊ euāgelij sit timor ⁊ amor. ministri legis debuerunt esse ministri seueritatis ad timorem: sed ministri euāgelij debent esse ministri pietatis ad amorē. Quia ergo illi debebant arcere a malis p timorē: congruebat eis maleficos interficere. Et qz isti debent attrahere p amorē: non congruit eis interficere.

Chryso.

¶ Sed contra hoc sic obijcit Johā. chryso. sup Matth. omel. xvij. Occidit phinees hominē: ⁊ reputatū est illi ad iusticiam. Petrus vero geminū fecit homicidiū. in Anania. s. ⁊ Saphira. Act. v. cū fuerit opus spūale qd factuz est. s. nō manuale.

Grego.

¶ Item Greg. in dyalogo. Petrus qui Tabitam mortuam suscitauit Act. viij. Ananiā ⁊ Saphirā mētientes increpando morti tradidit.

Hiero.

¶ Item Hiero. ad Ripariū. Legi vindictaz phinees. autoritatē Helye. zelum Symonis chananei qui in duos magos zaroe et arphaxat ignitos serpentes retorsit. Item Petri seueritatē Ananiam ⁊ Saphiram trucidantem. Pauli constantiam: qui Elimam magum eterna seueritate damnauit: non est crudelitas crimina pro deo punire sz pietas: vnde in lege dicitur. Si frater tuus ⁊ amicus ⁊c. voluerit deprauare veritatem effundes sanguinem ipsorum. Ex hoc ergo relinquitur ꝙ qntum ad iudicium occisionis pares sunt sacerdotes noue legis ⁊ veteris. ¶ Item cum crimina punire pro deo sit pietas: nō erit cōtra ministeriū pietatis maleficos punire.

Augustinus.

¶ Item dicit Augusti. Summa religionis est imitari eum quem colis. Sed ipse deus autoritate interficit: iudex ministerio: ergo ministeriuz occisionis maxime congruet sacerdoti: qui debet esse dei precipuus imitator.

Leo papa.

¶ Item Leo quart⁹ scribit Ludouico. xxiij. q. viij. Quidam in romanorum portum saracenos vēturos esse dicebant: pro quo precipimus nostruz cōgregari populum. Item idem in eadem. Nisiquid ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi sed si necessitas vlla occurreret: presentialiter vindicamus: quia nostri gregis vltores esse debemus ⁊ precipue adiutores. Si ergo canonice ⁊ regulariter fecit illud Leo papa: scz occurrit inimicis: ⁊ presentialiter vindicauit: eadem ratione possunt hoc facere alij episcopi ⁊ sacerdotes canoniste: ⁊ illud qd sequit ad sumptionem armorū: scz pugnare cōtra hostes ⁊ interficere

Gregorius.

¶ Item sicut dicit. xxiij. q. viij. beatus Grego. ciuibus tuscie vt contra Longobardos arma pararent mandauit.

Obijcitur de impatore cōstituto a papa.

¶ Itē ecclesia ordinat secularem potestatem vt papa imperatorem: ergo tradit ei auctoritatem ad suuz officiū. Si ergo auctoritas imperatoris est interficere maleficiuz: ⁊ a papa accipit auctoritatem: ergo auctoritate pape interficit. Sed ille facit cuius auctoritate fit ergo ⁊c. ¶ Item episcopi habēt prepositos ⁊ balliuos in causis sanguinis. Sed illi balliui nihil agunt auctoritate sua: ergo auctoritate episcoporum fundunt sanguinem maleficorum.

Contra. Ambro.

¶ Cōtra beat⁹ Ambro. aduersus milites gothos lacrime mee arma sunt: talia enim munimenta sunt sacerdotis: aliter nec debeo nec possum resistere. ¶ Item canon ex concilio toletano. Sacerdotes qui ad ministerium salutis electi sunt: ibi consentiant regibus fieri iudices: vbi supplicij indulgentia promittitur: non vbi sententia discriminis preparatur: si quis contra hoc fecerit sit reus effusionis sanguinis apud christū: ⁊ apud ecclesiam perdat proprium gradum. xxiij. q. viij. ¶ Item canon Nico. pape distin. l. Cum discreti sint milites seculi a militibus ecclesie: non conuenit militibus ecclesie militare seculo: per quod ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire. ¶ Item beat⁹ Bernard. ad Eugeniū lib. iiij. de cōsideratione. Aggredere subditos: sed verbo non ferro. qd denuo vsurpare gladium tentes: quem semel iussus es reponere in vaginam: scilicet in Petro cui dictum est mitte gladium tuum in vaginam. ¶ Item. j. ad Thimo. iij. Oportet episcopum sine crimine esse non vinolentū nō percussorē.

Rñsio ⁊ solu. ad aucto. veteris testamē.

Solutio. sicut dictū est hoc precepto prohibetur quilibet occidere sua auctoritate: quia ergo ministris veteris testamēti commissa erat auctoritas: ministris vo noui testamenti nō est concessa auctoritas vt per se interficiant: ideo ex consequenti isto precepto prohibent interficere in causa iusticie. Ratio autē quare eis negata est autoritas est duplex. Una est qz ministri noue legis debēt esse ministri mansuetudinis ⁊ amoris: ad aliciendum homines ad bonum. Unde eis dicit. v. Mat. Non resistere malo ⁊c. Et ibidem sequit. Diligite inimicos vestros et bñfacite his qui

his qui oderunt vos. quod intelligitur faciēda a ministris noue legis: non solum in voluntate animi sed etiam in ostensione signi. Alia est ratio: qz ministri noue legis sunt ministri sacramenti vnionis: sacramentum enim altaris representat vnionem xpi ⁊ ecclesie: quam significat vnio anime ad corpus. Sicut eñ anima corpus viuificat: ita xps per hoc sacramentuz viuificat ecclesiā. vnde q dissoluit vnionē corporis ⁊ anime: sacramenti illius vnionis vnionem in se non potest demonstrare: et ideo irregularis est ad huius sacramenti ministeriuz exequendū: queadmodū bigamus qui carnē suam diuisit cū vxoribus pluribus. Et sicut dicit canon. xv. q. ij. Quedā sunt que ⁊ si nō imputētur ad penā: tamen impediunt sacramenti signaculū ⁊ introducitur autoritas Hieronymi: qui dicit de illo qui propter disciplinam casu occidit: quantuz ad culpā innocens est: quantuz ad legem reus est legem dico sacramenti. Inde est ꝙ cū alij ordines ecclesie ad sacramentum altaris referantur: quia omnes ordinati aut conficiunt sacramentuz: aut deseruiunt cōficienti: debent carere diuisione q opponitur sacramento vnitatis: ⁊ ideo nō licebit ministris ecclesie interficere: sanguinē effundere: mēbrum mutilare. Ministris vero veteris testamenti: qui erant ministri timoris ad cohercendū a malo: ⁊ per cōsequens ministri diuisionis animaruz a malis: cōpetebat autoritas ⁊ executio interfectionis: vnde patet solutio ad primas autoritates obiectas de ministris veteris testamēti.

Ad auctoritatem Cypria.

Ad illud vo beati Cypriani: ꝙ post aduētū xpi pcepta iudiciorum sanguinis seruanda sunt: concedendū ꝙ tempore gratie sunt seruanda sed non a ministris spiritualium ⁊ sacramentorum: qui sunt ministri misericordie ⁊ mansuetudinis ⁊ representatores vnionis. sed vt principibus mundanorum qui seueritatis legalis imitatores sunt ministri separationis ⁊ cohertionis a malis.

Ad aucto Crisosto.

¶ Ad illud Criso. dicendū ꝙ impropꝛe dr Petr⁹ homicidiuz fecisse: hic eñ dr res fieri illo tropo quo in scriptura fieri dr cū pdicit: vel innotescit. Petr⁹ ergo dr Ananiā ⁊ Saphirā interfecisse: qz eorū mortem quā dyabolus efficere debebat: predixit ⁊ causam. s. culpā patefecit. vnde in actibus dixit Saphire. Ecce pedes eorum qui sepelierunt virū tuū ad hostium sunt: ⁊ efferēte: ⁊ statim expirauit

Ad auctori. Grego.

¶ Ad illud autem bea. Grego. dicendum ꝙ aliud est increpando morti tradere ⁊ aliud interficere. Tradere enim morti est pluribus modis. Uno modo tradere morti inferēde ab homine: ⁊ hoc modo petrus nō tradidit Ananiā ⁊ saphirā. Alio modo tradere morti inferende a demone: ⁊ illud tradere est excōmunicare: ⁊ hoc modo tradidit Paulus ⁊ etiam Petrus sathane: sed nō intentione occisionis: sed intentiōe punitiōis ad correctionem aliorū sicut Petrus: vel ad correctionem eorūdem sicut Paulus. j. ad Thi. j. vbi dicit. ꝙ Hymeneū ⁊ Alexandrū tradidit sathane: vt discant non blasphemare. Et. j. Corin. v. De fornicatore iudicaui eū qui sic operat⁹ est tradere sathane in interitum carnis vt spiritus saluus fiat.

Ad auctori. Hiero.

¶ Ad illud vero Beati Hiero. dicendum ꝙ differentia est inter ministros veteris legis ⁊ noue: nō solum in his que dicta sunt quātum ad differētiā seueritatis ⁊ misericordie: quia illi principaliter seueritatis isti misericordie sunt ministri: sed etiā in iudicio seueritatis: qz isti gladio spūali: illi vo gladio materiali iudicia exequunt: isti verbo: illi ferro. Isti verbo qd est gladius spūs ad diuisionē aīe ⁊ spūs. i. inordinatiōis sensualitatis a rectitudine rationis. ad Hebre. iiij. Illi vo ferro. i. materiali gladio ad diuisionē anime ⁊ corporis hoc est vite animalis. Uñ nota ꝙ sicut pri⁹ est ꝙ aiale est: deinde qd spirituale. j. Corin. xv. ⁊ vita aialis prius qꝫ vita spūalis. Uitā aūt aialem dico que est in vnione anime ⁊ carnis vitam vo spūalē in ordinatiōe sensualitatis q dr aīa: ⁊ rōnis q dr spūs: ita ministeriū diuine iusticie distributū est ministris veteris testamenti in gladio materiali in separationē aīe ⁊ carnis. Ministris vero noui testamenti in gladio verbi spūali ad diuisionē aīe ⁊ spūs. In illo ministerio est ratio timoris. in isto ratio amoris: hic dicentibus apostolis: ecce duo gladij. Respondit dñs. Satis est.

Ad auctori. Augusti.

Ad illud beati August. Sūma religionis est imitari quē colis. dicēdum ꝙ tria sunt genera operū diuinorum. s. opera sapientie: potentie: bonitatis. In operibus potentie vt creatiōis ⁊ miraculorum: nō querit deus imitatorē vnde lucifer qz voluit esse similis in potentia deo: precipitatus est Esa. xiiij. Similiter nec in archanis sapientie. Uñ adam qz voluit esse similis in scientia: de paradiso eiectus est. Gen. iij. Eritis sicut dij. Operū vo bonitatis alia sunt pietatis ⁊ mīe in quibus vult ꝙ oēs imitentur eū Math. v. Estote misericordes sicut ⁊ pater vester ⁊c. Alia vo sunt punitiōis ⁊ vindicte: ⁊ in his nō vult vt pfecti imitent cum ppter duo. ppter sacramentū vnionis cōmēdanduz: qd requirit ministros ꝯgruos in quibus nō inueniatur oppositio diuisionis. Alia ratio est ppter cōmendandā clementiā sue miserationis: vt in hoc iuuat ꝙ quasi coactus punit: sicut dr. iij. Tre. Nō ex corde suo humiliauit ⁊ abiecit filios hoīm: ⁊ introducunt verba dñi puniētis q̄si plāgetis. Esa. j. Heu cōsolabor de hostibus meis: vt sit ei⁹ pprius de hostibus misereri. ideo ministri noue legis qui debēt esse in pfectiori imitatione dei: debēt ipsum imitari in opere pietatis: nō in districtiōe seueritatis.

Ad auctori. Leonis ⁊ gre.

¶ Ad illud Leonis ⁊ Grego. dicendum ꝙ hoc nō dr ppter hoc ꝙ liceat sacerdoti vel pape arma arripere: sed qz possunt seculari principi cui materialis gladius cōmissus est: armorū sumptionem contra maleficos suadere: sicut illi q habent minoribus ⁊ maiorib⁹ diuinas leges exponere ⁊ predicare: in quib⁹ pcipitur secularib⁹: maleficos nō patieris viuere. Exo. xxij. ⁊ Deute. xiij. Si audieris in vna vrbiū tuarum qs dñs deus tuus dabit tibi ⁊c. Et post sequit. Si inueneris certū esse qd dr ⁊ abhominationē hāc opere perpetratā: statim percuties habitatores illius in ore gladij.

Ad illud de imperatore.

¶ Ad aliud quod obijcit de imperatore ꝙ ordinatur a papa. dicendū ꝙ veruz est ꝙ recipit potestatē a papa ad puniendum maleficos: executionē autē potestatis accipit a lege a deo ergo per papam recipit auctoritatem vt sit minister legis ⁊ iusticie diuine: sz ab ipsa lege autoritatem vsus ministerij iusticie.

Augusti.

Un Augu. in questionibus Leuitici. Cuz homo iuste occiditur: lex occidit non tu: dicit iudici seculari. ¶ Si autem obijcitur ꝙ ille facit cuius autoritate fit. Unde papa ⁊ episcopi qui habēt prepositos iudices sanguinis videntur occidere: dicendum ꝙ est autoritas iubendi: ⁊ est autoritas innuēdi. In autoritate iubendi sequit: ille facit cuius autoritati fit. In autoritate vo innuēdi nō sequitur. Est autem autoritas iubēdi occidere maleficos penes imperatorem. Autoritas vero innuendi penes papam ⁊ sacerdotes. Est autem ista innuitio diuine legis (vt dictum est) predicatio: ⁊ vt principes legi diuine obediāt exhortatio.

Bernard.

vñ Bern. in. iiij. lib. de cōsideratiōe ad Eugeniū: oñdit qliter vterqꝫ gladius ē ecclesie materialis ⁊ spūalis: ⁊ ꝙ ad ipam ptinet gladi⁹ materialis ⁊ spūalis: ⁊ ꝙ ad ipsam per-

tinet gladi⁹ materialis nō quantum ad vsum vel quantum ad iussum: sed quātū ad nutū. Unde dicit hoc modo ad Euge. Mui gladiū materialē tuū negat: non satis mihi videtur attendere verbum domini dicentis. Cōuerte gladiū tuū in vaginam. tuus ergo ꝛ ipse tuo forsitā nutu ꝛ si non tua manu euaginādus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret: dicentibus apostolis ecce duo gladij: non respondisset dñs: satis est sed nimis est. Uterq; ergo gladius ecclesie est spiritualis ꝛ materialis: sed is quidē pro ecclesia: ille ꝛo ab ecclesia exercēdus; ille sacerdotis: is militis manu: sed sane ad nutuz sacerdotis ꝛ ad iussuz imperatoris. Et per hoc soluuntur omnia obiecta.

Quembzum tertium.

De genere occisiōis q̄ hoc precepto prohibeatur. Utrum spūalis vel corporalis.

REstat querere de genere occisionis q̄ in hoc precepto prohibeatur. Et ex ꝓcedentibus videt⁹ q̄ phibeatur occisio corporalis: que est in separatione anime a corpore. ¶ Sed queritur vtrū phibeatur occisio quocunq; modo dicta: videlicet corporalis ꝛ spiritualis. ¶ Ad qō sic. Augu. super psal. Noli putare te nō esse homicidam: quando fratri tuo malū psuades. Si fratri tuo mala psuades occidis: ꝛ vt scias q̄ occidis: audi psalmistam dicentem. Filij hominum dentes eoꝝ: arma ꝛ sagitte ꝛ lingua eoꝝ gladius acutus. ¶ Item Exodi. xx. super illud. nō occides glo. Manu vel mente: vel subtrahendo subsidium vite ei cui debes dare. ¶ Item. v. Deute. super illud non occides. Glo. re. vel voluntate: qui enim odit fratrem suū homicida est: vel subtrahēdo quod potes ꝓstare. Ex his igitur relinquitur ꝙ hic prohibetur homicidiū spūale: qō est in odiēdo: seu malum cōsulendo: ꝛ homicidiū dicitur nō solūmodo in cōmittendo. s. in inferendo mortem sed etiā in omittendo. s. in subtrahendo beneficiū ad cōseruationē vite proxim. ¶ Preterea queritur vtrum isto precepto prohibeatur occisio quolibet modo dicta. ¶ Ad qō sic. v. sap. Os qō mentit occidit aiam: mēdacium igitur est occisio anime. Si ergo hic prohiberetur quelibet occisio spūalis prohiberet hic mēdaciū: ꝛ pari ratiōe quodlibet peccatum mortale: nam omne peccatum mortale occisio est anime. Si vero diceretur ꝙ non prohibetur hic occisio spiritualis nisi illa que est proximi. ¶ Contra hic prohibet occisio corpalis sui ꝛ proximi sicut supra dictum est ergo si hic prohibetur occisio spiritualis: prohibet ꝛ sui ꝛ proximi ꝛ ita quodlibet peccatum. qō q; est falsuz relinquit ꝙ non prohibetur hic nisi occisio corporalis. ¶ Itez queritur vtrū istud preceptū sit generale ad plura precepta. Ad quod sic. Aug. cōtra. Faustum. lib. j. q; iudei nō intelligebant homicidium nisi corporis humani: per qō vita priuaretur. Aperuit dñs omnē iniquū motuz; ad nocēdum fratri in homicidij genere deputati. Sed in furando: falsuz testādo: ꝛ hmōi est iniquus motus ad nocendum proximo: ergo furta: falsa testimonia: ꝛ hmōi est iniquus motus ad nocendum proximo: ergo debent in homicidij genere deputari: ergo cū omne genꝰ homicidij hic prohibeatur: erit hoc mandatū generale ad alia: quibus prohibetur proximo nocumentum. ¶ Itē ois prevaricatio cōtra preceptum quodlibet scōe tabule: aut est cōtra innocentiā inferendo nocumentū: aut contra beneficentiā subtrahendo beneficiū. Sed sm Augu. hic prohibet nocumenti illatio: similiter phibetur subtractio beneficij sicut glo. dicit. Et sicut dicit Ambro. in li. de officijs. Pasce fame morientē: quisquis em̄ pascendo hominem seruare poteris: si nō paueris occidisti: ergo isto precepto prohibetur omis prevaricatio que est contra aliquod preceptorum secun de tabule: ergo est generale ad ꝓcepta scōe tabule. ¶ Item Hiero. sup Esa. Omnis iniqtas ꝛ oppressio ꝛ iniusticia iudiciū sanguinis est: ꝛ licet gladio non occidas: voluntate tamen interficis. Sed in iusticia ꝛ iniquitas; generalia sunt ad furtum. falsum testimoniuz: mechiam ꝛ hmōi: ergo ista sunt iudicium sanguinis: ergo ꝛc. ¶ Item omnis iniqtas est iudiciū sanguinis. Dē peccatū est iniqtas ergo omne peccatuz iudiciū sanguinis est sm verbū Hiero. Est igitur hoc preceptū generale. ¶ Itē in epla Clemētis: homicidioꝝ tria genera dicebat beatus Petrus. Sicut eīm homicidas interfectores fratrū: ita detractores eoꝝ: eosq; odiētes homicidas esse manifestabat. Detractio igit est homicidium. Sed omne falsum testimoniū est detractio ergo ꝛ homicidium est. Est igitur hoc preceptum prohibens falsum testimoniū. Cōtra. Illud preceptū cōnumeratur cum ceteris: ꝛ est vnū de decem verbis: ergo nō cōprehendit alia. Sed si extenditur ad homicidiū spirituale cōprehēderet alia: ergo non extenditur nisi ad homicidium corporale. ¶ Item scandalum est homicidiū spūale: q; pbet alij occasionem mortis spūalis: sicut ꝛ ad Rom. xiij. Scandalizati ꝓpter escā noli destruere opus dei ¶ Item. j. ad cozin. viij. in eodem casu dicit. Si quis viderit illū q̄ hz cōscientiā recūbentē in idolo edificabitur ad manducandū: ꝛ peribit in tua cōscientia frater propter quē xps mortuus est. Si ergo spirituale homicidiū phiberetur hic: prohiberetur hic scandalū. Sed scandalū potest esse peccatū idololatrie qō est contra primū preceptum: ꝛ periuriuz: qō est cōtra scōm: ꝛ violatio sabbati qō est contra tertiū: ꝛ inhonoratio: qō est cōtra quartum ꝛ sic de aliꝭ. Sic ergo prohibetur hic omnis prevaricatio aliorū ꝓceptoruz qō falsum est. Relinquitur igitur ꝙ nō phibetur hic nisi corporale homicidium. ¶ Item queritur vtrū prohibeatur hic tantū homicidiū manus: ꝛ cum dicant autores ꝙ lex prohibebat manū nō animū. Sed hoc non erit in prohibitione nisi homicidium manus Cōtra Augu. Periculose decipiunt qui existimāt eos tantū homicidias qui manibus hominē occidunt: ꝛ nō potius eos: per quoꝝ cōsiliū ꝛ fraudem ꝛ exhortationē boies extinguūt. Mā iudei neq; ꝓpriis manibus dñm occiderunt sicut scriptum est. Non licet nobis interficere quēq. Mat. xxvij. ¶ Item Aug. Mors xpi iudeis imputatur: quia ipsi linguis interfecerunt dicentes. Crucifige: crucifige. vñ vnus euāgelista dicit dñm crucifixuz hora tertia: alius sexta: q; iudei crucifixerunt euz hora tertia lingua: milites hora sexta manibus. ¶ Item Canon Martini pape di. l. dicit. ꝙ homicidium cōmittitur facto: ꝓcepto: consilio. Si dicatur ꝙ manus quā prohibet lex est omnis operatio exterius expressa: ꝛ ita opatio quecunq; vel cooperatio ad mortem alicuius hic prohibet. Queritur vtrū prohibeat voluntas: ꝛ si prohibet: quare non exprimitur sicut circa mechiā ꝛ furtum. ꝙ autē prohibeatur expresse dicit glo. xx. Exo. sup illud: non occides glo. volūtate. ¶ Itē cū nō omis qui odit fratrē: velit ei inferre mortē: vel ꝙ ab alio illi inferat: quare dicit. j. Joh. iij. Mui odit fratrez suū homicida est. ¶ Solutio: occisio dois vel homicidium dicitur duobus modis vere. s. ꝛ interꝓtative. ¶ Interpretative duobus modis. Omittēdo si non subuenit: cū videt proximū in necessitate extrema Augu. contra Faustū. j. lib. Istud ꝓceptū quod

Ambro.

Hiero. De iniqte

Petrus.

Ergo.

Contra.

Utrū phibeat occisio quolibet mō dicta.

Utrū phibeatur tantū homicidium manus.

Ad id de mendacio.

Canon. Martī.

Rñsio. Utrū sit generale ꝓceptum

Ad id de subtractione.

Ad id de iniquitate.

Responsio

Queritur de mendacio.

Utrum illud preceptum sit generale.

De subtractione.

qō est. non occides: nō seruas. Non enim das esurienti panē. verum si incurras in eum famelicuz; qui mori posset nisi porrigēdo cibū subuenias: iā tu homicida teneberis. Cōmittēdo corde. ore. ope Corde odiēdo j. Joh. iij. Mui odit fratrē suum ꝛc. Ore duob⁹ modis. detrahēdo. sicut dicit beatus Petrus. Detractores homicidas esse. Malū sua dēdo sicut dicit beatus Augu. Si fratri tuo mala psuades occidis. Ille qui in sua cōscientia occidit quia vellet nō esse aut non bene esse quez odit. detractor occidit proximū in cōsciētia aliena in qua viuebat ꝓ bonam opinionem. mali persuasor occidit cum in cōscientia eiusdem in qua viuebat per bonam voluntatē: ꝛ post moritur per peccatum. Opere scandalizādo per malū exemplum. Unde beatus Grego. de prelatis. Tot mortibus rei sunt quot ad posteros pditionis exēpla transmittunt ¶ Uere committit homicidiū in corporis et anime diuisione: qō cōtingit tribus modis. necessitate, casu. volūtate. Necessitate euitabili vel inuentabili. Casu dādo operam rei licite vel illicite. et si licite: aut adhibita diligētia debita. aut nō adhibita diligētia. Et patz ex pdictis quomodo imputatur. ꝛ quomodo nō. Et quomodo fit cōtra hoc preceptū. ꝛ quomodo nō. Uoluntate autē iuste et iniuste. Juste quādo debita causa iustus ozdo. iustus animus iudicis occidētis. ꝛ nō est in hac prohibitione. Iniuste quādo aliquod istoruz triū deest. ꝛ fit tribus modis. Cōsilio. ꝓcepto. facto. sicut dicit canō. Martini. ꝛ istud homicidiū vniuersaliter ꝛ distincte ꝛ ꝓprie hic ꝓhibetur. ¶ Cum ergo q̄ritur vtrum ꝓhibeatur hic occisio quolibet modo dicta. dicendū ꝙ ꝓprie hic prohibet occisio corpalis. Improprie vero ꝛ ex cōsequēti ꝛ interpretatiue occisio spūalis. Si enim aia melioz corpore: ꝛ vita aīe melioz vita corporis: ꝛ mors aīe peioz morte corpis. Mui ergo ꝓhibet inferendaz mortē corporalē: multomagis ꝓhibet inferendā mortez spūalem. nō tamen ꝓprie potest dici ab aliquo inferri mors spūalis alicui: quenadmodū mors corporalis. Mors enim corporalis inferꝛ alicui per causam ꝛ violentiā. Mors vero spūalis culpe nō pōt inferri alicui ab aliquo: nisi ꝓ occasionem: qz culpa nō potest fieri in nobis nisi nobis volentibus ꝛ cōsentientib⁹: q̄uis occasio possit esse i verbo ꝛ facto. ꝛ ideo occisio spūalis dicitur inferri improprie et interpretatiue: qz ꝓ occasionem nō ꝓ causaz. ¶ Ad illud qō obijcitur de mendatio ꝛ quolibet peccato mortali ꝙ occisio est. dicendū ꝙ quod libet peccatū mortale effectiue dicit occisio spūalis: qz ex quolibet aīa occidit: sed nō formaliter: ni si solū illa que sunt occasio alteri peccādi. i. spūaliter moriendi sicut est mali psuasio. vel factū inimus rectū pbens alteri occasionez ruine: vel ꝙ moriatur in ꝑscientia ꝓpria ꝓ odium. vt ibi nō viuat ꝓ amorez. vel ꝙ moriatur in ꝑscientia alterius per detractionez. vt ibi nō viuat ꝓ bonam opinionez. ¶ Ad illud vero qō q̄ritur. vtrū illud preceptū sit generale dicenduz ꝙ nō: immo est speciale. Et ad illud Aug. ꝙ homicidiū intelligitur ois motus ad nocendū: intelligendum cum determinatione quo. s. nocet ꝑsone: non quo ad res ꝑsone: sed quo ad esse ipius ꝑsone. ꝛ ideo nō obstat qō obijcit de furto: ꝛ falso testimonio et aliꝭ. ¶ Similiter ad aliud qō dicit ꝙ subtractio beneficentie prohibetur hic et nocumentū generaliter. patet de nocumento. De subtractione vo beneficentie similiter dicendū ꝙ nō intelligitur generaliter: sed subtractio solum debiti beneficij in casu necessitatis ex quo mors ꝓtingit. ¶ Ad illud autez qō obijcit de iniqtate ꝛ iniusticia: similiter dicendū ꝙ illud nō dicitur generaliter: sed solū de iniusticia ꝛ iniquitate qua per oppressionem alicuius infert mors vel acceleratur. Ad homicidiū enim pertinet inferre statim mortem vel accelerare mortem. ¶ Ad illud ꝛo beati Petri iam patet responsio. Nam detractio non dicitur mors nisi interpretatiue ꝛ improprie. ¶ Ad sequentia vero patet responsio. Mā prohibetur sm intētionem legis homicidiū voluntatis ꝛ operis: vel cooperationis: Quis sm intellecum carnalium iudeoꝝ intelligeretur solū de homicidio operis vel cooperatiōis. ¶ Ad vltimum vero quod queritur. s. quare nō est prohibitio voluntatis distincta circa occisionem sicut circa mechiam ꝛ furtuz: responsum est supra questione de numero preceptoruz: ꝛ infra amplius declarabit.

Ad illud Petri.

Rñsi. ad alia.

Questio.xxxv. de sexto

precepto. Non mechaberis.

Ranseūdum est

ad sextuz preceptū: quo dz nō mechaberis. Circa qō inqrenda sunt plura. Primo vtrum sit preceptū prime tabule vel secunde. Secundo vtrū sit preceptū morale legis nature vel morale discipline. Tertio vtrū coitus maris et femine nullo addito sit prohibitus hoc precepto. Quarto vtrum concubinatus prohibeatur. Quinto vtrum coitus fornicarius. Sexto vtrum coitus incestuosus. Septimo vtruz bigamia. Octauo vtrum coitus cōiugalis inordinatus. Nono vtrum mechia mentalis vel corporalis prohibeatur hoc precepto. Decimo de comparatione huius precepti ad alia.

Utrū sit preceptū prime tabule vel scde.

Quembzum primum

PRo primū obijcitur sic. Deute. v. super illud. non mechaberis. glo. Adulterium prohibet carnale vel spirituale. Et iterū spiritualis fornicatio est idolatria et scripturarum expositio praua. Sed constat ꝙ prohibitio idololatrie pertinet ad primū preceptū prime tabule: ꝛ prohibitio praue expositiōis scripturarum ad secundum preceptum prime tabule: nō assumes nomē dei tui in vanū: ergo illud ꝓceptuz extendit ad preceptū illud prime tabule. ¶ Item Isido. fornicatio carnis adulteriū est: fornicatio animi seruit⁹ idoloꝝ. est etiā spūalis fornicatio de qua dicit dñs. Mui viderit mulierē ad cōcupiscendū ea ꝛc. Cū igit hic gnaliter ꝓhibeat fornicatio ꝛ idololatria sit fornicatio anim: idololatria hic ꝓhibet. ¶ Si dicat ꝙ ꝓceptū illud pōt accipi ꝛaliter ꝛ allegorice. Allegorice acceptū ptinet ad pmā tabulam: in q̄ phibet idololatria ꝛ hereſis: q̄ sunt fornicatio spūalis. Uraliter ergo intellectū est ꝓceptū scde tabule. Cōtra. j. ad corin. vj. Nescitis qm̄ membra vestra tēplū sunt spūs. ꝛ in eadē epla. c. iij. Si qs tēplū dei violauerit dispdet illū deus. Inde arguit. Si violatio tēpli exterioris est sacrilegiuz: ꝛ cōtra preceptū prime tabule in quo precipit honoz dei: ergo multo magis violatio tēpli interioris ꝛ spūalis erit sacrilegiū ꝛ cōtra ꝓceptū prime tabule. Cū ergo fornicatio corporalis templū dei spūale polluat: erit sacrilegiū ꝛ cōtra ꝓceptū prime tabule. ¶ Itē in preceptis scde tabule ꝓhibet lesio ꝛ iniuria primi. Sz in simplici fornicatiōe nulla est iniuria primi: qz est cū soluta: que nō est alicuius propria: sed sue potestatis: nec inde aliqua est q̄ri-

Cōtra arg. j.

Secundum

monia: ergo nõ est prohibitio illius precepti secũde tabule. ¶ Solutio. sicut dr in. ij. Ezech. Liber sacre scripture scriptus est int⁹ τ foris. Intus quãtum ad spũalem intelligentiam. Foris quantũ ad litteralem. Si ergo illud preceptũ attendatur quãtum ad intelligentiã spũalẽ: τ hoc improprie: erit illud preceptũ idẽ primo pcepto prime tabule: quo phibetur idololatria: vel scdo quo phibet heresis que dicuntur fornicatões Osee. ij. De synagoga τ heresi auferat fornicatiões suas a facie sua τ adulteria sua de medio vberum suorũ. Si autẽ attendatur illud preceptũ scdo modo τ pprie: prohibetur hic fornicatio corporalis: τ hoc modo est preceptũ scde tabule. De ista aũt fornicatiõe q̃ sic prohibet in hoc pcepto dr. j. ad Corin. vj. Corpus aũt nõ fornicationi sz dño. ¶ Et si obijciatur φ precepta decalogi litteralia sunt τ nõ allegorica: τ ideo preceptũ illud solũ litterale erit τ non allegoricum. Dicendũ φ pcepta decalogi duplicẽ habẽt respectũ. Unũ ad legẽ litteralem: que est lex naturalis cui⁹ explicatio sunt: et hoc modo solũ sunt lralia. Aliũ ad legẽ figuralẽ que est lex moysi: in qua explicita sunt: que est lex vmbre τ imaginaria: sicut dicitur ad Hebre. x. τ hoc modo allegoricã interpretationem recipiunt ¶ Ad illud vero qð obijcitur in cõtrariũ de violatione tẽpli: dicendũ φ nõ est simile de templo materiali τ spirituali. Nam templũ materiale nõ honoratur nisi pp̃ter cultum dei: τ ideo violare illud est iniuriari deo proprie: proxim⁹ vo honoratur: τ q2 proximus: τ q2 dei templũ: vnde iniuria proximi quia est proximus: nõ est proprie iniuria dei. Iniuria vero q2 templum dei: methaphorice dr iniuria: queadmoduz homo vel corpus hominis dicitur templum: τ ideo methaphorice dicitur sacrilegiũ τ improprie. ¶ Ad vltimũ qð obijcit dicendũ φ in simplici fornicatione fit iniuria primo: q2 nomine proximi intelligit homo in vtroq3 sexu. vnde q̃uis mulier sit soluta: τ etiã velit hoc nihilomin⁹ tamen ei fit iniuria: queadmodum si de voluntate tua esset φ ego interficerem te: nihilominus tamen si ego interficerem te facerem tibi iniuriam: vnde q̃uis nullus conqueratur: nihilominus tamen vterq3 leditur: q2 vterq3 spiritualiter interficitur: τ q̃uis nõ lederet ali⁹ sicut cõtingit in peccato molliciei: illa eadem prohibitione qua prohibetur pollutio alteri⁹: prohibet pollutio sui: queadmodum in precepto quo prohibetur occisio alterius prohibetur occisio sui.

Responsio. — Solo ad contra. primũ — Ad secundũ.

Membrum secundum.

Utrũ hoc preceptũ sit morale legis nature vel discipline. — Ambro.

Deinde queritur vtrum istud preceptum sit morale legis nature: aut morale discipline. Ad qð sic Ambro. in li. de patriarchis. Dixit sara ad Abraham: ecce nunc conclusit me dominus ne parerem: intra ergo ad ancillam meam. Gene. xvj. Considera primum φ Abraham ante legem moysi τ ante euangeliũ fuit τ sequit: nõ ergo in legẽ cõmisit abraham: sed legẽ preuenit. ¶ Item idem in eodem. Deus in paradiso coniugiũ laudauerat: nõ adulterium damnauerat. Ex his ergo relinquitur φ adulterium ex lege est damnabile: ante legem vo non erat damnabile. Est igitur malum quia prohibitum ex lege. Est igitur morale discipline. ¶ Contra ad Roma. ij. Cum gentes que legem nõ habent naturaliter ea que legis sunt faciunt: ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. constat φ opus legis scriptum non potest intelligi de preceptis cerimonialibus: nec de preceptis iudicialibus pluribus que sunt ex institutione: ergo hoc intelligitur de preceptis decalogi moralibus: ergo omnia precepta decalogi sunt moralia legis naturalis. ¶ Item sicut ibidẽ dicit glo. Lex naturalis est nemini iniuriam inferre: nihil alienum preripere: alieno cõiugio nõ insidiari. Sed omnis adulter insidiatur alieno cõiugio: ergo peccat cõtra legem naturalem. ¶ Itẽ ibidem dicitur vt breuiter dicatur. Lex naturalis est nolle alij facere qð tibi non vis fieri. Sed nullus vellet vt ad suã aliquis alius accederet voluntate ordinata: ergo quicunq3 adulteratur trãsgreditur legem naturalem. Qð concedẽdũ est. ¶ Ad illud autem qð primo obijcit: dicendũ φ illud qð dicit Ambro. de abrahã: φ nõ cõmisit in legẽ coeũdo cum Agar: verum est φ hoc non fecit sua autoritate sed diuina dispensatiõe. Preterea hoc dicit Ambro. ad excusationem illius facti abrahe: cui⁹ intentio est dicere: φ Abraham nõ peccauit cõtra legem positam: que adhuc nõ erat: τ hoc est quod dicit non in legẽ cõmisit sed legẽ preuenit. Itẽ nõ peccauit contra legem naturalem: q2 non affectu implende libidinis hoc egit: sed querende posteritatis τ multiplicationis humani generis: qð procedebat de dictamine legis naturalis: maxime cuz nondum esset multiplicatio hominum ad dei cultum: τ hoc est qð dicit: non ardore aliquo succensus libidinis coniugalem postposuit thorũ ancille contubernio: sed studio querende posteritatis τ propagande sobolis. Adhuc enim post diluuium raritas erat humani generis. Item non peccauit contra legem seu ius rationis: vnde ibidem dicit Ambro. φ studiũ posteritatis erat tempore illo religionis: ne quis nõ reddidisse videretur debitum nature. Ius autem ratiõis dictat vt reddatur vnicuiq3 qð suum est. ¶ Ad illud qð obijcitur: φ de⁹ ante legem adulterium non damnauerat. dicẽduz φ est damnatio quantum ad culpã τ ad reatuz pene eterne: τ est damnatio quantũ ad crimen τ reatum presentis pene. Et est differentia inter culpã τ crimen. Nam culpa est peccatũ quodcunq3. Crimen vo nõ nisi illud qð est dignum accusatione τ presenti punitione. Primo modo adulteriuz semper fuit damnabile. Secundo modo a tempore legis qua precipiebatur puniri adulterium. Unde Ambro. ante legem nondum interdictum adulterium videbatur. pena criminis ex tẽpore legis erat que crimen inhibuit: nec ante legem vlla est damnatio sed ex lege.

Secundum — Contra. — Respon[sio] — Solo ad a[...] ot ambro. — Ad secund[um]

Membrum tertium.

Utruz coitus maris τ femine nullo addito prohib[eatur] hoc precep[to].

Queritur postmodũ vtrũ coitus maris τ femine nullo addito phibeatur hoc precepto. Ad qð sic dicit Augusti. φ sicut se habet cibus ad salutem hominis sic coitus ad salutẽ humani generis. Sz sic se habet cibus ad salutez hominis φ cibi sumptio semper est licita et non prohibita: ergo coitus maris τ femine qui est ad salutem humani generis licitus erit τ non prohibitus. ¶ Item φ prohibetur in pceptis decalogi est malum sm se. Sed coitus non est sm se malũ. ergo τc. probatio medie. nullus actus nature sm se malus est. Coit⁹ vero actus est nature. ergo. τc. ¶ Itẽ nullus actus qui nec ex determinatione circũstantie: nec ex materia debita est vitupabilis: est malum vel ex genere vel circunstantia. Coitus autem est hmõi. Contra. j. ad corin. vj. Qui fornicatur in corpus suũ peccat. Glo. In fornicationis opere totus homo absorbetur a carne: vt iam dici non possit ipse animus suus esse sed simul totus homo dici possit caro. Sed opus fornicatiõis q̃tum ad hoc non plus efficit q̃ coitus non

Contra [...] citur. — Argumen[tum]

tus non fornicarius. coitus igit de se est actus inordinatus. ergo maluz. ergo alicubi prohibituz: sz non alibi q̃ hic ¶ Item dicunt sancti φ in opere coniugali nõ datur spiritus prophetie propter captiuationem rationis. Coitus igitur maris τ femine facit vt homo non sit in participatione gratie. ergo malum. Unde hiero. super mathe. Tempore quo cõiugales actus geruntur presentia spiritus sancti non dubitatur: τ si prophetia vere dicatur: qui officio generationis obsequitur. ¶ Item dicit aug. φ sanctiora sunt cõiugia pari voto cõtinẽtiũ. τ dicit ad editiam. Tãto sanctius cõiuges manebatis. quanto sanctiora concorditer placita seruabatis: sicut fuit cõiugiũ Marie τ ioseph. Ex quo relinquitur. φ recessus a carnali copula in cõiugio est accessus ad sanctificationez. ergo accessus ad copulam est maluz. ergo coitus sm se est malũ ergo prohibitum. sed non alibi q̃ hic. ¶ Itẽ omne quod excusatione indiget sm se est vituperabile. Sed coitus ad hoc φ fiat licite: necesse est φ p matrimonium excusetur. vt dicit aug. in sermone de verbis apostoli. ergo sm se est malum: siue in genere. ¶ Itez si aliquis actus addita circumstãtia est licitus: ipsa vero remota non est licitus est malum in genere. Sed coire solum addita circumstãtia ista cum sua seu cõiugaliter est licitum. remota non. ergo τc. ¶ Solutio dicendum φ coitus masculi τ femine quantum est de ipso actu bonuz est nature in se. In genere vero moris indifferens sicut comedere τ bibere. quia põt bene fieri τ male. Unde aug. in li. cõtra Iouinianum. Usus naturat τ licitus est sicut i cõiugio. τ illicitus sicuti in adulterio. contra naturam semper illicitus. Sed notandum φ indifferẽs dicit duobus modis. Uno modo φ cum de se non sit malum indifferens potest fieri: quemadmodũ comedere. ambulare. alio modo indifferens dicitur quod cuz sit bonuz põt bene fieri τ male. non tamen indifferenter potest exerceri nisi addita debita circũstantiã. sicut iurare quod non est licitum fieri nisi exigente vel interueniẽte debita causa. tale indifferens est coire. qð non est licitum fieri: nisi cum sua cõiuge. Et ratio huius est quia quidam actus respiciunt statuz singularis persone: q̃dam vero actus respiciunt statum nature vel cause vniuersalis. Primi actus indifferenter possunt exerceri non addita circumstantia indebita: quales sunt qui dicti sunt ambulare τ comedere. Scdi actus non possunt indifferenter exerceri nisi addita debita circũstantia. et hoc est propter excellentiam actus respiciẽtis causam vniuersalẽ. sicut iurare: qð respicit causaz vniuersalem. s. primã veritatẽ. τ coire: qð respicit cãm vniuersalem. s. multiplicationẽ speciei. Itẽ notandum φ indifferens dr vno modo non habens maiorem inclinationem ad bonum q̃ ad malum vel ecõuerso vt ambulare. alio mõ dr indifferẽs qð potest bene τ male fieri: tñ magis inclinatur ad malũ q̃ ad bonum vt iurare. cuius frequentia sepe vertitur in periculum periurij post peccatum. silr coire rõne cõcupiscentie fomitis magis trahit ad inordinationem libidinis q̃ ad bonũ fecũditatis post lapsum hois. ¶ Ad illud ergo qð primo obijcitur φ ois coitus est actus inordinatus. dõm φ coire põt dicere actum absolute virtutis generatiue ad multiplicationẽ spẽi. τ sm hoc nihil ponit inordinatum put esset in statu nature bñ cõstitute. alio mõ põt dicere actũ cui cõcreata est corruptio. Et sic rõne actus non dicit aliqð inordinatum: sed naturale bonum. Rõne vero corruptionis cõcreate q̃ est ei cõnaturalis post peccatum: ita φ cõuersuz sit vitiũ in naturã: τ cõcomitatur actum inordinatio non tñ sequitur φ ois talis actus sit inordinatus sed φ nullus est sine inordinatione. ¶ Ad scdm p hoc idem pz rñsio. q2 φ donum prophetie subtrahitur per coitum coniugalẽ: hoc nõ est propter inordinationem seu maliciam actus: sed propter inordinationẽ delectationis annexe. vñ nõ sequit ex hoc φ coire sit malum: sed q2 est cum malo. ¶ Ad aliud silr rñdendum φ cõiugiũ sanctius dr in cõtinẽtia a carnali copula. nõ pp̃ter elongationem ab actu qui est naturalis: sed pp̃ter elongationem a corruptione libidinis: qui est innaturalis sm quẽ modum perfectius dicitur nõ iurare q̃ iurare ex debita cãsa. non ratione elongationis ab actu: sz ratione elongationis a periculo periurij. ¶ Ad aliud similiter patet respõsio. quia φ coitus post lapsum indiget excusatione: hoc est ratione delectationis ãnexe. non ratione actus ratione cuius solum indiget debitis circũstantijs. Et ideo in genere moris est indifferens. ¶ Ad vltimũ ex predictis pz rñsio. Nã φ coire nõ sit licitũ nisi adhibita debita circũstãtia. hoc nõ est propter inordinationẽ actus in se: sed propter excellentiã ordinis act⁹ qui respicit nõ tñ statũ singularis sed statũ nature vlis. τ iõ q2 respicit statũ reipublice: nõ põt indifferenter exerceri nisi adiuncta debita circũstantia sicut infra declarabitur.

Scdm. — Tertium. — Quartum — Quintum. — Sextum. — Aug. cõtra Iouinianũ. — Solu. ad. j. cõtra. — Ad secunduz — Ad tertium — Ad quartum — Ad quintum

Membrum quartum.

U. cõcubinarius phibeat hoc pcepto.

Postea queritur de cõcubinatu. vtrũ prohibeatur: est aũt differentia τ sm leges humanas τ diuinã. inter cõiugẽ. cõcubinã τ meretricẽ. Nã cõiux est que assumit i indiuiduã vite cõsuetudinẽ. Cõcubina que accipitur separabiliter. s. ad tps ad querendũ plẽ. Meretrix que accipit solũ ad explẽdam libidinẽ. Scdm hoc querit vtrũ coitus cõcubinarius prohibeat hic.

¶ Ad qð arguitur p exẽplum abrae Geñ. xvj. q̃ pp̃ter sterilitatẽ vxoris sue ingressus est ad agar egiptiaz cõcubinã: vt ex ea filiũ acciperet. Sed in hoc laudat abraã. ergo τc. ¶ Item exẽplo iacob q̃ habuit plures cõcubinas Balam τ zelphã ancillas Lye τ Rachelis. sicut dr geñ. xxvj. vñ geñ. xxxv. dicitur φ Ruben dormiuit cum Bala cõcubina patris. ¶ Item exẽplo dauid qui legit placuisse deo habẽdo cõcubinas. de quibus dr. ij. reg. xvj. Ingressus est Absalon ad cõcubinas patris sui coram vniuerso israel. ¶ Itẽ ante institutionez matrimonij inter adam τ euã. de quo habet. ij. geñ. Dixit dñs ad adam τ euam geñ. j. Crescite τ multiplicamini. ergo ex precepto dñi habuit adam euã vt sociaz ppagande sobolis ante institutionẽ matrimonij. ergo habuit eam vt cõcubinã. ¶ Ite nullus faciens sm preceptũ dñi peccat. Sed vir cõcubinarius cuz sua cõcubina coiens propter prolẽ multiplicandaz facit sm illud preceptũ. crescite τ multiplicamini. ergo nõ peccat: sed facit qð licitũ est. ¶ Itẽ de lege naturali est. vt qð in nullius bonis est occupanti cõcedat. vñ comedere illud qð nullius iuris est simpliciter est licitum. ergo coire cũ illa q̃ nullius iuris est: est simpliciter licitũ. s. cuz illa q̃ soluta est a lege cõiugij. ¶ Itẽ aug. Uti re ad illud ad qð est: est recte vti sicut vti cibo pp̃ter sustẽtationẽ corporis ẽ recte vti. q2 ad hoc est. ergo vti coitu ad procreationem prolis est recte vti: q2 potentia ad hunc actuz scz vis generatiua propter hoc data est. ergo simpliciter licitus est coitus concubinarius prout su

Arg. p exẽplũ p̃triarcharuz. — Scdm. — Tertium — Quartum — Quintum — Sextum. — Septimum Aug.

[Octauum] pra determinat⁹ est. ¶ Itē coit⁹ cū soluta aut ꝓ
hibet q̄r ſm se malū est. aut nō q̄r malū: sed ꝓpter
aliqd bonū vt ꝓpter bonū obediētie ade nō come
dere de ligno sciētie. Si primo mō. ergo erit ꝯtra
legē naturalē. q̄r omne malū ſm se ē ꝯtra dictamē
legis naturalis. Cōtra. lex naturalis determinat
coeundū masculū cū femina ꝓpter multiplicādā
speciē: nō aūt determinat suā vel nō suā. Relinq̄
tur ergo ꝙ coire nō ē cōtra legē naturalē: ꝛ ita nō
ſm se malū. Si scdō mō cū nō ꝓhibeat in decalo
go q̄r nō dr̄ nō coibis cū femina: ſʒ dicit. nō mecha
beris: hoc est non coibis cum aliena. nec in alia
scriptura: ergo simpliciter ē licitū: licitū eīm ē qd
[Nonum.] nullo iure ꝓhibetur. ¶ Itē cuʒ ista possit se dare
ad semp isti ad actū coitus: cū sit soluta poterit se
dare ad temp⁹. ergo potest se dare isti i cōcubinā.
¶ Itē quare cōsensus ad tēpus nō excusat coitū si
cut consensus ad semper. ¶ Contra. j. Corint. vj.
Propter fornicationeʒ vnusquisqꝫ suā habeat. et
vnaqueqꝫ virū suū habeat. Glo. Propter fornica
tionē vitandā vnusquisqꝫ habeat suā nō alienaʒ.
vxorē nō cōcubinā. ergo coitus ꝯcubinarius ē for
nicarius ꝛ illicitus. ¶ Itē augus. de. x. cordis. Nō
mechaberis idest nō ibis ad aliquā aliā ꝑter vxo
rem tuam. ¶ Item de lege naturali non solum
est liberorum generatio: sed educatio et heredita
tio sed educatio filiorum et hereditatio nō possunt
esse nisi inter parētes sit indiuidue vite ꝯsuetudo
ergo lex naturalis nō approbat coitū nisi illū qui
est inter coniuges indiuiduā vite cōsuetudinē re
tinentes. Reprobat igitur coitū cōcubinarium.
¶ Itē de lege naturali est. fac alij qd tibi vis fieri:
qd debet intelligi de rōne ordinata. Sed de rōne
ordinata per naturā vult vir ꝙ affectus mulieris
cū qua copulat ei adhereat inseparabiliter. ꝛ ecō
uerso: ergo de lege naturali tenent inuicē insepa
rabiliter adherere. Secundū legē ergo naturaleʒ
nō approbatur coitus ꝯcubinarius: in quo nō est
inseparabilis adhesio. ¶ Solutio. dōm ſm aug. i
[Responsio. Augustinus.] li. de bono ꝯiugali. Cōcubine ad tēpus adhibite:
et etiā si causa filiorū ꝯcubant. iustū faciūt ꝯcubi
natū: vnde distinguendū est ꝙ cōcubinatus dicit
duob⁹ modis. Uno mō assumpta temporaliter ad
proleʒ ꝓducendā. Assumpta tēporaliter dicit: ad
differentiā vxoris. ad prolem ꝓducendā ad diffe
rentiam meretricis. Gen ex. xxij. Concubina: Na
chor peperit ei filios. alio modo sumpta insepara
biliter ad semper. sed conditionis seruilis. Pri
mo modo concubine non sunt vxores. et coitus cō
cubinarius est fornicarius et illicitus contra le
gem naturalem et scriptam: sicut ostensum est. ꝛ
ſm se maluʒ. Tum quia est contra ius publicum
nature ad conseruationem quod dictat⁹ filiorum
procreationem cum educatione ꝛ hereditatione:
vt in eis saluetur genus humanuʒ. quod non pos
set esse nisi esset copula inseparabilis parentum.
Tum quia contra ius rationis priuatuʒ quod di
ctat non facere alij quod tibi non vis fieri. ꝛ face
re alij quod tibi vis fieri. Uult autem quilibet vir
vt affectus eius cui copulatur inseparabiliter si
bi adhereat. et econuerso. Secundo modo concu
bine sunt vxores. sed tamen non dicuntur vxores
[Patz solu. de exēplis patrū] concubine: quia non erant principales: ꝙuis se
cundum veritatem essent vxores. vnde. xvj. geñ. di
citur quod Sara dedit Abrahe agar vxorem. et
xxx: dicitur quod Rachel dedit Balam ancillam
viro in coniugium vt de ea susciperet prolem ꝛ ſm
hoc cōcubinarius coitus est coniugalis: vnde ſm
hoc patet responsio ad illud quod obijciebatur
de exēplis patrum. Abraā. iacob ꝛ dauid. ¶ Ad il
lud vero qd obijcitur ꝙ ante institutionem matri [Ad quartum]
monij dictū est. Crescite. respondendū dupl'r: quia
aut illud dictū est ꝑ anticipationē vt determina
retur institutio perfecta humani gn̄is. ꝛ tūc nulla
est obiectio. Aut distinguēdū est ꝙ institutio ma
trimonij quantum ad rem que determinatur cuʒ
dicitur masculū ꝛ feminā creauit eos. ꝛ sequit cre
scite ꝛ multiplicamini: ꝛ quantum ad sacramētū
cum dictum est hoc nūc os ex ossibus meis. ꝛ qd ꝑ
ceptum est ante institutionē matrimonij. Crescite
ꝛ multiplicamini dictū est nō ꝙ ante institutionē
fieret sed post. ¶ Ad illud qd obijcitur ꝙ fornica
tor facit ſm illud preceptū dei. crescite ꝛ multi. ꝛc. [Ad quintum]
dicendum ꝙ ante multiplicationē humani gene
ris fuit preceptum. non quibuscūqꝫ: sed ꝯiugibus
vt adam ꝛ eua qui fuerunt coniūcti per matrimo
nium statim post fornicationē eue de latere viri.
Unde statim dixit adam. Hoc nunc os ꝛc. propter
hoc relinquet homo patrem ꝛ matreʒ ꝛ adherebit
vxori sue. Et geñ. ix. Noe ꝛ filijs cuʒ vxoribus suis.
Post multiplicationē vero humani generis ꝛ per
fectionem in incarnatione xp̄i non est preceptum
sed indulgentia. j. cor. vj. Reuertimini in idipsuʒ
ꝛ sequitur. hoc aūt dico ſm indulgentiaʒ non ſm
imperium. ¶ Ad illud qd obijcitur ꝙ in nullius
bonis est occupanti conceditur dicendū ꝙ nō in [Ad sextum.]
telligit de q̄buscūqꝫ rebus. Non enim intelligitur
de rebus naturali iure cōmunibus. vt sunt aqua ꝛ
aer ꝛ littora: que sunt naturali iure publica. nec de
rebus comunibus iure humano: vt de rebus vni
uersitatis. vt sunt in ciuitatibus teatra ꝛ stadia ꝛ
hmōi. nec de rebus sacris ꝛ religiosis. qd enim di
uini iuris est in nullius bonis est. Sed intelligit
solum de rebus appropriabilibus. vt terra q̄ a nul
lo fuit possessa: ꝛ fere: ꝛ aues. sicut dicit humana
lex. ij. li. institutionū. de rerum diuisione. Unde ꝑ
sona rōnalis excipitur: que ad dei imaginem con
dita est. Geñ. j. ꝛ. ij. ꝛ sui arbitrij ꝛ p̄tātis. Eccli. xv.
Reliquit eū in manu ꝯsilij sui diuini iuris ꝛ sui. vñ
non ꝯceditur occupanti nisi diuino iure ꝛ propria
voluntate interueniente in ꝯsensum coniugalem
ꝛ ita non est simile de comestione rei que in nulli⁹
bonis est: ꝛ de coitu cum soluta a lege coniugij. ꝙ
uis enim sit soluta: tñ est diuini iuris sicut tēpluʒ
sanctum: q̄r ad imagineʒ dei ꝛ sui iuris q̄r liberi ar
bitrij ꝛ potestatis. ¶ Ad illud aug. ꝙ vti re ad illd [Ad septimū]
ad qd est: est recte vti. dōm ꝙ non est generaliter
verum: nisi cum vtimur re ad illud ad qd est licito
ꝛ debito modo. Illicitus autē modus est vti coitu
non coniugaliter. ꝛ ꝙuis propter prolem fiat non
erit licitum. Unde aug. de bono coniugali. Sicut
sanctius est mori fame ꝙ idoloticis vesci: ita san
ctius defungi sine liberis. ꝙ ex illicito coitu stirpē
querere. ¶ Ad illud qd post queritur an sit malum [Ad octauum]
ſm se. dicendum ꝙ sic. ꝛ cum obijcit ꝙ non est cō
tra legem naturalem. distinguendum ꝙ est lex na
turalis a natura generis sicut dicit Isido. Natura
le est qd natura docuit oīa aīalia. vt masculus cuʒ
femina. ꝛ hoc modo verum est. Item est lex natura
lis a natura speciei. s. rationalis. vt non facias alij
qd tibi non vis fieri. ꝛ fac alij ꝛc. ꝛ hoc modo est cō
tra legem naturalem: vt supra dictuʒ est. Circa au
tem legem secundo modo dictam que est dictamē
rationis accidit malicia ꝛ peccatum.
¶ Ad illud quod obijcit ꝙ soluta mulier pōt se li
cite dare ad semper. ergo ꝛ ad tempus. dicendum [Ad nonum]
ꝙ non sequitur: q̄r dare ad semper est ſm legeʒ na
turalem rationis. Sed se dare ad tempus est con
tra legem naturalem ꝛ diuinam vt supra dictū est.
¶ Ad vltimum patet solutio ex iam dictis.

Mēbrū quintū.

Membrum quintum

[U. fornicatio simplex ꝓhibeat hoc precepto. Arg. j.] Queritur ꝯsequēter vtrū fornicatio sim
plex prohibeatur isto legis precepto. ꝛ ꝙ
uis videatur relinqui ex ꝑcedētibus: tñ
obijcit in hunc modū. Nullus actus na
turalis prohibet lege decalogi sed solū actus vitio
sus prohibet ꝛ virtuosus ꝑcipit. Sed fornicatio est
actus naturalis. Ro. j. Mutauerūt naturalē vsuʒ
in eum qui est ꝯtra naturā. Glo. naturalis vsus ē
viri cū muliere. ergo nō ꝓhibet in decalogo.
[Scdm.] ¶ Itē sicut dicit aug. Decalogus est renouatio le
[Tertium.] gis naturalis. Sed actus fornicarius est ſm legeʒ
naturalē. ergo ꝛc. ¶ Itē geñ. xxxviij. Cū thamar re
misit iude que dederat ei ꝓpter libidinē suā explē
[Quartum] dam: dixit. iustior me est: q̄r nō ꝯstituerat se nisi cā
prolis propagande. ¶ Itē Osee. j. Precepit dñs ꝓ
phete facere filios fornicationū ꝛ accipere fornica
[Quintum] riam. Sed dñs non precepit peccatū: nec ſm se ma
lum. ¶ Itē ſm ius naturale oīa cōia. ergo ſm ius
[Sextum.] naturale pōt quilibet vti qualibet. ergo fornicatio
nō est ꝯtra ius naturale. ¶ Itē in his q̄ a iure na
turali procedunt non ꝯtingit peccare. Sed coniū
[Septimum Amb.] ctio maris ꝛ femine ꝓcedit a iure naturali. ergo ꝛc.
¶ Itē. j. ad Thi. iiij. Exerce teipm̄ ad pietatē. Am
bro. Ois sn̄ia discipline xp̄ianę in pietate ꝛ miseri
cordia ꝯsistit. quā aliquis sequēs etiā si lubricum
carnis patiatur sine dubio vapulabit sed non peri
bit. ergo nō est mortale pctm̄: ergo nec prohibetur
[Octauum Aug.] cū oē prohibitum mortale sit. Nā veniale peccatū
non prohibet. ¶ Itē aug. in qōnibus sup exod. xx.
Ois mechia fornicatio dr̄ etiā in scripturis. ſʒ vtrū
ois fornicatio mechia possit dici in eisdem scriptu
ris nō mihi interim occurrit expressum lectionis
exēplū. Sed si ois fornicatio mechia dici non pōt:
nisi sit in decalogo prohibita: illa fornicatio quaʒ
faciunt qui vxores nō habēt: cū feminis que viros
[Contra.] non habēt: an inueniri possit ignoro. ¶ Cōtra. he
bre. vlti. fornicatores ꝛ adulteros iudicabit deus.
Sed iudicare ibi accipitur pro condemnare. Si er
go fornicationis ꝛ adulterij est similis damnatio:
ꝛ similis ꝓhibitio. ergo cū isto precepto prohibea
tur adulterium: prohibetur sil'r ꝛ fornicatio.
¶ Item deut. xxiij. Non erit scortator de filijs isrl'.
ꝛ ꝯstat ꝙ ista prohibitio est moralis. ergo emanat
a precepto decalogi. Sed nō nisi ab isto. ergo ꝛc.
[Rñsio. Aug.] ¶ Itē fornicarius actus dr̄ coitus libidinosus. Sʒ
ois talis actus ſm se est culpabilis. Item ad idem
sunt rōes supra posite. ¶ Sol. ſm aug. sup exo. xx.
furti noīe bñ intelligit omīs illicita vsurpatio rei
aliene. Nō enim rapinam permisit qui furtū pro
hibuit. sed vtiqꝫ a parte totum voluit intelligi q̄c
quid illicite rerum proximi aufert. Sic ꝑfecto no
mine mechie oīs illicitus coitus atqꝫ illorum mēbro
[Sol. ad arg. Primum.] rum non legitimus vsus prohibitus dʒ intelligi.
Ex quo pʒ fornicationē esse prohibitā hoc ꝑcepto
¶ Ad ea ergo que primo obijciuntur notādum ꝙ
fornicatio in coitu cū soluta fit duobus modis.
Uno modo intentione explende libidinis in non
sua. Alio modo intentione propagande prolis i nō
sua. ꝛ vtroqꝫ modo fornicatio est actus vitiosus. ſʒ
primo mō dupliciter. Tū ex inordinatione actus
circa materiam. Tum ex inordinatione circa finē.
scdō mō ex inordinatione actus circa materiaʒ so
[Ad secunduʒ] lum. Intermēda ergo est propositio qua dr̄ ꝙ for
nicatio est actus naturalis. ¶ Ad illud ergo qd
obijcit ꝙ naturalis vsus est viri cū muliere: pʒ rñ
sio ex ꝑdictis q̄r a natura gn̄is verū est ſm quaʒ est
ius qd natura docuit oīa aīalia: vt masculus cum
femina. a natura spēi que est rōnalis nō erit natu
ralis vsus nisi sit viri cū muliere sua. vñ fornicatio
non est naturalis actus hoc mō. peccatum vero so
domiticū ꝯtra naturā est vtroqꝫ modo. ꝛ ideo ne
phandissimū. ꝛ per hoc pʒ rñsio ad secundum.
¶ Ad tertium qd obijcitur ꝙ dixit iudas de tha [Ad tertium]
mar. iustior me est. dōm est ꝙ abusiua est cōpara
tio. nō enim ꝑ hoc dʒ intelligi fieri cōparatio iusti
cie ad iusticiā: ſʒ tropice iniusticie minoris ad ma
iorem. vt fornicationis que est in intentione ꝓlis:
ad fornicationē que fit sola voluntate libidinis. [Ad quartum]
¶ Ad quartum dōm ꝙ illud qd Osee dr̄ ꝙ accipe
ret fornicariā: intelligit duobus modis. Uno mo
do vt intelligatur de acceptione: que est in coniu
gium: ꝛ tunc mulier que prius fornicaria erat iam
coniunx effecta est. Alio mō vt intelligatur de acce
ptione mulieris que erat fornicaria ad filios gene
randos. ꝛ tunc fornicatio non dicit inordinationē
respectu finis: sed defectu materie debite: qui sup
plet ex diuina iussione. vt non sit vitiosus seu illici
tus talis coitus: quō dicit. b. Ber. in li. de dispen
satione ꝛ precepto. ꝙ istud preceptuʒ recipit dispē
satione a deo nō ab hoīe ꝛc. scdē tabule. Et hoc mō
respondet ſm ꝙ illud verbū prophete intelligitur
historice. Si aūt intelligatur parabolice nihil fa [Ad quintum]
cit ad propositum. ¶ Ad aliud qd obijcitur ꝙ ſm
ius naturale oīa cōia. pʒ rñsio ex dictis in questio
ne precedente: q̄r illud non intelligit de rebus nisi
cōiter ad vsum ꝯcessis: ꝛ que nō ꝑtinēt ad esse rei
singularis ꝯstituende vt sunt corpus ꝛ aīa: nec ad
esse spēi saluandū ꝛ multiplicandum: vt sunt vir ꝛ
mulier. Unde eadem rōne qua spūs carneʒ ꝛ caro
spiritum. vir lege rōnis naturalis propriā vxorem:
ꝛ mulier dʒ habere proprium virum. [Ad sextum.]
¶ Ad illud quod obijcit ꝙ coniunctio maris ꝛ fe
mine procedit a iure naturali. dicendum ꝙ veruʒ
est: non tamen sequitur ꝙ a iure naturali proce
dat coniunctio quolibet modo facta: sed cum de
bitis circūstantijs. ¶ Ad illud qd obijcitur de am [Ad septimū]
bro. ꝙ qui lubricum carnis patitur vapulabit: sed
nō peribit. dōm ꝙ hoc non dr̄ ad attenuandū pec
catum fornicationis: in qua finaliter perseuerans
incurrit penā eternā: sed hoc dicit ad cōmendatio
nem exercitij pietatis qd valet ad obtinēdam gra
tiam liberantem a lubrico carnis. ꝛ q̄r vix est aliqs
qui hac intētione se exerceat: quin obtineat gratiā
a diuina pietate ꝛ illorum quibus bñ facit suffragijs
ꝛ oratione: dicit per expressionē vapulabit: sed non
peribit: cū tñ possibile sit ꝛ cōtingat se habere ali [Ad octauū]
ter frequenter. ¶ Ad vltimum pʒ rñsio ex iam di
ctis. q̄r qd dicit aug. se ignorare: an fornicatio alicu
bi in decalogo prohibeatur. intelligit de expressa
prohibitione. ꝛ lʒ expresse non fiat de ea mētio: ꝓ
hibetur nihilominus cum dicitur. non mechabe
ris. sicut rapina: cum dicitur: non furtuʒ facies. q̄r
sicut idē dicit aug. a parte totum intelligitur.

Membrum sextum.

[U. isto precepto ꝓhibeat coit⁹ icestuosus.] Consequenter queritur vtrum hic prohi
beatur coitus incestuosus. dicunt auteʒ
incestuosum coitū contra legem consan
guinitatis vel affinitatis vel voto casti
tatis commissum. Queritur ergo vtrum incestus
vniuersaliter hic prohibeatur. Ad qd sic. dicit aug.
Nomine mechie omnem illicitum coitum debere
intelligi. Cuʒ ergo omnis incestus sit hmōi: ois in [Qd non. Argumen. j.]
cestus hic prohibetur. ¶ Contra. Incestus bñ po

tuit fieri aliqñ: ꝛ adhuc pōt casu ɔtingēte. ergo nō
est ẜm se malū. ergo nec in decalogo prohibitū. ꝓ-
batio medie: qm̄ incestus est coitus cū sorore. Sed
talis coitus licitus fuit in primis filijs: ergo aliqñ

Scdm.

incestus nō fuit malum. ¶ Itē incestus quē dici-
mus esse in coitu ɔstitutoꝝ in sacris ordinibus nō
erat illicitus tpe apl'oꝝ. ergo non semper fuit ma-

Tertium

lum. ergo nec in decalogo prohibitū. ¶ Itē eccle-
sie orietalis sacerdotes ꝛ dyacōi adhuc habēt vxo
res: ꝛ tñ habēt eosdē ordines. Incestus igitur non
est culpabilis apud oēs. ergo non est gñaliter ma-

Quartum.

lum. ergo nec in decalogo prohibitum. ¶ Item si
tpe Loth vera esset opinio filiarū nunquid culpa-
bilis esset incestus filiarum cū patre. Nā cū neces
sitas multiplicationis humani gñis fecit: ꝙ coit⁹
fratris cū sorore esset licitus in filijs ade: ergo ꝛ si-
milis necessitas faciat licitum esse coitum filie cū

Quintum Amb.

patre. ¶ Itē amb. in li. de patriarchis. Loth scti
filie hanc causam querēde posteritatis habuerūt.
ne genus deficeret humanum. ꝛ ideo publici mu-
neris gratia priuatam culpam preterijt

Contra.

¶ Sed contra hoc vltimo obijcitur Geñ. ij. Pro-
pter hoc relinquet hō patrem ꝛ matrem ꝛ adhere-
bit vxori sue. ab initio ergo ɔditionis illicita est co
pula filij cum matre ꝛ filie cum patre. ergo in deca

Rñ.

logo prohibetur. ¶ Sol. dicendū ꝙ incestus gña
liter dr̄ coitus transgrediens limites circa perso-
nas ordinatas ad multiplicandam naturā. ponū-
tur aūt limites lege naturali. lege diuina. sanctio-
ne ecclesiastica. Lege naturali positi sunt limites
vt excluderetur pater ꝛ mater. geñ. ij. Propter hoc
relinquet hō patrem ꝛ matrē ꝛc. Lege diuina post
modū. Leuit. xviij. vt excluderentur nō soluꝫ pater
ꝛ mater: sed frater ꝛ soror ꝛc. vsqꝫ ad. xj. personas.
Sanctione ecclesiastica exclusē alie persone rōne
consanguinitatis vsqꝫ ad talem gradum sicut an-
tiquitus vsqꝫ ad septimū gradū. nunc vero vsqꝫ ad
quintum. Similiter ratione affinitatis ꝛ voti ca-
stitatis excepte sunt alie persone tempore gratie.
Primi ergo limites excludunt paucas personas:
ꝛ hoc propter necessitatem multiplicande nature
Secūdi limites excludūt plures propter honesta-
tem multiplicande nature. Tertij limites exclu-
dunt plurimas: iaꝫ non necessaria multiplicatio-
ne pro amplianda charitate: ꝛ sacramentoꝝ hone
state: pro quo tpe dicit apl's. Vellem oēs esse sicut
ego: ꝛ bonum est viro mulierem non tāgere. j. cor.

Sol. ad ɔtra. Primum.

vij. ¶ Ad primum ergo qd̄ obijcit. dicendum ꝙ in
cestus dicit actum inordinatum: videlꝫ coitum cō
tra honestateꝫ multiplicande nature. ꝛ ideo dicit
ẜm se malum. ꝛ hoc precepto prohibituꝫ. coitui au
tem fratris cuꝫ sorore accidit ꝙ sit incestus: ꝛ ideo
non sequitur. coitus talis aliqñ fuit licitus: qꝛ nō
erat inordinatus. ergo incestus est licitus. immo

Ad secundū.

est sophisma accidentis. ¶ Ad illud qd̄ obijcit de
incestu constitutorum in sacris ordinibus. dicen-
dum ꝙ in speciali non prohibetur decalogo nec le
ge naturali: sed sanctione ecclesiastica. que est euā
gelica. Sed in generali prohibetur inquantum ꝓ
hibetur omnis illicitus coitus siue sit ɔtra nature
ordinem: siue contra honestatem nature.

Ad tertium

¶ Ad illud quod obijcit de sacerdotibus orienta-
lis ecclesie. dicendum ꝙ non est incestus: quia eis

Ad quartum

non est limes positus. ¶ Ad illud vero quod que-
ritur de filiabus Loth. dicenduꝫ ꝙ coitus filie cuꝫ
patre vel filij cum matre est contra ordinem legis
nature. ꝛ iō semꝑ est coitus incestuosus ꝛ illicitus
ꝛ causa est: qꝛ ordo nature distinguit qd̄ est a prin-
cipio generationis a comite generatiōis. A prin-
cipio generatiōis fili⁹ ꝛ filia. Comites gñationis
pater ꝛ mater. Si ergo copularet filius matri: vel
filia patri: ɔfunderet ordo nature: qꝛ qd̄ est a prin
cipio generatiōis esset comes generatiōis nec di
stinguerent ordines nature. vn⁹ qui est principij
gñationis ad id qd̄ ē de illo. Alius qui est pricipij
generatiōis ad comitē generationis. ¶ Ad illud

Ad quintum

qd̄ dicit ambr. in li. de patriarchis. ꝙ publica mu
neris gratia priuatā culpā preterijt: intelligēdū
est: peccatuꝫ hic diminuit: nō totaliter euacuauit
Quia enim gratia humani generis ꝓpagandi qd̄
credebant defecisse cum patre coierunt ideo excu
santur a tanto non a toto.

Membrum septimum.

De coitu cū pluribus

p Ost querit de coitu cū pluribus. vtruꝫ
hic ꝓhibeat. Et q̄runt circa hoc duo
Primo generaliter vtrū habere plu-
res ꝓhibeatur decalogo Scdo spāliter
de facto abrahe ꝛ Jacob: qui plures habuerunt.

Articulus primus.

Ū. gñaliter habere plꝭs ꝓhibeat hoc precepto

c Irca primū querit vtrū coire cū pluri-
bus vxoribus sit mechari. qd̄ nō videt
cuꝫ legamus sanctos patres. s. iacob et
moy. ꝛ dauid plures habuisse vxores. Sed si hoc:
ergo Lamech nō peccauit. ¶ Cōtra glo. Prim⁹
Lamech contra naturā morē adulteriuꝫ ɔmisit.

An sit cōtra ius naturale

¶ Propter hoc querit an habere plures sit ɔtra
ius naturale: ꝛ cōtra illud preceptū nō mechabe-
ris. et videtur ꝙ non. qꝛ si habere vnicā esset de iu

Obijcitur

re naturali: semper fuisset peccatū habere plures
qꝛ contra ius naturale nullus pōt dispensare. nec
etiā deus qꝛ nō potest facere cōtra suam bonitatē
¶ Itē aliqñ fuit licitū ꝛ meritoriū habere plures.
vt in sanctis patribus Sed qd̄ est cōtra ius natu-
rale nūq̄ pōt benefieri. ergo nec meritorie. ¶ Itē

Augustinus

augu. in Geñ. xxix. Obijcitur iacob quatuor vxo-
res. Sed qñ mos erat crimē nō erat. nunc aūt cri
mē est qꝛ mos nō est: ergo habere plures malum
est solū qꝛ est ɔtra ɔsuetudinē. ergo nō est malum
ẜm se. ¶ Contra vox omnium est vox nature Sed

Contra.

omnes dicunt bonum vnicam esse vnius. ergo
vnicam esse vnius est de iure naturali. ergo vnum
habere plures est contra ius naturale: ergo ẜm se
malū. ergo ꝓhibitū non nisi in decalogo. ergo. ꝛc.
¶ Item ratio dictat ꝙ maior debet esse continen
tia in homine: q̄ in aliqua volucre. Sꝫ turtur hu
iusmodi continentiam seruat. qꝛ vnus non habꝫ
nisi vnam. ergo ratio dictabit hoc in homine: er-
go seruandum. ergo facere contra semper fuit cō-
tra dictamen rationis ꝛ ita malum.
¶ Iteꝫ ratio naturalis dictat. ne facias alij quod
tibi non vis fieri. Sed vir non vult ꝙ mulier diui
dat carnem suam cum multis: ergo nec ipse debet
diuidere carnem suam cum multis mulieribus.

Responsio

¶ Solutio ad primū dicendum ꝙ habere plures
adulterium fuit Lamech duplici de causa scilicet
qꝛ contra ius naturale siue dictamen rationis: et
quia contra morem hoc est contra consuetudinē
et etiam contra morem: quia contra immoderan
tiam ex incontinentia enim immoderata plures
habuit: Quia contra ius naturale fecit peccauit
in deum. quia contra morem scandalizauit proxi
mum. Sancti vero patres non commiserūt adul
terium: nec peccauerunt cōtra ius naturale: quia
cum eis occulta inspiratione fuit dispensatum: si-
cut patebit infra. nec contra morem: qꝛ iaꝫ erat in
consuetudinem tractum. Si autem queratur dis-
pensationis

pensationis cā dōm triplicem fuisse cām. Primaꝫ
propter multiplicationē cultus dei. qꝛ tpibus illis
pauci erāt cultores dei. Scda cā fuit propter figu-
rā. Coniugiū enim figurabat ɔnubiū xpi ꝛ ecclesie
que multiplicatur per actiuos ꝛ ɔtēplatiuos fili-
os: ꝛ mercēnarios: qd̄ figuratur in vxoribus iacob
liberis ꝛ ancillis. tertia fuit propter moderātiam
ꝛ temperantiam. Moderate eñ appetebant anti
qui patres coitū: ꝛ propter solā propagationē ad
cultū dei. Et ideo dicit aug. Qñ mos erat peccatū
non erat. vt mos dicatur nō solum propter ɔsuetu
dinem: sed etiam propter moderamen. Et ꝑ hoc

Ad scdm q̄.

soluitur primū: ꝛ qualiter fuerit ɔtra hoc preceptū
ꝛ qualiter non. ¶ Ad illud ergo qd̄ scdo queritur
an sit ɔtra ius naturale. distinguēdū est ꝙ ius na
turale dr̄ tripliciter. Cōmunissime lex creaturarū
que ɔsistit in ordine naturarū ꝛ distributione mu
tua. ẜm ꝙ vnū elemētū nō pōt esse sine alio. ꝛ ẜm
ꝙ aug. dicit ꝙ iudicium summe largitatis est ꝙ q̄
libet creatura cōpellitur dare seipsam. Cōiter dici
tur ius naturale ẜm Isido. qd̄ natura docuit om-
nia aīalia: vt masculus cū femina. Specialiter et
ꝓprie dr̄ ius naturale: qd̄ dictat naturaliter rō faci
endi. Contra ius naturale primo mō dictū nihil ē.
Cōtra ius scdo mō dictum est pctm̄ sodomiticum
Cōtra ius naturale tertio mō dictū est oē illud qd̄
est ɔtra naturale dictamē rōnis. dōꝫ ergo ꝙ salua
dispensatione maioris hoc est dei habere plures

Ad id qd̄ obi̅

fuit ɔtra ius naturale tertio modo dictum. ꝛ in se
malum. ¶ Ad illud ergo qd̄ obijcit ꝙ si fuit cōtra
ius naturale semꝑ fuit pctm̄. dōm ꝙ non sequit
aliquid enim est ɔtra ius naturale eo ꝙ est maluꝫ.
ẜm se. hoc ē ꝙ nulla cā pōt bñ fieri vt fornicari. mē
tiri. ꝛ istud nūq̄ pōt nō esse peccatū. Aliud ē ɔtra
ius naturale eo ꝙ est malū in se: qd̄ simplr̄ nō pōt
bñ fieri: tñ ex cā in casu bñ pōt fieri ꝛ etiā meritorie
vt occidere. ꝛ tale est hoc. s. habere plures.
¶ Ad illud ergo qd̄ implicabatur: ꝙ non pōt de⁹
facere ɔtra ius naturale. dōm ꝙ de iure naturali ē
virtus ꝛ opus virtutis. Cōtra ergo ius naturale se
cundū ꝙ existit penes essentiaꝫ virtutis: nō potest
esse dispensatio. qꝛ hoc esset ɔtra dei bonitatē ꝛ iu-
sticiam. Circa opus vero virtutis pōt esse dispēsa-
tio diuina. opus enim virtutis est mutabile. ipsa
vero immutabilis. ꝛ per hoc etiam soluit scdo obie

Ad autorita. Aug.

ctum. ¶ Ad illud ergo qd̄ obijcitur ẜm aug. ꝙ qñ
mos erat: non erat pctm̄. dōm ꝙ hoc nō dr̄ solum
qd̄ habere plures in patribus nō erat peccatuꝫ: qꝛ
non erat ɔtra ɔsuetudinē: sed qꝛ supponitur cum
ipsis fuisse dispensatum. ꝛ ideo propter dispensa-
tionem non erat contra ius naturale. In huiusmo
di enim dictat ratio que non facienda: salua tñ au
toritate superioris.

Articulus secundus.

De scō abrae ꝛ iacob qui plꝭs habuerūt

Queritur postea de abraam vtrū cōmisit
adulterium: cū viuēte vxore ad ancillaꝫ
ingressus est. Et videt ꝙ sic. per hoc qd̄
dr̄ geñ. Adherebit vxori sue: ꝛ erunt duo
in carne vna. Non dixit vxoribus sed vxori: nec di-
xit. erunt tres in carne vna sed duo tm̄. ꝛ hec lex cō
iugij a principio. ¶ Itē aut Agar fuit ducta in vxo
rem aut non. Si fuit ducta in vxorem ergo in indi
uiduam copulam. ergo peccauit abraam dimittē-
do ipsam. Si dicatur ꝙ hoc fuit inspiratione diui
na. ergo non erat vxor. Si enim esset vxor quō fie-
ret inspiratio ad diuortium cum deus cōiuges cō
iungat. Itē si fuit vxor. ergo abraaꝫ commisit biga-
miam habēdo plures. ergo ꝛ adulterium. sicut di-
citur de Lamech. geñ. iiij. ꝙ habendo plures com
misit adulterium. Si nō fuit vxor. ergo coiuit cum
non sua. ergo fornicatus est: ꝛ peccauit. ¶ Itē Ra
banus excusat de adulterio abraam in glo. super il
lud geñ. xvj. Igitur Sara vxor abraam ꝛc. vbi dicit
ꝙ non est adulter abraam si viuente vxore ancille
iungitur: qꝛ nonduꝫ promulgata est lex euangelij
vnius vxoris. ꝛ genus suum multiplicandū audie
rat: sed per quam mulierem nesciebat. qꝛ saram ste
rilem nouerat: nō fuit in coitu libidinosa volūtas:
sed prolis habende pia charitas. Ex hac glo. osten
ditur ꝙ abraā non peccauit. ¶ Sed ɔtra istā glo.
opponitur. qꝛ ẜm legeꝫ nature que est inscripta cō
scientie cuiuslibet est ꝙ vna dꝫ esse vnius. ꝛ ꝙ nul-
lus coeat nisi cū sua. ergo si agar fuit vxor abraam
peccauit ipse ɔtra legem nature: inquantū dictat
vnam esse vnius. Si non fuit vxor: peccauit cōtra
legem nature: inquātum dictat non coeundū esse

Rñ.

cum non sua. ¶ Sol. ẜm quosdam dōm ꝙ hoc fa
ctum est instinctu spūssctī ꝛ dispensatione: nō libi
dine ꝛ propria voluntate. ¶ Sed obijcitur. aut co
gnouit eam maritali coitu: aut fornicario. Si for-
nicario: nunq̄ ɔsensit spūssctūs: qꝛ oīs coitus for-
nicarius semꝑ ē malus. Si maritali. ergo fuit vxor
Ad hoc respondēt ꝙ nec sic nec sic: sed affectu ma
ritali cognouit ancillā: hoc est generādi filios ad
cultum dei: ꝛ iste affectus est qui dꝫ esse in viro et
vxore. non tñ ex hoc sequitur sicut dicunt: ꝙ fuerit
vxor. Sed ɔtra eos est tex. geñ. vbi dicit. dedit eam
viro suo vxorem. Sed ipsi hoc ita exponunt. dedit
vxorem hoc est loco vxoris cognoscendam.
¶ Sed iteruꝫ obijcitur. qꝛ si vxor non fuit: coitus
ille fuit cum non vxore. ergo fornicarius. Affectus
enim non potest de fornicario coitu facere non for
nicarium. ¶ Propter hoc dicendum est sine pre-
iudicio ꝙ fuit vxor sicut dicit littera: ꝛ sicut innuit
Rabanus in glo. dicens ꝙ nondum erat diuulga
ta lex euangelij vnius vxoris. Ex quo innuit ꝙ ha
buit abraam plures vxores: Dicēdum ergo ꝙ plu
res habere vxores sine dispensatione ꝛ intentione
explende libidinis semper fuit peccatum ꝛ contra
ius naturale. Cum dispensatione vero dei: ꝛ causa
prolis ad cultum dei non fuit contra ius naturale
Scdm enim ius naturale: qd̄ dictat vnam esse vni
us ꝛ non plures: semper excipitur autoritas supe-
rioris. s. dei. ¶ Ad illud aūt qd̄ obijcitur de electio
ne. dicenduꝫ ꝙ fuit in figura ꝛ autoritate dei. sicut
dicitur geñ. xxj. Non tibi duruꝫ videatur ꝛc. Et ad
Gal. iiij. Hec sunt per allegoriam dicta. ꝛ. v. Sed
quid dicit scriptura. Eijce ancillam ꝛ filium eius.

De iacob.

¶ Eodem modo potest queri de Jacob qui plures
habuit. sed respondetur sicut de abraam ꝙ hoc fe-
cit ex dispensatione ꝛ instinctu spiritussancti. amo
re prolis: non libidinis explēde causa. Unde aug.
in glo. super geñ. xxix. dicit ꝙ iacob non fecit cōtra
naturam: qꝛ non lasciuiendi: sed gignendi causa il
lis mulieribus vtebatur. Nec contra morem: qꝛ il
lis temporibus fiebat illud in alijs terris. Nec cō-
tra preceptum: qꝛ nulla lege prohibebatur ꝛ appel
lat naturam legem nature: vel exigentiam nature
Precepta vero appellat: que sunt legis scripte: mo
res vero ɔsuetudines hominum approbandas.
¶ Si autem queratur quare cum mulieribus nō
fuit dispensatum: vt plures haberent viros: sicut
cū viris vt plꝭs haberēt vxores. hoc solutum est in
tractatu supra. q. xxvij: de lege naturali. vtrum de
dictamine legis naturalis sit vnicā esse vnius.

Membrum octauum.

De coitu cõiugali q̇s sit licitus ⁊ q̇s sit illicitus.

Deinde queritur de coitu coniugali. Volunt aũt heretici oẽm ꝯiugalẽ coitũ ondere esse illicitum: ⁊ ita ꝯtra illud preceptum.

Arg. j.

Ad qđ inducunt plures autoritates primo illud. j. ad cor. vij. Bonũ est viro mulierem nõ tangere. ex quo arguunt ergo maluꝫ est tangere.

Scđm.

¶ Iteꝫ infra eo. ca. Volo hoĩes oẽs esse sicut ego. Et infra eo. Reliquum est vt qui habent vxores tanꝙ non habentes sint.

Tertium.

¶ Itẽ ad ephe. v. Viri diligite vxores vestras: sicut ⁊ xp̄s dilexit ecclesiaꝫ Sed xp̄s nunꝙ dilexit ecclesiam ad opus carnale ergo ⁊c.

Quartum

¶ Itẽ. v. mat. Qui viderit mulierẽ ad ꝯcupiscendũ eam ⁊c. Sed nõ determinat quã mulierem. ꝯiugẽ vel nõ ꝯiugẽ. sed generaliter dicit. q̇ viderit mulierẽ. ergo de oĩbus gñaliter intelligitur. ⁊ ita de ꝯiugibus.

Quintum Amb.

¶ Item hoc videt̃ ex autoritate bti amb. xxxij. q. j. Nuptie. Expletis singuloꝝ dieꝝ operibus vidit deus ꝙ esset bonũ. In scđo ꝟo die hec oĩa subtraxit nobis intelligentiã derelinquẽs non esse bonũ numerum: qui ab vnione diuidat ⁊ prefiguret federa nuptiarũ. Unde in archa noe q̄cũq3 aĩalia bina ingrediuntur: immũda sunt. geñ. vij.

Contra

¶ Contra. Geñ. j. Bñdixit dñs adam ⁊ euam dicens. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊c. Geñ. ix. ¶ Itẽ. j. ad cor. vij. Vxori vir debitum reddat. silr ⁊ vxor viro. Mulier enim sui corporis potestatem nõ habet. nec vir silr. ¶ Item in codẽ. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex ꝯsensu ad tp̄s. Et iteruꝫ Reuertimini in idipsum ne tẽtet vos sathanas ꝓpter incontinẽtiam vestrã. ¶ Itẽ. j. ad Thi. ij. Saluabitur mulier per generationẽ filioꝝ. ¶ Itẽ in eadem ep̄la. v. Volo iuniores nubere filios procreare ⁊c. ex quibus manifeste relinquitur nec coitum ꝯiugalem qui fit propter prolẽ vel causa reddendi debiti. vel causa vitandi incontinentiam esse prohibitum.

Sol. ad arg. Primum.

¶ Ad illud ergo qđ primo obijciunt dõꝫ ꝙ cũ dicit ap̄ls. Bonum est viro mulierem nõ tãgere. loquitur pro statu ante coniugium. ⁊ quãtuꝫ ad illum statum dicit. Bonum est nõ tãgere. post ꝯtractum vero matrimonium dicit esse debitum. vnde dicit. Vxori vir debitum reddat. Et qđ obijcitur ꝙ non tangere est bonum. ergo tangere malũ non sequitur. sed tãgere illicite. ⁊ bene sequitur ꝙ non tangere melius est ꝙ tangere: secundum qđ dicit aug. de bono coniugali. Bona quedam nobis donata sunt a deo que per se sunt appetenda. vt sapientia salus ⁊ amicicia. quedaꝫ vero propter aliud sunt necessaria. vt cibus. coniugiuꝫ. quicũq3 vero his que propter aliud sunt: non ad id vtitur propter qđ instituta sunt peccat. quicũq3 vero his vtitur ad illud propter qđ instituta sunt: bene facit. qui vero abstinet melius. ⁊ ꝑ hoc pꝫ intellectus

Ad secunduꝫ

autoritatis sequentis ap̄li: qua dicit. volo oẽs homines esse sicut ego. Loquebatur enim pro tp̄e ante coniugium. ¶ Ad illud aũt qđ dicitur. q̇ habẽt vxores sint tanꝙ non habentes. dicendum ꝙ apostolus illis verbis non debituꝫ coniugale sed sollicitudinem subtraxit. vnde infra dixit. Volo vos sine sollicitudine esse: qui sine vxore est sollicitus est

Ad tertium.

quõ placeat deo. qui cũ vxore est sollicitus est quõ placeat vxori ⁊c. ¶ Ad illud quod obijcitur viri diligite vxores vestras ⁊c. dicendum ꝙ non ponitur similitudo quantum ad actum ꝯiugaleꝫ: sed quãtum ad charitatis officium vt vir vxorem diligat: sicut dilexit xp̄s ecclesiam. paratus aĩam suaꝫ pro

Ad quartum

ipsa tradere si necesse est: sicut ⁊ xp̄s ꝓ ecclesia tradidit: sicut ibidem dicitur. ¶ Ad illud quod obijcitur. qui viderit mulierem ad concupiscendũ eã ⁊c. dicendum ꝙ per mulierem vxor proximi intelligitur ſm intentionem decalogi queꝫ explicat sermo xp̄i. In decalogo aũt exo. xx. dicitur expresse. Nõ cõcupisces vxoreꝫ proximi tui. Si aũt intelligeretur de vxore propria: adulterium esset copula coniugalis: nec conceptus in tali copula a deo promitteretur: nec conceptus in matris vtero sanctificaretur quod pꝫ esse falsum in Joanne baptista Lu. j. cuius conceptus est parentibus a deo promissus: ⁊ ipse in vtero matris sanctificatus dicente angelo. Spiritusancto replebitur ex vtero matris sue.

Ad quintum

¶ Et ad illud quod obijcitur de amb. dicenduꝫ sicut exponitur. xxxij. q. j. q2 hoc dixit amb. ad exhortationem non ad necessitatem seruande virginitatis: que vt idem dicit amb. suaderi potest non imperari: res magis est voti ꝙ precepti.

Coitus ꝯiugalis licitus est tripłr.

Ex his igitur relinquitur ꝙ coitus coniugalis licitus est triplici de causa. videlꝫ causa prolis: ⁊ ſm hoc est in officiũ multiplicande nature. vñ. j. ad Thi. v. Volo iuniores nubere: filios procreare. Item causa reddendi debitum: et ſm hoc est opus iusticie. j. ad Corint. vij. vxori vir debitum reddat. Item causa fornicationis vitande. ⁊ ſm hoc est in remedium concupiscentie. j. ad Corin. vij. Unusquisq3 propter fornicationem: suple vitandam: suam vxoreꝫ habeat prima causa ordinat coitum coniugalem ad deuꝫ: secunda ad proximum: tertia ad seipsum.

V. remotis his cãis coitus ꝯiugalis sit licitus. Hiero.

Sed queritur +S+j+

vtruꝫ remotis his tribus causis scilicet prolis habende ⁊ debiti reddendi. ⁊ fornicationis vitande ꝓhibeatur coitus coniugalis isto precepto: quo prohibetur coitus illicitus. ¶ Ad qđ sic. Hiero. xxxij. q. iiij. Origo. Nihil interest ex qua honesta causa quis insaniat. vnde sextus pictagoricus ait. Adulter est inquit in sua vxore ardẽtior amator. Sed q̇cũq3 cognoscit vxorem ex libidine non ex causa rationabili est ardentior amator: ergo adulter. ¶ Item hiero. In aliena q̇ppe vxore omnis amor turpis est: in sua nimius. sapiẽs iudicio dꝫ amare ꝯiugem non affectu: non regnat in eo voluptatis affectus vel impetus: nec preceps fertur ad coitũ. Ex quo relinquitur ꝙ pari culpa censetur coitus cum aliena vxore ⁊ coitus cum propria ex libidine vel nimio amore. Sed talis est coitus coniugalis exceptis predictis causis. ergo ⁊c.

Contra.

¶ Contra. aug. de bono coniugali. In ipsa immoderata exactione debiti carnalis: quam non ſm imperium precepti veniam concedit apostolus: vt etiaꝫ preter causaꝫ procreandi sibi misceantur. ¶ Item aug. in codeꝫ. Si coniuges praui mores ad talem concubitũ impellunt: nuptie tamẽ ab adulterio seu fornicatione defendunt.

Rñ. est coitus ꝯiugalis licitus. Permissus

¶ Sol. coitus coniugalis alius est licitus. alius permissus. alius prohibitus. Licitus sicut dictum est: est coitus coniugalis triplici de causa. Permissus vero est coitus ex fragilitate seu infirmitate carnis prouieniens: in quo queritur cõiugalis delectatio: sed sub deo: vt dei amor preponatur illi delectationi. ⁊ iste coitus venialis est: ꝙ̄uis non fiat causa prolis: nec reddendi debitũ: nec vitande fornicationis: sed causa delectationis talis in coniuge propria ⁊ non in aliena. Unde dicit xxxij. q. ij. iuxta autoritatem aug. ⁊ apostoli. Institutio coniugij extra paradisum facta est. vt infirmitas prona in ruinam turpitudinis honestate exciperetur coniugij. Et aug. de adulterinis coniugijs Usus naturalis si vltra modum prolabitur: in vxore quidem est veniale. in meretrice vero damnabile.

Prohibitus

¶ Prohibitus coniugalis coitus est qui ex voluntate subdita libidini contra honestatem coniugij ⁊ ordinẽ

gij ⁊ ordineꝫ rationis procederet: vt illud qđ fit ad satiandam libidinẽ per meretricias blãdicias: ſm queꝫ modũ dicit hiero. Nihil fedius ꝙ vxorẽ amare quasi adulteram.

Ad autorita. Hiero.

¶ Ad illa ergo que dicit Hiero. pꝫ responsio. qm̄ intelliguntur de coitu tertio modo dicto. ¶ Ad illa vero que dicit aug. pꝫ ꝙ intelligantur secundo modo. Tñ ad pleniorem intelligentiam notandum ꝙ libido voluptatis aliquãdo preuenit voluntatẽ. aliqñ preuenitur. Cum preuenit. cum distinctione que predicta est: coitus ex illa parte procedens est permissus. Cum vero preuenitur libido a voluntate. vt. s. cũ q̇s de industria vtitur calidis ⁊ incentiuis. vel cũ excitat in seipso motus libidinis propter satietatẽ libidinis seu delectationis: coitus est prohibitus ⁊ illicitus.

Utrũ ex alijs cãis sit ꝓhibitus coitus ꝯiugalis.

¶ Sed queritur vtrum ex alijs causis sit prohibitus coitus coniugalis. Ad qđ sic augu. de adulterinis ꝯiugijs. Coitus contra naturam execrabiliter fit in meretrice sed execrabilius in vxore. ¶ Itẽ aug. contra Jouinianum. j. li. Coitus ꝯtra naturam semper illicitus est. ergo ex modo indebito hoc est innaturali est illicitus coitus coniugalis. ergo ⁊ hic prohibitus.

Isido.

¶ Itẽ Isido. Sũt mulieres que sicut aĩalia absq3 vlla discretione indesinẽter libidini seruiunt. has ergo nec mutis pecudibus comparauerim. Pecora enim cum concipiunt vltra non indigent maribus ad copulam sui: ergo coitus cũ coniuge post conceptum est contra rationẽ. ergo illicitus ⁊ prohibitus.

Hiero.

¶ Item Hiero. Qui dicunt causa reipublice ⁊ generis humani se vxoribus coniungi: imitentur saltẽ pecudes: ⁊ postꝙ venter vxoris intumuerit: nõ perdant filios: nec amatores se exhibeant vxoribus: sed maritos. ergo coitus cũ vxore propinqua partui est illicitus. ¶ Itẽ Leuiti. xviij. Ad mulierẽ q̄ patitur mẽstrua non accedes. super quẽ locum augu. Necessario vtriq3 continentia indicitur. ¶ Item ibidem in eodem. Ita cũ hic sufficiẽter dixisset in superioribus. hic etiam repetit ne in superioribus forte figurate videretur accipiendum. ¶ Item super illud Ezech. xviij. Si ad mulierem mẽstruatam non accesserit: vita viuet. dicit glo. Precipitur ergo vt viri non solũ in alienis: sed etiã in suis vxoribus modum ⁊ tempora seruent. ¶ Item super illud Esa. lxiiij. Oẽs iusticie vestre quasi pannus mẽstruate. Hiero. Tunc viri debẽt abstinere ab vxoribus. tunc enim concipiunt mẽbris damnati. ceci. claudi. leprosi. vt q2 parẽtes nõ erubuerunt in conclaui commisceri: eoꝝ patenter peccatum ⁊ aperte a cũctis redarguatur in paruulis. ergo tp̄e mẽstruorum coitus coniugalis est illicitus. ¶ Itẽ dicit Hiero. ꝙ tp̄e quo vescunt̃ carnes agni abstinendum est. ¶ Item. ij. reg. xj. dixit Urias regi dauid. non sibi licere dormire cũ vxore sua: ꝙdiu archa dñi erat in castris. ex quibus relinquitur ꝙ illicitus est coitus coniugalis in solẽnitatibus ⁊ tp̄ibus ieiunioꝝ: que sunt indicta cuilibet christiano ad orandum ⁊ ad militanduꝫ ꝯtra carnalia desideria.

Contra. Argumen. j.

¶ Contra. ſm ius naturale q̇libet põt vti re sua sicut vult. Cum ergo vxor viri sit põt vti ea vt vult. ergo ĩ ea delectari: dũ tñ sub deo quocũq3 modo vult.

Scđm.

¶ Item. j. ad cor. vij. Uxori vir debitum reddat, ⁊ econuerso. ergo quandocũq3 petat debitum vir ab vxore dꝫ reddere ⁊ econuerso ¶ Item in eodem. Mulier non hꝫ potestateꝫ sui corporis: sed vir. ⁊ ecõuerso. ergo vir põt vti corpore vxoris qñ vult ⁊ quõ vult. ¶ Si distinguatur sicut solet distingui ꝙ est differentia in coitu ꝯiugali in petẽdo ⁊ in reddendo. in oĩbus predictis casibus pctm̄ est in petẽdo ⁊ non in reddendo: si petat affectu satiande libidinis vel modo vel statu vel tp̄e indebito.

Tertium

¶ Cõtra. Ro. j. Nõ solum qui faciunt sed qui ꝯsentiunt. glo. Dicitur ꝯsentire qui manifesto facinori desinit obuiare. Cũ ergo ille qui reddit tẽpore indebito nõ obuiet ꝯsentit. ergo preuaricatur ¶ Item furioso petẽti gladiũ etiam si iurasseꝫ nõ teneor reddere gladium: cũ quo vult interficere se. ergo multomagis nec viro petẽti tp̄e vel modo indebito carnale debitum tenet̃ vxor reddere: cũ ĩ ipso interficiat se spũaliter. ¶ Itẽ si diceret̃ ꝙ vxor teneret̃ reddere si presumat vel opinet̃ ꝙ fornicabit̃ si non reddat.

Quartum

¶ Cõtra. magis innitẽdum est sciẽ ꝙ opinioni. Sed ipsa scit ꝙ si reddat ipse peccabit mortaliter. nõ aũt scit ꝙ fornicabitur cũ sit cõtingẽs de futuro. ergo magis tenetur cauere ne ipse peccet coeundo cum ipsa tp̄e vel mõ indebito ꝙ ne fornicet̃ cũ alia.

Quintum

¶ Iteꝫ in re dubia ⁊ incerta melius est interpretandũ. ergo cũ virum fornicaturũ sit ꝯtingens ⁊ incertum: dꝫ in meliorẽ partẽ interpretari. ergo nec fornicaturũ. Nõ ergo tenebitur ĩ predicto casu reddere debitum.

Sextum. V. teneat̃ vir reddere oĩ loco debitum. Rñsio.

¶ Itẽ querit̃ vtruꝫ sicut tenetur vt dicunt reddere oĩ tp̄e: vtrum similiter teneat̃ reddere oĩ loco: ⁊ videt̃ ꝙ sic. q2 sicut in nullo tp̄e hꝫ potestatẽ sui corporis: ita nullo loco. ¶ Sol. ꝯcedendum sicut preostensuꝫ est. ꝙ coitus ꝯiugalis est prohibitus cũ est propter satiandaꝫ libidinẽ per meretricias blandicias. ⁊ cũ sit ꝑter naturalẽ modum. Tum in statu prohibito vt cũ vxore vicina partui vel existente in fluxu mẽstruo. Tũ in tp̄e inhibito. tum in loco indebito. Et oẽs isti modi reducuntur ad mechiam: in cuius prohibitione vt dicit aug. prohibetur oĩs illicitus coitus.

So. ad ꝯtra. primũ.

¶ Ad illud ergo qđ obijcitur ꝙ quilibet põt vti re sua. verum est ad illud ad qđ sibi conceditur. Unde aug. de bono ꝯiugali. Tantum valet ordinatio creatoris ⁊ ordo creature. vt in rebus ad vtendum ꝯcessis. etiam cũ modus exceditur longe tolerabilius sit ꝙ in eis que ꝯcessa nõ sunt: vel vnus vel rarus excessus hoc est dicere. in mẽbris ad hoc ꝯcessis ꝙ in mẽbris ad hoc non ꝯcessis. Unde in codẽ aug. Pessimum malum qđ ꝯtra naturam fit: vt si vir mẽbro mulieris nõ ad hoc ꝯcesso voluerit vti.

Ad secunduꝫ

¶ Ad illud ꝟo qđ obijcit dõm ꝙ in oĩbus ꝑdictis casibus peccat petendo. In reddendo auteꝫ distinguendũ est. q2 aut petit ꝯiugaliter: aut meretricaliter. si meretricaliter non tenetur reddere. si ꝯiugaliter vt vtatur ea sicut vxore: ⁊ excluditur ꝯtra naturam modus.

De loco.

Tñ adhuc refert de loco vtrum sit sacer: vel non sacer. publicus vel priuatus. ⁊ dicũt ꝙ non tenet̃ in loco sacro propter reuerentiaꝫ dei que dꝫ preponi. ⁊ facile põt diuerti. ¶ Itẽ nec in loco publico propter scandalum proximi.

De tp̄e.

Si vero sit locus non sacer ⁊ priuatus. adhuc refert de tp̄e et statu mulieris. vt si sit in tp̄e mẽstruoso. vel vicina partui. q2 tũc eadẽ est in his rõ. Et est distinguẽdũ q2 aut tũc credit probabilr ꝙ tũc adulterabit̃ nisi reddat debitũ. aut nõ. Si nõ: nõ dꝫ reddere. Si sic: dꝫ reddere.

Ad tertium.

¶ Ad illud vero qđ obijcit ꝙ ꝯsentit facinori q2 non obuiat. dõm ꝙ non est verum. nõ enim consentit actioni viri que illicita est: sed passioni sue que debita est cum petitur a viro: nec etiã dꝫ obuiare: q2 si obuiaret accideret peius. ¶ Ad illud qđ obijcit de sciã ⁊ opinione. dõm ꝙ siue reddat siue non reddat: scit ipsum trãsgredi sed si reddat transgreditur rõne tp̄is indebiti: vel status tñ cũ ꝯiuge ſm actũ. Si vero nõ reddat scit ip̄m trãsgredi: sicut est possibile ſm voluntatem ⁊ affectuꝫ adulterãdi ⁊ probabiliter presumit ipsum adulte-

raturū ſm affectū ⁊ iſtud ſcd̄m grauius eſt ꝙ primū.⁊ iō nō peccabit:nō ꝓhibēdo malū minus ꝓpter euitandū maius.

Ad quintum

¶ Ad aliud qd̄ obijcit ꝙ dubiū dꝫ interp̄tari in melius.dd̄m ꝙ verū eſt niſi ꝓbet ꝯtrariū. Sed in hoc ꝙ ipſe petit obſtinate.ꝓbat eius incōtinētia:ſicut cū poſſibile eſt.

Ad ſextum. vbi q̄rit vtrū vir oī loco teneat debituꝫ reddere petēti.

¶ Ad vltimū qd̄ querit.vtrū in oī loco teneat debitū reddere:ſicut in oī tp̄e.dd̄m ꝙ non:pluribus ex cāis. primo q: locus eſt mēſura.ꝓprationis ⁊ ꝯtaminationē recipit ab actu.tp̄s ꝟo cōis menſura eſt:nec recipit ꝯtaminationē.Itē plura tp̄a nō pn̄t ſimul eſſe ſicut multa loca.Uñ ſi petit in ſacro loco,ſtatim pōt diuertere ad aliū locū ſine periculo.ſed expectare vſqꝫ ad aliud tp̄s nō poterit ſine periculo. Itē q: in oī tp̄e pōt fieri ſine ſcādalo:ſed non ſic in oī loco. ¶ Cōſequēter querendū eſſet vtrū ꝓhibeatur mechia corporalis aut ſpūalis:ſed iſtud determinabitur:qñ q̄ret de vltimo p̄cepto.⁊ ſilr de cōparatione mechie ad alia precepta.

Queſtio.xxxvj.de ſeptimo precepto. Non furtum facies.

[P]Oſt predicta trāſeundum eſt ad inquiſitionē ſeptimi precepti decalogi:quo dr̄ nō furtū facies.Circa qd̄ querim⁹ quinqꝫ. Primo quid ꝓhibeat noīe furti. Scd̄o an oīs rapina ſit hic ꝓhibita.Tertio.an furtū ⁊ rapina ſint in aliquo caſu licita.Quarto.an vſura ſit prohibita hic.Quinto.qualiter furtū ⁊ rapina interpretatiua ſint hic prohibita.

Membrum primum.

Quid noīe furti ꝓhibeatur. Arg.j. Scd̄m.

[A]D primū ſic Iſido.Furtū dr̄ a furno.i.nigro.eo ꝙ claꝫ ⁊ obſcure fiat.ergo nomine furti intelligit rapina prohiberi.
¶ Itē ſi noīe furti intelligit rapina. Sꝫ ſicut dicit amb.Nemo dicat ꝓpriū qd̄ cōe eſt.pluſ ꝙ ſufficit ad ſumptus,violēter obtentum eſt.ergo habere ſuperflua diuitibus rapina eſt. Sed ꝯſtat ꝙ iſtud habere nō eſt ꝯtractare rē alienam ⁊c.ergo noīe furti nō tm̄ intelligitur ꝯtractatio rei aliene.

Tertium.

¶ Itē dicūt ꝙ furtū eſt ꝯtractatio rei aliene inuito dño.⁊ ſic cōprehendit rapinā.Et in hac rōe hic prohibetur. Sed ꝯtra. Si furtuꝫ eſt ꝯtractatio rei aliene ⁊c.ergo ſi furer rem meam impignoratā nō cōmittā furtum:q: non ꝯtracto rem alienam. Sed hoc nullus dicet.ſ.ꝙ non committam furtum:ergo furtum eſt non ſolum in ꝯtractatiōe rei aliene

Quartum

¶ Itē cum ꝯtingat ſuperabundantiam vſure dari vſurario volente dño:q: placet ei vt mediocrē vſuram accipiet:q: ei mutuat:videt ꝙ non ſit hic vſura noīe furti prohibita.

Quintum

¶ Item queritur vtrū nomine furti intelligatur ꝯtractatio tm̄ rerum irrationabilium poſſeſſoꝝ:qd̄ videt relinqui ex predictis.qōne de diſtinctione p̄ceptoꝝ.vbi dr̄.ꝙ hoc p̄cepto ꝓhibet iniuria proximi in rebus poſſeſſis.

Contra Rñ.⁊ ſol. ad ij.argumēta.

¶ Contra.Exo.xxj.Si quis furatus fuerit hoīem ꝯuictus morte morietur. ¶ Sol.Furtum dr̄ ꝓprie cōiter.interpretatiue proprie dr̄ ꝯtractatio rei aliene ignorante dño ꝯtra ſuam voluntatem:nec opꝫ addere aliud.vt dicatur ſicut voluerunt quidam: rei aliene mobilis:quia intelligitur nomine ꝯtractationis.Res em̄ imobilis ꝯtractari nō pōt ⁊ ſm hoc diſtinguit a rapina ⁊ vſura.nā rapina eſt ꝯtractatio rei aliene ſciēte dño ꝯtra ei⁹ volūtatē.vſura eſt ꝯtractatio rei aliene ſciēte dño ꝯtra ei⁹ abſolutā:ſꝫ nō ꝯtra oīmodā volūtatē.Coīter ꝟo furtuꝫ dr̄ oīs illicita vſurpatio rei aliene ſm ꝙ dicit aug. in li.q.exo.xxij.Furti noīe bñ intelligit oīs illicita vſurpatio rei aliene.Nō em̄ rapinā ꝓmiſit q furtū ꝓhibuit:ſꝫ apte totū intelligere voluit q̄cq̄d rerū illicite ꝓximi auferꝫ.Et ſm hoc noīe furti itelligit rapina ⁊ vſura.Interp̄tatiue ꝟo dr̄ furtū oīs illicita rerū poſſeſſio.Augu.ad macedoniū.Nōne oēs qui ſibi videnꝫ gaudere licite ꝯquiſitis:eiſqꝫ vti neſciūt alienū poſſidere ꝯuincunꝫ.Hoc em̄ recte alienū eſt.qd̄ iure poſſidet.hoc aūt iure qd̄ iuſte,hoc iuſte qd̄ bñ.Dīne igit qd̄ male poſſidetur alienū ē.Male aūt poſſidet qui male vtit.Et per hoc p̄ꝫ rñſio ad p̄mū obiectū ⁊ ſcd̄m.

Ad tertium

¶ Ad tertiū dd̄m.ꝙ res impignorata nō eſt plene ꝓpria:īmo quouſqꝫ ſoluat pecunia vel mutuū ꝓ quo obligata ē:manet nō ꝓpria.⁊ iō ꝯtractatio illi⁹ erit furtū

Ad quartum

¶ Ad quartū dd̄m.ꝙ vſura dat volēte dño volūtate ꝯditionali ñ abſoluta.abſolute em̄ vellet gratis ſibi mutuū exhiberi.ſed aūꝙ nō ſibi exhibeat vult dare.vñ iuito dño volūtate abſoluta ſemp recipit vſura.

Ad quintum

¶ Ad vltimuꝫ dd̄m ꝙ furtū intelligit ꝯtractatio cuiuſqꝫ aliene rei in q̄tū trāſit ī poſſeſſionē ſiue ſit rōnale ſeu irrōnale.ſꝫ ſine intētione poſſeſſiōis nō intelligit hic furtū homis.Exo.xj. Unde ibi dr̄.Si quis furatus fuerit hoīem ⁊ vendiderit.qd̄ em̄ vendit vt res ꝓpria poſſidet.Notādū aūt ꝙ ſm canones ⁊ leges humanas furtoꝝ q̄dā retinēt nomē gñale.Quedā recipiūt nomen ſp̄eale.Nā ſicut dicit Aug.ſup Ioh.xij.Iudas fur erat ⁊ ſacrilegus q: fur ſacrorū.vñ ſacrilegiū furtū rei ſacre.Itē ī furto.Iude fuit peculatus.peculat⁹ aūt dr̄ furtū de re publica.xxiij.ca.q.iiij.Furtū vero gregis dr̄ abigeatus.Furtū vero hoīs dr̄ plagium Preter ergo nomē ꝯmune furti habes quatuor appropriata.ſacrilegiū.peculatuꝫ.abigeatuꝫ.plagiū.

Membrum ſecundum.

An oīs rapina ſit hic ꝓhibita. Auguſtin⁹. Cōtra arg.j.

[D]Einde querit an oīs rapina ſit ꝓhibita hoc p̄cepto.Ad qd̄ ſic aug.ſup exo.xxij. Penale ē occulte auferre.multo maioris pene ē viſibiliter eripere. Auferre ergo violēter ſeu occulte ſeu manifeſte hꝫ ſuū p̄ceptū Furti aūt noīe bñ intelligit. ¶ Contra xij.exo.Filij iſrael exituri de egypto ſpoliauerūt egyptios:⁊ a vicinis ſuis acceperūt ⁊ abſtulerūt vaſa argētea et aurea.ex quibus edificauerūt poſtea tabernaculum dño.ergo rapina ſeu ſpoliatio in ſimili caſu nō eſt ꝓhibita.

Secundum

¶ Itē rapina dr̄ ꝯmuniter ad rapinā rerū ⁊ ad raptū mulierū ſicut habet.xxxvj.q.j. Rapina dupliciter fieri dr̄.Aliquando enim ipſa res rapitur.aliquando ipſius vel vſus,violenter eripitur.Res ipa tūc rapit cū violēter dño eripit vt imperpetuū teneat.Aliqñ nō res ipſa affectat: ſed vſus eius dño ꝓhibente violenter vſurpatur. Raptum ergo admiſit qui florē virginitatis puelle renitentis violenter eripuit. Sed raptus dicit eſſe ſpecies fornicatiōis generaliter dicte:ſicut ibidem dicitur.Fornicatio licet videatur eſſe gen⁹ cuiuſlibet illiciti coitus qui fit extra vxorē legitimā tamen ſpecialiter intelligitur in vſu viduarum vel mereticū vel ꝯcubinarū:ſicut ſtuprū ꝓprie virginum eſt illicita defloratio.et adulterium alieni thori violatio.et inceſtus conſanguinearuꝫ vel affiniū abuſus. Raptus vero cū puella violenter a domo patris ducitur vt corrupta in vxorē habeat ergo aliqua differentia rapine eſt que nō prohibetur hoc p̄cepto:ſed illo.non mechaberis vt rapt⁹.

Sol.Rapi

Reſponſio. So.ad arg.j.

¶ So.Rapina ſm ſuā rōnē ꝓpriā q ē ꝯtractatio rei aliene violēta.⁊ ꝯtra voluntatē poſſidētis ī omni caſu hoc p̄cepto ꝓhibet. ¶ Ad illō ꝙ obijcit de filijs iſrael.dd̄m ꝙ ꝓprie nō ꝯmiſerūt rapinā. Uñ aug.in q̄ſtionib⁹ ſup exo.xj.Dixit dñs ad Moyſen.Petat vir.⁊c.Nō hinc q̄ſqꝫ furādi exēplū putare debet ad expoliādū iſto modo primuꝫ.hoc em̄ iuſſit de⁹ qui nouerat.q̄d quēqꝫ pati oporteat.nec iſraelite furtū fecerūt ſꝫ deo iubēti miniſteriū tribuerūt.

Ad ſecunduꝫ

¶ Ad ſcd̄ꝫ dd̄ꝫ.ꝙ rapina dr̄ ꝯmuniter quelibꝫ ꝯtractatio rei aliene violēta ſeu ad poſſidēdū ſeu ad delectādū.Et ſm hoc ꝯprehēdit raptū. Itē dr̄ ꝓprie ꝯtractatio ad poſſidendū.⁊ ſm hoc nō cōprehēdit raptū.Preterea in raptu duplex ē preuaricatio,nā in q̄tū ad actionē ꝑtinet ad rapinā. ⁊ ꝓhibet hic.q̄tum ad intentionē pertinet ad mechiam ⁊ prohibetur cū dicitur non mechaberis.

Membrum tertium

Q. furtū ⁊ rapina ſint in aliquo caſu licita.

[C]Onſequēter querit vtrū furtū vel rapina ī aliquo caſu ſint licita.⁊ ponit quadruplex caſus.Primus in cā neceſſitatis.Secundus in cā pietatis.Tertius in cauſa iuſticie.Quartus in euētu intentionis

Quātum ad primū .§.j.

Prim⁹ caſus neceſſitatis ē

queritur vtrū ille qui furat neceſſitate famis vel ſitis vel alicui⁹ hmōi ꝯpulſus:faciat ꝯtra illud preceptū.ꝙ nō vr̄.q: in neceſſitate oīa ſunt ꝯmunia. ergo iſte in neceſſitate ꝯſtitut⁹ nō accipit qd̄ alienum eſt.ſed qd̄ ſuum.ergo non peccat. exēplo diſcipulorū qui neceſſitate famis ſpicas vellētes excuſant a dño.Math.xij. ¶ Itē idē ꝓbatur exēplo Dauid:qui neceſſitate comedit panes ꝓpoſitōis ſicut ipſe dñs dicit. ¶ Itē diues ille qui dñs ē rei quā iſte furat tenetur ex precepto dñi ei ſubuenire.vnde paſce fame morientē quē ſi nō paueris occidiſti:ſicut dicit glo.ſuper illud deut.nō occides.

Contra.

Cōtra ē decretalis..v.li.ti.de furtis. ex penitētiali Iſydori.Si quis per neceſſitatē famis aut nuditatis furat⁹ fuerit cibaria:veſtē.vel pecus:peniteat ebdomadas tres.

Solutio.

¶ So.dd̄m.ꝙ refert in neceſſitate an ſit leuis vel vehemēs.Et ſi vehemēs:aut alio mō releuabilis ꝙ furādo aut nō.Si leuis ſit alio mō releuabilis.ꝙ furādo nō excuſabit a trāſgreſſione hui⁹ p̄cepti:q̄tū ad totū.Si ſit vehemēs et nullo alio modo releuabilis:excuſat a toto:nec ſm veritatē eſt furtū:q: in tali neceſſitate omnia ſunt communia.Decretalis vero imponit pniam propter ambiguū.⁊ ne ſit pronus ad furtum.

Deinde queritur .§.ij.

Secūd⁹ caſ⁹ pietatis eſt

in caſu pietatis de illo qui furat rē vſurarij vel auari:vt inde faciat elemoſinā vtrū peccet.cōtra hoc p̄ceptū.videt ꝙ nō:q: imitatur Iob dicentē.Conterebā molas iniqui:⁊ de dentib⁹ illius auferebā predā.xxix. ¶ Cōtra.Ro.iij.Faciamus malum vt eueniant bona:abſit. ¶ Itē aug.Quis dicet furemur diuitib⁹:vt habeamus quid demus pauperibus:quaſi dicat nullus. ¶ Item aug.de talib⁹ dicit.Huius cogitatio dyaboli calliditatē ſurripit. Nā ſi totū tribuat qd̄ abſtulerat auger plus pctm̄ ꝙ minuat q: aufert ſibi copiā reſtituēdi.Pctm̄ ergo eſt.furari vſurarijs.Sꝫ quod pctm̄ nō niſi furtum.

Queritur de muliere.

¶ Item queritur ſimiliter de muliere q̄ furatur viro ſuo pecuniam vel aliquid aliud vt inde faciat elemoſinā:vtrū peccet.videtur ꝙ ſic.Gen. iij dr̄ mulieri.Sub viri poteſtate eris.vnde accipitur ꝙ vxor votum continentie vel abſtinentie non poteſt emittere ſine cōſenſu viri.ergo multo fortius nec dare elemoſinam.

Reſponſio Ad primum

So.ad primum dicendum.ꝙ furari alicui vt de furto ſubueniat alij: peccatum eſt.Illa vero autoritas Iob.per quam videbatur probari contrarium:intelligitur de iudicibus:quorum intereſt vt fures puniant et furta reſtitui faciant.

Ad qōm de muliere

¶ Ad illud quod ſecundo queritur de vxore.dicendum.ꝙ ſi vxor habet res de patrimonio preter dotem:de illis inuito domino pōt facere elemoſynam.De rebus autem viri vt de pane ⁊ alijs:que de bono more ſolent ad mulierum diſpoſitionem pertinere:poteſt et debet facere elemoſinam moderate tamē ſm facultates viri ſui: et debet ſemper ſibi formare conſcientiam ꝙ non diſpliceat marito.

Queritur conſequen .§.iij.

Tertius caſ⁹ iuſticie eſt

ter circa caſum iuſticie.primo de his que rapiunt in bello.ſecundo de his que rapiuntur ab infidelibus.Nam in iuſto bello videtur rapina licita ſm Ambro.in libr.de patriarchis vbi dicit.dicat aliquis cum ipe vicit quod dixit abra.ad regem ſodomorum.geñ.xiiij.nihil ſumam abs te.cum preda vtiqꝫ fuerit in poteſtate victoris:docet militanteꝫ diſciplinam vt regi ſeruentur omnia:quod intelligendum eſt alijs diſtribuendo ꝓ qualitate laborum. ¶ Contra.Augu.de verbis domini tractatu.xix.Militare non eſt delictum:ſed ꝓpter predam militare peccatuꝫ eſt.

Reſponſio

¶ Solutio.dd̄m ꝙ refert an bellum ſit iuſtum vel iniuſtum.In bello iniuſto indiſtincte eſt prohibitum.In bello vero iuſto transfertur dominium rerum illoꝝ qui iuſte debellantur iniuſte debellantes.ipſa lege iuſticie principis interueniente autoritate.refert tamen an aliquis depredetur in iuſto bello intētione cupiditatis vel ſeueritate iuſticie.primo modo rapina eſt q̄tum ad affectum.q̄uis non q̄tū ad actū. ſcd̄o modo non eſt rapina.

Q. de raptis ab infidelib⁹ Augu.

¶ Item queritur de raptis ab infidelibus.Nam rapere ab illis videtur licitum.Unde augu.ad vicentium.Res quecūqꝫ terrena non recte a quoqꝫ poſſideri poteſt:niſi iure diuino:quo cuncta ſunt iuſtorum.aut iure humano quod in poteſtate eſt regū terre.Ideoqꝫ res falſo appellatis veſtras:quas nec iuſte poſſidetis ⁊ ſꝫ leges terrenoꝝ regū amittere iuſſi eſtis.Loqt hereticis donatiſtis. ¶ Item idem in eodem Fruſtra dicitis.nos in eis congregandis laboramus: cum ſcriptū legatis.Labores impiorum iuſti edēt. ¶ Item aug.contra petulianum.Ad omnes iniquos vox illa dñi valet.Math.xxj.Auferetur a vobis regnū dei ⁊ dabit gēti facienti fructū ſeu iuſticiā ei⁹.Nō fruſtra ſcriptū ē.Labores impioꝝ iuſti edēt.Propt qd̄ magis mirari debetis:ꝙ adhuc tenet aliq̄d.ꝙ ꝙ aliq̄d amiſiſtis. ¶ Itē aug.ī epl'a ad vincētiū.Si ꝯſiderem⁹ qd̄ ſcriptū ē ī li.ſap.x.Iō iuſti tulerūt ſpolia ipioꝝ.Itē qd̄ legit.xiij.ꝓuerbi. Theſaurizant iuſtis diuitie impiorum.Alia littera videbim⁹ non eē q̄rendum:qui habeant res hereticorum ſed qui ſint in ſocietate iuſtoꝝ.Ex his ergo videtur relinq.ꝙ tam heretici ꝙ iudei ꝙ ſaraceni reb⁹ quas habent:licite potuerunt ſpoliari.qd̄ q̄dā indiſtincte cōcedūt. ¶ Sꝫ ꝯtra.p̄ceptū ē iuris naturalis.Nō facias alij qd̄ tibi nō vis fieri.ergo hoc ſemp cū oībus obſeruanduꝫ.Sed nos nollemus ab eis expoliari:ergo cū ſpoliamus eos. facim⁹ contra hoc p̄ceptū.

Reſponſio

¶ Solutio.dicendū ꝙ refert vtrū ille q̄ ifideles expoliat hēat auctoritatē rei publice vl' nō.ſi nō hꝫ:expoliando ꝯmittit rapinā:ſicut homicidiū ꝯmittit qui maleficū iterficit ſua non ſuperioris auctoritate. Si habꝫ autorita

tem distinguūt quidam inter iudeos et alios.naȝ de iudeis preceptum est ecclesie in ps̄. Ne occidas eos ne quādo obliuiscantur populi mei.et etiam quia scriptum est. Reliquie conuertentur. Ro.x.⁊ Esa.vj. De hereticis vero ⁊ saracenis preceptum ē Exo.xxij. Maleficos non patieris viuere. Ex quo ergo iuste possunt occidi et iuste potuerunt expoliari.iudei vero quia permitti debēt viuere spoliari non debent rebus vite necessarijs.sed a principibus expoliari possunt oībus p̄ter ꝙ̄ necessarijs. Deutro.xxviij. Aduena qui tecum versatur in terra ascendet super te:eritq̄ȝ sublimior. Tu autē descendes et eris inferior.ipe fenerabit̄ tibi et tu non feneraberis ei. Ex quo ostenditur.ꝙ non debeant ꝑmitti fenerari xp̄ianis. Et sequitur.seruies inimico quem immittet dominus tibi fame et siti et nuditate et omnium penuria. ¶ Ad illud qđ obijcit.non facias alij quod tibi non vis fieri.dicendū ꝙ sic intelligendum est. Quod tibi non vis fieri. scilicet ꝙ vis iuste tibi non fieri.

Quart⁹ cas⁹ est inuētionis

Postmodum que. §.iiij.

ritur in casu inuentionis. Ad quod sic aug. in quadam omel'.et recitatur.xiiij.c.q.v. Si quid inuenisti et non reddidisti:rapuisti. ¶ Item Hiero super leuit̄. Multi sine peccato putant esse si alienū qđ inuenerint teneant:discant hoc peccatum simile esse rapine:si quis inuenta nō reddat. ¶ Contra. Dicit lex in li.institutionum de rerum diuisione. Quisquis thesauros in suo loco inuenerit.adrianus naturalem equitateȝ secutus ei concessit qui inuenerit:ac si quis alieno in loco nō data ad hoc opera:sed fortuitu inuenit:dimidium inuentori. dimidiū dn̄o soli cōcessit.ergo non est verum generaliter ꝙ rem inuentam retinere sit rapere. ¶ Ad hoc quidam respondēt ꝑ distinctionem dicentes: ꝙ si quis inuenerit rem habitam ꝓ derelicta:licet habuerit animū furandi:non tamen furtum cōmisit:quia nō erat cui fieret. Item si credit ꝙ haberet ꝓ derelicta.⁊ tn̄ nō est derelicta.nō committit furtum. Item si non habeatur ꝓ derelicta nec credatur derelicta:eo tn̄ animo accipit vt domino restituat:non cōmittit furtuȝ.si vero aliquod istorū non concurrat dicunt ꝯmitti furtum. De thesauro vero dicūt ꝙ habetur ꝓ derelicto. ¶ Cōtra hoc sic obijcitur.sicut dicit aug. in predicta omel'. De⁹ cor interrogat non manum. Si ergo aliquis inuenerit rem que habetur ꝓ derelicta:et accipiat aīo furandi committit furtum. ¶ Quod concedendū est. Propterea distinguendum est in rebus inuētis:et animo inuenientis. In rebus.quia quedam res ī nullius bonis sunt ⁊ occupanti concedūtur. et hoc est dupliciter.nam quedaȝ sunt res que nūꝙ̄ fuerunt possesse:de quibus dicit lex in li.constitutionum de rerum diuisione. Lapilli et gemme ⁊c.que littore maris īueniūtur:iure naturali statī inuentoris fiunt. Item sunt quedam res q̄ aliquādo possesse fuerunt:sed derelicte sunt vt thesauri in predicto casu. et dicitur thesaurus pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita. Alie vero res sunt que in alicuius bonis sunt. In primis duobus casibus inuenta retinere non est rapere. In vltimo vero distinguendum. Aut credūtur derelicte.aut non credunt̄. Si creduntur:ignorantia que est facti excusat. Si nō creduntur.contractatio est rei aliene et furtum.

Contra.
Responsio.
Contra

Membrum quartum.

Vsura h̄ p̄cepto sit ꝓhibita

Consequēter queritur.an hoc precepto intelligatur vsura ꝓhibita. Et primo q̄ritur vtrum ꝓhibeatur vsura ꝙ̄tum ad affectum. Secundo an ꝓhibeatur vniuersaliter ꝙ̄tum ad actum.

Articulus primus.

V. ꝓhibeat̄ vsura quātū ad affectum

AD primū sic Luc.vj. Date mutuū nihil inde sperātes. Ibi dicit glo. ꝙ hic ꝓhibetur vsura.ergo sola spes aliquid accipiēdi p̄ter sortē facit vsurariū. ¶ Itē sola volūtas interficiēdi hoīem facit homicidiū.sola volūtas fornicandi facit fornicationē:sicut dr̄ ī quinto Math. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū ⁊c.quare ergo sil'r sola volūtas accipiēdi p̄ter sortē facit vsurariū. ¶ Ad hoc dicūt aliqui ꝙ sola volūtas nō facit vsurariuȝ nisi interueniat pactū. Sed ꝯtra. Esto ꝙ iste timore ecclesie nō facit pactum: sed tn̄ habet voluntatē. Alius vult ⁊ facit pactum. Inde sic. puer.xvj. Spirituū ponderator ē dn̄s.i. volūtatū.sed talem habet volūtatem iste qualem ille.ergo si volūtas illius facit vsurariū:⁊ volūtas illi⁹ sil'r faciet vsurariū.qđ aliqui ꝯcedunt. ¶ Sȝ cōtra. Quilibet tenet̄ eē gratus ad beneficia.ergo mutuū accipiēs debet eē grat⁹ mutuāti.ergo dn̄s pt̄ sperare aliqđ beneficiū ab eo qui mutuat.ergo ⁊ aliquam suꝑabūdantiā. ¶ Item ex dono q̄s licite pt̄ sperare donū.ergo ex mutuo mutuū pt̄ sperare. ¶ Solutio.dōm ꝙ cuȝ diuerse sciē diuersas hn̄t ꝯsiderationes a diuersis sciētibus idē diuersimode considerat̄. Hinc ē ꝙ s̄ȝ leges humanas sola voluntas nō facit vsurariū:q2 lex humana manum cohibet:non animum. Scđm vero legem diuinam que aīm cohibet sola voluntas facit vsurariū. ¶ Ad primū ergo obiectū respondendum. ꝙ mutuās potest sperare illud ad qđ tenetur accipiens.quia in cōsimili casu. scȝ necessitatis tenetur accipiens mutuū illi qui dat dare:sil'r etiaȝ si non dedisset prius vnde potest illud sperare mutuans a recipiente:non tn̄ ex vi mutui:sed ex caritate recipientis mutuū. Mutua eīn beneficia accendūt caritatem.et q̄ etiā ex precepto dei debet indigenti mutuū dare. ¶ Et ꝑ hoc soluit̄ secūdū. Bene eīn cōcedendū est ꝙ mutuās pōt ab eo qui recepit in simili casu sperare mutuū:quia ad hoc tenet̄ ali⁹. tamen si hac intentione tradit sibi mutuum non est meritorium:quia non ponit deum finem. Ideo dicit dominus. Date mutuum nihil inde sperantes.scilicet ab homine.sed a deo retributionem.

Contra arg. primum
Secundum
Rñsio.
Solutio ad Cōtra p̄mū
V. vsura ꝓhibeatur quātū ad actum

Articulus secundus

Sequit̄ q̄rere.vtrū vsura ꝙ̄tū ad actū vniuersalit̄ sit ꝓhibita hoc p̄cepto. Ad qđ sic.ps̄. Qui pecuniā suā nō dedit ad vsurā q̄si dicat.q̄ dat ad vsurā nō habitabit ī tabernaculo dn̄i. Dare ergo ad vsurā vl'r ē malū. ergo ꝓhibitū nō nisi isto p̄cepto.ergo ⁊c. ¶ Item Ezech.xviij. Qui vsurā ⁊ suꝑabundātiā nō acceperit vita viuet.ergo ꝑ ꝯtrariū q̄ acceperit morietur. ergo malū:et inde vt prius. ¶ Itē exo.xxij. Si pecuniam dederis pauperi:nō vrgebis quasi exactor nec vsuris opprimes. ¶ Item Luce.vj. Date mutuū nihil inde sperantes. Ecce ex his patet ꝙ dare ad vsuram.et sperare aliquid preter sortem generaliter est prohibitum. ¶ Contra. Deutero.xxiij. Non feneraberis fratri tuo:sed alieno. ergo licet fenerari alieno. ¶ Item. Ambro. Vsuras exigas ab eo cui iuste nocere desideras. ¶ Item maius peccatum est occidere ꝙ̄ dare ad vsuram. Sed in aliquo casu non solum licet occidere: immo

Contra.
Arg. primum
Secundum
Tertium.

immo est meritorium.sicut est in iusto iudice qui maleficū iuste damnat ad mortē.ergo ⁊ similit̄ dare ad vsurā in aliquo casu erit licitum. ¶ Itē ex p̄cepto dn̄i licite asportauerunt iudei vasa egyptiorum. Exo.xij.ergo simili rōne ex p̄cepto dn̄i poterit quis licite dare ad vsurā ⁊ aliquid accipere preter sortem. Minus enim malum est parteȝ accipere ꝙ̄ totum. ¶ Item lex iustiniani ꝑmittit vsuras centesimas ⁊ quadragesimas.⁊ supponēdū est ꝙ̄ bene permittit. ¶ Itē iste qui accipit mutuum potest rem suam dare vsurario.⁊ sic ⁊ vult.⁊ dicit ei. Ego do tibi istam pecuniā p̄ter sortem.igitur ista superabundātia est propria vsurarij iuste:q2 est ex dono illius qui hȝ ius dandi.ergo vsurari⁹ nō vsurpat sibi rē alienā manentē alienā. ¶ Itē esto ꝙ sic fiat ꝯtractus. Mutuo tibi pecuniā istā vt des mihi tantū preter sortem.ergo s̄m hanc formā superabundantia quam accipit vsurarius data est sibi. ergo sua est. ¶ Itē lȝ ꝯcedere domū.equū.vasa aurea pro lucro. Quare similiter non dare pecuniaȝ pro lucro. ¶ Solutio dicendum ꝙ dare ad vsuraȝ in se s̄m se malum est ⁊ prohibitum. ¶ Ad primo obiectū in contrariū.dicendū ꝙ nūꝙ̄ fuit iudeis licitum fenerare alieno. Sed permissum fuit illis sicut dare libellum repudij propter duriciam cordis sui.peccabant tn̄ mortaliter fenerando alieno sed permittebatur eis duplici de causa.scȝ ne facerent peius.i.ne fenerarentur fratribus suis. Et q2 duri erant et paulatim trahendi ad perfectioneȝ. Et ex hoc trahitur argumentū ꝙ si non possum⁹ obtinere ab vsurarijs vt totū reddant debem⁹ facere vt saltem partem reddant. ¶ Ad secundū dicūt quidā in nullo casu vsurā esse exigendā. Et qđ dicit Ambro.intelligunt non de vsura proprie.sed de nimia pensione.⁊ de tributo ab infidelib⁹ exigendo.vt tali onere pregrauati conuertant̄ ad fidem. Alij vero illud intelligunt dictū esse ad litteram ꝙ ex quo iustum libellū mouet̄ ex edicto principis ab hostibus licite vsura exigit̄.dū tamen nō fiat vitio cupiditatis:sed zelo caritatis.vt sic macerentur vsuris qui non possunt domari armis. Nam cū eos possumus occidere:⁊ oīa eorum possumus nostra facere iure belli:⁊ hec videtur esse intentio Ambrosij.vnde statim sequitur. Ab eo vsuram exige cui iure inferūtur arma. huic legitime inferuntur vsure quē bello vincere non potes. Ab hoc vsurā exige quem non sit crimen occidere.tamen proprie loquendo in hoc sensu nomen vsure trahit a propria significatione:q2 non est vsurpatio rei aliene. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ quamuis occidere sit pctm̄ in se.non tn̄ est pctm̄ s̄m se. Dare autem ad vsuram est pctm̄ in se ⁊ s̄m se.sicut post patebit.⁊ ideo non est simile. ¶ Ad quartum dicendū ꝙ filij israel seruierunt egyptijs:⁊ merces non erat eis reddita.⁊ propter hoc dn̄s qui est vere dn̄s oīm transtulit dn̄ium vasoꝝ illorū ad iudeos ⁊ sic iudei accipientes ex precepto dn̄i nō peccauerunt.q2 non contractauerunt rem alienaȝ inuito dn̄o.immo suā. Accipere vero vsurā est contractare rem alienam manentē alienā.⁊ facere vt de sua hoc aūt est malū s̄m se ⁊ contra ius naturale.sicut cognoscere vxorē alienā scienter malū est in se ⁊ secundū se.⁊ ideo illud deus non preciperet cū illi⁹ sit optima adducere cū sit optimus. ¶ Ad aliđ vero quod obijcitur de lege iustiniani.dicendum ꝙ permisit vsuras leuissimas exigi ne accideret pei⁹ q2 erant hoīes proni ad dandum vsuras:elegit iudicās minus malū.s.leues vsuras sustineri ꝙ̄ graues:sicut de libello repudij fuit. Tn̄ quidam excipiunt quosdam casus in quibus ꝑmissa est vsura.

Quartum
Quintum
Sextum.
Septimum
Octauum.
Responsio
So. ad p̄mū
Ad secunduȝ.
Ad tertium
Ad quartum
Ad quintum.

vt in fideiussore qui soluit vsuras creditori potest eas repetere a debitore pro quo fideiusserat.sed recte aduertenti non est hec vsura q2 non intendit fideiussor accipere preter sortem. Similiter et ī mora.vt si deberes mihi centū soluere ad certum terminū:quod q2 nō fecisti oportuit me illā pecuniā accipere ad vsurā.tu teneris mihi restituere illas ⁊ seruare indemneȝ.sed planū est ꝙ in tali casu restituere non est vsura.sicut prius. ¶ Ad illud dicendū ꝙ ille qui accipit mutuū non hȝ ius dandi vsurario.q2 dn̄s oīm ꝯtradicit.s.de⁹.sicut si aliq̄s haberet feuduȝ ab aliquo terreno dn̄o non posset transferre dn̄ium illius feudi dn̄o ꝯtradicēte. Cū ergo dn̄s oīm ꝯtradicat nullus pōt dare vsurario suꝑabundantiā preter sortē. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ quibuscunq̄ȝ verbis mutetur contractus nihil mutat̄ in contracto. Nā semper est peruersa vsuratoris feneratio qua cupit rē alienā manentē alienā facere suā:⁊ postea si quis timore qui posset cadere in constantē virū diceret non consentiēs aīo accipio te in vxorē iudicaret̄ nullū eē matrimoniū sil'r cū iste necessitate coactus dicat:ego do tibi tātum preter sortē:⁊ dissentit aīo iudicabitur nulla esse donatio.ergo nihil datū est vsurario.ergo detinet rē alienā inuito dn̄o. ¶ Ad vltimum dicendū ꝙ eodē mō quo lȝ ꝯcedere equū pro lucro si sic posset ꝯcedi pecunia nō esset vsura.si ꝯcedens aliquid acciperet preter sortē. In locatiōe vero nō trāsfertur dn̄ium.⁊ ideo totū periculuȝ est in locāte si res pereat. Improprie vero locat̄ pecunia.sed proprie mutuat̄. Quod eīn locatur nō transfert̄ in dominium eius cui locatur. Preterea pecunia nō deteriorat̄ per vsum.⁊ quantū est de se nullā parit vtilitatē vtenti.sicut facit equus ⁊ dom⁹ que sunt locata proprie. In mutuo vero pecunie transfert̄ dominiū.vn̄ mutuū dicit̄ quasi de meo tuū ⁊ ideo periculū rei mutuate ꝑtinet ad eū q̄ mutuat.contra ius naturale est vt aliquis percipiat emolumētuȝ de vsu rei que nō est sua. Ideo ergo vsura est pctm̄ ⁊ intelligit̄ prohibita hoc p̄cepto. ¶ Nota s̄m grego.triplicē differentiā inter mutuū ⁊ locatū. Prima est q2 in mutuo transfert̄ periculū in accipientē. In locato in eū qui dat. Scđa est q2 mutuū proprie non deteriorat̄ ꝑ vsum.vt pecunia.sȝ locatuȝ. vt dom⁹ vel equ⁹. Tertia cā est q2 mutuū ꝙ̄tū est de se nullā vtilitatē parit vtēti. Locatum vero parit.vt ager.vel equus:vel domus. Et hoc intelligitur de mutuo pecunie.

Ad sextum
Ad septimuȝ.
Ad octauum
Gregorius

Membrum quintum.

De furto interpretatiuo.

d Eide querit̄ de furto interp̄tatiuo vtruȝ h̄ ꝓhibeat̄. Cōtigit aūt furtū tale multipliciter ꝯmitti.s.ī detinēdo.in expendēdo.in appropriādo.ī emēdo ⁊ vēdēdo

Articulus primus.

De furto i detinendo

Circa primū queritur vtrū diuites q̄ nolunt subuenire pauperibus in necessitate debeāt interp̄tari fures ⁊ raptores ¶ Ad qđ sic. Vni bono pn̄t opponi plura mala.vt largitati ꝓdigalitas ⁊ auaricia. Sȝ pluribus bonis nō oppōit̄ vnū malū:q2 malū pluris diuisionis est ꝙ̄ bonū.ergo vni p̄cepto opponent̄ plures preuaricatiōes. Sȝ plurib⁹ p̄ceptis nō opponetur vna p̄uaricatio. Cū ergo subtractio beneficij tpe necessitatis sit ꝯtra hoc p̄ceptuȝ non occides.sicut supra dictū est iuxta illā autoritateȝ pasce fame morientē ⁊c.nō erit ꝯtra illđ p̄ceptuȝ non furtū facies.ergo nō erit interpretandū furtū vl' rapina. ¶ Cōtra eccl'.iiij.fili elemosinā pauꝑis ne d

Arg. primum
Contra

fraudes.et sequitur.Redde illi debitum tuum.er
go diuites debent elemosynas pauperibus.Si er-
go non reddunt necessitatis tempore:qꝛ tūc est tē
pus reddendi debitum:q̄d aliud q̄ raptores sunt
vt puta rem alienam.scilicet pauperum violenter
Ambrosius
retinentes.¶ Item Ambro.Non est minoris cri-
minis q̄ habenti tollere.quod cum possis ⁊ abun
dans sis indigentibus denegare Esurientium pa
nis est quem tu detines.Uiduarum indumentum
quod tu recludis.Miserorum redēptio et absolu-
tio pecunia quam tu in terra refodis. Tot ergo te
scias bona inuadere quot posses prestare.¶ Iteꝫ
Ambro.Nemo proprium dicat quod cōmune est:
plusq̄ sufficit ad sumptus violenter obtentuꝫ est.
Igitur diuites qui superflua et vltra sumptus ne-
cessaria retinent cum sciant ⁊ videāt pauperes in
Responsio.
digere:rapinam cōmittunt.¶ Quod concedim⁹.
Intellige tamen salua necessitate ſm statum per-
sone.plura enim sunt necessaria regi q̄ comiti.et
comiti q̄ militi.Necessarium autē est regib⁹ the-
saurizare vt insequentibus hostibus in regnuꝫ ha-
beant vnde possint militibus in defensione regni
Sol.ad p̄mū
stipendia ministrare.¶ Ad illud quod obijcitur.
dicendum ꝙ vna preuaricatio non opponit duo-
bus preceptis.Sed vnius actionis potest esse du
plex preuaricatio.vt in illo qui deflorando virginē
interficit.qꝛ inquantum deflorat facit cōtra illud
preceptum.non mechaberis.Inquantum interfi
cit facit contra illud preceptum non occides.simi
liter subtractio beneficij inquantum non commu
nicātur bona pauperi tempore necessitatis.est cō-
tra hoc preceptum.non furtum facies.Inquantū
vero ex defectu pauper perit:est contra illud non
occides.

Articulus secundus

De furto qd contingit i ex pendendo.
Sequitur de interpretatiuo furto in ex-
pendendo.Circa hoc queritur de cleri
cis qui patrimonium crucifixi paupe-
ribus debituꝫ in illicitos vsus.scilicet pompis se-
cularibus.comesationibus ⁊ huiusmodi expen-
dunt:vtrum sint raptores et peccent contra hoc p̄
ceptum.videtur ꝙ sic.qꝛ contractant rem alienaꝫ
Hieronym⁹.
inuito domino.Ait enim Hiero.Quicquid habēt
clerici pauperum est.Illud ergo quod expenditur
extra pauperes quid nisi rapina est.¶ Item idem
Ecclesiam fraudare sacrilegium est pauperib⁹ ero
gandum ⁊ inde aliquid subtrahere omnium p̄do-
num crudelitatem superat.¶ Item conciliū tho-
letanum.Si illi qui nulla ex rebus suis pauperi-
bus xp̄i distribuerunt eterni iudicis voce damna-
buntur quanto magis qui auferunt pauperib⁹ qd
Bernardus
non dederunt.¶ Item beatus Bernar.Clamant
nudi.clamant famelici conqueruntur et dicūt.di-
cite pontifices in freno quid facit aurum.Nunqd
a freno expellit frigus aut famem.Nostrum est q̄c
quid expenditis.A nobis extrahitur crudeliter qd
consumitis inaniter.Ex his relinquitur ꝙ clerici
qui in malos vsus bona ecclesie expendūt sunt ra
Responsio.
ptores.Quod concedimus ſm Bernar.scribentē
ad quendam canonicū sic.Conceditur tibi si alta
rio seruias:vt de altario viuas.non tamē ꝙ emas
frena deargentata.grisea.variaq; pellicea quicq̄d
preter necessarium victum ⁊ vestituꝫ de altario re
tinens tuum non est.rapina est.sacrilegium est
¶ Sed nunquid tenentur ad restitutionem si ha
bent aliunde vnde possint restituere.aliud non vi
deo:qꝛ non dimittitur peccatum nisi restituat ab-
Queritur de ꝯsanguineis.
latum.¶ Sed queritur de his qui consumunt in
consanguineis ditandis ⁊ in potentibus etiā ser-
uiendis.Nam dicitur.j.ad Thi.v.Si quis suoꝝ
⁊ maxime domesticoꝝ curam non hꝫ:fidem nega-
uit.⁊ est infideli deterior.ergo clericus vel ep̄s qui
non facit bonū nepotibus suis grauissime peccat.
¶ Contra sunt predicte autoritates sanctorum.
¶ Solutio.ꝯsanguineis dare qꝛ indigentes sunt
ordinate caritatis est.Consanguineis dare vt ditē
tur.et vt datores per eos ingenui videantur de re-
Queritur.
bus pauperū rapina est.¶ Iteꝫ querit de illis qui
bona eccl'ie in necessarijs expendunt.ſꝫ tñ non de
seruiunt:nonne sunt raptores.Ad hoc enim dan
tur eis beneficia eccl'ie vt laborent in eccl'ia dei.Si
igitur non laborent non debent habere.Qui eniꝫ
non laborat non manducet.Si em̄ agricole daret
pecunia vt in agro laboraret.⁊ ipse acciperet ⁊ non
laboraret:nonne raptor et fur esset.similiter videt
de istis.Itē Hiero.Ecclesiā fraudare sacrilegium
est.Sed ipsi defraudāt ecclesiā.Ad hoc em̄ dātur
beneficia eccl'ie vt seruiāt eccl'ijs.ergo sunt sacrile
gi et raptores.Quod concedimus.

Articulus tertius.

De furto qd cōtingit i appropriando
Ostmodum querit de furto interp̄tati
uo in appropriando.Circa qd queritur
vtrū clerici appropriando sibi bona ec
clesie ꝯtractent rē alienā.¶ Ad qd sic aug.Si pri-
uatim q̄ nobis sufficiunt possidem⁹ non sunt illa
nostra sed pauperū:quorū p̄curationē quodāmo
do gerim⁹.Nā proprietatē nobis vsurpatiōe dā-
Hieronym⁹
nabili vendicam⁹.¶ Itē Hiero.de clericis.q̄ dñs
possidet et cum p̄pheta dicit pars mea dñs nihil
extra dñm pōt habere ꝙ si quispiam aliquid p̄ter
dñm habuerit pars ei⁹ nō erit dñs.verbigratia.si
aurū.si argentum.si possessiones.si varia supelle
ctilia cum istis partibus dñs non dignat fieri ps
Responsio
eius.¶ Rn̄dent ꝙ clerici possunt habere p̄priuꝫ.
Quod vero dicitur ꝙ non possunt.intelligit scd̄m
statū primitiue ecclesie.Actuū.iiij.Nihil propriuꝫ
aliquis credentium possidebat.sed erant oīa con
munia.vel loquitur de religiosis p̄sonis.Uel pōt
dici sine preiudicio ꝙ clerici ea q̄ habēt iure succes
siōis.vt de patrimonio suo possunt habere p̄priū
⁊ de illis facere testm̄.Similiter et de his que sunt
eis donata non intuitu eccl'ie.sed persone:⁊ de his
que aliqua arte vel labore acquisierunt.Ea vero q̄
habent de ecclesia cōia habent cū pauperib⁹.vnde
Ambrosius
ambro.Conuenior ipse a comitibus vt p̄ me basili
ce fiat natura traditio.dicentibus imperatorē iu-
re suo iussisse tradi debere.vt pote i cuius potesta
te essent oīa.Respondi.si a me peteret quod meuꝫ
est.idest fundum meum.argentum meum huius-
modi me non refragaturū quāq̄ omnia que mea
sunt pauperum sint.verū ea que diuina sunt impe
ratorie potestati non esse subiecta si patrimoniuꝫ
petit inuadite.si corpus occurrā.¶ Itē Prosper.
Non sunt proprie.sed cōes facultates ecclesie.xij.
q.j.¶ Item Hiero.ad Damasuꝫ papā.Quicquid
habent clerici pauperū est.et domus illorū oībus
debent esse communes susceptione peregrinoꝝ.
⁊ hospitum inuigilare deberent

Articulus quartus.

De furto cō tingēte i e do vēdēdo
Ueritur postea de futuro interpretati-
uo in vendendo et emendo.vt de symo
nia vtrum prohibeatur isto precepto.
Et cū symonia sit in vendendo vel emē
do spūale vel spūali annexū.Ex hoc autē cōmittit
iniuria ꝯtra deū p̄ se.nō ꝯtra p̄ximū.videt ꝙ simo
nia p̄hibeat in p̄ceptis prime tabule nō secunde.
ergo non prohibet hoc p̄cepto.¶ Cōtra symonia
committit

cōmittit ex intētione cōtractādi rem alienā iniu-
ste.Sed oīs talis cōtractio p̄hibet hic.ergo et sy-
monia.primū patet.Nā symoniacus rem quam
accipit vendēdo spūalem tenentur restituere. er-
Responsio.
go contractat rem alienā.¶ Solutio.dicendum
ꝙ in symonia duo sunt vendere siue emere ⁊ reci-
pere.Quantū ad venditionē vel emptionē rei im
preciabilis que est diuina:ꝯmittitur iniuria ꝯtra
deū ⁊ est peccatū ꝯtra diuinū cultū:⁊ cōtra primū
preceptū prime tabule.Quātū ꝟo ad receptionē
pecunie vel rei tēporalis:que nō potest possideri
iuste peccatur contra istud preceptum.qꝛ sicut di
cit augu.ad macedoniuꝫ.Omne qd male posside-
tur alienū est hoc est pro alieno est reputandum.
et hoc mō q̄tuꝫ ad hoc symonia est furtum ſm ꝙ
trahitur ad spirituale nomen sacrilegij.

Questio.xxxvij.de octauo precepto.

Ost predicta ad in
quisitionē octaui mandati est pro-
cedendū.quo dicit. Exo.xx.⁊ Deu.
v.Nō loqueris cōtra p̄ximū tuum
falsum testimoniū Circa qd querū
tur plura.¶ Primo vtrū ista prohibitio p̄tineat
ad primā tabulā vel secundā.Secūdo quid intel-
ligatur prohiberi per falsum testimonium Tertio
vtrum prohibeatur hic locutio falsitatis.Quar-
to vtrum prohibeatur taciturnitas veritatis:cuꝫ
veritas requiritur.Quīto vtrū p̄hibeatur hic mē
daciū.Sexto vtrū mendacium sit hic vniuersali-
ter prohibitū.ita ꝙ in nullo casu sit licitum.

Membrum primum.

Q.ista p̄hibi no pertineat ad primā vel scd̄aꝫ tabulā.
Ad primum sic proceditur. Cū testis nō
recipiatur nisi iuratus testari est iura-
mēto fidem facere.ergo falsum testimo
nium est periurium.Ad idem ergo p̄re-
ceptum pertinet prohibio periurij et falsi testimo
Quod sit prime tabule ar gumen.j.
nij.Cum ergo secundo precepto.scilicet non assu-
mes nomen dei tui in vanum.prohibeatur periu
rium sicut dicit gl.v.deut.super illud nō assumes.
Secundum.
ergo eodem prohibetur falsum testimonium.
¶ Iteꝫ si dicatur ꝙ non absolute prohibetur hic
falsum testimonium:sed cum determinatione.sci
licet contra proximum. vnde prohibetur falsum
testimonium ſm ꝙ est in proximi nocumentum.
et iō cū in secūda tabula decalogi quod est in pro
ximi nocumentum prohibeatur:non in prima.de
bet falsum testimonium prohiberi. Contra. Con
tingit dicere testimonium falsum ad proximi pro
fectum:sicut mentiri et constās est quod istud est
peccatum ⁊ non nisi ratione falsitatis testimonij
Unde hiero.super epistolam ad philemonem.Si
Hiero.
quis sanctum dicit non sanctum: et rursum non
sanctum asserit sanctuꝫ:abhominabilis est apud
deum. Relinquitur igitur quod prohibetur ab-
solute falsum testimonium:etiam si non sit con-
Tertium Augustinus
tra proximum.¶ Item sicut dicit Augustinus.ij.
lib.contra faustum.et similiter primo de ciui.dei
Regula diligendi proximum regulatur secūdum
dilectionem que est ad seipsum:cum dicitur.dili-
ges proximum tuum sicut teipsum. vnde illo eo-
dem precepto quo prohibetur nocumentum pro
ximi:prohibetur nocumentum sui.vnde cum di-
citur.non occides.intelligitur te vel alium.ergo si
militer eodem precepto prohibetur. non falsum
testimonium dices contra te vel contra proximū
Quod ergo ponitur determinatio ista.scilicet cō-
tra proximum in prohibitione falsi testimonij nō
coartabit preceptum quin absolute prohibeat fal
sum testimonium non prohibetur ergo ratione p̄
dicta quin illud sit prohibitum secundo p̄cepto.
Quartum
¶ Item Actuum.j.Eritis mihi testes dicit domi-
nus apostolis.Ex quo accipitur ꝙ contingit testi
ficari pro deo sicut pro proximo.ergo p̄ oppositum
contingit falsum testimonium contra deum.sicut
contra proximum.sicut faciunt heretici et aposta
te.Si ergo omnis inordinatio contra deum p̄hi-
betur i prima tabula.sicut omnis inordinatio cō-
tra proximum in secunda prohibitio falsi testimo
Quintum.
nij erit prime tabule sicut secunde.¶ Item ad ideꝫ
est illud apostoli.j.ad Corin.xv.Si xp̄s non surre
xit inuenimur falsi testes aduersus deum ⁊c. Ex
quo colligitur ꝙ aduersus deum potest quis dice
re falsum testimonium.⁊ inde vt prius.¶ Cōtra.
Contra.aug.
Sicut dicit augu.in enchi.Uerba propterea sunt
instituta vt per ea quisq̄ in alterius noticiam co-
gitationes suas proferat.non per que homines se
inuicem fallant.ergo omnis veritas sermonis or-
dinatur ad proximum.⁊ omnis fallacia sermonis
est p̄ inordinationē ad proximum.Sed omnis ta
lis inordinatio prohibetur secūda tabula nō pri-
ma.ergo omnis fallacia sermonis p̄hibetur secū-
Responsio
da tabula.ergo et falsum testimonium quocunq;
modo dictum.¶ Solutio cum sit veritas creata:
⁊ increata.veritas creata respectu vtriusq; rationa
lis.creatura efficitur debitrix.Nam veritati icrea
te debet reuerentiam.veritati vero create que mē-
te rationali concipitur debet obseruantiam illam
ergo debet honorare istam.seruare illam propter
ordinē qui est ipsius ad proximū Ideo cōtra illam
est iuramentum factum pro nihilo: quia in hoc ir
reuerenter assumitur increata veritas in testimo-
nium sue locutionis.contra istam vero est falsum
testimonium in quo non obseruatur p̄rimo debi
tū veritatis.Propterea dicendū ꝙ istud preceptū
Sol.ad p̄mū
in quo prohibetur falsum testimonium est secun-
de tabule.¶ Ad primum ergo quod obijcitur.di-
cendum quod cum iuratur testificādo duplex est
debitum.scilicet reuerentie veritati increate vt nō
nominetur in vanum in iurando.Et debitum ob-
seruantie veritatis ad proximum.vt scilicet sermo
ne nostro qui ad hoc ordinatus est vt significet qd
in nostra mente est proximus non fallatur.Inde
est quod peiorando in testimonio dupliciter pec-
catur contra preceptum secūde tabule per falsum
testimonium.et contra secundum preceptum pri-
me tabule propter periurium.Accidit autem iura
mento testimonium.et testimonio iuramentum.
Nam iuramentum aliquando est promissorium.
non assertorium.et tunc iurare non est testificari.
sed promittere.Similiter aliquando profertur te-
stimonium simpliciter.vt est est.non nō.quod fa-
cit fidem per veritatem que in nobis est.non p̄ ve
ritatem que deus est:per veritatem que est seruan
da:non que est honoranda.et tale testificari non
est iurare.sed simpliciter asserere.
Ad secunduꝫ ⁊ tertium
¶ Ad ea vero que obijciebantur consequenter qd
determinabatur illud preceptum secunde tabule.
quia in proximi nocumentum.dicendū sicut ostē
debatur quod non solum ex hoc est prohibitio fal
si testimonij quod noceat p̄rimo.sed ex hoc quod
non seruetur debita veritas p̄ximo.
Ad quartum ⁊ quintū
¶ Ad vltimo vero obiecta quibus obijciebat qd
non solum contra proximum.sed contra deum po
test dici falsuꝫ testimoniū.dōm ꝙ possum⁹ respi-
cere qd testificamur.⁊ cui testificamur.si respicia

mus ad illud qđ testificamur: contingit illud esse veritatem increatam vel veritatem creatam. Ideo falsa testificatio germinatur ꝑm hoc. et cū est hoc contra veritatem increatam erit contra secunduz preceptum prime tabule. Cum vero est contra veritatem creatam quam habemus in cōscientia de rebus creatis ⁊ designatur sermone peccatur contra istud preceptum. Non falsum testimoniuz dices. Si vero respiciamus illud cui testificamur ille est proximus non deus. siue ei testificemur de veritate creata siue de increata: et ideo semper falsuz testimonium ꝑm hunc respectum est per inordinationem ad proximum. et ita precepto secūde tabule prohibetur materialiter. ergo falsuz testimoniū potest ponere inordinationem que est contra deū et proximum. Formaliter vero ponit inordinationem ad proximum. ⁊ ideo simpliciter proprie dicēdo prohibetur in secunda tabula.

Membrum secundum.

Queritur q̄d intelligaꝛ prohiberi per falsum testimonium.

Consequēter queritur quid intelligatur per falsum testimonium prohiberi. Nā super illud Deute. v. Non falsum testimonium dices: dicit glo. Pessimum genus mendacij. quodcunq; igitur mendaciuz non prohibetur hic: sed illud quod est pessimum. scilicet in attestando falsum.

Argu. obijciꝛ.

¶ Item Leui. xix. dicitur Non furtum facies. non mētiemini: nec decipiat vnusquisq; proximum suum. sicut absolute dictuz est ibi generaliter non mentiemini. posset hic dici sed specialiter dictum est non falsum testimoniuz dices.

Secundum

¶ Contra Leui. xix. Non mēticmini ⁊c. glo. Augu. Quod dictum est non mentiemini ne calūniam faciatis. In hoc precepto videtur contineri nō falsum testimoniū dices: q; calumnia sine mēdacio fieri non potest. quod falso testimonio concluditur. ergo generaliter prohibetur hoc mendacium.

Contra.

¶ Item Aug. in lib. de mendacio. Quibus placet non esse mentiendum. multo fortius agūt vtentes eo testimonio quod in decalogo scriptum est. non falsum testimonium dices. quo genere cōplectitur omne mendaciuz. Quisquis enim aliq̄d enunciat testimonium perhibet animo suo.

Augustinus

¶ Solutio dicendum ꝑm Aug. ꝙ sicut nomine furti interdicitur omnis illicita vsurpatio rei aliene: ⁊ nomine mechie omnis illicitus concubitus: atq; illorum membrorū non legitimus vsus: ita nomine falsi testimonij intelligitur prohiberi omne mendacium generaliter. De quo. j. Sap. dicitur. os qđ mentitur occidit animam. Et in ps. Perdes oēs qui loquuntur mendacium. quod intelligitur distincte de mendacio malignitatis.

Responsio

¶ Ad illud ergo quod primo obijcit. distinguendum ꝙ cum mēdacium dicatur tripliciter. iocosum. officiosum et perniciosum. Iocosum quod fit intentione iocandi. Officiosum quod fit intentione proficiendi proximo. Perniciosum quod fit intētione nocēdi proximo. quod dicitur mendaciuz malignitatis. Perniciosum pessimum est ⁊ illud intelligitur per falsum testimonium. Unde signanter dicitur. Non falsum testimonium contra proximuz dices. vt intelligatur prohiberi vniuersaliter mendacium qđ est in proximi nocumentum. nō tamen excipitur mendacium quod est in detrimentum sui. q; sicut dicit aug. j. de ciui. dei. Falsum inquit testimoniuz non dices aduersus proximum tuum. Nō ideo tamen si aduersus se quisq; falsum testimonium dixerit ab hoc se putauerit crimine alienuz: q; regulam diligendi proximū a seipso accepit qñ scriptū est diliges proximū tuum sicut teipsum.

Ad. arg. solu. Triplex mendacium

Ad secunduz

¶ Ad secundum dicendum ꝙ lex decalogi posita est populo Israelitico: vt in statu incipientis. Lex vero leui. in statu proficientis. et ideo perfectiori modo magis explicite traduntur quantum ad formā dicendi moralia in leuitico q̄ in decalogo. sicut et in libris sequentibus legis. s. numerorū. Deute. Quāuis ergo intellectus sit idem in pfectiori modo dictum est. non falsum testimonium dices q̄ nō mētiemini. vel decipiat vnusquisq; proximum suum. ⁊ istud explicatio est illius.

Membrum tertium.

Utruz prohibeatur hic iudicio falsitat.

Deinde queritur vtrū isto precepto sit prohibitio falsitatis. Ad qđ sic Deute. nōn falsum testimonium dices. gl. Falsitatez interdicit.

Arg. primum Isidorus

¶ Item Isido. ibidem. Octauum mandatum crimen mendacij ⁊ falsitatis abhominatur. et sequitur. Primum mandatum prohibet subreptionem. secundum errorem. tertiuz seculi amorem. quartum impietatem. quintum fornicationem. sextum crudelitatem. septimum rapacitatem. octauum falsitatem. nonum cogitationē adulterij. decimum cupiditatem mundi. Locutio igitur falsitatis ⁊ credulitas prohibetur hic.

Secundum

¶ Itē falsitas creditur ⁊ falsitas dicitur. Si ergo culpabile est falsitatem dicere sicut dicitur. v. Esa. Ue q̄ dicitis bonum malum ⁊c. multomagis erit culpabile falsitatē credere sicut dicit autoritas: Lingua non facit reum. sed rea mens.

Tertium

¶ Item canon Damasi. xj. q. iij. c. Non solum ille reus est qui falsum de aliquo profert. sed etiam is qui aurem cito criminibus prebet.

Quartum Hieronymus

¶ Item canon Hiero. in eodem Si quis hominem qui sanctus non est sanctū esse crediderit: et dei eum iunxerit societati xp̄z violat cuius membra sumus. ergo credere de aliquo malo ꝙ sit bonus culpabile est. Sed non nisi q; contra preceptum quo interdicitur falsitas. ergo q̄ sic credit peccat contra illud preceptum

¶ Item Augustinus in enchi. Ipse per seipsum error autem magnum in re magna. aut paruum in re parua. tamen semper est malum. Quis enim nisi errans malum neget approbare falsa pro veris. aut improbare vera pro falsis. aut habere incerta pro certis. aut certa pro incertis.

Quintum Augustinus enchi.

¶ Contra Augustinus in enchi. Nemo sane mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat esse verum quando quantum in ipso est non fallit ipse sed fallitur. Non itaq; mendacij: sed aliquando temeritatis est arguēdus qui falsa incaut⁹ credit: ac pro veris habet. ergo si non incaute non, est arguendus mendacio. nec temeritate. ergo nō peccabit aliquo modo.

Contra. aug.

¶ Itez Augustinus in enchi. In quibusdam rebus nihil interest ad capescēduz regnum dei vtrum credantur an non. ⁊ vtrum vera putētur an falsa. In his ergo aliud pro alio putare non est arbitrandum esse peccatum. aut si est minimum atq; leuissimum.

¶ Item Augustinus in eodem. Si quis q̄ bonum hominem putando qui malus est ab eo aliq̄d patiatur mali fallitur. sed in illum non cadit illa prohibita detestatio. Ue qui dicitis malum bonū ⁊c.

¶ Item Augustinus in eodem illud propheticuz Esaie. v. ve qui dicunt quod malum est bonum de ipsis rebus quibus homines mali sunt. nō de hominibus intelligendum est dictum esse. vt q̄ adulterium dicit bonum recte arguitur illa voce prophetica.

¶ Solutio secundum Anselmum in libro de veritate. Ueritas dicitur multipliciter. scilicet veritas rei. veritas cognitionis et veritas significationis. vnde et secundum hoc falsitas dicetur multipliciter

Responsio Anselmi.

multipliciter. scilicet. falsitas rei: cum res apparet esse qđ nō est. vt homo pictus falsus ho. Falsitas cognitiōis. cū res putaꝛ eē qđ nō est. vt ab epicuris beatitudinē esse voluptatē. Et est falsitas significatiōis. cū dr̄ esse qđ nō est sicut cū dr̄ hominem esse asinū. Quādo ergo dr̄ a glo. ⁊ ab Isido. ꝙ octauo p̄cepto prohibeꝛ falsitas: nō intelligiꝛ de falsitate rei: sed intelligiꝛ de falsitate significatiōis. q̄ vtraq; falsitas poniꝛ in dictione q; dicere est duobus modis ⁊ dictio similiter. s. in corde ⁊ ore. Quādo ergo dicitur nō falsum testimoniū dices prohibetur dictio falsitatis: nō quocūq; modo. Est enī falsa dictio duobus modis. aut a falsitate dicētis aut a falsitate dicti. Itē a falsitate dicētis differētia est. Nā aut falsitas perniciosa est. aut iocosa. aut officiosa. primo mō falsitas dicētis prohibetur hic. secūdo mō ⁊ si nō prohibeaꝛ tñ reprobāda ostenditur. Falsitas aūt dicētis hic attēditur q̄tum ad mendaciū. ⁊ hoc est qđ dicit aug. in encb. q̄tuz in ipso est ille mētitur. qui dicit verū qđ putat falsuz q̄tū ad animū eius attinet. q; nō qđ sentit hoc dicit: nō verū dicit. q̄uis verū inueniatur hoc eē qđ dicit.

Augustinus enche.

¶ Itē a falsitate dicti differētia est. Nā sicut dicit aug. in encb. Male falliꝛ hō cum non credit qđ ad vitā ducit eternā. Fallitur etiā hō cū falsuz pro vero approbādo incidit i molestias tpales: velut si quisq; bonū hominē putādo qui malus est aliquid ab eo patiaꝛ mali. ex quo accipitur ꝙ falsitas in rebus que ptinēt ad salutē credita vel dicta damnabilis est. nō tamē diceꝛ esse cōtra illud preceptū. sed ptra secundū p̄ceptū. quo prohibetur error. Falsitas vero in his que nō ptinēt ad salutē indifferēs est q̄tū ad hoc qđ male ⁊ non male dici potest. vnde aug. in enchi. In quibusdam rebus nihil interest ad capescendū regnū dei vtrum credantur vera vel falsa. Et per hoc patet responsio ad primū quod obijciebatur ꝑm glo. ⁊ Isidorum.

ptz solu. ad argu. j. Ad secunduz

¶ Ad secundū quod obijcitur de crudelitate falsitatis cū distinctiōe predicta dictionis ⁊ falsitatis dicendū ꝙ nō extenditur q̄tum ad formā recipiē distud mandatū ad prohibitionē falsitatis in dictione interiori. que est in falso iudicio. q; non potest dici dictio interior testimonium. Preterea p̄ceptioni euangelice perfectionis reseruatur quod dicitur Mathe. vij. Nolite iudicare ⁊c. Quanuis q̄tuz ad rationem precepti possit reduci ad illud preceptum ꝑm illam rationem quaz ponit canon Damasi. quod obijciebatur in tercio loco in statu recipientis testimonium sicut in iudice. Unde augusti. in lib. de penitentia. Quanuis vera sint. quedam tamen iudici non sunt credenda: nisi certis indicijs demonstrentur. Unde canon. damasi de iudice intelligitur cum dicit. ꝙ reus est ille qui aurē cito criminibus prebet q; fauet falsis testib⁹

Ad tertium.

¶ Ad illud vero hierony. quod dicit de incredulitate illi⁹ qui nō est sanct⁹. ꝙ sit sanct⁹. nō itelligiꝛ de credulitate simplici. sed de credulitate q̄ ē cum assertione. vñ postq̄ dixit. si quis hominē qui nō est sanctus sanctum esse crediderit ⁊c. subdit. qui in christi corpore errat asserens sanctuz membruz eius cum non sit vel non esse sanctum cum sit. in equali crimine noxius fiat. Esa. enim dicit. Ue qui dicunt dulce amarū et amarum dulce. Nota ergo ꝙ ꝑm hiero. Credulitatis falsitas cum assertione de personis culpabilis est. Secundum vero augustinuz credulitas simplex in bonis nō est culpabilis. in rebus vero que pertinent ad salutem ꝑm augusti. falsi credulitas culpabilis est vnde hiero. Ue qui dicunt amarum dulce ⁊c. Dulce puto esse sanctimoniam. Amaruz vero qđ contrarium est. In rebus vero que non pertinent ad salutem indifferens est.

Ad quartuz.

¶ Ad vltimum quod obijcitur ꝙ error per se malum est. dicendū qđ est malum culpe: et est malum pene in his que ad salutem pertinent malum culpe est in his: ergo que ad salutem non pertinent malum pene est. Unde Augu. in enchi. In falsitatibus quib⁹ salua fide q̄ in deum est fallimur: et via derelicta que ad illum nos ducit erramus: etsi errores peccata non sint. tamen in malis huius vite deputandi sunt.

Ad quintum

Membrum quartum.

Utrū hic prohibeatur taciturnitas veritatis cum requiritur veritas ipsa.

Postmodum queritur vtrum hic prohibeatur taciturnitas veritatis cum veritas requiratur. ¶ Ad quod sic augustinus ad Cassulanum. Reus est q̄ veritatem occultat: ⁊ qui mendacium dicit: q; ille prodesse non vult: ⁊ iste obesse desiderat. Sed qui mēdacium dicit reus peccat contra illud preceptum ergo et qui veritatem tacet. quia idez est reatus: q; contra obseruantiam debite veritatis proximo

Augustinus.

¶ Item Iohan. criso. Non solum ille proditor est veritatis qui transgrediens veritatem palam mēdacium loquitur. sed etiam ille qui non libere pronunciat veritatem quam libere pronunciare oportet: aut qui non libere veritatem defendit quaz libere defendere conuenit.

Crisostomus.

¶ Contra Aug. in libro contra mendacium. Non est hoc occultare veritatem ꝙ proferre mendacium. Quamuis enim oīs qui mentitur velit celare quod verum est. non tamen omnis qui vult celare quod verum est mentitur. Plerunq; enim vera non mentiendo occultamus: sed tacendo: neq; enim mentitus est domin⁹ dicendo. Multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. vera tacuit non falsa locut⁹ est.

Contra.

¶ Solutio dicendum ꝙ quamuis ista negatiua includatur affirmatiuo qua precipiꝛ obseruantia veritatis ad proximum. non tamen similis est ratio in affirmatione et negatione. Nam negatio qua prohibetur deceptio falsitatis obligat semper et ad semper. affirmatio vero obligat semꝑ: sed non ad semper. sed pro tempore et causa. Causa ergo facit taciturnitatem veritatis esse culpabilem secundum Augustinuz ad Cassulanum. Quisq̄s metu cuiusq; potestatis veritatem occultat: iram dei super se prouocat. quia scilicet magis timet hominem q̄ deum.

Responsio

¶ Item causa et oportunitas facit taciturnitatem esse licitam. Unde Augustin⁹ de mendacio. Licet predicatori rerum eternarum narratori rerum temporalium ad edificationē pertinentium occultare in tempore quicquid occultandum videtur. mentiri autem nunq̄ licet.

Augustinus.

Membrum quintum.

Utrū hoc precepto mendacium prohibeatur

Queritur postea vtrum hic prohibeatur mendacium. ¶ Ad quod sic Deuteronomij quinto. Crimen mēdacij prohibibet cum dicitur non falsum testimonium dices.

¶ Item Augustinus in libro de mendacio. Quod in decalogo dictum est non falsuz testimonium dices. complectitur omne mēdacium

Qđ sic augu.

¶ Item Augustinus in eodem arguit sic. Quod est contra veritatem iustum esse non potest. Est autem contra veritatem omne mendacium. Nullum igitur iustum potest esse mendaciuz. ergo est secundum se malum. ergo prohibitū. nō nisi

hoc ꝑcepto. ¶ Itẽ aug.in.j.li.de doctrina xpiana
Omnis qui mentit inique facit.⁊ si cuiꝗ videtur
aliqñ vtile esse mendaciũ:põt videri aliqñ vtilem
esse iniquitatẽ.Nemo ei mẽtiens in eo ꝙ mẽtiẽs
seruat fidẽ.nã hoc vtiꝗ vult vt cui mentit fidẽ sibi
adhibeat.quã tamẽ mentiẽdo ei non seruat.Om
nis autẽ fidei violator iniquus est. ¶ Itez aug.in
ench.Uerba propterea instituta sunt. vt quisqz in
alterius noticiam sua verba proferat.verbis ergo
vti ad fallaciam:non ad que instituta peccatũ est
sed non nisi contra aliquod preceptum ⁊ non ni-
si contra istud. ¶ Item in ps.Perdes omnes qui
loquuntur mendacium.Et sap.j. Os qđ mẽtitur
occidit animã.ergo malũ.et inde vt prius. ¶ Itez
augu.de mendacio Quis dixerit esse integrũ ani
mum mentientis. etenim ipsa libido recte diffini
tur appetitus animi quo eternis bonis tempora
lia preponuntur.Nemo itaqz potest cõuincere ali
quando esse mentiendũ:nisi qui poterit ostendere
eternũ aliquod bonum obtinendũ esse mendacio
sed cum tanto quisqz ab eternitate discedat:quan
do a veritate discordat. qui autem mentitur a ve
ritate discedit:absurdissimuz est dicere disceden-
do inde posse aliquem ad bonum aliquod perue-
nire:ergo mentiendo nõ potest venire nisi ad ma
lum.ergo ⁊c.et inde vt prius. Ex his ergo ptz mẽ
dacium esse malum.Ex quo relinquitur ꝙ hic sit
Contra aug. argu.j.
probibitum. ¶ Contra augus.in li.de mendacio.
De ipso testimonio no absurde querit: apud quẽ
quisqz sit testis:non enim apud quoscunqz loqui-
mur testes sumus:sed apud illos quibus expedit
et debent per nos cognoscere aut credere veritatẽ
sicuti est iudex:ne in iudicando erret.aut qui doce
tur doctrinã religionis ne erret in fide.Cum ergo
aliquis interrogat rem q̃ ipsum non pertinet:aut
quod nosce non expedit.non testem sed proditorẽ
requirit:Itaqz si mentiaris fortasse a falso testi-
monio alienus eris.sed a mendacio profecto non
eris.Ex quo relinquitur quod contingit esse men
dacium sine falso testimonio. ergo non prohibe-
Secundum.
tur hic mendacium. ¶ Item vt habetur ab augu.
contra mendaciuz.Priscilianite heretici arguũt
ex illo verbo ps.Qui loquitur veritatem in corde
suo.Si ergo precise dictuz est de illo qui consequi-
tur salutem in corde suo retinendum esse verum.
et ore ad alios loqui falsum:non erit peccatum:
Tertium:
¶ Item Leuit.xix.Non mentiemini ⁊c.August.
Omnia que prohibentur committi contra proxi-
mum ad hoc referuntur.non nocebis proximo
Si ergo contingit mentiri multotiens sine nocu
mento proximi:non videtur hic prohibitũ esse mẽ
dacium nisi quod est in proximi nocumentum
¶ Item est mendacium in doctrina religionis et
Quartum.
constat quod illud committitur contra honorem
dei.Sed quicquid committitur contra honorem
dei prohibetur in prima tabula : ergo mendaciuz
huius prohibetur in prima tabula. ⁊ non hic.
Rñsio. aug. super.ps.v.
¶ Solutio.ꝯm augus.super illud.perdes omnes
qui loquuntur mendacium.vbi dicit. Duo sunt
genera mendaciorũ in quibus non est magna cul
pa.sed tamen non sunt sine culpa:vt cuz iocamur
aut proximo consulendo mentimur illud primuz
quod in iocando est.non est perniciosum. qz non
fallit:nouit enim ille cui dicitur iocandi causa fu
isse dictum.Secundum vero prodest mendacium
ergo intelligitur prohibitum.quod est pernicio-
sum:hoc est ad graue proximi detrimentum. vn-
de sicut supra tactum est: signanter dicitur non
contra proximum falsum testimonium dices ⁊ in
hoc sensu intelligende sunt autoritates et ratiões
quibus astruitur mendacium esse prohibitum
Cum eñ sit culpa venialis et culpa mortalis cul-
pa venialis non dicitur esse in prohibitione:ꝫ so-
lum mortalis:insinuatur tamen esse fugienda per
prohibitionem mortalis:⁊ hoc quia veniale dispo
nit ad mortale.Fuit tamen opinio quorundam qđ
omnis culpa siue mortalis seu venialis esset pro-
hibita.et sicut sunt quedam mandata que non im
plentur in via.et omissio impletionis illorum nõ
est damnabilis.sicut est illud preceptum.Diliges
dominum deum tuum ex toto corde ⁊c.vt dicit au
gustinus.ita est prohibitio quorundam que quã-
uis seruari non possit non erit transgressio dãna-
bilis.et hoc modo dicunt venialia prohibita ĩ his
que sunt ꝯm se mala.et modo dicunt omne mẽda-
cium prohibitum esse:siue sit veniale:seu mortale
quia est ꝯm se malum.Unde dicit augu.super illđ
Leui.xix.Non mentiemini.Nunquid ex quo in le
ge dictum est non mentiemini ex illo tempore non
licuit in tali casu vel causa mentiri:sed magis quia
iniustum erat mendacium.ideo prohibitum:non
quia prohibitum.ideo iniustum. ¶ Ad illud ergo
So.ad primũ contrarium
quod primo obijcitur quod videtur dicere Augu.
ꝙ omne mendacium non sit falsum testimonium
dicendum ꝙ non dicit hoc asserendo.sed queren-
do.vnde ibidem sequitur in lib.de mendacio.Sal
uo eo ꝙ nunꝗ licet falsum testimonium dicere.q̃
ritur vtrum liceat mentiri.Aut si falsum testimo-
nium est omne mendacium.videndum est vtrum
recipiat compensationem.Distinguendum ergo
ꝙ testimonium dicitur large et stricte. Large qui
cunqz sermo qui attestatur de animo dicentis:vñ
dicit Augustinus in libro de mendacio.Quisquis
aliquid denunciat testimonium perhibet animo
suo.et ꝯm hoc falsum testimoniũ dicitur de omni
mendacio.Stricte dicitur testimonium sermo nõ
apud quoicunqz.sed apud illos qui debent ꝑ nos
cognoscere aut credere veritatez:sicut est iudex ne
in iudicando erret.aut sicut ille qui docetur in do
ctrina salutis ne erret in fide.sicut dicit Aug.in eo
dem libro. ¶ Ad illud qđ priscilianite heretici op
Ad secũdum.
ponunt respondet Augus.Dicunt priscilianite in
corde retinendum esse quod verum est.ore autem
ad alienos proferre falsum nullum esse peccatum
quia scriptum est.Qui loquitur veritatem in cor-
de suo.tanꝗ hoc satis sit ad iusticiam si loquatur
quisꝗ in ore mendacium quando non proximus.
sed alienus hoc audit.Preterea putant Paulum
apostolum cum dixisset.loquimini veritatem sta
tim addidisse vnusquisqz cum proximo suo.q̃ sen-
tentia sanctos martyres exhonorat.immo aufert
sancta martyria.Iustius enim sapiẽtiusqz facerẽt
ꝯm istos si persecutoribus suis non se esse christia
nos faterentur ne eos sua confessione facerẽt ho-
micidas.propterea non facit ad propositum quod
dicunt heretici qui loquuntur veritatem in corde
quia statim sequitur.et non egit dolum in lingua
Qui enim mentitur dolum facit in lingua.qz aliđ
loquitur et aliud intendit. ¶ Ad aliud vero quod
Ad tertiũ
obijcitur postea de verbo Augu.ꝙ non omne men
dacium est in proximi nocumentum.dicendum ꝙ
etsi non noceat temporaliter:tamen in eo qđ fal-
lit fit contra proximum.quia nullus vult falli:et
ideo fit alij quod nollemus nobis fieri mentiẽdo.
Mendacium enim est falsa significatio vocis cuz
intentione fallendi vt dicit aug.in lib.de menda-
cio. ¶ Ad vltimum dicendum ꝙ mendaciũ in do
Ad quartum
ctrina religionis duplicem ponit preuaricatiõẽ
contra deum et contra proximum.Contra deũ:qz
est contra honorificentiam sue religionis. Cõtra
proximum

proximum quia fallit eum inquantum mendaciũ
est.quia sicut dicit Augustin⁹ in enchi.Usqz adeo
rationalis creatura refugit falsitatem ⁊ quantum
potest deuitat errorem.vt falli nolint etiam qui-
cunqz amant fallere.

Membrum sextum.

Utrum mendaciũ sit hic vniuersaliter prohibitũ ita qđ nullo casu sit licitum. Augu.contra mendacium.

Ltimo queritur ad maiorẽ euidentiaz
vtrum mendacium in omni casu sit ꝓ
hibitum quamuis videatur relinqui.
Ex predictis enim ꝯm ꝙ large prohibi
tio se extendit non solum ad mortale .sed etiaz ad
veniale. ¶ Ad quod sic Augustinus in libro con
tra mendacium.Mendaciorũ genera multa sunt
que quidem vniuersaliter odisse debemus:nulluz
enim mendacium est quod non sit contrarium ve
ritati.ergo vbi precipitur obseruantia veritatis ꝓ
hibetur mendacium quod est contrarium verita
ti.ergo isto precepto prohibetur vniuersaliter mẽ
dacium. ¶ Item Augu.in eodem.Sicut lux ⁊ te-
nebre pietas et impietas:iniusticia et iniq̃tas:ita
inter se sunt veritas et mendaciuz contraria.vnde
quantum amamus istam tantum illud odisse de-
bemus:inde arguitur vt prius. ¶ Item Aug.in li
bro de mendacio.Cum doctrina salutis partiz cre
dendis:partim intelligendis rebus cõstet: nec ad
ea que intelligenda sunt peruenire possit.nisi pri⁹
credenda credantur quomodo credendum est ei q̃
putat aliquando esse mentienduz ne forte tũc mẽ-
tiatur cum precipit vt credam⁹.Ex quo relinq̃tur
ꝙ in nullo casu est mentiendũ. ¶ Item arguit au
gu.in lib.contra mendacium ꝙ pro nulla vtilita-
te est mentiendum.vnde dicit quomodo erit vllũ
ex veritate mendaciũ Iohanne apostolo reclamã-
te.Omne mendacium non est ex veritate.Non est
ergo verum aliquando esse mentiendum:⁊ qđ non
est verum nemini est suadendum. ¶ Item in libro
contra mendacium.Quisquis dicitur pro pericli-
tantis hominis salute corporali vel spirituali esse
mentiendum:vt si quisꝗ baptizandus in potesta
te est impiorum constitutus ad quem peruenire nõ
possit vt baptizetur nisi deceptis mendacio custo
dibus monstrat a veritate exorbitare.Et post sub
iungit.Quomodo iubet veritas vt homo baptize
tur esse mentiendum si non iubet castitas vt ho-
mo baptizetur esse mechandum.Si ergo non do
cet veritas facere propter hominem baptizanduz.
quod est contrarium castitati non docebit ꝓpter
hominem baptizandum facere quod est cõtrariũ
veritati. ¶ Item Augu.in eodem.Non est subue-
niendum homini per stuprum quod est cõtrariuz
castitati nec erit subueniendum homini per men
dacium quod est contrarium veritati. ¶ Item au
gu.in eodem lib.de mendacio.Odisti domine oẽs
qui operantur iniquitatem.perdes omnes qui lo-
quuntur mendacium:tanto peius est mendaciuz
iniquitate quanto grauius positum est:perdes ꝙ
odisti. ¶ Item.j.Sapientie.Os quod mentit oc-
cidit animam.quomodo ergo nõ peruersissime di
citur vt alter corporaliter viuat. debere alteruz spi
ritualiter mori. ¶ Item Augu.in eodem libro.Di
lectio proximi ex sua cuiusqz dilectione terminuz
accipit.Diliges inquit proximũ tuũ sicut teipsum
quomodo ergo eum diligit sicut seipsum.cui vt ꝓ-
stet vitam temporalem ipse amittit eternam.Nõ
est eñ hoc diligere sicut seipsum.sed plusꝗ seipm
quod sane doctrine regulam excedit.Cum igitur
mentiendo vita eterna amittatur nunꝗ pro tem-
porali alicuius vita est mentiendum. ¶ Item au
gu.in eodẽ.Quid si furto nostro vel adulterio pos
set aliquis de morte liberari.Ideo mechanduz est
aut furandum.cur animam suam quisqz corrum-
pet vt alter viuat in corpore. ¶ Item Augu.in eo
dem videtur ita queri vtrum pro alteri⁹ salute ali
quis mentiri debeat acsi quereretur vtrum ꝓ alte
rius salute quis iniqu⁹ esse debeat:ꝙ si respuit ani
me salus.quid restat quod dubitare debeam⁹ nũ-
ꝗ omnino esse mentiendum. ¶ Item Augu.in li
bro contra mentientem. Ipsum mentis imperiuz
cui debet omnis motus inferior mentis obedire:
digno non carebit opprobrio quando fit quod fie
ri non oportet.Si ergo mentiri non oportet.non
excusabitur animus mentiendo. ¶ Item Aug.in
lib.de mendacio.Aut non est credendũ bonis:aut
credendum est eis quos credimus debere aliquã-
do mentiri:aut non est credendum bonos aliquã
do mentiri.Horum trium primũ perniciosum est.
secundum stultum.Restat ergo vt nunꝗ mentiã
tur boni. ¶ Item Augu.in eodez.Quid si ad chri-
stianum homicida confugiat:et de hac re interro
getur:mentiendum est.dicturus ergo es falsuz te-
stimonium:⁊ occisurus animam tuam ne occidat
homicida. ¶ Item qđ si ipse iudex iniqu⁹ ad sup-
plicium querat innocentez.falsus testis an prodi
tor eris quanto fortius dices:nec prodam.nec mẽ
tiar.Fecit hoc episcopus Chagresten.ecclesie Fir-
mus nomine.Nam cum homo quereret iussu im
peratoris.respondit querentibus nec mẽtiri se pos
se.nec hominem prodere.Ex his igitur relinq̃tur
vniuersaliter omnibus:⁊ omne prohibitũ esse mẽ
dacium. ¶ Item Augu.per inductionem probat
Augus.ponit octo gñia mẽdaciorum
in libro de mendacio omne mendacium esse illici
tum distinguens octo genera mendaciorum. pri-
mum quod fit in doctrina religionis siue fidei:vt
heresis et infidelitatis.Secunduz quod obest ali-
cui ⁊ nulli prodest.vt mendacium falsi testis ĩ cau
sa criminali.Tertiũ quod alicui obest vt prosit alij
vt mendacium falsitatis in causa pecuniaria.
Quartum quod fit solum mentiendi libidine. qđ
vt dicit mirum mendacium est.qz scilicet mirũ est
ꝙ aliquis mentitur sine aliqua intentione vlterio
ri.Quintũ est quod fit placendi cupiditate. vt mẽ
dacium adulationis.Sextuz est quod nulli obest:
et prodest pecunie alicuius ꝯseruande.velut si q̃s-
piam pecuniam alicuius tollendam sciens vbi sit
nescire se mẽtiatur. Septimum quod nulli obest
et prodest vite alicuius conseruande.vt si quis no
lens hominem ad mortem quesitum prodere mẽ-
tiatur.Octauum est quod nulli obest ⁊ prodest ca
stitati alicuius conseruande.vt si quis quesitaz ad
stuprandum virginem sciens se nescire dicat.ostẽ
dit ergo augu.nullo genere mendacij esse mentiẽ
dum.Primo enim genere mentiendum nõ est.qz
mentiri in doctrina pietatis magnum scelus est
Nec secundo.quia nulli facienda est iniuria.Nec
tertio.quia nulli cum alterius iniuria est consulẽ
dum.Nec quarto propter mentiendi libidinem q̃
per seipsam vitiosa est.Nec quinto.qz nec ipsa veri
tas causa placẽdi hominibus enũcianda est.quã-
to minus mendacium.Item nec sexto:qz et recti te
stimonij veritas pro cuiuslibet rei temporalis cõ-
modo non debet corrumpi.Nec septio:qz nullius
salus temporalis fidei preponenda est.Nec octa-
uo.quia in bonis castitas animi pudicicie corpo-
ris prefertur.Ex verbis igitur Augustini videtur
relinqui vniuersaliter in omni casu mendaciuz es
se prohibitum. ¶ Contra Ambrosius.Non solum
Cõtra arg.j.
nō crediderit Moysi.ergo ꝛ multomagis arguē-
dus esset:si in humanis actibus non crederet te-
stimonio moysi ergo in casu potest sufficere vnus
testis. ¶ Rñsio.ſm legē diuinā ꝛ humanā nō est

Responsio.

credendū soli testi. ¶ Ad illud vero quod obijcit
de moyse.dōm ꝙ nō arguit populus eo ꝙ nō cre
diderit homini soli:sed ex hoc ꝙ nō crediderit deo
cōfirmāti verba moysi sequentib9 signis.vñ Nu
me.xiiij.Usq3quo detrahet mihi populus iste vsq3
quo non credet mihi in oibus signisque feci corā
eis dixit dñs ad moysen. Unde dicit decretal.ti.de
testibus.Lz plures sint cause que plures q̄ duos
exigant testes:nulla est que vnius tantū testimo-
nio valeat terminari:q̄uis legitimo.Excipiuntur
tamen ſm canones duo casus in quibus credit
testimonio vnius.Primus est in baptismo.Secū
dus in cōsecratione ecclesie.vt tractatu de cōsecra
tione.dis.iiij.c.placuit.ꝛ.c.sequēti.ꝛ in oibus his
in quib9 alteri ꝓiudiciū nō infert.vt casibus pre-
dictis. ¶ Itē distinguit duplex stat9.Un9 est i for
ma iudicij.ꝛ in illo vt dictū est nō credit vni9 testi
monio.Alius est extra iudiciū.ꝛ in illo statu vni9
probate persone testimonio creditur.sicut habet
lxxxvj.disti.vbi dicitur ꝙ dominus papa credidit
cuidam abbati de delicto cuiusdam episcopi:ꝛ eū
grauiter puniuisset:nisi simplicitati illius ꝛ sene-
ctuti pepercisset.

Postea queritur. .§.j.

An duo vel tres ad ōme testimoniuz sufficiant.

An duo testes vel tres ad omne testimoniū suffi
ciant.Ad q̄ō lex deut.xix.In ore duorū vel triū sta
bit omne verbum.Item saluator iudeis.Joh.viij.
In lege vestra scriptuz est:qr in ore duorū hominū
testimoniū verum est.ego sum qui testimoniū ꝑ-
hibeo de meipso ꝛ testimoniū perhibet de me qui
misit me pater. ¶ Item.Heb.x.Irritam quis fa-
ciens legem Moysi sine vlla miseratione sub duo
bus vel tribus testibus moritur ¶ Contra.ij.q.v.
canon Siluestri.Presul nō condemnetur nisi cū
lxxij.testibus.Presbyter cardinalis nisi in.xl.

Dyaconus cardinalis vrbis rome nisi in.xxvj.
Subdyaconus acolitus nisi in.vij.testibus. Te-
stes autem τ accusatores sine aliqua sint infamia

Responsio

¶ Ad quod respondetur ꝙ canõ.b.Siluestri τcõ
similes intelligunt de clericis romane ecclesie rõ
ne priuilegij spãlis.vel ꝓpter improbitatem quorũ
dam qui cum non sint spectate vite τ scientie in ac
cusationem ministrorum derepente ꝓsiliunt.
Quorum vero vita adeo laudabilis est:vt in om-
nibus appareat imitanda:de quorum assertione
nulla dubitatio nasci potest.eorũ testimonio du
orum vel trium ꝗlibet iure conuinci poterit τ dã-
nari.

De idoneitate testium.

Membrum tertium.

Deinde queritur de idoneitate testium.
Dicitur idonea omnis persona ad testi
moniũ perhibendum:que iure non pro
hibetur.Lege autem diuina non habet
expresse ꝓhibitio alicuius ꝑsone.ergo ꝓm legẽ di-
uinam ꝗlibet ꝑsona erit idonea. Cũ ergo diuina
lex sit supra humanam:non poterit humana lex a
liquam personam inidoneam facere ad testimo-
nium ferendũ.¶ Contra ꝫ canones τ leges hũa
nas plures persone ꝓhibentur.Prohibentur em̃
infideles per cõciliũ toletanum ij.q.vij.vbi sic ar-
guitur.Non potest erga homines esse fidelis qui
deo extitit infidelis.Judei ergo qui dudum xp̃ia-
ni effecti sunt:et nunc in xp̃i fide ꝑuaricati sunt:
ad testimonium ferendũ admitti non debent.q2
sicut in fide xp̃i suspecti sunt:ita in testimonio hu
mano dubij habentur.¶ Itez in eodem.Infirma
ri oportet eoꝝ testimonium qui in fide falsi docen
tur:nec eis credenduz est qui veritatis fidem a se
abiecerunt.¶ Item ꝓhibentur infames.vnde be
atus Grego.de examinatione testium dicit.ij q.
j.vbi dicit.Quod si vilissimi testes sũt exhibiti cõ
tra ep̃m:nullius sunt momenti.Quales autẽ vel
cuius opinionis ad testimonium admittendi sũt
plurime leges ostẽdunt vnde lex canonizata.ff.di
cit.Si testes omnes eiusdem honestatis et existia
tionis sint:sequenda sunt omnia testimonia.iiij.
q.iij.Item in eodem.In testibus fides. dignitas.
mores.grauitas consideranda est.¶ Itez ꝓhibẽ-
tur minores etate.dicit canõ.iiij.q.iij.Ad testimo
nium infra annum quartumdecimum etatis sue
ꝯstituti non admittantur.Item in eodem.In cri-
minali cã accusator errare non debet qui in publi
co crimine reus erit.aut qui minor.xx.annis erit.
In eadem autem questiõe dicit Testes ad testimo
nium admittendos non esse censemus:ꝗ nec ad
accusationem admitti iussi sunt.¶ Item ꝓhibẽ-
tur mulieres.vt.xxxiij.q.v autoritas amb.ex libro
q̃onũ vete.τ no.te.Mulierẽ cõstat esse subiectam
viri sui dominio:τ nullã autoritatem hꝫ:nec doce
re potest nec testis esse:nec fidem dare:nec iudi-
care.Item decretum Fabiani pape.xv.q.iij.Mu-
lieres nec sacerdotes accusare nec in eos testifica
ri valent.¶ Item ꝓhibentur serui.vnde.iiij.q.iij
lex cononizata.Liberi testes ad causas postulant
alienas.Item idonei non videntur esse testes qui
bus imperari potest vt testes fiant.Cum ergo ser
uis potest imperari vt testes fiant:non possunt es
se testes idonei.¶ Item ꝓhibentur pauperes.vn
de.b.Greg.ij.q.j.De ꝑsonis testificantibus subti
liter querendũ est cuius conditionis sint:τ ne ino
pes sint.¶ Item ꝓhibentur alienati:q2 sicut di-
cit canon a testimonio repelluntur ꝗ repelluntur
ab accusatione.ab accusatione aũt τ iudicio dictã
do ꝓhibentur alienati mente.sicut habetur.iij.q.
vij.¶ Item ꝓhibentur inimici.vnde bea.grego-
ij.q.j.De personis testificantiuz querendũ est ne
forte aliquas inimicicias habuissent.¶ Itẽ pro-
hibentur familiares τ domestici.vnde lex canoni
zata.iiij.q.iij.in iure ciuili domestici testimonij fi
des improbatur.Item in eodem.q.eadem.Idone
us testis pater filio aut filius patri non est.Item
canon.q.eadem.Testes ad testimonium non ad
mittẽdos esse censemus:quos accusator de domo
sua ꝓduxit.¶ Item ꝓhibetur testimonium ali-
cuius in re sua.vnde lex canonizata.iiij.q.iij.Nul
lus idoneus testis in re sua intelligitur. ¶ Item
ꝓhibentur laici ꝯtra clericos ferre testimonia sicut
τ ab accusatiõe.ij.q.vij.Sꝫ illḋ itelligit i cã crimi
nali.¶ Itez ꝓhibent accusatores τ iudices. vnde
iiij.q.iiij.Nullus vnꝗ̃ ꝑsumat accusator simul et
iudex esse τ testis.Ex his igitur pꝫ.ꝙ duodeci ge-
nera ꝑsonarum ꝓhibentur a testimonio.videlicꝫ
infideles.infames.pueri.mulieres.serui. paupe-
res.alienati.inimici.domestici.idem in re sua.lai
ci ꝯtra clericos:τ cuz accusatoribus iudices.Que
ritur ergo qua ratione hmõi persone τ nõ alie ꝓm
canones τ leges non idonee ad testimonium iu-
dicentur.¶ Item obijcitur contra hoc quod dici
tur de seruis.Nam dicitur.iiij.q.iij.Serui respõso
tunc credendum est:cum alia ꝓbatio ad emendã
veritatem non est.ergo seruus non est repellendꝰ
a testimonio generalit.¶ Item obijcit cõtra hoc
quod dicit de mulieribus.Nam cum maius sit i
comparabiliter esse testem veritatis diuine:ꝗ̃ ve
ritatis humane.Mulieres autem inueniunt ido
nee ad testimoniũ veritatis diuine.vt Elisabeth.
Luce.j.τ anna.Luce.ij.τ multe alie in vete.testa-
mento.ergo multofortius inueniẽtur idonee ad
testimonium veritatis humane.¶ Item lex cano
nizata.xv.q.iij.ꝺt.Ex eo ꝙ ꝓhibꝫ lex iulia de adul
terio ꝯdemnatam mulierem testimonium dicere
colligitur mulieres testimoniuz in iudicio ius di
cendi habere.¶ Item eadem.q.lex alia.In questi
onibus lese maiestatis audiuntur mulieres.con
iurationem Sergij Cathiline iulia mulier dete-
xit.τ Marcum Tullium consule in iudicium eiꝰ
instruxit.Relinquitur igitur ꝓm sanctionem diui
nam τ humanam mulieres in testimonio idonei-
tatem habere.¶ Item obijcitur ꝯtra hoc quod di
ctum est de pueris.Nam beatus Bricius voce pu
eri.xxx.dies ab ortu habentis innocens ꝓbatꝰ est
ergo multomagis voce pueri.xij.vel.xiij. annorꝫ
poterit testimonium dici. ¶ Itez obijcitur ḋ pau
peribus.Nam si pauperes sunt a testimonio re-
pellendi ergo sancti viri τ religiosi:τ etiam aposto
li erunt a testimonio ꝓhibẽdi.quia pauperes sũt
nihil habentes.¶ Item obijcitur contra hoc qḋ
dicitur.ꝙ domestici non sunt ad testimonium ad
mittendi.Nam dicitur.xxxv.q.vj. Cõsanguineos
extraneorum nullus accuset:vel consanguinitatẽ
in synodo computet:sed ꝓpinqui ad quorum no
ticiam pertinet.vt pater τ mater et soror τ frater
patruus τ auunculus amita τ matertera.ergo do
mestici non sunt a testimonio generaliter repellẽ
di.¶ Item obijcitur de hoc quod dicitur.ꝙ laici
non possunt testificari cõtra clericos.Nam xp̃us
summus sacerdos in testimonium ꝯtra se quem
liber admittebat.cum vni dixit mat.xxvj.Si ma-
le locutus sum testimonium perhibe de malo.er-
go multofortius quilibet sacerdos τ clericus pote
rit a quolibet accusari.¶ Itez obijcitur de hoc qḋ
dicitur.ꝙ nullus potest esse testis in cã ꝓpria.nã
dicit decretalis titulo de testi.ꝙ canonici nõ sunt
in testimonio super negocio sue ecclesie repellen-
di:nisi

Duodeci genera ꝑsonaꝝ ꝓhibentur a testimonio.

Contra

Ar.j.ḋ seruis

Secunduz de mulieribus

Tertium

Quartum de pueris

Quintum de pauperibus.

Sextum. de domesticis

Septimum. De laicis cõtra clericos.

Octauum in ca. ꝓpria.

Responsio.

di:nisi alia rationabilis cã impediat.¶ Respon
sio.dõm.ꝙ cũ dicat lex dei exo.xxiij.Non in iudi-
cio plurimorum acquiesces sententie.et iterũ deu
tero.xix.Cum sacerdotes diligentissime ꝑscrutã-
tes inuenerint falsum testem ꝯtra fratrem suum
dixisse mendacium:reddent ei sicut fratri suo fa-
cere cogitauit. Canones τ etiam humane leges
rõnem legis considerantes:omnes ꝑsonas ꝗ pos
sunt haberi suspecte de mendacio in testimonio
ferendo vel de veritate supprimenda idoneas ad
testimonium censuerunt.Ad hoc autem discernẽ
dum ꝯsiderauerũt quinꝗ in personis testificãtiũ
mores naturam.fortunam.animũ.statum.Circa
mores considerauerũt duo:ꝓpter que non debe-
bat fides adhiberi testificanti.errorem:τ maliciã
ꝓpter errorem infideles.ꝓpter maliciaz infames
repellendos a testimonio sanxierunt.Item circa
naturam duo cõsiderauerunt.etatem:τ sexum.in
pueris defectus etatis obnubilat rationem.i mu
lieribus sexus emollit voluntatem.Inde taz pu-
eros ꝗ̃ mulieres idoneos ad testimonium nõ cẽ-
suerũt.Item circa fortunam considerauerũt duo
conditionem seruitutis:τ aduersitatem paupta-
tis.Seruitus habet annexum dominationis tio-
rem.paupertas temporalitatis amorẽ. que duo
maxime solent homines ad mendacium inclina-
re.Item ꝓm canones τ humanas leges nisi in ca-
sibus determinatis seruorum τ pauperum testio
nia reprobantur.Item circa animum duo consi-
derauerunt principalit.intellectum:et affectum.
et i itellectu alienationem rationis.in affectu libi
dinem voluntatis.Item libidinem discreuerunt
per libidinem ire:que est in odio τ libidinem ꝯcu
piscentie que est in desiderio.Item libidinem con
cupiscentie ꝯsiderauerunt dupliciter quo ad se τ
quo ad alios.τ ꝓm hanc distinctionem vitiorum
contingentium ex parte animi testificantis quat
tuor genera personarum indigna decreuerunt.fu
riosos ꝓpter alienationez rationis inimicos ꝑ
libidinem voluntatis in irascendo seu in audien-
do.sicut enim ꝺr.iiij.q.iij.ꝓpter inimicicias testes
repelli leges ꝑcipiunt.Item ꝓpter libidinem volũ
tatis in ꝯcupiscentia respectu alteriꝰ idoneos iu-
dicant domesticos.ꝓpter vero libidinem concu-
piscentie respectu sui iudicant quemlibet testem
inidoneum in re sua. Item circa statum conside-
rauerunt duo.statum personaꝝ extra iudicium τ
statum personarum in iudicio.Extra iudicium cõ
siderauerunt statum laicorum τ clericorum. τ qḋ
consueta est emulatio status laicorum respectu
status clericorum.τ ideo in criminali cã remouen
tur laici ab accusatione τ testimonio clericorũ ꝫ
distinctionem que iam dicetur. Item in iudicio
cõsiderauerunt personarum distinctionem que
consistunt in iudicio:τ conditiones earum non cõ
currentes in aliquã vnam ꝑsonam.ꝓm ꝙ dicit be
atus Fabianus.iiij.q.iiij.Nullus vnꝗ̃ presumat
accusator sit esse τ iudex τ testis.Itez.b. Damasus
q.eadem.Per se accusatores ꝑ se iudices per se te
stes:per se accusati.vnusquisꝗ in suo ordine.Pa
tet ergo qualiter iuxta legem dei canones τ hũa-
ne leges personas predictas iidoneas ad testimo
nium decreuerunt.¶ Diffiniamus igitur idonei
tatem ꝑsone testificantis.idoneitas igitur ꝑsone
testificantis est dignitas persone cuius verbis de
bet fides adhiberi absꝗ omni suspitione menda
cij.Inidoneitas vero est defectus dignitatis in ꝑ-
sona:cuiꝰ vbꝭ non dꝫ fides adhiberi ꝓpter suspi
tionem mendacij.¶ Ad ꝑmum ergo quod obijci
tur de seruis.respondetur per distinctionem.aut
enim seruus manet in seruitute:aut manumittit
transiens ad libertatem.si manumissus est:potest
recipi in testimonium eorum que vidit tẽpore ser
uitutis ꝓm ꝙ dicunt leges humane.Si vero ẽ ma
nẽs in seruitute.aut ergo interrogatur de his que
pertinent ad suum dominum:aut de alijs.In pri
mo casu non est recipiendus in testimonium.vn
de.iiij.q.iij.Serui non ꝓ domino suo: nec aduer-
sus dominum:sed ꝓ facto suo interrogari possũt
Exceptis tamen criminibus tribus.videlicet cri-
mine adulterij.crimine fraudati census. crimine
maiestatis.vnde.xij.q.ij.Serui i patronos testifi
cari non possunt:nisi in quibusdam casibus.τ po
stea exprimuntur ꝓm legez:exceptis adulterij cri-
minibus:fraudati census accusationibus:τ cri-
mine maiestatis:ꝙ ad salutem principis ꝑtinent
Quidam etiam addũt duos casus. Unus est.cuz
maritus dicitur occidisse vxorem.ꝓm legem hũa-
nam de siccarijs.Alius est cuz agitur de occiso do
mino.Si vero interrogatus seruus de his ꝗ perti
nent ad alium ꝗ̃ ad suum dominum.aut est defe-
ctus ꝓbationis:aut nõ.Si est defectus recipitur
ad testimonium.vnde.iiij.q.iij.Serui respõso tũc
credendum est cum alia ꝓbatio ad eruendã veri-
tatem non est.Si vero non sit defectus ꝓbatõis
non erit admittendus.¶ Ad illḋ quod obijcitur
de mulieribus.respondit ꝙ regularit mulier non
est admittenda ad testimonium nisi in quibusdã
casibus:in quibus etiam mulieri conceditur accu
sare.vnde distinguitur in causis.aut enim cã cri-
minalis est aut non criminalis.Si criminals nõ
admittitur nisi suam aut suoꝝ iniuriam ꝑsequat
et in crimine lese maiestatis:in quibus casibus ꝑ
mittitur ei accusatio sicut habet.xv.q.iij.Si vero
non sit criminalis causa vt pecuniaria vel matri-
monialis admittitur mulier in testimonium.

Ad id de mulieribus.

¶ Ad illud vero quod obijcitur ꝙ mulier in testi
moniũ admittit veritatis diuine.dõm ꝙ hoc non
est generale nec regulare:sed est ꝑuilegium gratie
Priuilegia vero paucorum non faciunt legem cõ
munem.Datus est autem spiritus ꝓphetie muli
eribus ea ratione:qua de muliere virgine:de qua
natus est xp̃us:nescꝫ cõtemnatur muliebris sexꝰ:
et ne ꝓpter culpaz Eue credatur a domino repro
batus τ ideo nõ est ad consequentiam trahendũ
speciale priuilegium mulierum.Ad illud vero qḋ
obijcit de pueris dõm.ꝙ pueri infra.xiiij.annum
non sunt recipiendi ad testimonium quandiu
sunt infra illam etatem.Cum vero illam pertran
sierint possunt ferre testimonium de his que i mi
nori etate viderunt:quemadmodum τ docere ea
que in minori etate edidicerunt.sicut dicitur.xxx-
vij.dis.autoritate.b.clementis.Absurdum nõ erit
si aliquid ex eruditione cõmuni ac liberalibus stu
dijs ꝗ forte in puericia attigit ad assertionem ve-
ri dogmatis inferat.¶ Ad illud vero quod obijci
tur de puero.xxx.dierum testificante innocentiã.
b.Bricij.respondetur miracula diuina sunt admi
randa:non in exemplum humane actionis trahẽ
da:¶ Ad illud vero quod ꝗ̃ritur de pauperibus.
dõm est.ꝙ est pauper voluntate τ pauper necessi-
tate.Pauper necessitate solũ cupit diuitias. pau
per vero spiritu seu voluntarius cõtemnit diuiti-
as tẽporales ꝓpter eternas.In primo ꝑsumptio ẽ
vt ꝓ pecunia mẽtiretur.τ ideo est a testimonio re-
pellendus.In secundo vero nulla presumptio est
et ideo ad testimonium est maxime idoneus: cuz
de eius fide τ de veritate maxime presumatur.
¶ Ad illḋ vero quod de domesticis obijcitur aut
ꝙ idoneus pater filio:vel patri filius testis nõ est

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Ad sextum

Diffinitio

Solo.ad.j.

generaliter cōcedit exceptis casibus trib⁹. prim⁹ casus est in testamēto vñ pater pōt eē testis in testamēto filij testātis. secūdus casus in successione pater em̃ ꝛ mater admittunt ad ꝓbandū gen⁹ vel etatē filij. ſm ꝙ dicit decretal'. ti. de legitimitate. qui ponit casum de quodā. qui nutriebat puerū quē dicebat esse filiū suū nō legitimū sed spuriū ꝓcessu tpis duxit vxorē quādā mulierē: quā dum nutriret puerū tenebat in domo. ꝛ susceptis ex ea liberis ꝑdictus puer dicit se heredē: ꝛ cū eis hereditatē debere impertiri. Querit quō illud possit ꝓbari: ꝛ respōdit papa ꝙ credēdū ē verbo mulieris et viri. tertius casus ē in matrimonio. vñ dicit decretalis ꝙ parētes. fratres. cognati vtriusqꝫ sexus in testimoniū filij ꝛ filie ad matrimoniū ꝯiungendū sunt admittēdi.

Ad septimū. ¶ Ad illud ꝟo qđ obijcitur de laycis ꝙ possunt cōtra clericos testificari: intelligitur in causa ciuili. in cā ꝟo criminali nō admittunt nisi cū distinctiōe. q̄ supra habita est q̄stione de ꝑsona accusatoris. mēbro. ij. vtrū iferiores possunt accusare supiores.

Ad octauū. ¶ Ad illud aūt qđ obijcit ꝙ hō nō pōt esse testis in cā sua. dōm ꝙ cū clerici introducunt testes ꝓ ecclesia sua: nō intelligunt esse testes in domestico negocio. vel in ꝓprio: sꝫ ꝓ ecclesia q̄ mater est oīm pauperū: ꝛ nō ē: qꝛ cā ecclesie nō est cā singulorū canonicorū: sed cā xp̄i ꝛ pauperū ſm ꝙ dꝛ. xxiij. q. ij.

De fide testib⁹ adhibēda. ¶ Postea querendū esset de fide testib⁹ adhibēda. sꝫ hec questio cōpetēti⁹ determinabitur infra: cū queretur de processu iudiciorū. ideo ad presens silentio preteritur.

Membrum quintum.

U. testis ꝓ testimonio licite pecuniam possit recipe.

Ultimo querit vtrū licitū sit testi pro testificando pecuniam recipere. Ad qđ sic Aug. ad Macedoniū. Nō dꝫ iudex vēdere verū iudiciū: aut testis verū testimoniū. ¶ Itē aug. ad eundē. Cū iudicia ꝛ testimonia que nec vera nec iusta vendēda sunt: iniqua ꝛ falsa vēdunt: multo sceleratius pecunia sumit: qꝛ scelerate ꝯuis a volentibus datur.

Contra. ¶ Contra. iiij. q. iij. Lex canonizata. venturis ad iudicium per accusatorē vt ab his ꝑ quos fuerūt postulati sumpt⁹ cōpetenter ministrentur etiam si in pecuniaria causa testes sunt ab alterutra parte producendi.

Responsio. ¶ Sed ad hoc responsio facilis. Nam aliud est pro testificatione munus accipere. aliud sumpt⁹ necessarios percipere. primum enim nephas est ꝛ preuaricatio vnde dicit beatus gregorius Si spes muneris subtrahitur confestim a confessione iusticie recedunt. vnde acceptio munerum preuaricatio est veritatis vnde et pro iusto dicitur. Qui excutit suas manus ab omni munere iste in excelsis habitabit. et hoc quidem intelligitur de iudice. sicut habetur. xj. q. iij. vñ Beda super Math. Abijt iudas ad summos sacerdotes et constituerunt illi pecuniam ꝛc. Cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt. quia profecto qui pro pecunia veritatem negant dominum pro pecunia vendunt. Ipse enim dixit. Ego sum veritas. Secundum vero licitum est. scilicet sumptus necessarios percipere in predicto casu: cum oportet ad locum remotum pro testimonio ferendo procedere. nemo enim tenetur proprijs stipendijs militare. Si vero queratur an teneat restituere ea que pro testimonio ferendo recepit. determinabitur infra cū agetur de restitutionib⁹.

Questio. xliiij. de aduocatis.

Extractatis questionibus circa ꝑsonas q̄ quasi essentiales sunt in ꝯstitutōe iudicij: ꝯsiq̄rendū est de ꝑsonis q̄ quasi accn̄talr assistūt iudicio: vt ex ꝑte iudicꝭ assessores ꝛ officiales. ꝛ ex ꝑte ꝑtiū aduocati ꝛ procuratores. Circa qđ plura queruntur. Primo vtrū aduocat⁹ teneat ad iustū patrociniū: ꝛ iurisperitus ad iustū consilium indigenti conferendum. Secundo vtrum iurisperitus possit vendere iustū consilium ꝛ aduocatus. Tertio que req̄runt ad legitimum aduocatum.

Membrum primum.

U. aduocatus teneat ad iustū ꝓcinium idigenti ꝯferendum. Ambrosius.

Ad p̄mū sic. Amb. in li. de officijs. Grādis culpa est si te sciente fidelis egeat si scias eū sine sumptu eē: ꝛ famē tolerare. erumnas ꝑpeti q̄ egere erubescit: si i cāꝫ ceciderit aut captiuitatis suoꝝ aut calumnie: ꝛ nō adiuues grādis culpa est iurisperito miserabilib⁹ ꝑsōis subtrahere iurꝭ ꝯsiliū: ꝛ aduocato subtrahere patrocinium. ¶ Item medic⁹ tenetur paupi lāguido impendere curā ꝛ ꝯsiliū medicine: sꝫ quod dt. b. Symacus. Non est grādis dr̄a vtrū letū iferas vel admittas. mortē ei languidis ꝓbat īfligere q̄ hāc cū possit excludere: nō excludit. lxxxiij. di. ergo pauperi oppsso iniuste tenet aduocat⁹ impēdere patrociniū pari rōne. ¶ Item dt lex dei. Exo di. xxiij. Si occurreris boui aut asino inimici tui erranti reduc eū. Sed sicut dt ap'ls. j. Cor. ix. Nunqd de bobus cura est deo: aut ꝑꝑ nos vtiqꝫ hoc dt. Si ergo boui inimici erranti tenemur subuenire ergo multofortius iurisperitus paupi ignoranti tenetur ꝯsulere. ¶ Item dt lex in eodem. Si viderꝭ asinum odientis te cecidisse sub onere non ptransibis: sed subleuabis cū eo. si ergo oppresso asino inimici tenet quilibꝫ impendere adiutoriū sꝫ legis lrām: ergo multofortius oppsso paupi tenebit aduocat⁹ ipendere patrociniū ad tenendā cām. Qđ absolute ꝯcedēdū est. Tenent ei miserabilib⁹ personis q̄ nō hn̄t quid tribuāt: ꝛ ꝑꝑ defectū ꝯsilij et patrocinij amittūt cās suas: ꝛ grauantur iniuste legisperiti ꝯsiliū. ꝛ aduocati patrociniū. Et hoc ꝑ legem qua tenent subuenire indigenti: ꝑ legē naturalē ꝛ euangelicā q̄ dꝛ mat. vij. Quecūqꝫ vultis vt faciant vobis homines facite illis

Membrum secundum.

V. iurispe. ꝛ aduocat⁹ pn̄t vēdere iustū cōsilium. Arg. p̄mum

Consequenter q̄ritur vtrū officiales assessores ꝛ aduocati possint ꝓ cōsilio iuris seu dictamine ꝛ patrocinio pecuniā recipe. Ad quod sic. Symonia est studiosa volūtas emendi vel vendendi spūale. Si ergo cōsiliū iuris seu dictamen ꝛ patrociniū spūalia sūt: hec vendere vel ꝓ istis pecuniā sumere symoniacū erit.

Secundum. ¶ Itē ſm aug. ad Macedoniū. Nō dꝫ iudex vendere iustū iudiciū: nec testꝭ verū testimonium. ergo nec aduocat⁹ poterit vendere iustū ꝓcinū: vel iusperit⁹ iustū ꝯsiliū. ꝓbatio. sicut enim iustū iudiciū iudici ꝛ verū testimonium testi ē gratis ꝯcessum a deo: ꝛ iō gratis impendendū. iuxta illud p̄ceptum. Math. x. Gratꝭ accepistis gratis date. Silr iustū patrociniū aduocato: ꝛ iustū cōsilium legisperito.

Contra. ¶ Contra. Greg. Iustū est vt illi cōsequantur stipendiū q̄ ꝓ tēpe suū ꝯmodare reperiuntur obsequiū. ergo cū aduocati ꝛ assessores suū cōmodent obsequium: iustū erit vt ꝯsequant stipendium. ¶ Item aug. Sunt ꝑsone inferioris loci que ab vtraqꝫ ꝑte nō insolenter accipiunt: sicut offi-

cut officialis cui admouet officiū. ꝛ est in ep'la ad Macedoniū. ¶ Itē aug. ad eūdē. Nō iō dꝫ iudex vendere iudiciū aut testis testimoniū: qꝛ vēdit aduocatus iustū ꝓcinū: ꝛ iurisperitus verū ꝯsiliū.

Rn̄. August. ¶ Rn̄. ſm aug. ad Maceđ. dōm de ꝑsonis inferioris loci vt officialib⁹ ꝛ assessorib⁹ ꝛ aduocatis: ꝙ non insolenter tales ꝑsone accipiunt: ꝛ ab his extorta ꝑ immoderatā iprobitatē repeti solēt: data ꝑ tolerabilē ꝯsuetudinē non solēt: magisqꝫ rephēdim⁹ q̄ talia inusitata repetierūt ꝙ̄ q̄ ea de more susperunt. qm̄ necessarie ꝑsone reb⁹ hūanis vel mutant hmōi ꝯmodis vel tenentur.

De officia. ¶ Distinguim⁹ ergo circa officiales. Aut em̄ hn̄t certum stipēdiū sibi assignatū aut nō hn̄t. Si hn̄t nihil oīo possūt recipe sicut dt augu. de ꝟbis dn̄i. sup illud luc. iij. Neminē ꝯcutiatis ꝛ c. Quicūqꝫ stipēdia publica de certo ꝯseqtur. si ampli⁹ q̄rit: tanꝙ̄ calūniator ꝛ ꝯcussor Iohis snīa ꝯdēnat. Si ꝟo non hꝫ distinguendū. ꝙ ſm ꝯsuetudinē ꝛ morē recipe potest. ꝑ immoderatā ꝟo iprobitatē nō poterit licite. Un̄ Aug. Qđ extorta per immoderatam improbitatē ab his repeti solēt. Circa assessorē ꝟo ꝛ aduocatū distiguit ꝙ moderatū salariū recipe pn̄t. licite: immoderate n̄ pn̄t. Moderatū aūt salariū attēdi dꝫ ꝑ ꝯsideratiōnē q̄ttuor. Primū ē q̄ntitas cāe. Scđꝫ labor. Tertium scientia in assessore ꝛ facundia in aduocato. Quartum ꝯsuetudo regionis. Secundum hoꝝ quattuor ꝯsiderationem salarium maius vel minus dꝫ taxari. Sicut enim dt. b. leo. lxj. dist. Pro laboribus multis. ꝓ morib⁹ castis. pro actionibus strenuis p̄miū debet. Et iterū sicut dicit lex canonizata. Arcentur a ꝓfessione aduocatorum q̄ cum graui dāno litigatoris ꝛ depdatiōe potentes inueniuntur. Nota tn̄ ꝙ postq̄ cā incepta est nullum pactū debet aduocatus facere cuꝫ litigatione: ſm ꝙ dꝛ in canone. Non licet aduocato illi ꝯtractū inire cum eo litigatore: quem in p̄pam recepit fidem: nec ex industria iurgium protrahere.

So. ad. j. ¶ Ad illud ergo qđ obijcitur p̄mo ꝙ iustum consilium ꝛ patrocinium res spūales sunt: dicendū ꝙ verum est ſm se ꝯsiderata: tamē labor in disceptando in disputando de his q̄ pertinent ad iuris ꝯsilium et ad cause patrocinium corporalia sunt. Et ideo rōne istorum dicit Augusti. ꝙ aduocatus pt vendere iustū patrociniū ꝛ legisperitus iustū consiliū. Si aūt sine labore posset legisperit⁹ respondere petenti consilium: non ē aliqua rō quare possit recipere: imo ꝙ gratis accipit debet gratis dare ſm ꝙ dꝛ mat. x. Gratis accepistis gratis date.

Ad secundū. ¶ Ad illud ꝟo qđ obijcit de iudice et teste: q̄ nihil pn̄t recipe: pari rōne nec aduocatus nec legisperit⁹. respondendū. ꝙ nō est silr. Nam sicut dicit aug. ad Macedo. Iudex ꝛ testis in vtrāqꝫ ꝑtem ad examen adhibentur. Iurisperit⁹ vero et aduocat⁹ ex vna ꝑte ꝯsistūt: ꝛ iō nō dꝫ iudex iustum vendere iudiciū: aut testis verum testimonium: licet aduocatus vendat patrocinium iustuꝫ: aut legisperitus iustū ꝯsilium. ¶ Si aūt obijciat ꝙ officialis aut assessor ſm hanc rōnem non pn̄t recipe salariū: qꝛ adhibent ad examen iudicij inter vtrāqꝫ ꝑtem. dōm ꝙ nō debent accipe salarium sicut p̄ciū iudicij vel examis: sed solū sicut stipendium laboris. iuxta illđ Mat. x. Dign⁹ est operarius mercede sua.

Membrum tertium.

Que req̄runtur ad legitimū aduocatū

Deinde q̄ritur q̄ requirunt ad legitimuꝫ aduocatum. Ad qđ breuit notanduꝫ: ꝙ req̄runtur ad officiū legitimuꝫ aduocati ꝑsona ꝯgrua. cā iusta. modus debitus affectus pi⁹. ¶ Circa ꝑsone ꝯgruitatē dꝫ ꝯsiderari bonitas. status. gradus. officium. ꝑꝑ defectum bonitatis ꝓhibent infames. heretici. pagani. excōicati. vnde. iij. q. vij. Infames non possunt eē ꝓcuratores vel causarum patroni. Et iterū. iiij. q. j. dicit ꝯcilium. Qđ omnes infamie maculis respsi. i. histriones aut turpitudinib⁹ subiecte ꝑsone. heretici etiā seu pagani ab accusatione prohibentur pari rōne ꝛ ab aduocatione.

Eugeni⁹ ꝓhibꝫ mōachos eē aduocatos. ¶ Item propter defectum status ꝓhibentur monachi. vnde dt eugenius. xvj. q. j. Placuit nostro ꝯmuni ꝯcilio nullus monach⁹ ꝓ lucro terreno nephādissimo ausu de monasterio exire p̄sumat. ꝛ sequitur. Neqꝫ in q̄buscūqꝫ negocijs sese implicari: sit claustro suo ꝯtentus. qꝛ sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio monachus. sedeat itaqꝫ solitarius ꝛ taceat: quia mundo est mortuus: deo autem viuus. agnoscat nomen suū. monos ei grece latine vnus achos tristis inde monachus dicitur. i. vn⁹ ꝛ tristis. Sedeat igit tristis ꝛ officio suo vacet. Ex hoc intelligitur ꝙ non pn̄t esse aduocati monachi nisi forte in cā sui monasterij. ꝛ hoc abbate imperante: sicut dt decretal' Inno. extra de postl'. c. j. Et idem intelligitur de regularibus canonicis sicut dꝛ ibidem.

Clerici ꝓhibentur. ¶ Item ꝑpter idoneitatem grad⁹ ꝓhibentur clerici in sacris ordinibus cōstituti: et etiam in minorib⁹ beneficiati. ꝛ hoc coram iudice seculari. vnde dt ꝯcilium lateranen̄. Clerici in subdyaconatu in ordinibus etiam minoribus si beneficijs ecclesiasticis sustententur coram iudice seculari in negocijs secularibus aduocati fieri non p̄sumant: nisi ꝓpriam causam vel sue ecclesie fuerint ꝓsecuti: aut ꝓ miserabilibus personis forte que ꝓprias causas administrare non possunt. extra de postl'. Coram vero iudice ecclesiastico dicūt non esse ꝓhibitos ab aduocatiōe nisi sacerdotes solos. Unde decretalis Grego. x. Cum sacerdotis sit nullis nocere: oibus velle ꝓdesse: non nisi ꝓ seipso ꝛ ecclesia sua: vel si necessitas immineat ꝓ personis cōiunctis vel miserabilibus sibi est licitum postulare.

Iudex ꝓhibetur. ¶ Item ꝑpter distinctionem officij ꝓhibetur iudex: quia sicut dicit beatus Damasus. Accusatores ꝛ iudices non idem sunt: sed ꝑ se accusati. per se iudices. per se testes per se accusatores. vnusquisqꝫ in suo ordine. Aduocatus autē stat in causa aut ꝓ parte accusatoris: aut ꝓ parte accusati. et hec distinctio habetur secundum canones. Nota tn̄ sꝫ legē hūanā canonizataꝫ. ff. ti. de postl'. distinctionem aliam. Quidā em̄ ꝓhibentur omnino postulare. vel ꝑpter etates minores. xviij. annoꝝ vel ꝑpter casum vt surdus qui prorsus non audit. Alij ꝓhibent ne ꝓ alijs postulent vel ꝑpter sexum vt femine. vel ꝑꝑ casum vt vtroqꝫ lumine orbati: vel ꝑpter notaꝫ infamie ꝛ turpitudinis. his ꝑsonis ꝓ se allegare ꝑmittit. ꝓ alijs postulare ꝓhibetur: nisi forte ꝓ certis ꝑsonis: vt pro parentibus ꝓ liberis. ꝓ fratribus ꝛ sororibus et huiusmodi: que determinnatur a iure. iij. q. vij. Hec igit sunt attendēda q̄tum ad ꝯgruitatem ꝑsone. ¶ Ex ꝑte cause requiritur iusticia vt non foueat cām iniustā. vnde hr̄ Leui. xix. Nō facies qđ iniquum est. ꝛ ecclesiastici. iiij. Pro iusticia agonizare. ¶ Ex ꝑte modi debiti requirit iustus ordo. et modestus sermo. vt nō ꝓducat falsos testes vel subornatos: nec falsa instrumēta: nec allegare leges falsas: sed faciat sicut p̄cipit iuste quod iustū est exeq̄rꝭ. in quo p̄cipitur iustus ordo. ¶ Itē modestus sermo requirit ſm ꝙ p̄cipit. xxviij. ecclesiastici. Aurum ꝛ argentum tuū confla: et verbꝭ tuis facito stateram: ꝛ frenos ori tuo rectos ꝛ attende

ne forte labaris in lingua. Itē ecclesiastici.xxij.ꝓpter hoc dr. Quis dabit ori meo custodiā ⁊ super labia mea signaculū certum: vt nō cadā ex ipsis ⁊ labia mea perdant me. ¶ Item requirit̄ preter p̄dicta affectus pius. vt. s. pauperes ⁊ pupillos oppressos tueantur s̄m qđ precipitur Esa. j. Subuenite oppsso. defendite viduam. Inde est qđ precipitur in lege. exo. xxiij. Si videris asinum odientis iacere sub onere: nō pertransibis sed subleuabis cum eo. Si ergo hec lex seruabatur in asino odiētis oppsso: multomagis erit seruanda in persona pauperis: vel pupillo ꝑ iniuriā oppresso. Ex hac igitur lege, tenet̄ aduocatus oppressum pauperez releuare. Sic igitur terminatur hec pars in qua agitur de personis que constituuntur in iudicio.

Questio. xlv. de processu iudicij.

Ordinis cōsequētia requirit inquirere de processu iudicij ꝓpter quod dat lex. Leui. xix. Iuste iudica: ꝓximo tuo non facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis. Et in ps. Iuste iudicate filij hominum in qb9 manifeste ꝓcessus debitus iudicior̄ ꝑcipitur: ⁊ iniustus seu indebitus prohibetur. Preter autem p̄dictas ꝯditiones que tacte sunt circa personas iudicis rei. ⁊ actoris. et testis que pertinent ad debitum ꝓcessum iudicij. inquirēda sunt ista. De triplici ꝓcessu iudicij. De ordine ꝓcessus iudicij. De inq̄sitionibus ⁊ purgationibus. De confessionib9. De ꝓbationibus i generali. Specialiter de ꝓbatione per testes. De ꝓbatione propter presumptionem.

Membrum primum.

De ꝓcessu iudicij q̄ triplex ē s̄m inno. iij

Trio de triplici ꝓcessu iudicij dicit Innocen. tertius in ꝯsilio generali. Ad corrigēdos excessus: vt de notorijs excessib9 taceatur: trib9 modis p̄t ꝓcedi. ꝑ accusationem. denunciationē. ⁊ inq̄sitionem. Et tamen i omnibus diligens adhibeatur cautela: ne forte ꝑ leue ꝯpendiū ad graue dispendium veniatur. Sicut accusationem legitimam precedere dz inscriptio: sic denunciatiōez caritatiua āmonitio: et inquisitionem clamosa insinuatio p̄uenire. ¶ Sed queritur in primis ex q̄bus sāctionibus diuine legis accipitur iste triplex ꝓcessus. (Que. j. vn̄ sumantur) Nā sicut dr hierony. sicut illud qđ introducitur ad ꝓbandum fidē nō hz robur nisi ex testō nouo vel vet. deriuet: ita nec iudicialis sāctio autoritatē vr̄ habere nisi per nouā vel veterē legē ꝯfirmet. ¶ Itē q̄ rōe iste triplex iudicij ꝓcessus distinguit merito dubitat. (Que. ij.) Nam iurisperiti distinguūt sic. ꝙ in accusatione agit ad degradationem et ideo accusator debet se obligare ad taliōnē. vn̄ ꝓ hoc dr Inno. ꝙ accusationē p̄cedat legitima inscriptio. Itē in denunciatione agitur ad pniam ⁊ correctionem. ⁊ iō debz p̄cedere caritatiua admonitio. Itē in inquisitione agit ad amonitionem ab administratione. Sed q: in p̄latis maxime esset periculosum: si q̄cūq3 delatio admitteret: iō inquisitionem debet precedere clamosa isinuatio: vt sicut dr Inno. false et maligne criminationi ianua p̄cludatur. ¶ Sed obijcitur. Dicit enim. b. aug. ꝙ in iudicijs seu plectendo seu ignoscendo hoc solum bene agit vt vita hominum corrigatur. ergo in processu accusationis male agitur nisi agatur ad correctionem. Nō ergo ꝯuenienter distinguūt ꝓcessus denunciatiōis ⁊ accusationis: q: in vno agit ad correctionem: in alio ad degradationē. ¶ Itē dubitat̄ si inquisitionem dz precedere clamosa insinuatio. (Que. iij.) ergo inquisitionem vr̄ p̄cedere denunciatio. Non enī vr̄ differre clamosa insinuatio ⁊ denunciatio. ergo i ꝓcessu inq̄sitionis icludit ꝓcessus denunciatiōis. ¶ Item q̄rit ad quid intelligatur insinuatio clamosa. (Que. iiij.) Naz si intelligat quocūq3 modo. ergo ad voces vulgi dz ꝑlat9 descendere ad inq̄sitionē: cū tamen dicāt iura. ꝙ voces vulgi vane sunt. Responsio ad p̄mū: (Rn̄. ad p̄mū) ꝙ iste triplex ꝓcessus iudicij accipit ex legib9 noui ⁊ vet. test. Processus inquisitiōis (De ꝓcessu inquisitionis) ex Luc. xvj. vbi dr de villico ꝙ defamatus est apd dn̄m suum. quasi dissipasset bona illius: cui dixit domin9. Quid hoc est qđ audio de te. redde rationem villicationis tue. Et ex li. gen̄. xviij. vbi dr Clamor sodomor̄ ⁊ gomorreor̄ multiplicatus ē: descendā ⁊ videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere ꝯpleuerint. Ex qb9 manifeste ꝓbatur ꝙ solum cuz subditus: verumetiā cū p̄latus excedit si ꝑ clamorem ⁊ famam ad aures superioris ꝑuenerit: debet coram ecclesie senioribus veritatem diligentius ꝑscrutari. vt. ff. si rei poposcerit qualitas canonica districtio culpam feriat delinquētis. ¶ Itē ꝓcessus denunciationis (Processus denunciationis) accipit ex lege Leui. v. vbi dicitur. Aia que audierit vocez iurantis: testisq3 fuerit ꝙ vidit aut ꝯscius est: nisi idicauerit portabit iniq̄tatē suā: sup quez locū dr aug. ꝙ indicari dz ei qui potest ꝓdesse ⁊ non obesse. cū scz est tale crimē: de quo aliq̄s p̄t esse testis. quod dr lex testisq3 fuerit ⁊c. Et ista indicatio est denunciatio q̄uis istud habeat dubitationem sicut infra dicetur. ¶ Item iste ꝓcessus accipit manifeste ex Math. xviij. vbi dicit. Si peccauerit in te frater tuus corripe eū inter te ⁊ ipsuz solum. si non te audierit adhibe vnum vel duos. ꝙ si eos non audierit dic ecclesie. ¶ Itē ꝓcessus accusationis (Processus accusationis) ex lege accipitur. Deut. xxv. Si causa fuerit inter aliquos et interpellauerint iudices quem iustū esse ꝑspexerint illi iusticie palmam dabunt: quē impium ꝯdemnabunt impietatis. ¶ Ad secundū vero (Ad. ij. q̄situm) qđ querit dicendum. ꝙ processus p̄dictus distinguitur sic in inquisitione enim ꝓceditur ad correctionem ex officio seu autoritate iudicis. Unde Innocentius. iij. Denunciante fama vel deferēte clamore p̄latus officij sui debitum exequatur descendendo. s. ad inquisitionem. In denunciatione vo et accusatione ꝓceditur ad correctionem. sed ex alterius delatione q̄ fit dupliciter. vel ad correctionem s̄m seueritatem iusticie qualis debet esse in accusatione. vel ad correctionem s̄m affectum misericordie: q̄lis debet esse in denunciatione. Et inde est ꝙ accusator q: correctionem q̄rit: s̄m seueritatem obligat se ad talionem: denūciator vero nō: q: correctionem intendit s̄m misericordiaz seu pietatem. ¶ Preterea in inquisitione cōsideratur discretio veritat̄. in denunciatione affectus caritatis. in accusatione terror seueritatis. Secundū hoc ergo dōm. ꝙ in hoc triplici ꝓcessu semper intenditur correctio delinquentis si fit ordinatus ꝓcessus. ¶ Ad tertium dōm. (Ad. iij. q̄situ) ꝙ clamosa insinuatō et denunciatio differūt. nam denunciatio fit per determinatam ⁊ certā personam. Clamosa vero insinuatio indeterminate ꝑ famam. vnde sicut in ꝓcessu dēnunciationis ꝑsona denunciantis est loco accusatoris. ⁊ in ꝓcessu accusationis persona accusantis est loco actoris ita in ꝓcessu inquisitionis loco auctoris est fama seu delatio clamor̄ vnde dr Inno. iij. Qđ in inquisitione est idē actor et iudex.

⁊ iudex. Sz ī denūciāte fama vel deferēte clamore p̄latus officij sui debitū exequat. Ex hoc igit pz ꝙ ꝓcessus inquisitiōis nō includit in se ꝓcessuz denūciatiōis. ¶ Ad vltimū vero dōm. (Ad quarto. quesi.) ꝙ clamosa insinuatio nō intelligit s̄m voces varias vulgi sz s̄z voces ꝑsonarū grauiū ⁊ honestarū. vn̄ Inn. terti9. Si excessus ꝑ clamorē ⁊ famā ad aures supioris ꝑuenerit: nō quidē a maliuolis et maledicis: sz a ꝓuidis ⁊ honestis: nec semel tm̄ sz sepe qđ clamor innuit Gen̄. xviij. ⁊ diffamatio manifestat. Luc. xvj. dz corā eccl'ie seniorib9 v'itatē diligēti9 ꝑscrutari.

Membrum secundum.

De ordine ꝓcessus iudicij

Secūdo querit de ordine ꝓcessus iudicij Circa qđ notādū ē. ꝙ variat ordo multipliciter. Aut enī factū est notoriū ⁊ euidens: aut latens. Si euidēs est: tūc ꝓcedit in iudicio sine accusatiōe accusatoris: sicut declaratū est supra questiōe de officio iudicis. vtruz possit iudex sine accusatore iudicare. Si vo factū sit latēs: ꝓcedit ordie prius determinato. Quia aut defert crimē per clamorē fame: ⁊ tūc sicut supra dictū est ꝓceditur ordine inquisitiōis. Aut defertur per actionē determinate persone. ⁊ hoc vel s̄m viā caritatis: ⁊ tūc proceditur per denunciationē quā precedere dz caritatiua admonitio. Aut s̄m viā seueritatis. ⁊ tūc ꝓceditur per accusationē: quaz dz precedere inscriptio. Uiā ergo denūciatiōis relinquimus inquisitiōi sequēti. cū de p̄ceptis euāgelicis aget: q: ibi pleni9 p̄ōt inquiri. Uiā vo inquisitionis determinabim9 i sequētib9: q: ipa ꝓprie accipit ex lege Moysi. Sic ꝑ ⁊ accusatiōis. (Arg. oppo. j.) ¶ In p̄senti tm̄ generaliter de ordine iudicij querit. i quo scz cōstituit actor. reus ⁊ iudex. Nā s̄m humanas sanctiones ⁊ canones: ordo iudiciarius sic disposit9 est: vt primo actori determinet req̄sitio iudicis: secundo determinet autoritas iudicis tertio sequat citatio rei ⁊ punitio ꝯtumacis. quarto ꝯcedant exceptiones. quinto ꝯcedant recusatiōes. sexto format libellus. septimo determinent satisdationes octauo ꝯcedant dilatōes. nono sequat litisꝯtestatio cū iuramēto de calūnia. Deinde vero sequunt ꝑtiū interrogatiōes ⁊ si reus negat introducunt ꝓbatiōes. q̄bus examinatis sentētia fert ⁊ videt iste ordo multipliciter peccare. Primo q: fere oia q̄ antecedūt interrogationē partiū nō determinant in iure diuino. (Secundum.) ⁊ tm̄ ibi p̄cipit. Non addes quicq̄ vel minues ad verba. q̄ ego loquor. deu. iiij. ¶ Itē per ista q̄ p̄cedūt anteq̄ possit discuti veritas: differt iusticia: ⁊ frequētissime impedit: vt videat fere in oibus causis impletū illud Esa. lix. Cōuersum est retrosum iudiciū ⁊ iusticia lōge stetit: (Tertium.) q: corruit in platea veritas ⁊ equitas nō potuit ingredi. ¶ Itē cū lex dei plena sit ⁊ ꝑfecta. vn̄ deut. iiij. dr. Hec est nostra sapia ⁊ intellect9 corā ꝑplis ⁊ sequit que est alia gens vt habeat iusta iudicia ⁊ vniuersaz legē ergo ad oē iudiciū terminādū sufficiūt p̄cepta iudicialia dei. supfluere igit videtur p̄cedentia: et ad nocumētū introducta. (Quartum.) ¶ Itē vn̄ habuerūt homines ꝙ supra diuinas leges possent alias leges cōdere. Nā in ps. per reprobationez de antixp̄o dr. Cōstitue dn̄e legislatorē super eos: sciant gentes quoniam homines sunt. Responsio. dōm ꝙ quedam introducūtur ad ordinē iudiciariuz propter necessitatē: (Rn̄sio sūt q̄ ꝓpter necessitatē requiruntur.) quedā propter vtilitatē. quedaz ad repellendā iniquitatē. Propter necessitatē ordinis iudiciarij introducūtur ea sine quibus nō potest iudiciū terminari. ⁊ hec determinant in lege diuina. vt in p̄paratorijs ad iudiciū requisitio iudicis et autoritas iudicis: et citatio rei cum pena contumacis. De requisitione iudicis dr deut. xvij. Si difficile est ambiguū iudiciū esse perspexeris: venies ad sacerdotes leuitici generis ad iudicem q̄ fuerit in loco quez elegerit dominus. Et exo. xviij Cum acciderit aliqua disceptatio veniant ad me inter eos vt iudicem. Est autem necessaria req̄sitio iudicis: q: nullus potest esse iudex in sua causa. De autoritate vero iudicis habetur in. xvj. deutero. Iudices ⁊ magr̄os constitues in portis tuis ⁊c. Autoritas vero est ex ipsa constitutione: s̄m ꝙ dr ad heb. v. Nemo sibi sumit honorem ⁊c. et ex iurisdictionis determinatione s̄m determinatum locum. vnde dicitur deut. xvj. In omnibus portis tuis ⁊ per singulas tribus tuas vt iudicent populum. ¶ De citatiōe vero rei ⁊ pena ꝯtumacis habetur numeri. xvj. Misit moyses ⁊ vocauit dathā et abyron citando eos vt cōparerent coram ipso i iudicio. ibi etiā exprimitur ꝯtumacia qua dixerūt non venimus. ⁊ sequitur pena grauissima qua ad sentētiaz Moysi absorpti sunt a terra. Citatio autem necessaria est: q: nullus absens nisi ꝑ cōtumaciam dz iudicari. sicut supra dictum est. ¶ Item i ꝓgressu iudicij necessaria sunt interrogatio partium introductio ꝓbationum. diffinitio causarū Inquisitio necessaria est ad sciendam partium itentionem. Probatio ad veritatis discutionem. Diffinitio ad cause terminationem s̄m ꝙ dr deutero. xvij. Cum audieris transgredientes pactum et inquisieris diligenter: ⁊ verum esse repereris: educes ad portaz ciuitatis ⁊c. ibi et seq̄tur. In ore duorum vel trium stabit omne verbum. ¶ Propter vtilitatem vero (Quedā ꝓpter vtilitatem) ⁊ ad repellendā iniq̄tatem nō discordantia a lege dei itroducta sunt sz canones et humanas leges quedam i fauorem actoris. q̄dam in fauorem rei. quedam i suffragium vtriusq3 In fauorem enim actoris itroducitur modus req̄sitionis iudicis: ⁊ locus ⁊ autoritas iudicant̄. modus citationis ⁊ punitio ꝯtumacis: que tria quāuis possunt extrahi a iure diuino: tamen modificant a iure humano. In fauorem vero rei itroducuntur exceptiones. recusationes. libellus. Exceptiones que elidunt actionem actoris p̄ncipalit ꝯtra malignitatem voluntatis. Recusatiōes que sunt declinationes iudicis ꝓpter suspitionem oppositum contra oppressionem potestatis. Libell9 qui cōtinet intentionem actoris: ne possit postea immutare ꝯtra peruersitatem veritatis. In suffragium vero actor̄ ⁊ rei itroducuntur satisdationes dilationes ⁊ in litis cōtestatione de calumnia iuramentum. Satisdationes que dātur a reo ⁊ a ꝓcuratoribus actoris et rei ꝙ vsq3 ad finem litis ꝑmaneant contra iniustam declinationem iudicij. Dilationes. que principaliter dantur ad deliberādum contra precipitationem ꝯsilij. Iuramentum de calumnia quo iurant partes se non animo calumniandi agere vel respondere ꝯtra peruersitatem doli. ¶ Ad illud quod p̄mo obijcitur. (So. ad arg. j.) dōm ꝙ q̄uis hec non determinentur i iure diuio. tamē quia sunt consona iuri diuio ⁊ ad conseruationez iusticie autoritatem recipiunt a iure diuio cū per legez precipitur leuit. xix. Iuste iudica ꝓximo tuo ¶ Ad secundum vero quod obijcitur. (Ad scdm.) ꝙ per ista ꝯtingit veritatem iusticie impediri. dōz ꝙ hoc nō est in actu predictarum constitutionuz: sed est ab vsu iniquor̄ ꝓ quibus dr Esa. j. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij iusticia habitauit in ea. nunc aūt homicide argentuz tuum versum est in scoriam: vinū tuū mixtum ē aq̄. ¶ Ad tertium dōz. (Ad tertium) ꝙ lex dei sufficiens est ad oia que sunt necessaria: tamen q: est infinita hominū

malicia:ideo minister legis reliquit statuere τ determinare que sunt expedientia.vnde deut.xvij. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio τ decreto iudicis morietur.¶ Ad quartum dicendum ꝙ ministri legis cum ministerio recipiunt potestatem condendi leges de his que expediunt iusticie.vnde ꝓuer.viij.dr̃ diuina sapientia. Per me reges regnant:et legum conditores iura decernunt.

Ad quartum

Membrum tertium.

De inq̄sitione quo ordine sit facienda.

Consequenter querendum est de inquisitionibus τ purgationibus:quo autem ordine sit a prelato inquisitio facienda: ex predictis manifestum est.Inquisitionem enim debet clamosa insinuatio ꝓuenire ꝟm ꝙ dicitur geñ.xviij.Clamor sodomorū vẽit ad me. τ deut.xvij Cū reperti fuerit vir τ mulier qui faciunt malum in ꝯspectu domini τ transgrediuntur pactum illius:τ hoc tibi fuerit nunciatum:cum audieris inquires diligenter.¶ De purgatione autem notandū est ꝙ purgatio ē de obiecto crimīe innocẽtie ostensio.Vñ sicut inq̄sitio pertinet ad ꝑlatum:ita purgatio ad reum.Purgationis aūt due ponuntur species.canonica τ vulgaris.Canonica est que fit ꝑ iuramentum τ bonorū testimonium.vulgaris est que a vulgo ē inuenta vt ferri cādentis.aque feruentis:τ monomachie seu duelli ¶ Circa purgationem canonicam dubitatur vtrū vir debeat fieri ꝑ iuramentum:τ vtrum ad purgationem possit q̄s cogi.Ad ꝓmum introducit lex. deut.xxj.vbi dr̄.de inuento cadauere hoīs occisi ī aliqua ciuitate:ꝙ maiores natu ciuitatis illi⁹ venient ad interfectum:τ lauabunt manus suas et dicent.Manus nostre non effuderunt hunc sanguinem:nec oculi nostri viderunt.τ hoc super vitulam cesam.Ex qua lege autoritas purgatōis ꝑ iuramentum manifeste accipitur.Item dicit canon ex ꝯcilio Ilerdēsi.ij.q.iiij.Presbyter si a plebe sibi ꝯmissa infamatus fuerit ad arbitrium sui epī septem collegas sibi adiunget:τ iurabit in sacro euangelio coram posito ꝙ crimen illatum nō perpetrauit.Item in eodem.Si mala fama de pr̄sbitero exierit τ accusatores vel eius testes legales defuerunt.cum denominatis sibi vicinis pr̄sbyteris quos scimus nolle periurare:sacramento suo famam suam purget.¶ Contra Canon beati Cornelij.Sacramentum hactenus a summis sacerdotibus vel reliquis exigi nisi ꝓ rata fide minime cognouerim⁹:nec sponte eos iurare reperim⁹.ij.q.iiij.¶ Item in eodem.Nos sacramentum ab episcopis nescimus oblatum.¶ Ad quod respondetur.ꝙ ex his autoritatibus non ꝓhibentur omnimoda iuramenta fieri a sacerdotib⁹:sed tantum incauta et ea que ꝓ qualibet causa temporali ī iudicio offeruntur Cum autem populari īfamia sacerdotes opprimunt:tunc ad inocentie sue ostensionē iuramenta debent offerre.Vñ grego.Si q̄s epūs aut q̄libz sacerdos a pp̄lo accusatus fuerit: et certi testes inuēti nō fuerit q̄ criminis illati veritatem dicāt:iusiurādum ī medio fiat.τ illū testem ꝓferat de inocentie sue puritate:cui nuda τ aperta sunt oīa.ad hebre.iiij.¶ Itē dubitat vtrū sit q̄s ad purgationem ꝑ iuramentū ꝯpellendus.visum aūt fuit quibusdā ꝙ nōn ꝓp religationē iuramēti Item ꝓp canonē leonis pape.ij.q.ij.Auditū est fratres q̄lit mali hoīes in me grauia crimīa cōfinxerunt.Quāobrē ego leo pōtifex sancte romane ecclesie.purifico me.hoc aūt facio:nō legē p̄scribo ceteris:q̄ id facere cogant.Ecce summ⁹ pōtifex se ipsum purgat:nec tñ ceteris necessitatē purgandi p̄scribit.vnde dat intelligi.ꝙ satisfactio purgatōis ī voluntate ꝯsistit accusati.nō in arbitrio iudicis.¶ Cōtra canō leonis pape.ij.q.iiij.Sacerdos si suspitiosus aut īcredibil' suo epō aut reliq̄s suis sacerdotib⁹ siue bōis τ iust' de suo pp̄lo hoīb⁹ fuerit ne in crimīe aut ꝑdicta suspitōe remaneat: cum trib⁹ aut q̄nq̄ aut sex bonis ac vicinis sacerdotib⁹ exēplo Leonis pape q̄.xij.epōs in purgatione habuit si suo epō visum fuerit.ac necesse eē ꝓpter tumultum pp̄li ꝑsperexerit cum iustis τ bonis hoīb⁹ se sacramento corā pp̄lo sup quattuor euangelia dato purgatū eccl'ie reddat.¶ Rñsio. dōm.ꝙ ī arbitrio iudicis nō ī voluntate accusati ꝯsistit satisfactio purgatōis.vñ dr̄ decretal' Alexādri tertij.ꝙ si de aliquo crimīe laborat īfamia:accusatore τ testib⁹ deficientib⁹.parochian⁹ epī ad purgationē est ꝑ īpm epm ꝯpellend⁹:nisi forte super ipso ad superiorem iudicem duxerit appellādū Illud vero qd̄ dicit canon leonis.intelligit de successoribus summi pontificis:q̄ nō hñt supiorē iudicem:sed relinquuntur domino iudicandi.
¶ De forma vo iuramēti canonice purgatōis et reliq̄s circunstantijs:que sunt requirenda iurisperit' pretermittimus.

Purgatio. — Contra — Responsio. — Vtrū q̄s ꝯpellēd⁹ sit ad purgationem τc — Contra — Rñsio. — De purgationibus. Oppo.ar.j.

De vulgari vero §.j.

purgatione merito querendum est.nam illa videtur ortū hr̄e ex diuina lege.vñ in nūeris.v.datur lex ꝯtra mulierē suspectā de adulterio:ꝙ offerat sacrificiū zelotipie τ oblatio inuestigās adulterium:et accipiant aq̄ in quib⁹ cum execratōe ꝯgerātur maledicta:τ multa q̄ ibi determinantur:τ sic dentur mulieri ad bibendum aque ille τ si rea est computrescet femur eius.si innoxia illesa erit et faciet liberos.ex qua lege videntur examinatōes ꝑ ferrum candens et aquā feruentem probari.
¶ Item examinatio furti achor facta ē per sortes Iosue.vij.τ īquisitio īobedientie seu transgressionis Ionathe.j.Reg.xiiij.Ex quo videtur idē ꝓbari.¶ Item ꝓbatio ꝑ monomachiam τ per duellū approbari ꝑ ꝯflictum golie τ dd̄.j.Reg.xvij.
¶ Itē dr̄ ꝯciliū garimanense.ij.q.iiij.Sepe ꝯtingit vt monasterijs monachorū furta ꝑpetrentur: idcirco statuimus vt qñ ipsi fratres de talib⁹ expurgare se debent missa ab abbate vel ab alio celebret presentibus fratribus.τ sic expleta missa omnes communicent in hec vba.corpus dñi sit tibi ad probationem hodie.¶ Itē in eodē dicit canon Statuit sancta synodus vt si duo de adulterio accusati fuerint τ ambo negauerint:τ orant sibi cōcedi vt alter illorum vtroq̄ diuino purget iudicio Si vn⁹ inde ceciderit ambo rei habeant.Ex his igitur manifeste ꝓbari videtur.ꝙ deficientibus ꝓbatōibus τ negante reo possint si inualescit suspitō crimina per predicta īdicia inq̄ri.¶ Itē ratione arguitur:cum nullo mō credendum sit aliquo tempore ecclesiā errasse:nec in fide nec in decretis iusticie.In veteri autem testamento cōcesse sunt huiusmodi examinatōes per exempla τ leges:τ in nouo testamento ꝑ canonum sanctiōes. ergo non erit aliquo modo dicere in examinatiōe istorum iudiciorum contineri errorem:nec erunt sicut illicita reprobanda.¶ Contra dicit canon. b.Stephani pape.ferri candentis vel aque feruētis examinatione confessionem extorqueri a quolibz sacri non censent canones:τ qd̄ sanctorum patrum documento sancitum non est:superstitiosa adinuentione non est presumendum.ij.q.iiij.
¶ Item idem ibidem.Spōtanea confessione vel testiū approbatione,publicata delicta commissa sunt

Secundū. — Tertium — Quartum — Contra.

sunt nostro regimini iudicare:occulta vo īcognita illi sunt relinquenda:qui solus nouit corda filiorum hoīm.Cum ergo examinatio ꝑ hmōi iudicia non sit de his que pñt iudicari ꝑ ꝓpriam ꝯfessionem vel testium approbationē ergo in oībus his iudicijs vsurpamus nobis ea q̄ diuino iudicio fuerant reseruanda:quod est tēptare deū:cū tñ ꝓhibitum sit.vj.deut.Nō tentabis dñm deū tuum.
est enim iniuriā propellere vt sibi liceat voluptuo
se viuere. Aliud vt aliorū vtilitati libere possit va
care. Item sicut idem dicit in sermone dn̄i in mon-
te. Iudex vult illum quem vindicat non pena mise
rum: sed correctione beatum esse: cum .s. iuste vin-
dicat. Idcirco reprehendit dominus discipulos pe
tentes ignem de celo ad cōsumendum eos qui no
lebant eos recipere: animaduertens eos non ama
Ad secundū
re correctionē sed odio desiderare vindictā. ¶ Ad
secundum iam patet responsio ex predictis: q2 lex
talionis quantum ad iudicem qui zelo iusticie pu
nit sm hanc legem continet iustum: quantū vo
ad priuatam personam: vel qui libidine vindicte
hoc expeteret: contineret iniustū. Unde dicit Au-
gusti. Si bonus homo hoc expeteret: malum pro
malo redderet: iudex vo non: sed delectatione iu-
sticie iustū p iniusto qđ est reddere bonū pro ma
Ad tertium.
lo. ¶ Ad tertium qđ dicit: ꝙ reddere mala pro ma
lis propinquū malū est: conuenit tamē bonis. Di
cendum ꝙ hoc non est simpliciter dictum: sed de-
bet intelligi malum pene: non tamen ex malo affe
ctu seu mala intentione queadmodum dicit Au-
gust. ꝙ petere vel prestare subsidium: vt voluptuo
se quis viuat in crimine: damnabile est: petere ve-
ro vel prestare vt mali facultas adunatur: vt eccle
sia pacem adipiscatur: vt aliquis multorum vtili
tati seruetur: vtile ⁊ honestū est. Inde est ꝙ Pau
lus contra insidias iudeorum petijt milites a pre
tore: vt illesus ab iniuria seruaretur. Actuū. xxij.

Hinc in euangelio mercēnarius vocatur qui videt lupum venientem ⁊ dimittit oues ⁊ fugit. Joh.x.

Ad quartum

¶ Ad vltimum dicendum: ꝙ in lesionibus ⁊ damnis lex querebat vtilitatem lesi: ⁊ correctionē aliorum: vt.s.ex pena ledentis timerent peccare. Unde j.Thimo.v. Peccantem coram omnibus argue vt ceteri timorem habeant. Glo. vt pena vnius met⁹ sit multorum. Cum ergo in eruitione oculi ꝓ oculo satis ad correctionem ipsius punitus sit qui leserat ⁊ alij preteriti: nec aliquid vtilitatis accresceret leso: si ledens altero oculo priuaretur: decreuit lex non vltra procedere in inflictione pene. In restitutione vero quinqꝫ boum pro vno vel quattuor ouium pro vna: leso vtilitas accedebat: ꝙuis ledēs plusꝙ leserat grauaretur.

De legib⁹ bellorū vel impugnationis.

Membrum tertium.

Postea querendum est de lege bellorum seu impugnationis. Circa quam partē queruntur tria. Primo vtrū mali possint licite debellari. Secundo de circunstantijs belli. Tertio de exercitio qd̄ est in tyrocinijs.

Articulus primus.

Utrum mali possint licite debellari. Augu. ad bonifacium.

Queritur ergo vtrū bellare sit licitum. Ad qd̄ Augusti. ad Bonifacium. Nolite existimare neminē deo placere posse qui armis bellicis ministrat. In his erat sanct⁹ Dauid: cui dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam illius plurimi temporis iusti vt Josue cui dicitur. xvij. Exod. Egressus pugna contra Amalech ⁊ cetera. Item in his erat ille centurio qui domino dixit non sum dignus vt intres sub tectum meū. Math.viij. ¶ Item Augusti. ad Bonifacium Jo. Ab armis non iubet discedere milites. Et xp̄s post Mat.xxij. tributa cesari monet reddi: q2 propter bella necessaria militi stipendium prebeatur. ¶ Item Augusti. in sermone de puero Cēturionis. Si xp̄iana disciplina omnia bella culparet: hoc potius cōsilium salutis petentibus in euāgelio diceretur. Luce iij. Ut abijcerent arma seqꝫ militie omnino subtraherent. Dictum autē est eis. Neminem concutiatis. Estote contenti stipendijs vestris: quibus propriū stipendiuꝫ sufficere precepit: militare vtiqꝫ nō ꝓhibuit.

Ambro.

¶ Item Ambro. j. lib. de officijs. Fortitudo q̄ bello tuetur a barbaris patriam vel domi. defendit infirmos: vel a latronibus socios plena iusticia est. ¶ Item August. Uincentio donatiste. Si semper esset culpabile persecutionē facere: nō scriptū esset in sanctis libris: detrahētem secreto proximo suo hunc persequebatur. ¶ Item August. contra Pecilianum. Qui peccat non peccat legis autoritate sed contra legis autoritatem. Inde rogo te cuius vox sit in Psal. dicentis. detrahentem secreto proximo tuo ⁊c. Quere itaqꝫ causam ⁊ modum persecutionis: ⁊ noli generaliter persecutionē reprehendere. Non enim persequimur vos nisi quemadmodum veritas persequitur falsitatē. ¶ Itē August. ad Bonifacium comitem: cuius putant in Psal. vocem esse vbi dicitur: persequar inimicos meos ⁊ comprehendam illos: ⁊ non conuertar donec deficiant. Ex his igitur relinquitur ꝙ mali licite sunt persequēdi ⁊ impugnandi.

Cōtra argu. primum

¶ Contra. Omne bellum fit vel propter iniuriam propulsandā a se: vel a socio: vel propter vindictā inferendam. Sed propulsatio proprie iniurie prohibet Math.v. Si q̄s percusserit te in vnam maxillam ⁊c. ⁊ propulsatio iniurie sociorum prohibetur in petro cum ei dictū est: Conuerte gladiū tuuꝫ in vaginam. Mat.xxvj. Illatio vero vindicte prohibetur. j. Petri.iij. Non reddes malum pro malo ⁊c. Cum ergo omnis causa belli prohibita sit: bellare illicituꝫ erit.

Scdm Greg.

¶ Item beatus Grego. Nisi bella ista carnalia figurā bellorum spiritualium gererent: nunꝙ vt opinor iudaicarum hystoriarū libri discipulis xp̄i qui venit pacem docere, ab apostolis docendi traditi fuissent.

Tertium.

¶ Item idem. Grego. Quomodo discipulis christi bellorum proficeret ista descriptio: quibus dicitur a iesu. Pacem meam do vobis: pacē relinquo vobis. Johan.xiiij. ⁊ non vos ipsos vindicantes. Roma.xij. sꝫ magis iniuriam percipite ⁊ fraudem patimini. j. Corin.vj.

Quartum.

¶ Item idem Grego. Sciens apostolus nobis iam vltra bella non esse carnaliter peragenda: sed anime certamina cōtra spirituales aduersarios: preceptum militie dat militibus christi dicens. Induite vos armaturā dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Ephe. vj.

Quintum

¶ Item Mat.xxvj. Omnis qui acceperit gladiū gladio peribit. Ex his igitur videt manifeste probari: ꝙ tempore gratie omnino bellare sit prohibitum. ¶ Item ꝙ omni tempore licitum sit bellare ⁊ persequi probatur.

Sextum. Hiero.

Nam sicut dicit beatus Hieron. super illud ad Gal.iiij. Is qui ſm carnem natus fuerat persequebatur eum qui ſm spiritum. Qui ſm carnem natus est persequitur spiritualē nunꝙ vero spiritualis carnalē persequitur.

Septimum

¶ Itē de membris ecclesie dicitur Mat.v. Beati q̄ persecutionem patiuntur propter iusticiam. Cum ergo iustorum sit persecutionem pati: non facere relinquitur ꝙ persequi malos erit illicitum.

Octauum

¶ Itē preceptum innocentie est de lege naturali contentum sub illo precepto: quod ab alio oderis tibi fieri: vide ne aliquando alteri facias. Tho.iiij. Cum ergo persecutione ⁊ bello corporaliter ⁊ temporaliter noceatur: contra preceptuꝫ innocentie erit bellare vel persequi.

Responsio.

¶ Respon. Bellare iuste ſm legem diuinam est licitum. Et etiam in precepto regibus ⁊ principibus terre ſm qd̄ dicit Augusti. ad Bonifacium comitem super illum locum Psal. Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore: quomodo ergo reges seruiunt in timore, nisi ea que contra deum iussa sunt religiosa seueritate prohibēdo atqꝫ plectendo. Aliter enim seruit quia homo est: aliter q2 rex est: quia enim homo est seruit viuēdo fideliter quia rex est ſm legem iusticie pugnando viriliter. Iniuste vero bellare illicituꝫ est ⁊ prohibitum ſm qd̄ ostenditur in Baruch.iij. vbi dicit de gigantibus qui ab initio fuerūt statura magna scientes bellum: non hos elegit dominus: neqꝫ viam discipline inuenerunt: propterea perierunt. ¶ Notandum autem ad hoc vt discernas ꝙ bellum iustum sit vel iniustum autoritatem: affectum: intentionem: conditionē: meritum: ⁊ causam. Affectus ⁊ autoritas debent considerari in persona indicentis bellum. Conditio ⁊ intentio in persona peragētis bellum. Meritum in persona sustinentis bellum. Causa in persona pro qua agitur bellū. Dicēdum ergo: ꝙ ad hoc ꝙ sit iustum bellum requirit ꝙ persona indicens bellum habeat iustuꝫ affectū ⁊ autoritatem iustam. Justum autem affectum vt dicit Augusti. ad Bonifacium comitem. Esto bellando pacificus: vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Beati enim pacifici quia filij dei vocabuntur. Mat.v. Item idē Augusti. cōtra manicheos. Nocendi cupiditas: vlciscendi crudelitas: implacabilis animus: feritas rebellandi: libido dominandi. hec sunt ⁊ si qua similia: que in bellis iure culpantur. Justam vero autoritatem

toritatem hoc est ordinatam ſm qd̄ ostendit Augusti. contra manicheos. Deo sine aliquo alio legitimo imperio iubēte gerente ipsa bella suscipiūtur a bonis: cum in eo reruꝫ humanarū ordine inueniūtur: vt eos vel iubere aliquid tale vel in talibus obedire iuste ipse ordo ꝯstrīgit: ⁊ post subdit. Ordo ille naturalis mortalium paci accomodat⁹ hoc poscit: vt suscipiendi belli autoritas atqꝫ cōsilium penes principes sit. ¶ Item in persona peragentis bellum: duo requiruntur: debita intentio ⁊ debita conditio. Debita intentio ſm qd̄ dicit Augusti. de verbis domini. Militare nō est delictum sed militare propter predam peccatum est: nec rem publicam agere criminosuꝫ est: sed vt diuitias augeas damnabile est. Item debita conditio vt non sit persona clericalis. Unde canō Joh. pape.xxiij. q.viij. Secularem militiam exercere: ⁊ terram defendere: de prelijs tractare: ⁊ de armis terrene potestatis est. Item in eodem dicit canō cōcilij Meldeñ. Quicunqꝫ ex clero videntur esse: arma militaria non sumant: q2 non possunt simul deo ⁊ seculo militare. ¶ Item in persona cōtra quā agitur bellum considerandum est meritū iustum vt scꝫ iuste meruerit impugnari vel persecutionem pati. Unde Augusti. ad Bonifaciuꝫ comitem. Est persecutio iniusta quā faciūt impij ecclesie xp̄i. Ista nāqꝫ beata est que persecutionē patitur ꝓpter iusticiā: illi vero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniusticiam: proinde ista persequitur diligendo: illi seuiendo: ista vt corrigat: illi vt euertant. Item idem Augusti. super Psal. duo ista nomina cum dicimus homo peccator vtiqꝫ nō frustra dicūtur quia peccator est corripe: quia homo miserere: nec omnino liberabis hominem: nisi persecutus fueris peccatorem. ¶ Itē in persona illi⁹ pro quo pugnatur attendēda est iusta causa: que est subleuatio bonorum cohertio malorū: pax omniū. Unde Augusti. de diuersis ecclesie obseruationibus apud veros dei cultores: etiam bella illa peccata sunt que non cupiditate aut crudelitate: sed pacis studio geruntur vt mali coerceant ⁊ boni subleuentur.

Ad secundū.

¶ Ad illud quod secundo obijcit ꝙ bella carnalia discipulis christi traduntur legenda solū propter bella spiritualia que designāt. dicendū ꝙ discipulos christi appellat nō generaliter xp̄ianos sed viros ecclesiasticos quibus interdicta sunt bella ⁊ arma. Unde beatus Ambro. contra imperatoris edictum dicit. Aduersus milites gothos lacrime mee mea arma sunt. Talia enim sunt munimēta sacerdotis: aliter nec debeo nec possuꝫ resistere.

Ad tertium.

¶ Ad tertium quod obijcitur ꝙ a iesu dicitur: pacem meam do vobis. dicendum ꝙ bellum iustum non repugnat paci: immo finem habet pacem. Unde Augusti. ad Bonifacium. Belluꝫ debet esse necessitatis vt liberet deus a necessitate ⁊ conseruet in pace. Non enim pax queritur vt bellum exerceatur: sed belluꝫ geritur vt pax acquirat.

Ad quartum

¶ Ad quartum qd̄ dicit Grego. ꝙ bella vlteri⁹ non sunt carnaliter peragenda: intelligendum est sicut prius ab ecclesiasticis personis quibus in veteri testamēto licebat pugnare: nō licet autem in nouo.

Ad quintum

¶ Ad quintuꝫ qd̄ obijcit: qui acceperit gladium gladio peribit. Respōdet Augu. ij. lib. cōtra manicheos. Ille gladium accepit: qui nulla superiori: ac legitima potestate vel iubente vel concedente in sanguinem alterius armatur.

Ad sextum.

¶ Ad sextuꝫ qd̄ dicit Hiero. q2 spiritualis nunꝙ persequitur carnalem. Respondet Augusti. ⁊ pelagius papa. xxiij. q.v. Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium: quia persecutionem ecclesie faciat dum vel ea que cōmittuntur reprimit: vel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi fabulatores non persequitur nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum factum iam punit vel prohibet ne fiat: nō persequitur iste sed diligit.

Ad septimuꝫ Augusti. ad Bonifa.

¶ Ad septimum respondet Augusti. ad Bonifacium comitem. Si ecclesia vera est ipsa que persecutionem patitur: non que facit queratur ab apostolo quaꝫ ecclesiam signabat sara quando persecutionē faciebat ancille Geñ.xxj. Liberam quippe matrem celestem hierusalem id est veram dei ecclesiam in illa muliere dicit esse figuratam. Gal.iiij. que affligebat ancillaꝫ. Si autem melius discutiamus magis illa persequebat saram superbiendo: ꝙ sara coercendo: illa domine faciebat iniuriaꝫ: ista imponebat superbe disciplinam.

Ad octauum Augusti.

¶ Ad octauum qd̄ dicit bellum esse cōtra preceptum innocentie interimendū est. Unde Augusti. in lib. de ciuita. dei. ꝑtinet ad innocētis officium: nō soluꝫ nemini malum inferre: verū etiam cohibere a peccato vel punire peccatum: vt delinquens corrigatur experimento: aut alij terreātur.

Solo ad .j. argumen. cōtra

¶ Ad primum vero quod obijciebat. ꝙ oīs causa belli ꝓhibita est: quia prohibita est vindicta inferenda ⁊ iniuria propulsanda: iam ex superioribus patet responsio. Nam vindicta inferenda non est prohibita nisi priuate persone: ⁊ ex libidine vindicte: sed iudici percipitur inferenda ex zelo iusticie. Unde Augu. super Josue.vij. dicit. Si ea que deus vehemēter offenditur insequi vel vlcisci differim⁹ ad irascēduꝫ diuinitatis prouocamus patientiaꝫ. Nonne Achor filius zare preterijt mandatum domini ⁊ super omnem populuꝫ israel ira eius incubuit: ⁊ ille erat vnus homo: atqꝫ vtinam solus perijsset in scelere suo. Simili modo iniuria propulsanda in precepto est ei qui vtiliter potest eam propellere ab alio.

Ambro.

Unde beatus Ambro. primo lib. de offi. Qui non repellit a socio iniuriam si potest: tā est in vitio ꝙ ille q̄ facit. Unde sanctus Moyses cum vidisset hebreum ab egiptio excipiētem iniuriam Exod.xx. defendit: ita vt egiptium prosterneret. Salomon quoqꝫ ait. Erue euꝫ qui ducitur ad mortem: sed illud vltimum dubitationem habet que determinabitur infra questione de illo precepto euāgelij: dico vobis non resistere malo.

Articulus secundus.

De circūstantijs belli.

Consequenter queritur de circunstātijs bellandi: ⁊ hoc quantum ad quattuor: quantum ad preceptum bellandi: quantum ad personā bellantis: quantum ad opus belli: quantum ad modum bellandi.

Quantū ad preceptū. §.j.

Quantuꝫ ad preceptum.

bellandi queritur vtruꝫ sacrilegis regibus indicētibus ⁊ iubentibus bellum: teneantur subditi milites obedire: qd̄ non videtur: nam non tenemur obedire nisi potestati ordinate a deo.

Argumen. j.

Sed potestas malignantium nō est ordinata a deo vel sub deo: posito ꝙ affectu cupiditatis bellum moueat ergo non est ei obediendum: quia sicut dicit Apostolus.xiij. Ro. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a deo: que autem a deo sunt ordinata sunt.

Secundum.

¶ Iteꝫ non est obediendum indicenti bellum nisi in bello iusto: sed non est bellum iustum sicut patet ex predictis: vbi est affectus iniustus. Si ergo sit in principe affectus cupiditatis vel affectus dominādi vel affectus vlciscendi: non erit ei parendum.

Cõtra.

¶ Cõtra Omnis anima potestatibus sublimio-
ribus subdita sit.xiij.Roma.Quod intelligitur nõ
solum de bonis principibus sed etiam de malis.
Unde.j.Petri.ij.Serui subditi estote in omni ti-
more dominis.non solum bonis et modestis sed
etiam discolis.¶ Item in eodem dicit Petrus.
subiecti estote omni humane creature ꝓpter deũ
siue regi.quasi precellenti.siue ducibus tanq̃ ab
eo missis.sed nõ determinatur hic ꝙ sit obediẽ-
dum bono potius q̃ malo.¶ Item sacrilegi prin
cipes ⁊ affectu corrupti sunt ministri dei:vt eis cõ
petat qđ dicit apostolus Ro.xiij.Ministri dei sunt
in hoc ipsum seruientes.Unde Hierony.super Jo
helem.Non solum homines ministri dei sunt et
vltores ire dei his qui malum operantur.Unde
Ro.xiij.Non sine causa gladiuz portat.dei enim
minister est sed ⁊ ɔtrarie fortitudines.¶ Respon.

Rñsio. Augu.

ſm Augu.contra Manich.Justus si sub rege ho
mine sacrilego militet.recte potest illo iubẽte bel-
lare.si vice pacis ordinem seruans:qđ sibi iubet.
vel non esse contra dei preceptum certum est:vel

Sol.ad.j.

vtrum sit certum non est.¶ Ad illud ergo quod
primo obijcit.ꝙ potestas sacrilegi principis indi-
centis belluz ex cupiditate non est ordinata a deo
vel sub deo.dicendum ꝙ est ordo potestatis q̃tuz
ad autoritatem:⁊ hoc modo ordinata est.⁊ q̃tuz
ad executionez:⁊ hoc dupliciter vel q̃tum ad effe-
ctum executionis.⁊ hoc modo inordinata est.vel
q̃tum ad effectum executionis ⁊ hoc modo ordi-
nata est dummodo iubet quod licitum est ⁊ con-
tra dei preceptum non est.Affectus autem inordi
natus executionis potestatis non tollit ordinem
potestatis quin sit ei parendum.Unde Aug.con-
tra Manicheum.Si humana cupiditate belluz
geritur supple a principe.non nocet sanctis idest
subditis in quos non habet quisq̃ potestatem ni

Ad scđm.

si desuper datam.non enim est potestas nisi a deo
siue sinente siue iubente.¶ Ad secundum dicen-
dum.ꝙ in predicto casu bellum iniustũ est ex par
te imperantis.sed iustum bellum est ex parte mi-
litis obedientis.Unde Augu.contra manicheuz
in predicto casu loquens dicit.Reuz facit regem
iniquitas imperandi.Innocentem aũt militem
ostendit ordo seruiendi.

Queritur postea .§.ij.

De ꝑsona bellantis.

de persona bellantis.vtruz episcopi ⁊ ecclesiastice
persone possint arma mouere.Naz canon Nico.
pape ꝓhibet episcopos seculari militia occupari:
nec contra piratas permittit eos accedere ad pu-
gnam.xxiij.q.viij.¶ Item vniuersaliter clericos

Contra.

concilium toletanum ⁊ conciliũ meldense prohi-
bent arma sumere.¶ Cõtra.sicut dicitur in eadẽ
causa.q.viij.beatus Grego.ciuibus Tuscie vt cõ-
tra Longobardos arma pararent mãdauit:⁊ mi
litantibus stipendia decreuit.¶ Item Leo papa
aduersus saracenos vrbem egreditur vt eos pro-

Distinguit Gratianus.

cul a littore arceat ⁊ populum armatum congre-
gat.¶ Ad hoc distinguit Gratianus ꝙ sunt qui
dam episcopi leuitica solũ portione contenti.qui
possunt dicere.dominus pars hereditatis mee.his
enim nihil est commune cum principibus seculi.
talibus nulla actio relinquitur militie secularis:
quia de decimis ⁊ primitijs viuentes in omni re-
gno a terrenis exactionibus liberi sunt.ita vt dice
re valeant.venit princeps mundi huius:et in me
non habet quicq̃ Joh.xiiij.Alij sunt qui nõ sunt
contenti decimis ⁊ primitijs.predia villas ⁊ castel
la ⁊ ciuitates possident ex quibus debent tributa
⁊ obsequium militare:quibus a domino dicitur
Mat.xxij.Reddite que sunt cesaris cesari:et que
sunt dei deo:quibus apl's dicit Roma.xiij.Reddi
te omnibus debita:cui tributũ:tributũ.cui vectigal

Contra.

vectigal.¶ Sed contra est expresse quod dicit Pe
tro.Math.xxvj.Cõuerte gladium tuum in vagi-
nam:omnis qui gladiuz acceperit gladio peribit:
ac si aperte diceret.Hactenus tibi tuisq̃ precesso-
ribus inimicos dei corporali gladio licuit ꝑsequi:
deinceps in exemplum patientie gladium in vagi
nam conuerte.Ex quo relinquitur:ꝙ nulli episco
po licet materialem gladium seu arma sumere ad
bellanduz.Item dicit bea.Ambro.ꝙ arma episco-
porum sunt lacrime ⁊ orationes.¶ Propterea di-

Responsio.

cendum ſm distinctionem beati Bernardi ad Eu
genium:ꝙ est mouere arma:siue accipere materia
lem gladium manu:iussu:nutu.Manu a milite:
iussu a principe:nutu ab episcopo seu sacerdote:
hoc est qđ dicit Bernard.ad Eugenium.Qui ma
terialem gladium tuum negat:non satis mihi vi-
detur attendere verbum domini dicentis.Conuer
te gladium tuuz in vaginam:tuus ergo ⁊ ipse tuo
forsitan nutu ⁊ si non manu euaginandus.Unde
dicentibus apostolis.Ecce duo gladij.Respondit
dominus satis est Luce.xxij.vterq̃ ergo gladius ec-
clesie est materialis ⁊ spiritualis:sed is quidẽ pro
ecclesia:ille vero ab ecclesia exercẽdus:ille sacerdo
tis:hic militis manu.Sed sane ad nutuz sacerdo-
tis ⁊ iussum imperatoris.

Queritur postea §.iij.

De tempore belli.

an omni tempore possit bellum agi.Et videtur ꝙ
diebus solennibus ⁊ festiuis illicitum sit bellare:
propter preceptum sabbati:de quo dicitur.Omne
opus seruile nõ facietis in eo.Etiã.v.Deute.Nõ fa
cies in eo quicq̃ operis:ergo cum bellare sit opus
seruile:diebus festiuis non erit licitum.¶ Item
cum reprehendit Esa.lviij.ꝙ in diebus ieiunij re-
petũtur debita ⁊ cõmittunt lites:dicens in diebus
ieiunij omnes debitores vestros repetitis:ecce ad
lites ⁊ contentiones ieiunatis ⁊ percutitis pugno
impie.Ex quo videtur:ꝙ non sit licitum in diebus
ieiuniorũ:⁊ quadragesimali tempore litigare vel

Contra.

pugnare.¶ Contra.j.Macha.ij.Postq̃ interfe
cti sunt illi viri qui habebant cõscientiam pugnã
di in diebus sabbatorum:salubriori consilio cogi-
tauerunt qui remanserunt dicentes.Si omnes fe
rimus sicut fratres nostri ⁊ non pugnauerimus
pro animabus nostris ⁊ iustificationibus:disper
dent nos de terra:⁊ cogitauerunt dicentes.Om-
nis homo quicunq̃ venerit ad nos in bello in die
sabbatorum pugnemus aduersus eum.¶ Item
ipse dominus monstrat ꝙ necessitas facit licituz
quod al's non esset licitum:⁊ sine peccato soluitur
sabbatum in casu necessitatis.Math.xij.Nonne
legistis quid fecit dauid quãdo esurijt ⁊ panes pro
positionis comedit quos non licebat eos comede
re:⁊ subdit quis ex vobis homo habẽs ouem et ce
ciderit sabbato in foueam:nõne leuabit eam:quã
to magis melior est homo oue:itaq̃ licet sabbatis

Responsio.

benefacere.¶ Respon.diebus qui deputati sunt
vacationi diuine:sine necessitate vrgente illicitum
est pugnare:necessitate vero cogente fit licitum:et
hoc est quod dicit canon Nicolai pape:ad consul-
ta bulgarorum.xxiij.q.viij.Si nulla vrget necessi-
tas:non solum quadragesimali tempore:sed etiaz
omni tempore est a prelijs abstinendum:si autem
ineuitabilis vrget importunitas:nec quadragesi
mali tempore pro defensione tam sua q̃ patrie seu
legum paternarum bellorum est proculdubio prepa-
rationi

rationi parcendum ne videlicet deum temptare
videatur homo:si habet quid faciat ⁊ sue ac illorum
saluti consulere non procurat.⁊ sancte religionis
detrimentũ non precauet.

Ultimo queritur .§.iiij.

[De] modo pugnandi. Arg. primũ.

de modo pugnandi vtrum requirat in bello iusto
exclusio fraudis.quod videt per illam legez Deu
tero.xvj.Juste qđ iustũ est exequeris.ergo iustuz
bellum peragendum est iuste.ergo ⁊ sine fraude.
¶ Item dicit Augu.ad Bonifa.ꝙ fides hosti ser

Scđm.

uanda est.contra quem bellum geritur:sed fideli

Contra.

tas excludit fraudem ¶ Contra Augu.super Jo
sue.viij.dominus deus noster iubet ad Jesum na
ue vt constituat sibi retrorsum insidias idest insi-
diantes bellatores ad insidiandũ hostibus.hinc
admonemur hoc non iniuste fieri ab his qui iu-

[R]ñsio. Sol.ad pmũ.

stum bellum gerunt.¶ Quod concedendum est.
¶ Ad primum ergo quod obijcit.dicendum ꝙ in
iusto bello pugnare fraude hoc est per insidias.
non est pugnare iniuste sed pugnare fraude.hoc
est animo fraudulẽto idest amore iniquitatis est
iniuste pugnare.Et hoc est qđ dicit Augu.in que
stionibus super Jos.viij.Justus cui bellare fas est
cum iustum bellum susceperit.vtrum aperte pu-
gnet:an ex insidijs nihil ad iusticiam interest.Ju
sta autem bella diffiniri solent.que vlciscunt in-
iurias.sed sine dubio iustum bellum est qđ deus
imperat:qui nouit quid cuiq̃ fieri debeat.in quo
bello ductor exercitus vel ipse populus non tam

Ad scđm.

autor belli q̃ minister iudicandus est.¶ Ad secũ
dum vero dicendum.ꝙ fides hosti seruanda est
quando promittitur.⁊ hoc est quod dicit Augu.
Unde omnis fraus contra promissionem factaz
hosti illicita est.

Articulus tertius.

Utrum exercitium bellorum in tyrocinijs sit licitum.

Consequenter est inquirere de exercitio
bellorum in tyrocinijs:vtrum sit licitũ.
quod videtur:Nam bellicum exercitiũ
de ordine dei relictum est ⁊ concessum fi
lijs israel Judicum.iij.He sunt gentes quas do-
minus dereliquit vt erudiret in eis israelẽ.⁊ om̃s
qui non nouerant bella chananeorum et postea
discerent filij israel certare cum hostibus ⁊ habe-
re consuetudinem preliandi.ergo illis quibus fas
est bellare vt militibus.bellicum exercitium lici-
tum erit.¶ Item si aliquis actus bonus est ⁊ lici
tus:eruditio et exercitium ad faciendum illum
actum licita erit.si ergo bellare pro fide vel pace
seruanda licitum est:disciplina belli ad eundem
finem ordinata licita erit.Si ergo miles aliquis
hac intentione vadat ad tyrocinium:vt addiscat
artem ⁊ industriam bellicam ad pugnandum ꝓ

Contra. Arg. primũ.

fide vel pace cum necesse fuerit.non peccabit.
¶ Contra.Ostentatio virium peccatum est.Sed
exercitium tyrociniorum fit ad ostentationem vi
rium.ergo illicitum ⁊ peccatum est.Item lex tyro
ciniorum est illa quã mali habent.j.Sapien.Sit

Scđm. Tertium.

fortitudo nostra lex iusticie vt fortior spoliet debi
liorem sed hoc iniustum est.¶ Item exercẽtes ty-
rocinia excõmunicantur ab ecclesia.Sed ecclesia
non infert talem penam:nisi pro peccato mortali

Rñsio.

ergo peccatũ mortale est.¶ Responsio.ſm quos-
dam.Cum tale exercitium sit ad ostentationem ⁊
discrimen vite exercitantium vergens simpliciter
illicitum:⁊ quicquid ex tali exercitio sequitur vt
vulneratio vel interfectio sunt taliter se exercitan
tibus imputanda.⁊ quod cõcessuz est filijs israel
non conceditur eis nisi vrgente necessitate.nec cõ
tra seinuicem:sed contra illos quos debebant ex-

Sol.ad pmũ.

pugnare.s.chananeos.¶ Ad illud vero quod obij-
citur dicerent ꝙ addiscere artem bellicam illicito
modo:⁊ cum discrimine salutis:ex quacũq̃ inten
tione illicitum est.cum debito vero modo:et sine
periculo salutis licitum erit.sed hoc nõ est in ty-
rocinijs.Alijs vero videtur distinguendum ꝙ ex-
ercitium tyrociniorum potest fieri cum modera-
mine conflictus qui adinuicem est absq̃ discri-
mine salutis:si adhibetur diligentia debita cau-
tele ⁊ in preparatione ⁊ in executione:⁊ tũc distin-
guendum:quia aut tale exercitium fit ad ostẽta-
tionem roboris ⁊ potẽtie:seu vane glorie:vel que-
stum auaricie ⁊ tũc simpliciter illicitum est.Uel
fit propter experientiam proprie fortitudinis.et
vsus armorum.et bellice industrie vt habeatur
ydoneitas bellandi pro fide ⁊ pace ecclesie.et hoc
modo tale exercitium licitum est.Si vero tale ex-
ercitium ageretur sine predicto moderamine ⁊ di
ligẽtia cautele illicitum est.quia hoc est discri-

Ad scđm.

mini se committere.¶ Ad illud vero quod obijcit
de lege tyrociniorum dici potest.ꝙ si acquisitio spo
liorum fit ex cupiditate vel auaricia manifeste est
iniusta.sed si fit non ex auaricia sed ex ipsa conuẽ
tione preposita:vt ille qui capitur amittat spolia
cum ex tali conuentione omnes iudicentur ad pa
ria.non est iusta:nec ſm illam legem iniquorum

Ad tertium.

quibus fortitudo est lex iusticie.¶ Ad illud vero
qđ obijcit:ꝙ ecclesia excõmunicat tales.dicenduz
est ꝙ falsum est exceptis temporibus famis ⁊ ne-
cessitatibus ecclesie.cum scilicet necesse habet pu
gnare contra hereticos vel paganos his tempo-
ribus excõmunicantur quia nocent saluti publi
ce vel impediunt cõmune bonuz ecclesie:negatur
tamen morientibus in tyrocinijs ab ecclesia se-
pultura ad terrorẽ tyrocinantium.ne scilicet sic
vires experiant vt aliquis incurrat mortem vel mor
tis periculum.

Membrum quartum.

De legibus occisionis.

Querendũ est cõsequẽter de legibus occi
sionis.⁊ q̃uis supra disputatuz sit.An
occisio hominis sit licita:⁊ quis sit occi
dendus.⁊ cui licitũ sit occidere.⁊ hoc in
quisitione de illo precepto decalogi.Nõ occides:
tamẽ ad maiorẽ legis veritatis euidentiã inquirẽ
da sunt tria.Primo an pena mortis sit hoĩ infe-
rẽda.Scđo de generibus mortis ſm legẽ inferen-
dis.Tertio de causis mortis ſm iudiciũ legis.

Articulus primus.

An pena mortis sit hoĩ inferenda.

Ad primum.Quod mors maleficis sit infe
renda sicut dicit lex Exod.xxij.Malefi
cos nõ patieris viuere.multipliciter ꝓ-
batur.Primo sic.Si enim de iusticia le
uiores pene inferẽde sunt alicui pro culpa aliqua
cũ ipse ꝑ eas nondum corrigat sed addat preteri-
te culpe contumaciam:manifestũ est cum contu-
macia sit graue peccatũ.ꝙ merito cõtumacie de-
bet crescere pena.aut cõtumacia remanere impu-
nita.Nõ pot autẽ de iure ɔtumacia remanere im
punita.quia igitur crescere pot quãtũlibet contu
macia:crescere potest de iure quantũlibet ⁊ pena.
Quare necesse est vt ipsa vel sit mors corpalis vel
equalis illi.cũ mors corpalis nõ sit pena infinita
Per hãc aũt via a leuibus flagellis veniet ad gra
uia ⁊ a grauibus ad vulnera.ab illis ad tormenta a
tormẽtis ad ipaz mortẽ:ꝓ filia ɔtumacie cremẽta

¶ Item cum proportionales sint culpe et pene illis debite. Si ergo alicui culpe debeatur flagellatio: maiori culpe duplo maior flagellatio: ⁊ decuple decuplo maior ⁊ cētuple centuplo maior: ⁊ tanta potest esse flagellatio ꝙ inducet mortem. Sequitur ergo de necessitate ꝙ mors corporalis pro aliqua culpa possit infligi ¶ Item si alicui culpe debetur mutilatio: quod etiam verum est. sicut dicit lex Deutero.xxv. De muliere que apprehendit verenda viri: ꝙ abscindatur manus eius. Et lex talionis Deutero.xix. Oculum pro oculo: manum ꝓ manu. Arguitur sic. Certa est comparatio mortis totius corporis ad oculum ⁊ ad quodlibet mēbrum. Similiter certa est comparatio mortis totius corporis ad mortem oculi. Ponamus igitur pro aliqua culpa debeatur eruitio seu mors oculi Si ergo mors oculi vel eruitio pro tanta culpa debeat. ergo pro culpa duplo maiori debetur eruitio duorum oculorum. ⁊ preter hoc mutilatio alicuius membri vel aliquorum membrorum equiualentium duobus oculis. ⁊ ita per augmentū culpe de necessitate iusticie peruenietur ad aliquam culpā ita magnā ꝓ qua debeat oim mēbrorum mutilatio ⁊ mors. ¶ Itē esto ꝙ aliquis occiderit hominem iniuste aut iuste est puniendus pena mortis aut pena minori. Si pena mortis: non solum igit licitum: sed etiā iustum est occidere occisorem. Si pena minori. ergo vel finito minori vel infinito. si ifinito minori. nullius ergo cōparationis est id qd intulit ad id qd patitur. Est igit ista iusticia quenadmodum si quis dānificasset alium in millibus marcarum. ⁊ puniret in amissione vnius festuce: qd ridiculū est. Si vero finito minori. minori igitur redimit maius. ⁊ idem est ac si dānificasset primum in viginti marchis ⁊ ipse absolueret pro vna: quod iniustissimū est. ¶ Item cū mors eterna infligenda sit ꝓ aliq culpa sicut dr in Apoc.xx. Judicatum est de singulis sm opera ipsorum: ⁊ infernus ⁊ mors missi sunt in stagnū ignis. hec est mors scda. ergo multo fortius mors tēporalis. ¶ Itē mors corporalis: aut est pena maior omni culpa aut non. Si maior omni culpa. ergo iniustus est deus qui eam inflixit pro cōmestione fructus ligni scientie boni ⁊ mali. Iniustus est xps qui eam inferret antixpo. sicut dicit .ij. Thes.ij. Quē dominus iesus interficiet spū oris sui. Si vero nō est maior omni culpa inferēda: est ergo ꝓ aliqua culpa. ¶ Item Aug. in sermone dñi in mōte. Helyas multos morte affecit ꝓpria manu. ⁊ igne diuinitus ipetrato quē cōstat spūsancto repletū. sicut dicit Luce.j. Ipse pcedit ante illū in spū ⁊ virtute helye. dicitur de Iohāne baptista. ⁊ alij multi magni ⁊ diuini eodem spū ɔsulendo rebus humanis nō temere id fecerunt. ¶ Itē idem in eodem verbis apostoli Petri. Ananias ⁊ vxor eius sicut in actibus apostolorum legimus exanimes ceciderūt.

Cōtra.

¶ Cōtra. obijciūt puersi heretici illud Math.v. Ego dico vobis nō resistere malo. sed illud intelligit de iniuria personali vindicāda libidine vindicte. non de iniuria dei vel ecclesie vindicāda zelo iusticie. de qua dicitur Ro.xiij. Ubi loquit de principe terreno. Non sine causa gladiū portat. dei eni minister est vindex in iram ei qui malū facit. ¶ Item obijciunt illud Math.xiij. qd dicit de zizanijs non eradicandis per phibitionē saluatoris: qui precipit vt sinant crescere zizania vsq ad messem ne simul eradicet ⁊ triticū

Responsio.

¶ Ad qd respōdendū. ꝙ manifestū est illud non pcepisse saluatorē: nisi solum vt tritico parceretur nō enim voluit parci zizanijs sed tritico solum. qr noluit parci zizanijs in tritici detrimentum. Ubi ergo crescunt zizania in detrimentū ⁊ suffocationem tritici. nullatenus voluit eis parci. Cum ergo impij in subuersionem populi dei crescūt. nullatenus crescere sinendi sunt: sed per mortē corporalem eradicandi. Preterea nō simpliciter prohibuit zizaniorum eradicationē: hoc est impiorum perditionē. sed eradicationē generalem dubiā et suspectam. ne. s. de ambiguo iudicemus. Sicut enim inter loliū ⁊ triticū non discernit qdiu est in herba ita ⁊ de errore alicuius dū de eo dubium est non est temere iudicandū. sed qñ peruenitur ad messem vt certissime possit discerni inter triticū ⁊ loliū. tunc faciendū est qd dicit angelis. Colligite primū zizania ad cōburendū.

Obijcitur.

¶ Item obijciūt qui occidunt aut occidūt malos: aut bonos. Si bonos faciunt cōtra illud preceptū Exo.xxiij. Innocentē ⁊ iustum nō occides. Si occidūt malos sunt eis cā damnationis eterne: qr subtrahūt eis tēpus penitētie qd ɔcedit eis benignitas dei sicut dicit apostolus.ij. Ro. An ignoras quoniā benignitas dei ad penitentiā te adducit. ⁊ .xj. Sap. Misereris omnium qr omnia potes. ⁊ dissimulas peccata hominū ꝓpter penitentiā.

Responsio.

¶ Ad qd respōdet beatus Augu. in sermone domini in mōte. Magni ⁊ sancti viri qui optime sciebat mortē istam que animā dissoluit a corpore formidandā nō esse. sm eorum animū qui illā timerent. nonnulla peccata morte puniebāt quo ⁊ viuentibus timor vtilis incuteret ⁊ illis qui puniebat non ipa mors noceret. sed pctm qd augeri posset si viueret diminueret: nec temere illi quibus deus donauerat tale iudiciū iudicabant. Quia sicut dicit Aug. i primo de ciui. dei. Nō ipe occidit qui ministeriū debet iubenti sicut adminiculū gladius vtenti: ideo nequaq cōtra preceptū quo dictū est non occides fecerunt qui personam gerentes publice potestatis sm legē dei hoc est iustissime rationis imperio sceleratos morte puniunt. De hac materia satis inuenies disputatū supra in inquisitione de illo precepto. non occides.

Articulus secundus.

De generibus mortis sm legem puniendis.
Arg. primū.

Postea inquirit de generib9 occisionis. Quatuor aūt genera occisiōis determinant in lege. lapidatio. suspēsio. crematio. gladiatio. De lapidatiōe Exo.xix. ⁊ Leui.xxiiij. ⁊ Nume.xv. ⁊ Deut.xxij. De crematione Leui.xxj. De suspēsione i ligno. s. crucis Deut.xxj. De gladiatiōe Deut.xx. Querit igitur quare lex ista quatuor genera mortis elegit et non alia.

Secundum.

¶ Item videt lex misericordius punire q in noua lege malefici puniant. Nā Deut.xxj. dicit. Quando peccauerit homo ꝙ morte plectēdus est: ⁊ adiudicatus morti appensus fuit in patibulo. non permanebit cadauer eius in ligno sed eadē die sepelietur. Modo vero a iudice seculari sm approbationē ecclesie seu non reprobationē precipit dāmnatus diu i patibulo remanere. Ex quo videtur lex mitius punire.

Respōsio. ⁊ Sol. ad.j.

¶ Respō. quatuor sunt ɔditiones pene que potissime sunt cause iductiue timoris. Diuturnitas pene. Acerbitas pene. Ignominia pene. Irremediabilitas pene. Quia ergo in pena quidam maxime timēt diuturnitatem: ideo lex vt timore a peccato cessarent instituit lapidationem. vnde Leuiti.xxiiij. Qui blasphemauerit nomen dñi morte moriat: lapidib9 obruet eū populi multitudo. Diuturnū eni genus martirij lapidatio est. Itē qr in pena timēt alij acerbitatem. ideo ipa lex instituit cremationē. Leui.xxj. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro et āmis exuret

Crematio

Crematio autem est gen9 martyrij acerbissimum. Item quia sunt alij qui timēt in pena ignominiā seu vilitatem. ideo excogitauit lex suspensionē in patibulo seu cruci affixionem quod est ignominiosissimū mortis genus. sm quod dicit lex Deutero.xxj. Maledictus a deo est qui pēdit in ligno Item quia sunt alij qui timent in pena irremediabilitatem. ideo instituit lex gladiationem: ex qua consequitur passio irremediabilis de qua dicitur Deutero.xx. Loquens de captione ciuitatis rebellantium. Percuties in ea omne quod est generis masculini in ore gladij. Sic facies cunctis ciuitatibus que a te procul sunt. ⁊ subdit. de his autem ciuitatibus que dabuntur tibi nullum omnino permittes viuere. Et p hoc patet responsio ad primum.

Ad scdm.

¶ Ad illud vero qd obijcit de lege suspēsionis que obseruatur districtius nunc q tempore legis. dicendum ꝙ hoc facit multitudo delinquentium: ⁊ pronitas consuetudinis maior. cōtra quā sm diuersitates temporum necessaria est districtior seueritas iudiciorum. Attamen genus passionis patibuli multo grauior erat tēpore legis. erat enim per distractionem membrorum et distensionem neruorum in quibus maxima passio doloris inest. ⁊ cum maiori passionis diuturnitate.

Articulus tertius.

De causis occisionis.

Postea querit de causis occisionis. Sciēdum igitur ꝙ lex puniebat morte: verba: et facta. Uerba tripliciter. blasphemie. contumelie calūnie. blasphemie in deū. xxiiij. Leuitici. Qui blasphemauerit nomē domini morte morietur. Contumelie in maledictione parentum. Exod.xxj. Qui maledixerit patri suo vel matri morte moriatur. Calumnie in mendaci accusatione reatus mortiferi in proximum. Deutero.xix. Cum inuenerint iudices falsum testē dixisse cōtra fratrem suum mendacium: reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit: ⁊ subdit. non misereberis eius. sed animā pro anima: oculum ꝓ oculo ⁊c. exiges. ¶ Itē facta punit multiplicit morte. punit enim scelera dupliciter que cōmittuntur in deum: ⁊ que cōmittuntur in proximū Item scelera que committunt in deum duobus modis: que cōmittuntur per errorem. ⁊ per inobedientiā. Per errorē ydololatriā in cultu diuie maiestatis. Exo.xxij. Qui immolat dijs preter domio soli occidet. Pseudo prophetā in cōtumeliā diuine veritatis. Deut.xviij. Propheta qui arrogātia deprauatus voluerit loqui in noie meo: que ego nō precepi illi aut ex nomine alienorum deorū interficietur. Et.xxj. Leuit. Uir seu mulier in quibus phitonic9 seu diuinationis spūs fuerit morte moriant. ¶ Maleficia vt in operibus nigromātie qui sunt in cōtumeliā diuine bonitatis.xxij. Exo. Maleficos nō patieris viuere. Itē que committunt per inobedientiā vt preuaricationē sabbati. Nume.xv. De homine colligēte ligna die sabbati dixit domin9 ad Moysen. Morte moriatur homo iste lapidibus obruat eum omnis turba. ¶ Item scelus qd punit morte ⁊ committit in proximū duobus modis cōtingit: vel per inordinationē irascibilis vel p inordinationē concupiscibilis. Per inordinationem irascibilis cōmittitur cōtumatia in contēptū superioris. pcussio: ⁊ interfectio ex motu ire ⁊ perturbationis. Punit igitur cōtumacia morte dupliciter. vel que est inobedientia respectu parentū.xxj. Deut. Si genuerit homo filiū contumacē ⁊ ꝓternum: qui nō audiat patris ac matris imperiū. et cohercitus obedire contēpserit. apprehēdent eū: ⁊ subdit. Lapidibus obruet eum populus ⁊ morietur Uel q est iobediētia respectu prelatorum. Deut.xvij. Quis supbierit nolēs obedire sacerdotis imperio ⁊ decreto iudicis morietur. ¶ Item percussio citra mortem puniebatur morte dupliciter. Uno modo ꝓpter magnitudinem reatus ex parte pcussi. vt si percuterent parentes. Exod.xxj. Qui percusserit patrē suum. aut matrem morte moriat. Alio modo propter magnitudinē reatus ex parte pcutientis. qr pcutit cum volūtate nō occidendi. Exod.xxj. Qui pcusserit hoiem volens occidere eum. morte moriat. Item occisio puniebat morte: cum per industriam quis occidebat. Exod.xxj. Si quis per industriam occiderit proximū ab altari meo euelles eum: vt moriatur. ¶ Item scelera cōmissa per inordinationem concupiscibilis puniebantur dupliciter. Nam quedam cōmittebantur per inordinationem cōcupiscentie oculorum quedam per inordinationem ɔcupiscentie carnis. Per inordinationem concupiscentie oculorum puniebatur furtum hominis. Exodi.xxj. Qui furatus fuerit hominem ⁊ vendiderit conuictus noxe morte moriatur. Item per inordinationem concupiscentie carnis puniebantur scelera multipliciter. Fornicatio cum menstruata. Leui.xx. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo interficientur ambo. Adulterium.xx. Leuit. Si mechatus quis fuerit cum vxore alterius. moriatur mechus ⁊ adultera Item Deut.xxij. Stuprum virginis que fornicata est in domo patris.xxij. Deuterono. Si non est in puella inuenta virginitas: lapidibus obruent eam ⁊ morietur quoniam nephas fecit in israel vt fornicaretur in domo patris. Simili modo et de puella desponsata que deflorata est in ciuitate et non declamauit. sicut dicitur ibidē Deutero.xxij. Simili modo de virgine filia sacerdotis si deprehensa fuerit in stupro. comburitur. Leui.xxij. Itē incestus multiplex vel cum nouerca sua: hoc est vxore patris: vel cum sorore: vel cum matre vxoris: vel cum vxore patrui. vel auūculi. vel cum matertera. vel cum amita. sicut habetur Leuiti.xx. Peccatum sodomiticum vel cum persona sue speciei. Leuiti.xx. Qui dormierit cum masculo coitu femineo morte moriatur. Uel cum indiuiduo alterius speciei. Unde in eodem. Qui cum iumento vel pecore coierit morte moriatur. Idem.xxij. Exod. Secundum hanc ergo diuisionem habes omnes differentias peccatorum que sm legem puniebātur morte.

Obijcitur.
Arg. primū.
De pena puaricationis.

¶ Circa predicta obijcit. Nam in aliquibus peccatis videtur lex excedere iusticie seueritatem vt puniat supra merita: vt in illo casu de colligendis lignis in sabbato. Nume.xv. Nam sicut probat ipse dominus Math.xij. In casu necessitatis potest solui sabbatum sine peccato. Si ergo aliquis ex necessitate collegisset ligna in sabbato videretur puniri sine peccato.

Scdm.
De pena volūtatis occidendi.

¶ Item videtur in aliqua predictarum legum mors inferri ꝓ peccato voluntatis. cum tamē dicat Augusti. super illud Ro.iij. legem factorum lex perhibet manum nō animū ergo punit opus: nō voluntatē. quomodo ergo dicitur. Qui pcusserit hominem volens occidere moriat.

Tertium.
De pena furti.

¶ Item videtur ipsa lex punire quātum ad aliqua mitius q nūc. Nam furtum non puniebat morte nisi duplici casu per iudicium vt furtum hominis. vel per concessionem vt furē nocturnum. Exod.xxij. Si effringens fur domum: et accepto vulnere mortuus fuerit. percussor nō erit sanguinis reus. ꝙ si orto sole hoc fecerit homicidiū perpetrauit. nunc ꝟo puniūtur fures morte. ergo

seuerior est punitio furti nunc. ꝙ̄ tempore legis. ¶ Item que iusticia est nunc vt pro detrimēto pecunie patiatur mortem ⁊ detrimentum vite. cum nullo modo sit comparabile detrimentum detrimento.

Quartum. De pcussione seruoꝝ.

¶ Item queritur de percussione seruorū. Nam dicit lex. ꝙ si quis percusserit seruū ⁊ mortuus fuerit in manibus eius: criminis reus erit. Si autem vno die supuixerit vel duobus non subiacebit pene: quia pecunia illius est. Circa quod obijcitur. Si sic se habet seruus ad dominum sicut pecunia. sed pecuniam suam ſm libitum suū potest perdere: ⁊ ergo seruum ſm libitum poterit perdere.

Obijcitur de furto hois seruo.

¶ Item si seruus pecunia domini est ergo qui furatur seruū furatur pecuniam. sed qui furatur pecuniam nō est puniendus morte. ergo nec qui furatur seruū. ¶ Cōtra est illa lex. Exod. xxj. Qui furatus fuerit hominē morte morietur

Queritur. De distinctione legis in seruo pcusso.

¶ Item quare distinguit lex de seruo ꝑcusso. qui aut statim morit̃. aut superuiuit vno die vel duobus. Que enim est iusticia si superuiuat vno die percussus: ꝙ percussor dominus non subiacet pene?

Quintum. De muliere pgnante.

¶ Item queritur de percussione mulieris pregnantis de qua dicit lex Exod. xxj. Si quis percusserit mulierem pregnantē ⁊c. ⁊ littera. lxx. est quā ponit Augustinus. ⁊ Orige. Qui percusserit mulierem pregnantem ⁊ exierit infans nondum formatus: detrimentum patietur quantum induxit vir mulieris: ꝙ si formatus fuerit dabit animam pro anima. Formatū vero infantem appellat animatum ⁊ subditur ibi in littera. Animam pro anima: oculum pro oculo ⁊c ¶ Sed obijcitur quomodo infans in ventre potest dici oculum perdidisse. Preterea constat ꝙ dentes omnino non habuit. ¶ Item si dicitur iuxta nostram litterā: ꝙ hec referuntur ad matrem. quomodo abortiens mulier dicitur oculum perdere aut dētem. Si autem dicatur ꝙ sic percussa fuit. vt oculum perderet. obijcit Origenes. quid dicemus combusturā pro combustura. Nunquid litigātibus viris mulier assistens comburi potuit. vt combustura pro combustura soluatur. Sicut enim dicitur si rixati fuerint duo viri: ⁊ percusserit quis mulierē pregnātem ⁊c.

Sextum. De de stupro virginis.

¶ Item dubitatur de stupro virginis vtrum sit morte puniēdus ſm legem. Nam dicit lex Exodi. xxij. Si seduxerit quis virginem necdū desponsatā: dormieritq; cū ea. dotabit eam ⁊ habebit in vxorem. Si pater virginis dare noluerit reddet pecuniam iuxta modum dotis. Sed in cōtrariū sunt predicte leges Deutero. xxij. Ibi enim dicit lex. Qd si vir poterat ꝓbare de illa quam acceperat in vxorem ꝙ non esset virgo lapidabatur. Et de illa que in ciuitate deflorabatur non clamabat.

Septimū. De pena incestus.

¶ Itē obijcitur contra penam incestus. Nā Thamar. xxxviij. Genesis. ex industria cōmisit incestum. q2 concubuit cum patre mariti sui. ¶ Itē videtur ipse iudas peccasse contra legē que eam dimisit īpunē. xxxj. Rñ. xxj. Qr dimisisti vtrū morte dignum. erit anima tua ꝓ anima illius.

Querit̃ de peccato sodomitico.

¶ Itē queritur de peccato sodomitico. vtrum magis sit puniendus nunc ꝙ̄ tempore legis. Nam cū verbum caro factum sit. ⁊ apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris. plus tenemur ad mundiciā ⁊ pudiciciam nature nostre conseruandā ꝙ̄ ante tempus gratie: in quo nondū erat dominus vnitus nature nostre. ergo incōparabiliter plus peccant hostes ⁊ corruptores nature sodomitice nūc ꝙ̄ ante incarnationē dei. Si ergo ante legem puniti sunt incēdio. xix. Geñ. Et in lege gladio. multo magis nunc exterminādi sunt ⁊ puniendi igne et gladio. ¶ Item post incarnationem ostendit apostolus reatum fornicationis incomparabiliter maiorem ꝙ̄ ante. j. Corinthi. vj. Nescitis qm̄ membra vestra mēbra sunt christi. tollēs membra christi faciam membra meretricis: absit ergo fornicator christianus ſm apostolum polluit membra christi. quod non diceretur facere ante incarnationem christi. ergo incomparabiliter magis sceleratus sodomita peccat plus polluens et dehonestans corpus. quod per incarnationem factum est membrum christi ꝙ̄ ante incarnationē ergo multo magis igne ⁊ gladio puniēdus.

Obijcit.

quid est igitur ꝙ sacri canones qui incestuosos ⁊ adulteros grauissima pena feriunt: sodomitarum vero penam indeterminatam derelinquunt. ¶ Itē cum lex ciuilis puniat eos decapitatiōe velut hostes pessimos humane nature. Cum sacri canones debeant flagitia seueritate punitionis arcere magis ꝙ̄ leges ciuiles maxia ecclesiastica cobertione. ergo illud peccatum pre alijs debuerunt punire.

Sol. ad arg. j.

¶ Ad hoc per ordinem respondendum est. Ad primum quod obijcitur de punitione preuaricationis sabbati. Dicendum est ꝙ pro leui peccato quātum ad genus preuaricationis iste infligitur pena multo grauior ꝙ̄ pro genere peccati grauioris duplici de causa. vna est contemptus peccantis. alia exemplum delinquendi in alijs. Contemptus enim auget reatum ex parte peccantis. Exemplum delinquendi multiplicat peccatum in ceteris. propter contemptum solum legimus igne consumptos quinquagenarios duos ad verbum Helye. iiij. Regum. j. Propter exemplum delicti deducendi ad posteros legimus igne cōsumptos Nadab ⁊ Abyu. filios Aaron offerētes ignē alienum: ꝙ eis preceptum non erat Leuit. x. Inde est ꝙ in numeris. xv. Colligens ligna in sabbato lapidatus est iudicante domino contemptum delinquentis. ⁊ ponderante exemplum delinquēdi in alijs. Promissimi enim ad seruilia opera mundi ⁊ carnis iudei. durissimi ad vacationem et cultum dei. ad violationem sabbati precipites erant. sicut patet Exodi. xvj. vbi arguuntur in Moyse. ꝙ in collectione manne que duplicabat̃ eis sexta feria et sabbato subtrahebatur. ex gulositate et auaricia deliquerunt contra diuinum mandatum. Unde ibidem dicitur. Uenit dies septima et egressi de populo vt colligerent non inuenerunt. dixitq; dominus. vsquequo non vultis custodire mandata mea ⁊c.

Ad scdm.

¶ Ad secundum quod obijcit ꝙ lex puniebat voluntatem morte. dicendum ꝙ non nisi voluntate propalatam et progredientē in actum. ad quem quātum in agente erat sequeretur mors. vt si quis molarem lapidem impelleret ad percutiendum aliquem studiose: que tamē casu vel declinatione aliqua nō percuteretur. vel si quis propinasset venenum ad interficiendum aliquem quod tamen ipse non sumeret: in huiusmodi volūtas pro facto occisionis ſm legem puniebatur: quia talis fecerat quicquid in ipso est ad hoc ꝙ occideret.

Ad tertium.

¶ Ad illud quod obijcit de punitione furti. dicendum ꝙ nec tempore legis: nec nunc furtum punitur morte. sed aut pro presumptione homicidij: aut contumacie. pro presumptiōe homicidij: sicut fur nocturnus de quo incertum est vtrum venerit ad furādum an ad occidendum. ⁊ ideo propter presumptionē que solet accidere in nocturnis furibus: quia interficiunt homines lex dixit. xxij. Exo. Qd pcussor furis nocturni non esset reus sanguinis. Simili modo fures diurni qui ꝓcedunt cū armis ⁊ gladijs: ⁊ si debeant deprehendi defendūt se vel iputēt gladijs.

Pro cōtumacia

Pro cōtumacia sicut fures a iudice signati ⁊ cauteriati semel vel secūdo tertio deprehensi in furto suspenduntur ſm illam legē Deutero. xvij. Qui noluerit obedire decreto iudicis morietur. Aliter enī fur non punietur morte nisi presumetur latro. Latro enim est qui vi et gladio si facultas datur spoliat. vnde etiam in regionibus vbi fures solent latrones esse. iuste morte puniuntur.

Ad quartum

¶ Ad quartum quod queritur de percussione seruorum ad mortem a dominis que videtur licita: quia serui sunt eorum pecunia. Dicendum quia seruus pecunia domini est ad vsum seruitij: sed non ad vsum occisionis. seruus enim habet naturam ⁊ cōditionem. ꝙ̄tum ad conditionem subiectus est ad seruitium domini. sed ꝙ̄tum ad naturā qua homo est: par est ipsi domino. nec potest dominꝰ adimere vitam serui: quia non eius est. solus enim deus qui dat vitam seruo dominus vite eius est. nec potest iuste eā auferre nisi solus deus vel gerēs autoritatem dei: vt iudex. Unde Deutro. xxxij. Ego occidam ⁊ ego viuere faciam.

De furto hominis serui.

¶ Ad illud vero quod obijcit de furto hominis serui. dicendum ꝙ nō est par conditio hominis serui ⁊ hominis liberi. nā furtum hominis liberi puniebatur morte. Deutrono. Et hoc modo intelligitur lex illa. Exo. xxj. ⁊ causa est. quia ſm existimationē libertatis apud liberos seruitus mors quedam est Unde ⁊ ſm leges humanas seruus interpretat̃ ad omnes actꝰ velut mortuus. Furtum vero serui non puniretur nisi pena pecuniaria. ⁊ hoc quantum existimaretur apud dominum serui officium. ⁊ preter hoc satisfactio supra restitutionem damni. quia sicut dicit Ansel. In ablatis non solum sufficit restituere ablata: sed etiā satisfacere de iniuria.

Ad que.

¶ Ad illud vero quod obijcit de distinctiōe legis in seruo percusso. Notandum ꝙ aut dominus occidit seruū iusta de causa: ⁊ tunc non tenetur quia iudex eius est ſm leges. aut sine causa: et tunc distinguitur: aut voluntate aut casu. Si voluntate vtputa telo vel ictu lapidis: tenetur tanꝙ̄ si liberum hominē occidisset. Si casu ⁊ non voluntate: vt si liberauit eū vel in vinculis posuit quod sibi licet: vel fame afflixerit ſm leges humanas. si fuerit moderate non imputatur. si autē immoderate potest seruꝰ ad iudicem confugere vt compellatur dominus seruum vendere bonis conditionibus. ita vt non reuertatur vltra in domini potestatem: ſm quod dicitur Codice de emendatione seruorum. Secundum hoc ergo diuina lex distinxit in domino qui percutit seruum virga ⁊ non baculo: vel gladio: q2 aut statim sequitur mors. ⁊ tunc dicitur criminis reus. non tamen dicitur ꝙ moriatur dominus: q2 non presumitur ꝙ voluntate occidendi ipsum percussit: cum percusserit eum virga que est instrumentū castigandi non occidendi. Aut seruus superuiuit vno die. ⁊ tunc presumitur ꝙ non ex actu verberationis mortuus sit. quia non est presumptio ꝙ ex percussiōe virge receperit passionem letalē. ideo ex alia causa presumitur mortuꝰ.

Ad quintum.

¶ Ad quintum qd obijcit de percussione mulieris pregnantis: consequenter distinxit lex cū ex percussione illa patitur aborsum: quia si puerperiū formatum est id est animatum iudicatur percussor homicida. Et ideo ſm legem talionis debet exoluere animam pro anima: quod vero sequitur oculum pro oculo. dentem pro dente. determinatio legis talionis est: ſm quam iustum est vt inferens alicui detrimentum: patiatur et ipse ſm qd intulit vt oculum pro oculo ⁊c. Unde illud quod additum est: oculū pro oculo ⁊c. nō refertur ad infantulū: sed est determinatio equitatis talionis. Si vero fuerit informe id est inanimatum. lex non iudicat percussorem homicidam. quia puerperiū nō fuit homo. ⁊ ideo punitur pecunia percussor.

Ad sextum.

¶ Ad sextum. dicendum ꝙ de stupro virginis distinguendum est. quia ſm legem aut erat desponsata: aut nō. si erat desponsata: tunc aut violabatur in ciuitate: aut in agro Si in ciuitate cū per clamorem posset euitasse corruptionem presumit̃ consensisse stupro: ⁊ ideo lapidabatur. Si vero in agro in quo per clamorem non posset a corruptione liberari non iudicatur rea. sed corruptor interficitur Deutro. xxij. Item si non erat desponsata. aut ergo erat de stirpe sacerdotali. ⁊ tunc deprehēsa in stupro comburebat̃: aut de stirpe alia. ⁊ tunc distinguendū. quia aut erat manens in domo patris: aut erat seducta per sponsionem coniugij. et extracta de domo patris: sicut dicitur Deut. xxij. primo modo: sicut dicitur Deut. xxij. Lapidabat̃ ⁊ hoc quia dehonestauerat domū patris sicut dicit lex. Fecit nephas in israel vt fornicaretur in domo patris. In secundo casu non lapidabatur: excusabatur enim per seductionē ⁊ per ignorantiā. Et sic intelligitur lex Exod. xxij. cum dicitur. Si seduxerit quis virginem necdum desponsatā ⁊c. Ignorantia enim attenuabat peccatum ⁊ excusabat a pena legis. Unde Numeri. xv. Si anima nesciens peccauerit offeret capram pro peccato ⁊ dimittetur illi. vna lex erit omniū qui peccauerint ignoranter.

Ad septimū.

¶ Ad septimum qd obijcitur de incestu Thamar. dicendū ꝙ sicut pt3 ex Geñ. xxxviij. Judas grauissime punire morte voluit incestum Thamar. sed propter duo dimisit. propter reatū consimilem ex parte sua: et propter piam intētionem prolis suscipiende ad diuinum amorē ex parte Thamar. Quia ergo in iuda erat cōsimilis reatus nō debuit ipsam occidere sicut dicitur in glo. super illud Joh. viij. Qui sine peccato est primus mittat in eam lapidem. glo. Si lex iubet reum occidi. non tamen ab his qui sunt similiter puniendi. Item quia in thamar erat pius ꝙ̄uis illicitus ⁊ inordinatus affectus: debuit misericordiam inuenire sicut Paulus. j. Ad Thi. j. Misericordiā cōsecutus sum quia ignorans feci ⁊ in incredulitate. zelo enim legis: sed non ſm scientiam persequebatur ecclesiam. sicut ipse dicit Gal. j. Persecutus sum ecclesiam dei paternarum traditionum abundantius emulator existens.

Ad id de pctō sodomitico.

¶ Ad vltimum qd queritur de sodomitico vitio. dicendum est ꝙ tempore gratie peccatum grauius est incōparabiliter ꝙ̄ ante. ⁊ ideo non solum igne et gladio: sed omni genere tormentorum est istud flagitium exterminādum a seculari potestate. que nō sine causa gladium portat. dei enim minister est vindex in iram ei qui male agit. xiij. Roma. Ab ecclesiastica vero potestate: omni genere cohertionis abiectiōis ab ecclesia vel vt membra putridissima sunt huius flagitiosi a corpore prescidendi.

Ad obiec.

¶ Ad illud vero quod obijcitur. quare lex ciuilis armatur gladio contra sodomitas. sacri vero canones pertranseunt in silentio. dicendum ꝙ hoc est in detestationem et cautelam huius flagitij. Nam huiusmodi flagitij nominatio ⁊ ipsum aerem quodammodo polluit ⁊ mētes quodam miserabili modo inficit. Et per consequens diuulgatio aerem corrumpit. Unde ad hoc respiciēs apostolus ad Ephes. v. dicit Fornicatio ⁊ omnis immunditia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos. tamē ex cōparatione penarū aliquorꝝ flagitiorum que determinant̃ ſm canones: q2 deficiūt

omnes canones in determinatione pene sodomitaruz excogitare debet iudex ecclesiasticus maiori pena preceteris ipsos esse plectendos.

Membrum quintum.

De legib⁹ satisfactionis ꝑ dāna rerum.

Consequens est querere de legibus punitionis per damnum rerum. Legitur enim ex lege diuini mādati filios israel spoliasse egiptios. Exod.xj. et.xij. Item Exodi.xxij. Si quis furatus fuerit bouē aut ouē et vendiderit: quinq boues pro vno boue. et quatuor oues pro vna oue restituet ⁊c. Ex quibus legibus habetur ꝙ mali possunt spoliari ⁊ ꝓ damno illato pena damni in rebus puniri. Queritur ergo primo. vtrum iuste possint boni malos spoliare. Secundo quomodo lex per damna rerū dānificatores puniret iuste.

Articulus primus.

Vtrū iuste boni possūt malos spoliare. Arg. primū.

Ad primum sic obijcitur. sicut dicūt sancti in illo precepto Exod.xx. Non furtū facies. prohibetur omnis contractatio rei aliene inuito domino. Si ergo spoliare hereticos et paganos est res eorum contractare: non erit licitum spoliare hereticos ⁊ paganos. et generaliter quoslibet malos.

Scōm.

¶ Itē Mathei v. Qui aufert tua ne repetas. qui ergo precepit non repetere sua: multomagis prohibuit rapere aliena. ergo nullo modo christianis erit licitum rapere res hereticorum vel paganorum vel aliorum malorum.

Tertium.

¶ Item Corinthios reprehendit apostolus prima. Corinthi.vj. de repetitione suarum rerum dicens. Quare non magis iniuriā accipitis: quare non magis fraudem patimini?

Quartum.

¶ Item obijciebant heretici August. Quomodo illi catholici erant ausi res in quibus laborauerunt ipsi vsurpare. Cum dicat psal. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es. ⁊ cū precisione loquitur scriptura. vt ostendat illū miserum ⁊ infelicem qui manducat alienos labores

Cōtra. Augu.

¶ Contra. Augusti. ad vincentium. Si consideremus quid scriptum est in libro sapientie.x. Iusti vero tulerunt spolia impiorum. Item quod legit in Prouerbio.xiij. nostra litera. custoditur iusto substantia peccatoris. ⁊ alia littera. Thesaurizant iustis diuitie impiorum tunc videbimus nō esse querendum qui habent res hereticorū sed qui sunt in societate iustorū.xxiij.q.vij. ¶ Item Aug. contra petilianum eadem questione ad omēs iniquos ipios illa vox domini valet Math.xxj. Auferetur a vobis regnum dei ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. ¶ Item Aug. contra eundem ibidem. Si que iam precisi possidere cepistis que a vobis ablata nobis dominus dedit non ideo concupiscimus aliena. quia illius iperrio cuius sunt omia facta sunt nostra Et iuste nostra sunt. Vos enim vtebamini ad precisionem: nos autez ad vnitatem. Alioquin primo populo dei possent obijcere illi aliene rei concupiscentiā qui diuina potestate ab eorum facie qui ea terra male vtebantur expulsi sunt. ¶ Itez in codē. ipi iudei a quibus ablatum est regnum ſm verba domini ⁊ datum est gēti facienti iusticiam. possent obijcere aliene rei cōcupiscentiam. quia xpi ecclesia possidet: vbi persecutores christi regnabant. ¶ Item Augu. contra petilianum. An frustra scriptum est. Labores impiorū iusti edent. Qua propter magis amirari debetis ꝙ adhuc aliquid tenetis ꝗ ꝙ aliquid amisistis.

Rñsio.

¶ Respō. dicūt quidā quia aut mali sunt in vnitate ecclesie: aut sunt precisi. vel extra vnitatez ecclesie. si sunt de vnitate ecclesie q̄tum ad numerum: q̄uis non q̄tum ad meritum: non sunt suis rebus spoliandi.

Augu.

Unde Aug. in epistola ad vincentium Si corpus xpi tollit spolia impiorum ⁊ corpori christi thesaurizant diuitie impiorum non debent impij foras remanere vt calūnientur. In xpi ergo compagem corporis veniant et labores suos non dominandi cupiditate sed bene vtendi pietate possidendi.

Querit de iudeis.

¶ Si vero queratur de iudeis quare non auferuntur ab eis omnia. Respōdent ꝙ ecclesia de misericordia parcit eis.

Sol. ad.j.⁊.ij.

¶ Ad illud vero qd primo ⁊ secundo obijcitur. dicendum ꝙ auferre res hereticorum ⁊ saracenorum ex edicto principis habentis legitimam potestatem. non est contractare rem alienam nec recipere: vnde Augusti. Quāuis queq res terrena non recte a quoq possideri possit. nisi vel iure diuino quo cuncta iustorum sunt. j. Corinthi.iij. Omnia nostra sunt. vel iure humano qd in potestate est regū terre. ideo vos heretici falso res appellatis vestras: quas nec iuste possidetis ⁊ ſm leges terrenorum regū amittere iusti estis.

Ad tertium.

¶ Ad tertium vero dicendū ꝙ apostolus reprehendit corinthios qui repetebāt sua iniuste ⁊ illicite Iniuste qz cū fraude ⁊ dolo. Vñ. j. ad Cor.vj. dicit vos iniuriā facitis ⁊ fraudatis illicite. qz corā iudice infideli. Vñ in codē dicit Audet aliquis vestrum babens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos?

Ad quartum

¶ Ad quartum respondet Augustinus. ſm predicta dicens hereticis. frustra dicitis ꝙ vos in diuitijs congregandis laborastis. cum scriptum legatis labores impiorum iusti edent. Que sententia videtur accipi ex ecclesiastes.ij. Capitulo. Peccatori dedit deus afflictionem ⁊ curam superfluam vt addat ⁊ congreget et tradet ei qui placuerit deo. et Job.xxvij. Hoc est pars hominis impij: ⁊ subditur. si comportauerit quasi terram argentum ⁊ sicut lutum preparauerit vestimenta preparauit quidem: sed iustus vestietur illis et argentum eius innocens diuidet.

Articulus secundus.

Quō lex dānificatores pœna rex puniat. Arg. primū.

Postea queritur quomodo lex damnificatores puniat iuste per damna rerum. nam Exodi.xxij. dicitur. Qui furatus fuerit ouem vel bouem quinq boues ꝓ vno boue restituet. ⁊ quatuor oues pro vna oue. ⁊ hoc si occiderit vel vendiderit. Si vero inuentum fuerit viuens quod furatus fuerat duplum restituet. Queritur ergo ratio huius legis quare scilz pro furto bouis retituendi sunt quinq. pro furto ouis quatuor. ¶ Si dicatur ꝙ hoc est. quia bos melior est oue. et ideo plus damnificatur fur bouis ꝗ ouis: ⁊ ideo plus puniendus.

Scōm. De furto pecunie.

Contra. fur pecunie quātūcūq non tenetur restituere ſm legem nisi duplum. Unde.xxij. Exod. Si inuenitur fur pecunie. duplum reddet pro furto ergo centū librarum non tenetur reddere nisi duplum. Et cōstans est ꝙ centum libre maioris valoris sunt ꝗ plurimi boues. ergo pro furto bouis ſm hanc rationem non debet restitui nisi duplum.

Tertium. De pena raptor.

¶ Item constans est ꝙ maius peccatum est rapina ꝗ furtum: quia in rapina violentia est: in furto non. Rapina est contractatio rei aliene violenta. furtum enim est contractatio rei aliene nō violenta: sz occulta. sed rapina nō puniebat nisi ꝑ restitutionem eius quod ablatū est: ⁊ quinte partis que

tis que in satisfactionem daretur domino: ſm ꝙ dicit lex Leuiti.v. Anima que vi aliquid extorserit aut calumniam fecerit. cōuicta delicti reddet oīa que per fraudez voluit obtinere integra: ⁊ quintā insuper partem domino cui dānum intulerat. ergo non videtur lex iusta vt pro furto puniatur in pena maiori vt in duplum vel in quadruplum vel quintuplum.

uartū.

¶ Item videtur ex lege Numeri.v. Vir seu mulier cum fecerint ex omnibus peccatis que solent hominibus accidere. ⁊ loquitur de contractione rei aliene. reddent ipsuz caput quintāq partem ei desuper cui peccauerūt Non videtur igitur qd teneatur reddere nisi quod oblatum est: et quintam partez pro satisfactione.

uintū. Cōtra.

¶ Cōtra. Luc. xix. dicit zacheus ad deum. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: ⁊ si quid aliquez defraudaui reddo quadrupluz. Ergo videtur ꝙ furtum ⁊ quelibet cōtractatio puniretur in quadruplum ſm legem.

ertium.

¶ Item prouerbio.xvj. Non grādis culpa est cum quis furatus fuerit. deprehensus quoq reddet septuplum. ergo non soluz quadruplum: immo plus vel quintuplum. ¶ Queritur ergo vnde est ista varietas ſm legem in pena restitutionis: ⁊ detrimenti reruz.

esponsio.

¶ Rñ. ad primū ſm quosdam. ꝙ quinq boues ꝓ vno boue: ⁊ quatuor oues pro vna oue. propter quatuor comoda seu vtilitates quas habet ouis. duas pellis ⁊ carnis. ⁊ alias duas fructus ⁊ fetus. fructum autez intelligunt lac caseum et butirū. Has ergo quatuor vtilitates habet bos ⁊ insuper quintam videlicet laboris in argricultura ⁊ in euectione onex. Quia igitur quinq damna irrogat qui bouez furatur. quatuor vero tantūmodo qui ouem. merito quinq boues pro vno restitui et quatuor oues pro vna oue reddi tantū precepit. ¶ Sed contra. Si hec est causa cū inueniretur alia causa vtilitatis bouum in terra promissionis preter predictas videlicet triturationes segetū propter qd dictum est Deutro.xxv. Non ligabis os bouis triturātis ſm numerum vtilitatum sex boues pro vno restitui precepisset. Ad qd forsitā diceretur ꝙ vtilitatē triturationis non reputauit aliā ab vtilitate agriculture. Probabilius tamen videtur distinguendo ſm legem: ꝙ ista aut non inueniebantur apud furem: quia comesta seu vendita erant. aut inueniebantur viua et integra. si inueniebantur viua non nisi duplum restituere cogebatur: ⁊ hoc duabus de causis. Prima lege taliōis. que iustissima videtur. vt tantuz damnificetur fur quantū damnificare volebat alium. Secunda est quia dupliciter peccauerat fur in euz: cui aliquid furatus fuerat. tenetur enim vnusquisq non solum se innocentem seruare erga alium: sed etiam se esse paratum ad exhibendum beneficium. Fur autem contra vtrunq delinquit. Si autem non inueniebat puniebatur vt dictum est fur bouis in quintuplo. Fur autez ouis in quadruplo. ⁊ hoc respiciente legis iusticia. non solum ad maioritatem damni: sz etiam ad maioritatem audacie furantis. maioris audacie ⁊ improbitatis est furari bouem ꝗ ouem ⁊ ideo seuerius puniendus. Talem autem penam statuit omnipotens deus: quia vidit eam sufficere ad deterrendam ⁊ corrigendam improbitatem et audaciam populi illius ab huiusmodi malis.

cōm.

¶ Ad secundum vero quod obijcit de furto pecunie. ꝙ non punitur nisi in duplo. dicendū ꝙ multiplici de causa plus punit fur bouis ꝗ pecunie ſm legem. Prima est propter facilitatem maiorē furandi bouem vel ouem ꝗ peccuniam: ⁊ hoc est quoniam bos vel ouis facilius inueniuntur: pecunia vero artius custoditur. Secūda est quia armenta ⁊ greges non solum vtilia sed etiam necessaria sunt victui ⁊ vestitui humano per semetipsa. Pecunia vero ⁊ auruz q̄tum ad hoc superfluū et inutile est Merito ergo magis custodienda erāt furta ⁊ rapine eorū seueriori pena plectenda. Tertia causa est. quia de bobus ⁊ ouibus sacrificabātur domino: ⁊ aliqua offerebātur in sacrificijs ex necessitate. ⁊ propter hoc quasi partem habebat dominus in gregibus ⁊ armentis. De auro ⁊ ꝯ nō ita preterq̄ in cōstitutione tabernaculi: ⁊ edificatione templi: et fabricatione vasorum voluit ergo furta illorum seuerius vindicari. de quibus pars ei de necessitate debebatur: ꝗ ea de quibus nihil ei debebatur. sed voluntarie tm̄ offerebantur.

Ad tertium.

¶ Ad illud vero quod obijcit de pena raptoris. dicendum ꝙ q̄uis rapina sit maius peccatuz ꝗ furtum: tamen furtum ſm legez magis puniebatur. ⁊ iuste propter inclinationez ⁊ consuetudinem maiorem ad furtum: ꝗ ad rapinā. Fur enim habet locum furandi in ciuitate ⁊ extra. Unde in omni loco procliuitas et oportunitas furi est ad furandum. raptori autem non ita. immo in ciuitate et in cetu hominum non est oportunitas raptori ad rapienduz. ideo maiori pena cohercendū iudicauit lex furem ꝗ raptorem. Tamen illa lex. Leui. non intelligitur de rapina quacunq sed de rapina que est in calumnia vel in extorsione: que solet fieri in exactionibus tributorū. vel in defraudationibus que solent fieri in contractibus negociatorum. quia in omnibus his est species aliqua iusticie: ⁊ nō est manifesta iniusticia iudicauit lex rapinam talem ⁊ iuste minus puniendam.

Ad quartū.

¶ Ad quartum vero qd obijcit per autoritatez Nume. v. Respondet Augu. super illum locum eundem distinguendo. quia peccatum vel furtum aut cōmittitur per negligentiam: seu ignorantiam. aut per industriam. si per negligentiam vt si traijciat rem alienam in suā: ꝙ si diligēter attenderet non faceret hoc voluit capite ⁊ quinta restitui. non sicut furta mulctari. Si vero per industriā: tūc voluit aut duplo aut quadruplo: vel quintuplo ſm distinctionem positam puniri. De furto ergo per negligentiam loquitur lex Nume. Unde dicit vir siue mulier si fecerit ex omnibus peccatis que solent hominibus accidere ⁊ trasgressi fuerint per negligentiam ⁊c. Item distinguit August. ibidez. quia furtum aut erat cōuictum: aut sponte cōfessum. Si erat cōuictum: tunc ſm legem Exo.xxij. tenebatur restituere de pecunia in dupluz: de oue in quadruplum: de boue in quintuplum. Si vero erat sponte confessum: tunc non tenebatur restituere: nisi ablatuz et quintam partem. Et hoc est ſm legem. Nume.v. Unde ibidem dicitur. Confitebuntur peccatum ⁊ reddēt ipsum caput ⁊ quintam partem. desuper ei in quem peccauerat Aug. Quia annunciauit non eo dāno plectendus fuit quo furem comprehensum et conuictum plecti oportet.

Ad contra. Ad quintum.

¶ Ad quintum vero quod econtra obijciebatur ex Luc.xix. de restitutione zachei in quadruplum. dicendum ꝙ verbum fuit super erogationis. Ex quo enim delictum sine conuictione sponte confitebatur paratus satisfacere: non tenebatur ſm legem ad restitutionem quadrupli. ¶ Si aūt obijceret de hoc qd dicit ibi glo. ꝙ pri⁹ est ſm legē reddere ⁊ deinde qd remanet pauperib⁹ erogare ac si vellet ꝙ ad istud ſm legem teneretur zacheus. dicendum ꝙ glo. moralis est declarans ordinem in restituēdis: ⁊ erogandis. Unde idem est ac si diceret prius est restituendum alienum.

Ad sextum. ꝛ deinde qꝫ relictum est erogandum. ¶ Ad sextū vero ꝛ vltimum qꝫ obijcitur ex libro prouerbio. qꝫ reddet septuplum. dicendum qꝫ intelligendus est septuplum idest perfecte ꝛ integre quemadmodū accipitur in psalm. ℣Purgatum septuplum. i. perfecte. ꝛ qꝫ iste sit sensus patet ex hoc qꝫ sequit reddet septuplum: et omnes substantiam domus sue tradet qꝫ in nulla lege preceptum est. ℣Nota ergo qꝫ iste motus loquēdi ponitur ibi quia vult ostendere qꝫ furtum minimum peccatum est respectu adulterij. quia fur patitur detrimentū quo ad sue possessionis substantiam. ꝛ hoc per expressionem ostendit dicens. deprehensus reddet septuplum ꝛ omnes substantiā domus sue tradet quousqꝫ sez plene satisfecerit. Adulter vero patitur detrimentum maximum quo ad animā suam. Unde ibidē dicit. Qui adulter est ꝓpter cordis inopiaꝫ perdet animam suam. In hunc ergo modum determinatur pars in qua est inquisitio de iudicialibus que pertinent ad cohertionem iniurie.

Questio.xlviij. de p̄ceptis

iudicialibus circa personas.

Onsequenter tractandum est de preceptis iudicialibus que pertinent ad conseruationem iusticie. ℣Horum autē quedam respiciunt statum personarū: Quedam debitum rerum. Quedam ordinem actionuz. Omnis enim ordo iusticie inter homines cōseruādus: aut respicit personas: aut res. aut actiones. ℣Primo ergo querenduz est de preceptis iudicialibus circa personas. Scōo de p̄ceptis iudicialibus circa res. Tertio de preceptis iudicialibꝰ circa actiones. ¶ Item personarum quedaz sunt superiores vt sacerdos ꝛ rex. Quedam inferiores vt serui ꝛ ancille quedam pares et cōiuncte. vt vir et vxor ꝓm mutuam seruitutē. quedā dispares et disiuncte vt aduersarij ꝛ infames. Et ꝓm hec variātur leges iudiciales circa personas ℣Primo ergo querēdum est de legibus iudicialibus circa personam regis ꝛ sacerdotis. Scōo de legibus circa seruos. Tertio de legibus circa virum ꝛ vxorē. Quarto de legibus circa infames ꝛ aduersarios.

Membrum primum.

De pre. iudi. circa psonas regis et sacerdotis.

Ꝺ E institutione autem ꝛ cōsecratione sacerdotis est lex expressa Exod. xxviij. applicate Aaron cū filijs suis de medio filiorū israel vt sacerdotio fungantur mihi. ꝛ Leuiti. viij. ix. et. x. De institutione vero regis est lex Deut. xvij. Cum habitaueris in terra ꝛ dixeris constituam super me regem. eum constitues quem dominus deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum ꝛc. ¶ Circa quod queruntur tria. ℣Primo vtrum iustuz sit hominem dominari homini. Secundo vtrum necessariuz sit in statu dominationis duas esse potestates regis ꝛ sacerdotis. Tertio de comparatione sacerdotalis potestatis ꝛ regalis.

Articulus primus.

Utr̄ iust̄ sit hoi ꝓnari hoi Arg. primū.

Scōm.

Ad primū.

Ad scōm.

Ad tertium.

Tertium.

Cōtra. Hug.

Ad tertium.

Hugo.

Ad scōm.

Tertium.

Cōtra.

Ad primū.

Scōm.

Ad tertium.

Ad scōm.

Ad tertium.

Utrū in statu dñationis necessarium sit esse duas potestates regalem ꝛ sacerdotalem.

Ad primū.

Scōm.

Tertium.

Cōtra. Hug.

Ad tertium.

Hugo.

Ad scōm.

Tertium.

Ad tertium.

Hugo.

Ad scōm.

Tertium.

Ad tertium.

Hugo.

Ad scōm.

Tertium

ad hoc videtur facere qđ dicit apostolus ad Ro.
xiij.Reddite omnibus debita:vt cui tributuꝫ:tri-
butuꝫ.⁊ cui vectigal:vectigal. ¶ Item dicit canõ
beati Urbani.xxiij.Questione.viij. Tributum in
ore piscis piscante Petro inuentum est. Math.
xvij.quia de exterioribus suis que palam cunctis
apparent tributum ecclesia reddit. ¶ Item idem
beatus vrbanus.non totũ piscem dare iussus est:
sed tantum staterem qui in ore eius inuentus est
Math xvij. Quia nõ ecclesia dari imperatori nõ
pontificalis apex:qui ĩ ore capitis ecclesie preemi
net subijci potest regibus : sed sane ꝙ in ore piscis
inuenitur pro Petro ⁊ domino dari iubeť. Quia
de exterioribus ecclesie qđ constitutuꝫ est antiqui
tus ꝓ pace ⁊ quiete:qua nos tueri ⁊ defensare de-
bent.Imperatoribus persoluendũ est. ¶ Itẽ bea-
tus ambro.Tributum cesaris est:cesari non nega
tur.ecclesia dei est: cesari vtiqꝫ nõ debetur. ¶ Iteꝫ
Hug.de sancto Uict.Ad potestatem regis perti-
nent que terrena sunt:⁊ ad terrenam vitam facta
omnia.ergo si ecclesia possideat aliqua terrena: ꝑ
tinebũt ad regis potestatẽ: ergo de terrenis quas
possidet potestas sacerdotalis obnoxia est ⁊ debꝫ
seruitium potestati regali. ¶ Contra.Geñ.xlvij. [Cõtra.]
Emit ioseph omnẽ terram egipti: subiecitqꝫ eam
pharaoni:preter terram sacerdotum .Glo.hic si-
gnat ecclesie terram in qua veri sunt sacerdotes.li
beram esse a censu mundiali. ¶ Item.xxiij.q.viij.
Cum tempore famis cunctoꝝ egiptiorum terram
emeret pharao Geñ.xlvij.Atqꝫ sub eadem fame
sue seruituti cunctos subijceret: sacerdotibus ita
necessaria ministrauit: vt nec possessionibus nec
libertate nudarentur.domino extũc prenuncian-
te sacerdotes in omni gente liberos esse oportere.
¶ Item.Math.xvij.Reges terre a quibus acci-
piunt tributum vel censuꝫ a filijs suis an ab alie-
nis? ⁊ dixit petrus ab alienis . Dixit illi iesus : er-
go liberi sunt filij.Hiero. in glo.Liberi sunt filij
regis in oĩ regno. multomagis liberi sũt filij illiꝰ
regni sub quo sunt oĩa regna ĩ quolibꝫ terreno re-
gno. Ex his igiť videť relinq̃:ꝙ in nullo nec in pos
sessiõibus:nec in ꝑsonis ptãs sacerdotalis sit ob-
noxia regali. ¶ Rñ.quedam possidet ecclesia sor- [Rñsio.]
te spirituali ⁊ iure diuino.vt decimas ⁊ oblatiões.
xviij.Nu. filijs leui dedi omnes decimas in pos-
sessionem.Item in eodeꝫ locutus est dominus ad
aaron.Dedi tibi custodiam primitiarum mearũ:
omnia que sanctificantur a filijs israel tibi tradi
di ꝓ officio sacerdotali ⁊ filijs tuis:⁊ subdit. Om
nis oblatio ⁊ sacrificium et quicquid pro peccato
redditur mihi:tuum erit ⁊ filiorum tuorum . Si-
mili modo loca deputata ad diuinum cultum vt
territoria ecclesiarum ⁊ alia loca deputata ad spi-
rituale officium vt cimiteriũ.Unde numeri.xviij.
dicitur sacerdotibus.Excubate in custodiam ta-
bernaculi et in ministerio altaris . omnia que ad
cultum altaris pertinent per sacerdotes admini-
strabuntur:si quis externus accesserit occidetur.
De his dicit canon concilij parisieñ. iuxta leges
canonizatas de ecclesiastico agro et manso vel si
quilibet pro loco sepulture aliquid ecclesie largi-
tus fuerit. de decimis etiam ⁊ oblationibus fide-
liuꝫ nullus presbyteros census persoluere cogat.
Alia vero possidet sorte temporali.vt titulo cõces-
sionis saluo debito seruitio.et de his potestas sa-
cerdotalis principibus consueta debet obsequia
vt ⁊ annua eis ꝑsoluat tributa.xxiij.q.viij. ¶ Ad
ea vero que obijciuntur.dicendum ꝙ autoritates
que dicunt ꝙ potestas sacerdotalis non est obno
xia census vel tributi:intelligũtur de his que pos
sidet sorte spirituali ⁊ titulo iuris diuini. ¶ Auto
ritates vero contrarie intelligũtur de his que pos
sidet sorte temporali ⁊ titulo iuris humani. Illa
enim que possidet sorte spirituali dicuntur spiri-
tualia quia annexa sunt ⁊ attributa iure diuino
officio spirituali.Quemadmodum alia dicũtur
terrena:quia obnoxia sunt obsequio temporali.
Ideo ista subiecta sunt terrene potestati illa vero
minime. ¶ Notandum tamen ad plenam euidẽ-
tiam predictarum distinctionum. Hugo in libro
de sacramẽtis de his que ecclesia possidet sorte tẽ-
porali.Distinguit enim sic. Terreni principes in
terrenis possessionibus quas in subiectis vel non
subiectis possident ecclesie aliquando concedunt
solam vtilitatem aliquando vtilitatem ⁊ potesta
tem.Utilitatem sine potestate concedunt. quan-
do fructum quidem possessionis ad vsum ecclesie
transferri discernunt:sed potestatem iusticie exer
cende in ipsa possessione ad eius ditionem trãsire
non permittunt. Aliquãdo vtilitatem ⁊ potesta-
tem simul tribuunt.Ubi tamen diligenter atten-
dendum.ꝙ ecclesia licet fructuꝫ terrene possessio
nis in vsum recipiat:potestatem tamẽ exercende
iusticie per ecclesiasticas personas aut secularia
iudicia exercere non potest . potest tamen habere
ministros laicas personas: per quas iura ⁊ iudi-
cia ad terrenam potestatem pertinentia ſm teno
rem legum ⁊ debitum iuris terreni exerceat. Sic
tamẽ vt ⁊ ipsum ꝙ potestatem habet a iudice ter-
reno se habere cognoscat:⁊ ipsas possessiones nũ-
q̃ ita a regia potestate elongari posse intelligat:
quin si ratio postulauerit ⁊ necessitas:⁊ illis ipsa
potestas debeat patrociniuꝫ: ⁊ illi ipsi possessiões
debeant in necessitate obsequium . sicut enim re-
gia potestas patrocinium quod debet alteri non
potest dare:sic ipsa possessio etiam ab ecclesiasti-
cis personis obtenta:obsequia qđ regie potestati
pro patrocinio debetur iure negare non potest.si-
cut scriptum est reddite que sunt cesaris cesari:⁊
que sunt dei deo.

Item queritur .§.j.

vtrum pro peccatis persone ecclesiastice seu sacer- [Utrum ꝑsone ecclesiastice ꝑ… sunt punin… regali ptãti.]
dotales obnoxie sint potestati regali. Quod vide
tur per illud Roma.xiij.Uis non timere potesta
tem bene fac.si autem malefeceris time. nõ enim
sine causa gladium portat.idest iudiciariam po-
testateꝫ:sed ad hoc vt dicit glo.vt malos puniat.
Si ergo sacerdos vel clericus malefecerit poterit
puniri a seculari potestate. ¶ Item quilibet de-
linquens sortitur forum ratione delicti.si ergo sa
cerdos vel clericus delinquat in his que terrena
sunt:vel que pertinent ad terrenam vitam : sortie
tur forũ potestatis secularis.quia sicut dicit Hu
go Ad potestatem regis pertinẽt omnia que ter-
rena sunt ⁊ ad terrenam vitam ordinata. ¶ Con-
tra.sic se habet potestas sacerdotalis ad regalem [Cõtra.]
sicut vita vel homo spiritualis ad animalem ſm
quod dicit Hug.Sed ita est ꝙ animalis vita non
potest diiudicare spiritualem etiam delinquentẽ:
quemadmodum animal non habet iudicare ho-
minem delinquentem.Ergo relinquitur ꝙ pote-
stas regalis nõ habet diiudicare personam eccle-
siasticam vel sacerdotalem. Unde.j. Corinthi.ij.
Spiritualis iudicat omnia:et ipse a nemine iudi
catur. ¶ Respon.ſm Hugo de sancto victo. Spi
ritualis potestas terrenam potestateꝫ ⁊ institue- [Rñsio.]
re habet vt sit.⁊ iudicare habet si bona non fue- [Hugo.]
rit.ipa vero a deo primum instituta est ⁊ cum de-
uiat a solo deo iudicari potest.sicut scriptum est.
Spiritualis

Spiritualis diiudicat omnia:⁊ ipse a nemine iu-
dicatur.Inde est ꝙ summa potestas sacerdotalis
qualis est in summo pontifice.non potest ab ho-
mine iudicari.sed habet de omnibus iudicare : et
de ꝑsonis que vite spirituali deputate sunt:vt vni
uersaliter omnes persone ecclesiastice: ⁊ de perso-
nis que ad vitam terrenaꝫ deputate sunt sub ter-
rena potestate.vt persone laice ⁊ hoc in causis spi
ritualibus animarum.Unde in typo hiero.pote-
stati spirituali summe dicitur.Ecce cõstitui te su-
per gentes ⁊ super regna . vt euellas ⁊ destruas et
disperdas et dissipes edifices ⁊ plantes Hiere j.
Potestas vero terrena non habet iudicare nisi de
personis que terrene vite sunt deputate: vt perso-
ne laice. ¶ Unde ad solutionem obiectoruꝫ nota
determinationem Hug.de sancto vict.Scienduꝫ
est.ꝙ iusticia illa que terrene potestati ĩ subiectis
data est:quinqꝫ modis determinať.ſm personaꝫ.
ſm causam.ſm modum.ſm locum.ſm tempus.
Secundum personam igitur iusticia violaretur:
si iudex secularis in ecclesiasticam personam ma-
num mitteret.Scđm causaꝫ:si ecclesiastica nego
cia examinanda susciperet.Secundũ mensuram:
si mendacium vel maledictuꝫ suspendio puniret.
Secundum locum:si loca sacra violare presume-
ret.⁊ confugientibꝰ etiam ad illa etiam reis et pro
sceleribus suis condemnandis innordinate violẽ
tiam inferre tentaret.Secundũ tempus :si sacris
et solennibus diebus reuerentiam non exhiberet
quando ⁊ his parcendum est quibus pro culpis
suis supplicia debentur.

Membrum secundum.

[De legibꝰ circa seruos.]
Consequens est inquirere de legibus ser
uitutis.Circa quas querũtur tria.Pri-
mo vtrum boni ſm legem diuinam de-
bent subijci malis . Scđo de manumis-
sione propriorum seruorum.Tertio de receptione
serui alieni.

Articulus primus.

[Utrũ legẽ diuinã boni teneanť subijci malis.]
Primo igitur queritur vtrum boni tene-
antur subijci malis:quod non videtur
Geneſ.ix.Sit terror vester super cuncta
animalia.vbi dicit glo.homo non ratio
nabilibus sed irrationabilibus subiectus est na- [Arg.primũ.]
tura.Unde ex illa parte qua homo est irrationa-
lis ſm quod dicit Greg . ex illa parte homini est
subijcibilis.Si ergo bonus vir ex nulla parte irra
tionalis est . malus vero inq̃tum malus est irra-
tionalis :ergo bonus vir nunq̃ tenetur vel debet
subijci malo. ¶ Ad ideꝫ est quod dicit Greg. Ubi [Scđm.]
non delinquimus pares sumus : ergo nullus bo-
nus est alicui subditus. ¶ Contra.Ro.xiij.Om- [Cõtra.]
nis anima potestatibus sublimioribus subdita
sit.Glo.videbať quibusdaꝫ ꝙ mali domini maxi
me infideles non deberent fidelibus dominari. et
si boni ⁊ fideles essent:bonis ⁊ fidelibus deberent
esse pares.quam etiam superbiã remouet hic apo
stolus.Omnis anima potestatibus ⁊c.id est. om
nis homo subditus sit vt etiam voluntate seruiat
potestatibus secularibus bonis vel malis scilicet
regibus principibus ⁊c. ¶ Itẽ.j.Pe.ij.Serui sub
diti estote in omni timore dominis : non tantum
bonis ⁊ domesticis sed etiaꝫ discolis ;hec est enim
gratia. ¶ Item Ephe.vlt.Serui obedite per om-
nia dominis carnalibus.non ad oculum seruien-
tes quasi hominibus placentes:sed in simplicita
te cordis timentes deum. ¶ Item ad ideꝫ sunt ra-
tiones apostoli.xiij.Ro. Non est potestas nisi a
deo ⁊c. ¶ Respon.dicenduꝫ ꝙ lex seruitutis aliaꝫ [Rñsio.]
causam habet sue institutionis . ⁊ aliam causam
habet sue obseruantie.Causa enim institutionis
fuit irrõnalitas siue brutalitas sicut supra dictũ
est.Causa vero obseruantie etiam tempore gratie
est humilitas.Inordinatio enim voluntatis hu-
mane in modum irrationabilis bestie necessariũ
habuit arceri a malo timore dominationis.Inde
est.ꝙ per Cham Geñ.ix.est seruitus introducta.
Lex igitur seruitutis introducta est ad cohertio-
nem malorum.Item ordo bone volũtatis per hu
militatem debet custodiri:⁊ in ampliorem gratiã
⁊ meritum promoueri.Et ideo lex seruitutis etiaꝫ
tẽpore gratie a bonis obseruãda est.Unde.j.Cor.
vij.Seruus vocatꝰ es nõ sit tibi cure : sed si potes
fieri liber magis vtere.Glo.seruitute.quia hec est
causa humilitatis que ad eam que in domino est
pertinet libertatem:quia quanto quis despectior
est in hoc seculo propter deuꝫ:tanto malis exalta-
bitur in futuro. ¶ Ad illud ergo qđ primo obijcit [Sol.ad pmũ.]
dicendum ꝙ boni debent subijci etiam malis po-
testatibus, propter debitum conseruande diuine
ordinatiõis.Unde.xiij.Ro.Qui potestati resistit:
dei ordinationi resistit.glo.j.Hñti . potestatẽ dei
ordinatione et subdit de potestate bona . patet ꝙ
eam prefecit deus rationabiliter.de mala etiam vi
deri potest dum ⁊ boni per eaꝫ purgantur mali ve
ro dãnantur.Dicenduꝫ ergo ꝙ mali debent subij-
ci potestati propter vitium sue irrationabilitatis.
Boni vero propter debitum diuine ordinationis
⁊ vtilitatem sue purgationis.Unde ambro. super
illud.xiij.Ro.Principes nõ sunt timori boni ope
ris sed mali.Si bonus est princeps bene operan-
tem non punit:sed diligit.Si malus est nõ nocet
bono sed purgat eum. ⁊ ideo non est ad timorem
ei qui bene operatur.malus vero debet timere qr
instituti sunt principes vt mala puniãt. ¶ Ad se- [Ad scđm.]
cundum quod obijcit.ꝙ vbi nõ delinquimus pa-
res sumus.Intelligitur de paritate q̃tum ad me-
ritum ⁊ dignitatem scientie:non quantum ad pa
ritatem cõuersationis siue conditionis huius vi
te.Unde Roma.xiij.super illud.Ideoqꝫ necessita
te subditi estote non solum ꝓpter iram sed etiam
propter cõscientiam.glo.Ambro. licet omnes fi-
deles inquantum fideles sint vnum in christo:in
cuiꝰ fide nõ est distãtia iudei ⁊ greci domini ⁊ ser-
ui Gal.iij.differentia tamen est in conuersatione
morali:⁊ eius ordinem in huius vite itinere seruã
dum esse apostoli precipiunt.

Articulus secundus.

Deinde queritur de manumissiõe seruo- [De manumissione seruoꝝ.]
rum.De quo dicit lex Exod.xxj. Si he-
breum seruum emeris sex annis seruiet
tibi:in septimo egredietur liber gratis.
Deut.xv habetur idem.cum venditus fuerit fra-
ter tuus hebreus ⁊ sex annis seruierit tibi in septi
mo anno dimittes eum liberum.Ergo ſm legem [Arg.primũ.]
septimo anno seruus hebreus debebat manumit-
ti.Et constans est ꝙ manumissio serui ⁊ donatio
libertati pietatis est:ergo maxime debet tempore
gratie obseruari. ¶ Item ſm legem hebreus pro [Scđm.]
prie non poterat esse seruus hebrei. Unde Leuit.
xxv.dicit lex.Si paupertate cõpulsus vendiderit
se tibi frater tuus:nõ eum opprimes seruitute fa-
mulorum: sed quasi mercenarius ⁊ colonus erit
vsqꝫ ad iubileũ:⁊ subditur.Mei enim serui sunt.

Ego eduxi eos de terra egypti. nõ venient ꝯditio-
ne seruorum. ergo multofortius sm libertatem le
gis euangelice christianus non debet esse seruus
Tertium.
christiani. ¶ Item iij. Reg. ix. De filijs israel non
cõstituit Salomon seruire quẽq;. ergo multofor
tius christiani qui sunt filij dei Johã. j. non debẽt
Cõtra.
constitui serui. ¶ Cõtra. Deu. xv. super illud. Se-
ptimo anno dimittes eum liberum. Glo. Ne hoc
serui xpiani a dominis flagitarent. iubet seruos
dominis esse subditos ne doctrina dei blaspheme
tur. j. Thi. vlt. Quicũq; sunt sub iugo serui domi-
nos suos omni honore dignos arbitrentur. ne no
men domini ꝛ doctrina blasphemetur. qui auteꝫ
fideles habent dominos non contemnant: quia
fratres sunt sed magis seruiant quia fideles sunt.
Rñsio.
¶ Respon. conditio seruitutis nõ euacuatur per
libertateꝫ christianitatis triplici ratione. Primo
quia confert ad meritum ꝛ humilitatem que est
custodia virtutũ. Unde dicitur. j. Cor. vij. Seru9
vocatus es nõ sit tibi cure. Sed si potes fieri liber
magis vtere. s. seruitute. quia sicut dicit glo. hoc
confert ad humilitatem. ꝛ. j. Pe. ij. Serui subditi
estote in omni timore dominis: non tantũ bonis
ꝛ modestis: sed etiaꝫ discolis: hec est enim gratia.
Secundo quia confert ad retributioneꝫ glorie fu
ture. Unde ad Col. iij. Serui obedite ꝑ omnia do-
minis carnalibus. ꝛ subditur. Sciẽtes quia a do-
mino recipietis retributionem hereditatis. Ter-
tio ad euitandam blasphemiam nominis dei et
scandalum fidei. Unde dicit apostolus. j. ad Thi.
vj. Qñ serui dominos suos omni honore dignos
arbitrentur ne nomen domini ꝛ doctrina blasphe
metur. propter has causas apostoli tempore gra-
tie seruos xpianos dominis suis subiectos esse de
Ad arg. pmũ.
creuerũt ¶ Ad illud ergo quod primo obijcitur.
ꝙ septimo anno seruus hebreus manumitteba-
tur: quod pietatis est. dicendum ꝙ illa manumis-
sio septimi anni erat figuralis. significat enim si-
cut dicit ysidorus super Deutero. xv. Quia in sex
etatibus huius seculi seruientes septimo anno. i.
eterno sabbato liberabuntur: quod auteꝫ figura-
Ad alia.
le est non est ad literam tempore gratie obseruan
dum. ¶ Ad secundum vero ꝛ tertium dicendum.
ꝙ melioris conditionis est seruus christianus tẽ-
pore gratie ꝙ seruus hebreus tempore legis. seru9
enim hebreus erat conditionis seruitutis merce-
narie. Leuiti. xxv. Non opprimes fratrem tuum
seruitute. sed quasi mercenarius ꝛ colonus erit.
Seruus vero christianus subiectus est seruitute
charitatis ꝛ obedientie. Unde apostolus ad phi-
lemonem scribit de Honesimo seruo suo. obsecro
te pro filio meo honesimo: tu illuꝫ sicut mea visce
ra suscipias ꝛ subdit. Jam non seruum sed pro ser
uo charissimũ fratrem maxime mihi quanto ma
gis tibi: ꝛ in carneꝛ in domino. Si ergo habes me
socium suscipe illum sicut me.

Articulus tertius.

De receptiõe serui alieni.

Tertio queritur de receptiõe serui alieni
de quo dicit lex Deutero. xxiij. Non tra
des seruum suuꝫ domino suo qui ad te
confugerit Ex qua lege videtur. ꝙ fugi-
tiuus seruus a subiectiõe sui domini possit ab ali
Cõtra.
quo licite recipi. ¶ Cõtra. xxj. Exodi. dicit lex. Qñ
seruus pecunia domini sui est. Si ergo pecunia al
terius voluntate domini non potest licite teneri
vel recipi: ergo nec seruus. ¶ Item. xxij. Deutero.
dicit lex. Qñ bos ꝛ ouis fratris debet ad ipsum re
duci ꝛ sine detrimento sibi seruari. Et simili mo-
do de vestimento ꝛ omni re proximi faciendũ est.
ergo cuꝫ seruus sit res domini sui: seruus fugiẽs
debet domino suo restitui. ¶ Item apostolus re-
stituit honesimum seruum Philemoni domino
suo. qui ad apostolum ꝯfugerat de quo dicit apo-
stol9 philemoni. Sine consilio tuo nihil volui fa
cere scilicet de honesimo retinendo. ¶ Respõsio.
Rñsio.
distinguendo. Seruus aut est seruus singularis
persone. aut est seruus ꝑsone publice vt regis. Si
est seruus singularis persone: aut ergo fugit a do
mino suo volente ipsum perdere propter vitandũ
periculum salutis. Aut fugit a domino volente
ipsum perdere propter subtractionem debiti ser-
uitij seu subiectionis. In primo casu intelligitur
lex. Non tradet seruum domino suo supple volẽ-
ti ipsum perdere. Unde dicit Augusti. super illuꝫ
locũ. ꝙ alienigena Achis rex Jeth seruauit hanc
legem. quãdo ad eum fugit. Dauid a facie domi-
ni sui id est regis saul. j. Reg. xxj. qui scilicet vole-
bat ipsum perdere. In secũdo vero casu intelligũ-
tur leges contrarie. Item si est seruus persone pu
blice vt regis. aut igitur est seruus gentis infide-
lis. aut gentis seu populi fidelis. si est seruus gen
tis infidelis ꝛ fugit ad populum fidelem propter
perniciem erroris precipit lex ꝙ non reddatur: sed
suscipiatur. Et hoc modo intelligitur sicut dicit
Augusti. predicta lex. Non tradet seruum domi-
no suo. vnde Augusti. Quomodo hoc putari po-
test nisi gẽti vel populi intelligamus ista dici: nõ
vni homini. ex alia vtiq; gẽte a domino suo. id est
rege seruum refugiẽtem ad hanc cui loquebatur
reddi prohibuit.

Membrum tertium.

De legi. iudi. circa virum ꝛ vxorẽ dimittẽdas vel assumendas eas.

Consequenter querẽdum est de legibus
iudicialibus circa viruꝫ ꝛ vxorem. Erat
autem lex permissionis de vxore repu-
dianda. xxiiij. Deutero. de qua tactum
est prius. Erat iterum lex de vxore alienigena du-
cenda de puella capta in prelio. xxj. Deutero. Si
videris in numero captiuorum mulierem pulcrã
voluerisq; eam habere in vxorem: radet cesarieꝫ ꝛ
circuncidet vngues deponet vestem. sedẽsq; in do
mo tua flebit patrem vno mense. postea intrabis
ad eam eritq; vxor tua. Itẽ erat lex de duplici vxo-
re habenda Deutero. xxj. Si habuerit homo vxo
res duas: vnam delectam ꝛ alteram odiosam. Si
fuerit filius odiose primogenitus non poterit fi-
lium dilecte preferre filio odiose. ¶ Queritur er-
Utrũ tpe legi licitũ erat ducere alienigenam.
go iuxta primam legem. vtrum tempore legis lici
tum esset ducere alienigenam: quod videtur ꝑ pre
dictam legem. Item Ruth. vltimo. Tulit Booz
ruth ꝛ accepit vxorem. ꝛ sic patet per illam hysto-
riam sm legem illam accepit vt suscitaret semen
fratris. Deutro. xxv. Ruth. autem erat moabites
Contra.
alienigena. ¶ Cõtra. Deut. vij. dicit israeli. Non
inibis fedus cum eis: nec associabis cum eis con-
iugia: dicit de alienigenis. ¶ Item. ij. Esdre vlti-
mo. Nunqd non in huiuscemodi re peccauit Sa
lomon rex israel: ꝛ sequitur. Ipsum ergo duxerũt
ad peccatum mulieris alienigene. Nunqd ꝛ nos
inobedientes faciemus peccatum grande hoc. vt
preuaricemur et ducamus vxores peregrinas?
¶ Item sm hãc legem tempore gratie dispar cul-
tus impedit matrimonium contrahendum. ꝛ di-
Rñsio.
rimit contractum. ¶ Respon. ducere alienigenã
de illis septem gentibus que inhabitabant terrã
promissionis. propter periculum ydololatrie ꝛ er
roris prohibitum erat sm legem. vij. Deutrono.
filiam

Filiam tuam non dabis filio eius. nec filiam eius
accipes filio tuo. quia seducet filium tuum ne se-
quatur me. Ducere vero alienigenã de gente alia
manente in errore ydololatrie adhuc ex eadẽ pro-
hibitione erat illicitum sm legẽ. Ducere vero alie
nigenam conuersam ad fidem ꝛ obseruantiam le
gis diuine licitum erat ex predicta lege de ducen-
da captiua puella. Unde Booꝫ duxit Ruth moa
bitem conuersam ad fidẽ ꝛ legem Hebreã. Ruth.
Querit de dispẽsatiõe legis hñe plures vxores.
vltimo. ꝛ Salomon duxit raab. ¶ Item queritur
de secunda lege qua videbatur esse concessuꝫ in le
ge habere plures vxores. ¶ Item ad ideꝫ est ꝙ pa
triarche habuerũt plures vxores. vt abrahã Geñ.
xxv. ꝛ iacob Geñ. xxix. et. xxx. ¶ Item lege data pa
ter samuelis habuit plures vxores nec in hoc re-
prehenditur. similiter dauid legitur habuisse plu
res vxores quas non habuisset si ei licitũ non fuis
set. ¶ Item dicit Aug. super Geñ. xxix. Obijciun-
tur iacob quatuor vxores: sed quãdo mos erat cri
men non erat. ¶ Contra. Geñ. ij. Erũt duo in car
ne vna. hoc dicitur ad precisionem. ergo non pos-
sunt esse tres. ergo vnus non potest habere duas
vxores. ¶ Iteꝫ Math. xix. Non legistis quia qui
fecit ab initio masculum ꝛ feminam creauit eos.
Glo. non ait feminas: vt ꝛ vnum coniugium sit
non plura. ¶ Item. xvij. Deutero. de rege dicitur.
Non hẽbit vxores plurimas. ergo sm legem non
erat licitum habere plures. seu dicamus legeꝫ na-
turalem seu legem moysi ¶ Ad hoc volunt qui-
dam dicere ꝙ de pluribus vxoribus habendis ali
quando fuit dispensatum. ꝛ hoc ex causa propter
dei populum multiplicandum. Et hec dispensa-
tio occurrit ante legẽ ꝛ in lege. cum adhuc popu-
lus paucus erat colentium deum. Unde hec cau
sa multiplicationis scilicet prolis ad cultum diui
nuꝫ dispensabat cũ illis vt haberẽt plures. postea
vero multiplicato populo cessauit causa ꝛ dispen
Obijcit. de Dauid.
satio. ¶ Sed obijcitur. Naꝫ vni hoc dauid pecca-
uit habendo plures quia iam populus colentiuꝫ
deum multiplicatus erat. ¶ Item. xxj. Deutero.
super illud. Si habuerit homo duas vxores ꝛc. nõ
poterit preferre filium dilecte ꝛc. dicit glo. hoc ad
literaꝫ faciendam est. ne sequatur quis animi sui
motum amorem vel odium: sed naturam. si ergo
ex illa lege cõcedebatur prioribus habere plures:
ergo cum ad literam obseruanda sit. modernis le
Solutio.
ge eadem concessum erit habere plures: qñ falsuꝫ
est. ¶ Respon. dicendum. ꝙ solis regibus et qui-
busdam alijs certis personis dispensatione diui-
na concessuꝫ erat habere plures sed nõ plurimas.
Certis vero personis vt patriarchis ꝛ iudicibus ꝛ
quibusdam prophetis concessum est plures ha-
bere ex causa predicta: quia necessarium erat vt ex
eis multiplicaretur proles ad ampliãdum cultuꝫ
dei. Regibus vero concessum est pluribus habe-
re tunc: ne propter defectum successionis regni po
pulus insolescẽs recederet a religione diuina. Un
de Augu. super illam legem de rege Deutero. xvij.
Non habebit vxores plurimas. dicit enim mani-
festum est salomonem hoc preceptum transijsse.
Dauid autem plures habuit: nec preceptum pre-
teriuit permissio est enim habere plures: non plu
rimas. mulplicatio vxorum generaliter prohibi-
ta est. permissum est regi plures habere. sed non
multiplicare ne multiplicando perueniat ad alie
Ad vltimũ.
nigenas. Et per hoc patꝫ responsio ad primo obie
cta. ¶ Ad illud vero qñ obijcit vltimo. ꝙ hec lex
ad litteram seruanda est dicendum ꝙ cuꝫ lex ista
non dicat. si habeat homo duas vxores. sed dicit
de ꝑterito. si habuerit homo duas vxores. habuis
se autem duas vxores potest pertinere ad diuersa
tempora in quibus aliquis habuit vxoes duas
successiue. vnam post aliam prius mortuã nõ ad
idem tempus: in quo aliquis simul habuerit du-
as vxores. Et hoc modo lex ista ad litteram a mo
dernis cõiugatis obseruanda est.

Membrum quartum.

De legi. iudi. circa ifames.

Postea queritur de legibus circa perso
nas infames. Reputauit autẽ lex perso
nas infames quasdam ratione culpe ꝓ
prie vt meretrices. ꝛ scortatores. quoruꝫ
Pars pma.
questum ꝓhibuit offerendũ. Deutero. xxiij. Non
erit meretrix de filiabus israel nec scortator de fi-
Scda.
lijs israel: et postea subdit. Nõ offeres mercedem
ꝓstibuli: nec preciũ canis in domo domini. Et si-
cut dicit August. super illum locũ. Ex prima par-
te legis ꝓhibentur manifeste viri ꝛ femine forni-
cari. ꝛ monstratur peccatum esse cõmixtio cuꝫ nõ
coniuge. Unde littera. lxx. habet. nõ erit meretrix
Obijcit.
de filiabus israel: neq; fornicans de filijs israel.
¶ Sed obijcitur. x. Hebre. Irritam qui faciens le
gem moysi sine vlla miseratione: sub duobus vel
tribus testibus moritur. Cuꝫ ergo fornicatio nõ
puniatur morte sm legeꝫ. Unde Leui. xix. Si dor-
mierit homo cum muliere coitu seminis ꝛc. Va-
pulabunt ambo ꝛ nõ morientur. ergo qui fornica
Rñsio.
tur non facit irritã legẽ moysi. ergo in lege moysi
De prima pte
non ꝓhibetur fornicatio. ¶ Respon. dicendum
sm August. ꝙ hic ꝓhibetur meretricium ꝛ etiam
fornicatio. Meretricium enim est publica forni-
catio. Unde dicit Augusti. Ad eas ꝓhibet accede
re quarũ publice venalis est turpitudo: ꝛ he sunt
meretrices. fornicatio vero est cõmixtio cum non
sua coniuge. seu sit publica et venalis seu non: et
hoc etiam ꝓhibetur hic vt dicit Augusti. quia di
Ad obiec.
cit littera. lxx. vt dictum est. Non erit fornicãs de
filijs israel. ¶ Ad illud ergo quod dicit apostol9.
dicendum ꝙ nõ quascũq; preuaricationes mãda
torum legis puniebat lex morte corporali immo
quasdam puniebat verberibus seu flagellatione.
quasdam vero pecuniaria. sicut patet ex preceden
tibus. Et ideo illud quod dicit apostolus intelli-
gitur de preuaricatione illarum leguꝫ in quibus
pena mortis erat statuta: non de alijs. Uel intelli
git apostolus de trãsgressione legis sanctificato-
rum. pro qua determinabatur pena mortis in le-
ge Leui. vij. Anima polluta que ederit de carnib9
hostie pacificoruꝫ que oblata est domino. peribit
de populis suis. ꝛ iterũ. si quis adipem qui offer-
ri debet in incensum domini cõmederit: peribit de
populo suo. ꝛ iterũ. Omnis anima que ederit san
guinem peribit. de hac autem preuaricatione in-
telligit apostolus. Unde dicit. x. Hebre. Irritam
quis faciens legem moysi ꝛc. morit. Quanto ma
gis putatis deteriora mereri supplicia qui filium
dei conculcauerit ꝛ sanguinem testamenti pollu-
tum duxerit in quo sanctificatus est. Ex quo pa-
tet ꝙ intelligit de lege sanctificatorum que signi-
ficabant sacrificium christi ꝛ sacramentum san-
Obijcit. de secũda parte.
guinis. ¶ Item obijcitur de alia parte legis. Nõ
offeres mercedem prostibuli: nec precium canis.
Nam quod meretrici datur repeti non potest. er-
go iuste possidet quod sibi datur. ergo de illo po-
test elemosynam facere ꝛ deo offerre. ¶ Item di-
cit humana lex. Turpiter facit meretrix cum sit
meretrix. non tamen turpiter accipit. Si ergo nõ
turpiter accipit: de accepto sine turpitudine offer
re poterit. ¶ Respon. ad primum iuste possideri

dicitur duobus modis: vel iusta causa vel iusto modo. Meretrix ergo qd possidet ex meretricio nō possidet ex iusta causa. qr ex peccato recipit illud stipendiuz. possidet tamen iusto modo: quia possidet vt proprium non vt alienuz. propter hoc. ergo quia merces. prostibuli est stipenpiuz peccati prohibetur offerri in detestationem ⁊ abhominationem meretricij. ¶ Ad secundum vero quod dicit. ꝙ nō turpiter recipit. Similiter intelligitur duobus modis. turpiter enim recipit: quia ex turpi causa ⁊ actu stipēdiuz percipit. non turpiter vero recipit ꝙtuz ad hoc vt in restituendo sit ¶ Itē querit Augu. quare prohibuit offerre precium canis. Nam commutationem primogenitoꝝ quaz iubet fieri de immumdis animalibus Exod. xiij. id est equis ⁊ asinis que adiuuant hominem. vnde et iumenta dicuntur de cane et de porco noluit fieri. Querit ergo si de omnibus talibus commutationem voluit: quare hic solum canem excipit. ¶ Respon. in lege quedam offerebantur de animalibus nec redimebantur vt animal. immolabile. Leui. vlt. Animal quod immolari potest domino mutari non poterit: vt bos ⁊ ouis. Quedaz vero non offerebantur sed redimebantur: vt animalia immunda que dicūtur iumenta. eo ꝙ sint homini in adiumentum. Leuiti. vlti. Si immunduz animal est. redimet que obtulerit. xxxiiij. Exod. primogenitum asini redimes oue. Quedaz vero nec offerebantur nec redimebātur vt canis. ⁊ hoc duplici ratiōe. vna est literalis quia talibus animalibus maxime vtebantur ydololatre in sacrificijs ⁊ cultu ydoloꝝ. Et ideo ad detestationem ydololatrie huiusmodi animalia ⁊ eorum preciuz dominus offerri prohibuit. Alia vero ratio est moralis: quia per canem significatur rapacitas. De rapina autem non potest fieri oblatio xxxiiij. ecclesiastici. Dona iniquoꝝ non probat altissimus. ⁊ iterum. Qui offert sacrificiuz de subtantia pauperū. quasi qui victimat filiuz in cōspectu patris.

Aug. querit.

Item ꝺm legem .§.j.

De legibus q̄ nō ex culpa ſꝫ ex fama infames erant.

Quedam persone reputabantur infames non ex culpa propria. sed ex defectu significante culpaz. vel conditione consequente culpam alienam. Ex defectu significante culpam infamis erat carens membris genitatibus. Unde lex Deutero. xxiij. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis ⁊ absciso verectro ecclesiam domini Itez ex conditione consequente culpam alienam reputabantur quidam infames ratione natiuitatis: vt de illegitimo thoro nati. Unde lex Deut. xxiij. Non ingredietur manzer de scorto natus in ecclesiam domini vsqꝫ ad decimam generationez. Quidā vero ratione gentis seu generis. Unde lex Deutero. xxiij. Amonites ⁊ moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam domini ineternuz. ¶ Circa quas leges obijcit multipliciter. Primo quia non videntur continere iusticiam iste leges. Nam cum exclusio ab ecclesia domini pena sit. defectus autem genitalium pōt in aliquo esse sine culpa: similiter ⁊ nasci de scorto non est cupa nascentis. ergo lex infert penam sine culpa quod iniustum est. ¶ Itez queritur quid dicatur ecclesia. Nam si ecclesia dicitur cōgregatio fidelium. sine culpa autez nullus debet excludi de congregatione fidelium. ergo non est iustum vt aliquis excludatur ab ecclesia propter defectum genitalium vel propter defectum nataliuz. ¶ Itē queritur simpliciter dicitur de eunucho ꝙ non intrabit ecclesiaz domini. De illo vero qui de scorto

Obijcitur. Arg primū.

Secdm.

Tertium.

natus est dicitur: ꝙ non intrabit vsqꝫ ad decimaz generationem. ¶ Item querit Augu. de alia lege Amonites ⁊ moabites. etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam ineternum Cum ergo Ruth fuerit moabites contra hanc ꝓhibitionez admissa videtur. ¶ Si dicatur ꝺm litteram. lxx. quam ponit Augusti. amonites ⁊ moabites non intrabunt ecclesiam domini vsqꝫ ad decimam generationem: ⁊ non intrabit vsqꝫ ineternum. Sicut dicit Augusti. ꝙ forte prophetizauit mistice Ruth intraturam. cum ait vsqꝫ ad decimam generationem. Cōputantur enim ab Abraham cuius nepos fuit Loth. qui genuit amonitas ⁊ moabitas generationes decem vsqꝫ ad Salmon qui genuit Booz maritum Ruth videlicet Abraham: Isaac: Jacob: iudas: phares: esron. arā aminadab: naason: salmon. j. Paralip. ij. Qui genuit Booz: cui Ruth. in ecclesia domini peperit filios Ruth. vltimo. Sed obijcit Augustinus Cur ergo dictum est vsqꝫ ineternum per additionē. an quia post nulla anima de amonitis ⁊ moabitis intrauit in illam ecclesiam hebreoꝝ: quod videtur incōueniens. Si vero dicatur aliter sicut dicit Augu. ꝙ Amonitas prohibuit ⁊ non amonitidas id est viros admitti non feminas: et reddit rationem. quia cum euertissent israelite illam gētem: omnes viros occidere iussi sunt. Num. xxxj. feminas autem non nisi eas que nouerant viruz. quoniam ipse in fornicationem subduxerunt populum. Nume. xxv. Uirgines vero dimiserūt non eis imputantes culpam qua euerti gens illa meruit quam etiam hic cōmemorauit. ¶ Sed obijcitur. Nam sicut habetur iudith. v. Achyor erat dux omnium filioꝝ amon. ⁊ sicut dicitur. xiiij. Relicto gentilitatis ritu credidit deo. ⁊ circūcidit carnem preputij sui ⁊ appositus est ad populum israel ⁊ omnis successio generis ei⁹. Ergo achyor contra hanc prohibitionem in dei ecclesiam est receptus. ¶ Item obijcitur de hoc ꝙ de amonite et moabite subdit lex. Non facies cum eis pacem: nec queres eis bona cūctis diebus vite tue vsqꝫ in sempiternum. Nam hec prohibitio videtur manifestam iniquitatem inducere. qr sicut dicit apostolus ad Rom. xij. Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes et Hebre. xij. Pacem sequimini cum omnibus. Item. xij. Roma. iuxta autoritatem Prouerbio. xxv. Si esurierit inimicus tuus: ciba illuz. si sitit: potum da illi. ¶ Respon. ad primum dicendum. ꝙ pena iuste infertur sine culpa: non tamen sine causa. sicut patet in multis exemplis vt in ceco nato ⁊ paulo. Dicendum igitur ꝙ ab ecclesia excluditur ꝺm predictam legem eunuchus et spurius. non ꝓ culpa ab eis cōmissa: sed ꝓ culpa significata excluditur eunuchus. significat enim illuz qui molliter viuit nec virile opus perficit: ⁊ hec causa sufficiēs est legi que deseruit figure. Quis alia iterum causa sit: sicut iam dicetur. Pro culpa vero detestanda seu propria excluditur spurius in detestationem videlicet illegitimi coitus. ¶ Ad secundum vero dicendum. ꝙ excluditur quis a societate fidelium simpliciter: cum nō recipitur ad coniunctionem orationis beneficentie ritus que habent fideles ⁊ hoc modo sine culpa non excludebantur a communione fidelium seu ecclesie. Item excluditur quis. cum non recipitur ad pacetum confederationis fidelium vt ad matrimonium. et hoc modo eunuchus propter impotentiam generationis que est opposita bono matrimonij quod est bonum prolis dicit excludi ab ecclesia. hoc

Quartū.

Quintū.

Sextum.

Sol. ad ꝓmū.

Ad scdm.

clesia. hoc est ne per matrimonium ecclesie dei seu congregationi fidelium adstringatur. Simili modo manzer seu spurius. propter infamiam generationis efficitur irregularis ⁊ excluditur ne per pactionem coniugalez ecclesie societur. ¶ Ad tertiū dicenduz. ꝙ eunuchus simpliciter excludi dicitur quia nec in se nec in successore potest per coniugium ecclesie sociari. Spurius vero ꝙuis non in se copulari possit propter infamiam: tamen potest in successore. tamen non copulabit filiabus israel nec filius eius de legitima: nec nepos vsqꝫ ad decimum successorem. quādo memoria antiqui obprobrij seu infamie penitus erit extincta. ¶ Ad quartum quod obijcit de amonite ⁊ moabite ꝺm August. Cum amonites ⁊ moabites nomina sint generis masculini per hos viri tantum non mulieres intelliguntur exclusi. ⁊ ideo Ruth non est copulata ecclesie contra hanc prohibitionem. ¶ Ad illud vero quod obijcit de Achyor. dicunt quidam ꝙ ꝙuis legatur dux filioꝝ amon. nō tamen legitur amonites fuisse. ex quo accipiunt ꝙ quāuis amonitis imperaret. tamen ex alia gente ⁊ natione erat vt egyptius vel ydumeus. Alijs vero videtur ꝙ per susceptionem circūcisionis et ritum gentis hebree specialiter dispensatū est cuz achyor vt aggregaretur ecclesie ⁊ collegio hebreorum: ꝙuis esset de genere amonitarum. ¶ Ad vltimum vero dicēdum. ꝙ illa legis particula. Nō facies cum eis pacem: non queres eis bona intelligitur duobus modis. Uno modo ꝺm acceptionem anime carnalis. ⁊ sic accipitur litteraliter et dicitur ꝺm permissionem non ꝺm preceptionem. ⁊ ꝺm hunc sensum accipitur illud quod dicit dominus Matthei. v. Odio habebis inimicū tuuz dictum est antiquis. Alio modo ꝺm acceptionez anime spiritualis: ⁊ tunc intelligitur spiritualiter: vt non queratur pax: nec bonum quo foueantur in malis. sed aduersemur eis inquātum mali sunt ⁊ odio habeamus ꝺm quod dicitur in psal. Perfecto odio oderam illos: quāuis diligamus eos inquātum homines sunt. Unde Augu. Ista duo nomina cum dicatur homo peccator nō frustra dicuntur. quia peccator est corripe. quia homo est miserere. nec omnino liberabis hominez: nisi cum persecutus fueris peccatorez. Sic igitur terminatur hec pars in qua queritur de legibus iudicialibus circa gradus et differentias personarum.

Ad tertium.

Ad quartuz.

Ad quintum.

Ad sextum.

Questio. xlix. de legib⁹ iudicialibus circa possessiones rerum.

Consequenter querendum est de legibus circa possessiones rerum. Res autem quedam sunt acquisite. Quedam hereditarie. ⁊ de vtrisqꝫ dantur leges iudiciales. De rebus ergo acquisitis datur lex loquens de rege. Deutero. xvij. Non habebit rex auri et argenti immensa pondera. De rebus hereditarijs datur lex. Deutero. xviij. Nō habebūt sacerdotes ⁊ leuite partem ⁊ hereditatem cum reliquo populo israel.

Membrum primum.

Utrū licitum sit thesaurizare.

Primo queritur ꝙtum ad primam legē que est de reb⁹ acquisitis seu reb⁹ mobilibus vtrum licitum sit thesaurizare. ꝙ non videtur: per predictam legem. Nam si prohibitum est regibus thesaurizare de quibus maxime videtur. ⁊ hoc per predictam legē non habebit argenti ⁊ auri immensa pondera: ergo multomagis prohibitum est ceteris. ¶ Item Math. vj. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: qd omnibus generaliter dicitur. ¶ Itez per reprehensionem dicitur in ps. thesaurisat et ignorat cui cōgregabit ea. ¶ Cōtra. ij Corinthi. xij. dicit apostolus. ꝙ parentes debent thesaurizare filijs: nō filij parētib⁹: qd non diceret si nō esset licitum thezaurizare ¶ Itē ecclesiastici. vij. Utilior est sapientia cū diuitijs. ⁊ magis prodest vidētibus solē: sicut enim ꝓtegit sapientia: sic ꝓtegit pecunia. ergo ꝓpter protectionez ⁊ defensionem regi licitū erit thesaurizare. ¶ Respon. thesaurizat aliquis ex affectu auaricie ⁊ cupiditatis absqꝫ omni intentione necessitatis ꝓprie vel aliene. Et hoc modo thesaurizare omnibus est ꝓhibitum. Unde dicit glo. supra predictā legez Non habebit auri ⁊ argenti immensa pōdera vltra mēsuram necessitatis. sigillat enim auariciaz: ⁊ ꝺm hoc dicit beatus iacobus. v. Agite nūc diuites plorate: ⁊ subdit. Diuitie vestre putrefacte sunt. vestimenta vestra tineis cōmesta sunt aurum ⁊ argentum vestrū eruginauit: ⁊ subdit. Thesaurizastis vobis iram. Itē thesaurizat quis ex solertia prudentie: ⁊ hoc vel cōsideratione necessitatis: vel cōsideratione publice vtilitatis. Consideratione necessitatis conceditur parentibus secularibus ob necessitatem filioꝝ educandoꝝ: vel filiaruz cōiugio tradendarum. non autē ditandaruz. sed seruato modo ⁊ statu persone. Cōsideratione publice vtilitatis vel regni defendendi: vel cult⁹ dei ampliandi. concessum est regibus thesaurizare. Unde de causa regni defendendi loquitur autoritas predicta Ecclesiastici. vij. sicut protegit sapientia: sic ꝓtegit pecunia. Causa vero cultus diuini ampliandi. hoc est edificādi templuz deo legitur thesaurizasse dauid. j. Paralip. xxix. Locutus est rex dauid ⁊c. Ego totis viribus preparaui impensas domus dei mei aurum ad vasa aurea. argentum in argentea ⁊c. Personis vero ecclesiasticis proprie nunꝙ thesaurizare licet. quia non licet eis accumulare pecunias. nec pecuniam tenere intētione seruandi. Unde beatus Ambro. in libro de officijs xij. q. ij. Aurum ecclesia habet: non vt seruet sed vt eroget: subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire quod nihil iuuat. Item Hieronymi. Cum socrates Athenas pergeret: magnum auri pondus abiecit: neqꝫ enim putauit se posse virtutes simul et diuitias possidere. Nos subfascinati auro christuz pauperem sequimur: et subdit. Quomodo possumus aliena fideliter distribuere qui nostra timide reseruamus: loquitur cōtra clericos cupidos. Qualiter autez clerici absqꝫ superfluo possidere debeant huiusmodi temporalia inquiretur infra. cum de preceptis euangelicis disputabitur.

Cōtra.

Responsio.

Membrum secundum.

De scda lege Utrū ecclesiastice psone possint res hereditarias possidere.

Item q̄ritur de scda lege circa res hereditarias. vtruz sacerdotes ⁊ leuite. siue persone ecclesiastice possint res hereditarias possidere: ꝙ non. videtur per predictam legem. ¶ Itez nume. xviij. dixit dominus ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis: nec habebitis partez inter eos. Ego pars ⁊ hereditas tua in medio filioꝝ israel. ¶ Item in eodem.

Arg. primū.

filijs leui dedi omnes decimas israel. ⁊ subdit in
regenerationibus suis nihil aliud possidebunt.
Ergo cum incomparabiliter sacerdotes et leuite
euangelici teneantur esse perfectiores sacerdoti-
bus et leuitis veteris testamenti: nihil poterunt
hereditarie possidere. ¶ Item rabanus super illã
Scdm.
legẽ Deutero.xviij. Non habebunt sacerdotes ⁊c.
dicit. In veteri ⁊ nouo testamento mĩstris altaris
preceptum est de oblationibus ⁊ decimis viuere.
nec terrenis possessionibus acquirendis conces-
sum est inhyare Unde nolite possidere aurũ neq3
Tertium. Hiero.
argentum.x.Ma. ¶ Item Hiero. ad Nepotia
num. Qui dominum possidet ⁊ dicit cum prophe
ta pars mea dominus nihil extra dominum ha-
bere potest: ꝙ si quippiam aliud preter dominuz
habuerit: pars eius non erit dominus. verbigra-
tia. Si aurum si argentum. si possessiones. si va-
riam supellectilem cum istis partibus dominus
Hiero.
non dignatur fieri pars eius. ¶ Item Hierony.
ad eundem. Si ego domini pars sum et funicu-
lus hereditatis eius. proprie non accipio partem
inter ceteras tribus. sed quasi leuita et sacerdos
viuo de decimis: et altari seruiens altaris obla-
tione sustentor. habens victum et vestitum his
contentus ero.j.Thimo.vj. et nudam crucem nu
dus sequar. Ex his ergo videtur. ꝙ clerici eccle-
Aliud.
siarum: nullo modo possunt terras habere vel ru
sticas res seculares. ¶ Item ad idem Deutero-
no.xviij. Sacrificia domini et oblationes eius co
medent: et nihil aliud accipient de possessione
fratrum suorum. dominus enim ipse est heredi-
Aliud.
tas eorum. ¶ Item iosue.decimotertio.c. Tribui
leui non dedit iosue possessionem. sed sacrificia et
victimas domini dei israel ipse est eius heredi-
Contra.
tas. ¶ Cõtra.nume.xxxv. Precipe filijs israel vt
dent leuitis de possessionibus suis: vrbes ad habi
tandum ⁊ suburbana pecoribus ac iumentis. er-
go ex lege dei Leuite possidebant ciuitates et sub-
urbia. ¶ Item leuiti.vltimo. Si quis agrum pos
sessionis sue vouerit ⁊ consecrauerit domino ⁊ nõ
fuerit redemptus: cum iubilei venerit dies sancti-
ficatus domino erit: et possessio consecrata et ad
ius pertinet sacerdotum. ergo ex hac lege sacerdo
tes veteris poterãt possidere agros ⁊ alia que do-
mino vouebantur. ¶ Item Actuum.iiij. Joseph
qui cognominatus est barsabas ab apostolis le-
uitis ciprius genere cum haberet agrum vendi-
dit cum quod nõ faceret nisi dominium agri suũ
esset. ¶ Item dicit canon concilij agathẽ.xij.q.
j. Episcopi de rebus ꝓprijs vel acquisitis vel quic-
quid de proprio habent heredibus suis si volue-
rint derelinquãt. ergo episcopi qui inter personas
ecclesiasticas seculares videntur esse perfectiores:
possunt hereditaria possidere. ¶ Item sacerdo-
tes ⁊ leuite orientalis ecclesie vxores habent et fi-
lios generãt. Si ergo paterna successione. vel alio
modo nihil hereditarie possiderent: filij eorum le
gitimi nati ex hereditate remanerent. quod est in
conueniens. ¶ Item in canonibus apostolorũ.
legitur. ꝙ episcopus habet potestatem moriens
de rebus proprijs: quibus voluerit et sicut volue-
rit relinquere fortassis enim aut vxorẽ habet: aut
filios: aut propinquos. Justuz enim est apud deũ
⁊ homines: vt nec episcopus vel eius propinqui
proscribantur: sub obtentu ecclesie. Ex quibus re
linquitur ꝙ episcopi et ceteri clerici maxime pos-
sunt hereditaria possidere. ¶ Itẽ reges terre pos-
sunt vouere terrã aliquã ⁊ dominiũ ad conferen-
dum ecclesie. Ergo ſm legem Leuiti.vltimo. Po-
terit ecclesie seu persone ecclesiastice terram et do-
minium possidere. Possunt ergo preter decimas
⁊ oblationes possidere alia. quod videtur esse con
tra leges predictas. ¶ Respon. in veteri testamen
Responsio.
to possidebatur terra ratione facte distributiõis
⁊ diuisionis ſm sortes per tribus: per successionez
iure hereditario debebant ad posteros pertinere.
et ſm hoc intelliguntur predicte leges ꝙ sacerdo-
tes ⁊ leuite nõ habebant partem nec hereditatem
cũ reliquo populo israel. ⁊ similiter ꝙ dicitur pre-
ter sacrificia et oblationes nihil aliud accipient
supple ratione diuisionis terre primo facte per tri
bus. Item possidebatur terra ratione ⁊ titulo do-
nationis subsequentis diuisionem terre. Et ſm
hoc leuite possidebant vrbes et opida ad manen-
dum: ⁊ suburbana ad pascendum pecora sicut ha
betur Numeri xxxv. ¶ Item possidebatur terra
ratione ⁊ titulo oblationis facte deo. ⁊ ſm hoc le-
uite possidebant agros qui vouebantur deo: ⁊ nõ
redimebantur infra iubileum. Leuiti. vltimo.
¶ Item possidebatur terra titulo emptionis: seu
acquisitionis. et hoc modo poterant leuite acqui
rere terras. nec tamen propter hoc dicerentur he-
reditatem accepisse inter fratres. queadmodum
dicitur Geñ.xxij. Quõ abrahaz plantauit nemus:
vbi dicit glo. Abrahaz sicut Stepha. dicit Actuũ
vij. capi. Non acceperat hereditatem ibi nec spa
cium pedis. Intelligenda est ergo hereditas quaz
deus erat sibi daturus et suis posteris ex gratia:
non precio empta. Ex his igitur patet. ꝙ illa que
possidebant leuite ratione donationis subseque-
tis ad diuisionem terre promissionis vel que pos-
sidebãt nomine elemosyne seu oblatiõis: vel que
possidebant titulo emptionis non dicebantur iu
Sacerdotes noui testa.
re hereditario possidere. ¶ Item Leuite et sacer-
dotes noui testamenti quedam possident titulo
et nomine ecclesie et ista non possident heredita-
rie: sed titulo commendationis. commendata eñ
sunt eis temporalia ecclesie: sicut dispẽsatoribus
et procuratoribus Unde Augusti. ad bonifaciuz
Si priuatim ea que nobis sufficiunt possidemus
non sunt illa nostra sed pauperum quorum pro-
curationem quodammodo gerimus: nõ proprie-
tatem nobis vsurpatione damnabili vẽdicamur.
priuatum vero appellat beneficium ecclesiasticũ
separatum: et singulari persone cõmissum. Que-
dam vero possident titulo emptionis et nomine
acquisitionis. vt ea que eis proueniunt solertia
sua ⁊ exercitio sui laboris ⁊ etiam ista non dicunt
hereditarie possidere. Item quedam possident ra
tione successionis a suis parentibus ⁊ hic tantuz
dicuntur iure hereditario possidere res quas pos
sident nomine ecclesie: nec possident hereditarie:
nec possunt heredibus relinquere: ſm ꝙ dicit ca-
non concilij agathen. Res vero quas possident p
acquisitionem non possident hereditarie: sed pos
sunt ea heredibus vel quibuscunq3 relinquere. vn-
de canon concilij Agatheñ. dicit. xij.q.j. Episcopi
de rebus acquisitis: quod habẽt heredibus suis
si voluerint derelinquant. Res vero quas possi-
dent ratione paterne successionis: possident he-
reditarie nec possunt heredibus non relinquere.
Unde Hiere.xxxij.capitulo. Posside aruũ meuz
qui est anathot: quia tibi competit hereditas. et
tu propinquus es vt possideas.
So. ad arg. j.
¶ Ad illud ergo quod obijcit: ꝙ pfectiores debẽt
esse leuite ⁊ sacerdotes noui testamenti ꝙ veteris.
concedendũ est: quia tam illa que possident noĩe
ecclesie que possidentur titulo pauper sicut dicit
Hieronymus

Hieronimus. ꝙ res ecclesie: : res pauperum sunt
ꝙ alia que possident sicut ꝓpria vel per acquisitio
nem: vel hereditarie debent habere sicut cõmunia
cum pauperibus ꝙdiu ipsa possident. vt ea ꝗ pos-
sident ꝓpria possideant sicut cõia. Et hoc modo ĩ
telligitur canõ vrbani pape.xij.q.j Scimus. quia
hactenus vita communis inter xpianos viguit. ⁊
adhuc gratia dei maxime viget inter eos qui in sor
te domini sunt electi.i.clericos. sicut legitur in apo
stolorum actibus.iiij. Erãt illis omnia cõmunia.
Ad secundũ
¶ Simili modo ad illud quod dic Rabanus. dicẽ
dum ꝙ leuitis noui vel veteris testamenti non est
concessum possessionibus acquirẽdis inhyare af-
fectu.s. cupiditatis vel studio secularis negociatio
Ad tertium
nis. ¶ Ad illud quod dicit beatus Hiero. Rñdet
ꝙ intelligitur de clericis qui seculo abrenunciaue-
runt. Sed potest dici ꝙ intelligitur de omnibꝰ qr
debent possidere que possident: quasi non possidẽ
tes per contemptũ rerũ: ⁊ sollicitudinum terrena-
rum put dicit apostolus.ij.Corin.vj. Tanꝙ nihili
Ad alia
habentes: ⁊ omnia possidentes. ¶ Ad alia vo ob
iecta patet solutio. Nã si clerici possident terram ⁊
iusticiam secularem ex ea parte qua sunt clerici nõ
possident ista hereditarie. Aut enim ista possident
titulo ecclesie: ⁊ tunc non hereditarie: qr titulo ele-
mosyne vel oblatiõis ista possidet ecclesia: aut pa
terna successione. ⁊ tunc non possident ista inꝙtũ
clerici. id est in sortem domini vocati.

Membrum tertium.

De legibꝰ iudicialibus in distribuẽdis seu cõmunicãdis rebus. Argumen. j.

INquisito de rebus possidendis. Queren
dum est de legibus iudicialibus in rebꝰ
distribuendis seu cõicandis: de quibus
date sunt plures leges iudiciales. Nam
exo.xxiij. dicitur Sex annis seminabis terram tuã
⁊ congregabis fruges eius. Septimo autem ãno
dimittes eam ⁊ quiescere facies: vt cõmedant pau
peres populi tui. Constans est ꝙ lex ista plena pie
tate est: qua precipitur vt in septimo anno cõmu-
nicent suas possessiones. Cum ergo precepta pieta
tis semper sint obseruanda: istud erit modo obser
Secundum
uandum. ¶ Item similis lex est Leui.xxiij. De die
viij. scenophegie de quo dicit: ꝙ erit sanctissimus
atq3 celeberrimus. est eñ cetus atq3 collecte. ⁊ intẽ
tio huiꝰ precepti erat: vt illo die fieret collecta ad
sustentationem pauperuz ⁊ edificationem taber-
Tertium.
naculi. ⁊ constat ꝙ istud similiter plenum pietate
est: ergo esset seruandum. ¶ Itẽ leui.xxv. Datur ꝑ
ceptum. ꝙ in anno iubileo debeat fieri restitutio
possessionum. manumissio seruorum: quod simili
ter plenum pietate est. ¶ Item leui.xxiij. dicitur.
Postꝙ messueritis segetem terre vestre non seca-
bitis eam vsq3 ad solum. nec remanẽtes spicas col
ligetis. sed pauperibus et peregrinis dimittetis
eas. Glo. hec pietate plena sunt. ¶ Item deut.xv.
Omnino indigens ⁊ mẽdicus non erit inter vos.
Contra.
Cum ergo istud preceptum sit pijssimuz: maxime
erit obseruãdum. ¶ Contra. Gal.iiij. Dies obser
uatis ⁊ annos glo. hiero. Puto equidem hoc de se
ptimo remissionis anno dici Deute.xv. Et de quĩ-
quagesimo qui ab illis dicitur iubileus. Ergo ipe
apostolus reprehendit Gal. de obseruantia predi
ctarum legum: ergo non sunt obseruande tẽpore
gratie. ¶ Item Johã.xij. dicitur. Pauperes sem
per habebitis vobiscum: et iterum.xv. Deutero.
Non deerunt pauperes in terra habitationis tue
ergo nõ est seruandum predictum preceptum om
nino indigens ⁊ mendicus nõ erit apud te. ¶ Re-
Responsio.
sponsio in preceptis iudicialibus de rebus cõmu-
nicandis. Quedam erant figuralia: quedam li-
teralia ⁊ moralia: sed tamen imperfecta: ⁊ hoc du
pliciter. Nam quedam sic erant imperfecta: vt ad
ueniente perfectione essent mutanda. Quedam
vero sic erant imperfecta vt adueniente perfectio-
ne essent perficienda. Quedam vero erant perfe-
cta ſm illũ statum: sed adueniente perfectione ma
iori per statum: quasi contrarium erant euacuan-
da. Dicendum ergo preceptum de obseruatione
anni septimi et octaue diei scenophegie: et anni iu
bilei. erant precepta figuralia. quantum ad for-
mam precepti que erat de obseruantia temporis
in figura: ꝙuis determinatio precepti esset mora
lis vt scilicet pauperes sustentarentur et foueren
tur. et ideo sicut ostendit apostolus. Gal.iiij. non
sunt ad litteram obseruanda. Adueniẽte enim ve-
ritate debet cessare figura. ¶ Item preceptum de
non secanda segete vsq3 ad solum: et de spicis re-
manentibus pauperibus dimittẽdis ad litteram
preceptum pietatis est: sed adueniẽte perfectione
euangelij qua tenemur nõ solũ spicas remanẽtes
sed ipsum frumentũ de horreo tenemur indigenti
bus pauperibus cõmunicare. in necessitate dum
facimus quod plus est: cessat id quod minus est.
¶ Item preceptũ de mutuando fratri ſm literam
pietatis est. sed imperfectum est in hoc ꝙ solum
precipitur mutuum dandũ fratri. Deuterono.xv.
Si vnus de fratribus tuis ad paupertatem vene-
rit non contrahes manum s3 aperies eam paupe-
ri et dabis mutuum quo eu3 indigere perspexeris.
Adueniente vero perfectione euangelij non eua-
cuatur sed perficitur cum dicitur Luce.vj. Diligi
te inimicos vestros ⁊ benefacite: ⁊ mutuu3 date ni
hil inde sperantes in quo iubet mutuum dari etiã
inimico: in casu: sc3 necessitatis. Et similiter Ma
thei.v. dicitur generaliter. Qui petit a te da ei: ⁊ vo
lenti mutuari a te ne auertaris. ¶ Item preceptũ
quo dictum est: ꝙ nõ erit indigens ⁊ mendicus in-
ter vos: id est destitutus auxilio: ⁊ querens panem
per hostia perfectum est quantum ad statum im
perfectionis illius populi qui per bona tempora-
lia ad salutem attrahebãtur. Unde eis fiebat pro
missio temporalium. Esa j. Si audieritis me: bo-
na terre comedetis. Adueniente vo perfectiõe ma
iori populi xpiani: quibus paupertas ⁊ abdicatio
temporaliu3: beatitudo est. Mat.v. Beati paupe
res ⁊c. cessat istud preceptum: quia in vita xpiana
esse indigẽtẽ ⁊ mendicũ non est esse miserũ: sed bea
tum: vnde dicit Orige. super Gene.xlvij. Terra sa-
cerdotum a rege tradita fuit eis quibus statuta
cibaria ex horreis publicis prebebãtur pharao ter
ras suis concessit: christus abstulit suis. Josue tri
bui Leui non dedit possessionem: quia dominus
deus ipse est possessio eius. Christus dicit. Nisi
quis renunciauerit omnibus que possidet: nõ po-
test meus esse discipulus. Luce.xiiij. per hec igitur
patet solutio ad obiecta. ¶ Nam ad illud qd pri-
Solo ad. j.
mo obijcit de communicatiõe terre in septimo an
no quantum ad formam precepti qua precipitur
obseruatio temporis figura est Unde Exod.xxiij.
super illud preceptu3 dicit glo. in senario perfectio
operum in septẽnario requies animarũ exprimit.
Uñ ergo sex annis seminare terrã ⁊ cõgregare fru-
ges eius precipimur: qr in p̃senti vita ꝗ sex etatibꝰ
constat terrã carnis nostre exercere: ⁊ virtutũ semẽ
in ea serere debemꝰ: vt in futuro vitam eternam ac-
cipiamus. Et ideo quantum ad formam precepti

non est obseruandum; quantum vero ad rationē
determinationis que est cōmunicatio bonoꝝ pau
peribus:non solum anno septimo sed omni tepo-
re cum necessitas est obseruandum est. ¶ Simili
Ad secundum. modo ad illud qđ obijcit de octaua die scenophe-
gie:qđ est cetus atq; collecte. Dicenduꝫ ꝙ figura
est octaue resurrectionis: in qua supplebitur defe
ctus meritorum in imperfectis :per abundantiaꝫ
Ad tertium. meritorum in perfectis. ¶ Similimodo dicenduꝫ
de iubileo: ꝙ figura fuit remissionis faciende per
xp̄m:per quam patres sancti de limbo inferni re-
dierunt. Qđ vero precipitur de manumissione ser-
uorum qđ pietatis est ⁊ restitutione possessionuꝫ
ratione abundantioris perfectionis in statu xp̄ia-
nitatis:in quo beatificatur paupertas ⁊ contem-
ptus possessionum; ⁊ predicatur humilitas ⁊ sub
iectionis meritum non seruatur. ¶ Ad reliqua ve
Queritur. ro omnia patet solutio ex iam dictis. ¶ Sꝫ tamē
adhuc queret aliquis de illo iudiciali precepto pie
tatis. Deute.xxiiij. Nō pernoctabit apud te pign⁹
fratris tui;si pauper est:sꝫ statim reddes ei. Et ite
rum. Cuꝫ repetis a proximo tuo rem aliquam nō
ingredieris domuꝫ eius vt pignus auferas;sed sta
bis foris ⁊ ille proferet. Queret ergo cur non poti⁹
precepit creditori vt non auferat pignus qđ eodē
die restituendum est. Si dicatur ꝙ ad compellen-
duꝫ debitorem hoc fieri voluit. Obijcitur quomo
do ergo debitor vrgetur ad reddēdum cum sciat se
pignus eadem die recepturuꝫ. ¶ Respon. ſm Au-
gustinū:ꝙ propter memoriam hoc fieri voluit lex
ne scilicet debitor obliuiscatur reddere maxime q2
misericordia creditoris vincitur cū non debet esse
ingratus si pignus receperit in quo dormiat.

Questio quinquagesima.

de preceptis iudicialibus circa actiones.

Quesito de legibus

iudicialibus pertinentibus ad sta-
tum personarum ⁊ ordinem rerum
querendum est de legibus iudiciali
bus circa ius ⁊ debitum actionum.
Actiones autem hic dicim⁹ per quas inter homi-
nes mutua indigentia supplebatur:vt negociatio
nes:⁊ cōtractus venditionis ⁊ emptionis:mutui
cōmendationis ⁊ conductionis : seu locationis.
¶ Circa contractum venditionis data est lex Le-
uiti.xix.Statera sit iusta ⁊ equa sint pondera : iu
stus modius:equusq; sextari⁹:⁊ iterū Deute xxv.
Pondus habebis equum ⁊ iustum: ⁊ modius eq̄
lis ⁊ verus erit tibi. ¶ Circa contractuꝫ mutui di
cit lex Deute.xxiij. Fratri tuo absq; vsura id quod
indiget cōmodabis:iteruꝫ in eodem. Non fenera-
beris fratri tuo ad vsuram sed alieno. ¶ Circa cō
tractum cōmendationis seu depositiōis dicit lex
Exod.xxij.Si quis cōmendauerit pecuniā amico
suo vel vas:⁊ furto ablata fuerint:si inuenitur fur
duplum reddet. Si latet fur dominus applicabit
addens ⁊ iurabit ꝙ non extēdit manum in rē pro
ximi sui:⁊ si illi iudicauerint dupluꝫ restituet. Itē
dicit lex alia in eodem. Si quis cōmendauerit pro
ximo suo omne iumentum ad custodiendum et
debilitatum fuerit: vel mortuum aut captum ab
hostibus:iusiurandum erit in medio:ꝙ non extē-
dit in rem proximi manum ⁊ reddere non cogetur
⁊ cetera que ibi distinguit lex. ¶ Circa contractuꝫ
conditionis ⁊ accōmodationis ⁊ locationis dicit
lex Exod.xxij. Qui a proximo suo iumētum aliqđ
mutuo postulauerit:⁊ debilitatum seu mortuum
fuerit domino non presente reddere compelletur.
ꝙ si dominus presens fuerit nō restituet: maxime
si cōductuꝫ erat pro mercede operis sui. Item dicit
lex Deute.xxiiij. Non negabis mercedem indigen
tis ⁊ pauperis fratris tui; sed eadem die reddes ei
precium laboris sui. ¶ Circa partem istam queri-
tur primo generaliter:vtrum negociatio sit licita.
Scđo vtrū clericis in aliquo casu sit licita. Tertio
specialiter de predictis cōtractibus multipliciter
dubitatur.

Membrum primum.

Queritur ergo primo vtrum negociari
sit licituꝫ. Ad qđ sic Ioh.crisosto. sup
Mat.xxi. Eijciebat vendentes ⁊ emen
tes dicit. Eijciens dominus vendentes ⁊ ementes
de templo significauit ꝙ mercator nūꝗ potest deo
placere:⁊ ideo nullus xp̄ianus debet esse mercator
¶ Item Crisosto. in eodem. Si quis voluerit esse
mercator:proijciatur de ecclesia dicente propheta
in ps. Quoniam non cognoui negociationes: in-
troibo in potentias domini. ſm.lxx. ¶ Item idem
in eodem. Ostendam qui non est negociator:vt q̄
talis nō fuerit eum intelligas non esse negociato
rem: ⁊ subdistinguit sic. Quicūq; rem comparat
non vt integram ⁊ immutatam vendat:sed vt ma
teria sit sibi inde aliquid operandi: ille non est ne-
gociator:⁊ ponitur exempluꝫ vt iste emit tabulas
vt faceret scrinium ; vel cartas vt faceret librum.
Qui vero rem comparat vt integram ⁊ immuta-
tam vendendo lucretur ille est mercator: qui de tē
plo dei eijcitur : si ergo fere omnes negociatores
sunt tales:negociari erit illicitum vniuersaliter.
¶ Item Cassiodo. super illuꝫ locum ps. Quoniā
non cognoui litteraturam dicit:quid est aliud ne-
gociatio nisi que possit vilius comparare ⁊ carius
velle distrahere: ⁊ subdit. Negociatores tales eie-
cit dominus de templo dicens. Nolite facere do-
mum patris mei domum negociationis. Ex qui-
bus videtur relinqui ꝙ negociari vniuersaliter sit
illicitum. ¶ Contra Augusti. in lib. no. ⁊ vete.te-
stamen. Fornicari hominibus semper non licet ne
gociari aliquando licet:aliquando non. ¶ Itē ne
gociatio potest fieri licite. vnde Augusti. in illo lo
co psalmi. Qm̄ non cognoui negociationes ⁊c. ar
guit sic:ergo non negocientur christiani:et respō-
det:sed ait negociator: affero ex lōginquo merces
mercedē laboris mei:vnde viuam quero. Dignus
est autem mercenarius mercede sua Math.x. Ex
hoc ergo relinquitur ꝙ iuste possum aliquid vili⁹
comparare ⁊ carius velle vendere. ¶ Item glo. su
per illud ps. Qm̄ non cognoui litteraturam:alia
literatura negociationem ⁊c. Non approbaui q̄
faciunt auidi negociatores. Nā auidus acquirē
di pro damno blasphemat pro precijs rerum men
titur ⁊ peierat:sed hec vitia sunt hominis nō ar-
tis:que sine his vitijs agi potest: sicut etiā in om-
nibus artibus male agitur non ex eis:sed ex homi
nibus. De alia ergo negociatione hoc dicit. Nego
ciatores ergo dicit de suis actibus presumentes re
linquitur ergo ꝙ negociari est licitum si fiat si-
ne mendacijs ⁊ periurijs. ¶ Itē si propter mēda-
cia ⁊ periuria culpantur negociatores sicut dicit
Cassiodorus super predictum locum ps. Negocia
tores illi abominabiles existimentur qui per im-
moderatam ambitionem pecunie polluunt mer-
ces suas plus periurijs onerando ꝙ̄ precijs. Obij-
cit Augu. sup eundem locū ps. in originali loquēs
in persona negociatoris sic. Ego mētior:non nego
ciū:possuꝫ enī sine mēdacio dicere tāto emi tāto vē
dā si placꝫ eme quō ergo reuocas me a negociatōe
omnes

Utrum negociatio sit licita.
Argumen.j. Crisosto.
Secundum
Ad tertium.
Contra Aug

omnes artifices mentiuntur: sutores agricole.
Si ergo ꝑpter mendacia sutorum ⁊ agricolaꝝ nō
culpatur ars sutoria vel agricultura : ergo ꝑpter
mendacia negociatoꝝ nō debet culpari negocia-
tio. ¶ Item si ꝑpter auiditatē ⁊ cupiditatē acqui
rendi culpat negociatio. q2 negociatores optant
tēpus carū vt possint carius vēdere annonā quā
seruauerūt. Obijcit Aug. sup eundē locum ps. in
originali. Hoc nō faciūt boni negociatores sicut
nec boni agricole. Ista enī sunt peccata hoīm nō
rerū. Negociatio igit nō me facit malum : sed ini
quitas mea ⁊ mendaciū meū. ¶ Item dicit phs.
Cum quilibet homo ꝙ̄ pluribus rebus indigeat
quas nō pōt per se ad sufficientiā vite perquirere
vt victu vestitu:domo ⁊ hmōi. nō est homini vita
nisi fuerit aggregatio supple cum alijs homini-
bus. ⁊ nō erit aggregatio hoīm vtilis in vita: nisi
fuerit cōnegociatio. Cōnegociatio est supplēs de
fectum vniuscuiusq; cōnegociantiū:qui sunt di-
uersificati in arte vt agricola indiget medico : cuꝫ
ei necessaria medela:et medicus indiget agricola
est ꝑpter cibū. Similiter domificator indiget arti
ficio calciamentoꝝ. ⁊ econuerso. ⁊ iterū. Quod est
apud vnum deficit apud alterū. Unde habens vi
num indiget tritico ⁊ econuerso. Cum ergo cōne-
gociatio inter hoīes fit ad supplendā indigentiā
mutue necessitatis. negociatio nō erit illicita. nec
mala. immo ex iure naturali approbabit. ¶ Re-
spon. distinguendo. Quoniā aliquid dicit illicitū
pluribus modis. Uno modo illicituꝫ dicit qđ est
ſm se malū ex ipsa inordinatiōe actus. qualis est
fornicatio:⁊ vsura. ⁊ hoc modo negociatio ꝑprie
accepta nō est illicita. Unde Augu. ſm hoc dicit.
Fornicari hominib⁹ semp nō licet. Negociari ꝟo
aliquādo licet. Alio modo dicit illicituꝫ qđ est ex
aliqua circūstantia malum qđ contingit plurib⁹
modis. ex circūstantia ꝑsone. ex circūstantia cau-
se. ex circūstantia modi. ex circūstantia tpis. ex cir
cūstantia loci. ex circūstantia cōsortij. ⁊ omnibus
istis modis contingit negociationē fieri illicite :
vel etiam licite. Illicite cū ista inordinate in nego
ciatione cōtingunt. Licite ꝟo cū ordinate. Ex cir-
cūstantia ergo ꝑsone illicita est negociatio: cū ne
gociat clericus. Unde Aug. in lib. questionū no. ⁊
ve. test. Anteꝙ̄ clericus q̄s sit licet ei negociari. fa
cto iam nō licet. Ex circūstantia ꝟo cause illicita
est negociatio laico. cum. s. ꝑpter cupiditateꝫ vel
aliquē maluꝫ finē negociat. in queꝫ modum dicit
Cassiodorus sup ps. Qđ negociatores abbomīa-
biles existimant:qui p immoderatā pecunie am-
bitionē polluunt. ⁊ sicut dicit Aug. Illi qui optāt
carum tps:vt possint carius vendere. Ex circūstā
tia etiā modi negociatio illicita est. cū exercet cuꝫ
mendacijs ⁊ periurijs ſm qđ dicit Chryso. super
Math.xxi. Mercator sine mēdacio ⁊ ꝑiurio esse
nō pōt. i. vix potest. Ex circūstantia ꝟo temporis
illicita est negociatio cū fit diebus solēnibus ⁊ fe-
stiuis orationi ⁊ vacationi diuini deputatis. quia
est cōtra preceptū de sanctificatione sabbati. i. va
cationi dei. Exo.xx. ⁊ Deutero.v. Nō facies in ea
quicꝙ̄ operis ⁊c. Ex circunstantia loci illicita est
cū fit in loco diuino cultui deputato. Math.xxi.
Dn̄s eiecit emētes ⁊ vendentes de templo. Ex cir-
cūstātia etiā ꝯsortij est negociatio illicita. cū. s. ca-
rius vendit res transeūtibus ꝙ̄ manētibus. vnde
dicit ꝯcilium Albañ. Presbyteri plebes suas mo
neāt vt hospitales sint:⁊ nō carius vendant trā-
seuntibus ꝙ̄ mercato vendere possint. Licite vero
negociatio fit cū exercet a cōgrua ꝑsona ⁊ vt laica
⁊ necessaria vel pia causa. vt. s. possit sibi sue fami
lie i necessarijs prouidere : aut opera misericordie
exercere:⁊ debito modo:scꝫ sine mendacio ⁊ periu-
rio ⁊ tempore cōpetenti : vt die non festiua:⁊ loco
concesso ⁊ tali exercitio apto:⁊ iusta existimatione
rei ⁊ commercio prout cōmuniter venditur in illa
ciuitate vel loco in quo negociari contingit: ⁊ ſm
hoc dicit canon ex epistola Clementis. ꝙ negocia
mundana ⁊ secularia opera sibiīnuicem exhibeāt
vacantes laici:⁊ iterum in alio canone ex eadē epi
stola. Unicuiq; laicorum peccatum est nisi inuicē
sibi in his que ad cōmunis vite vsum ꝑtinent ope
ram fideliter dederint: fideliter aūt dare operā est
cū debita cā debito mō ⁊c. negociatio exercet. ¶ Ad Solo ad arg. primum.
primuꝫ ergo quod dicit Crisosto. ꝙ mercator nūꝙ̄
potest deo placere:⁊ ꝙ proijciatur de ecclesia:intel
ligitur de illo qui cum mendacijs ⁊ periurijs nego
ciatur:vnde statim subdit. Mercator sine menda
cio ⁊ periurio esse non potest. i. vix potest. hoc ergo Ad secunduꝫ.
dicit propter illicitum modum negociandi. ¶ Ad
aliud qđ dicit: ꝙ qui cōparat rem vt integram et
immutatam vendendo lucretur ille est mercator q̄
de templo dei eijcitur : faciēda est vis in eo ꝙ dicit
rem integram ⁊ immutatam:⁊ in hoc ꝙ dicit vt lu
cretur. nam in cuius intentione est prouisio ꝑprie
necessitatis:⁊ etiam attētio publice vtilitatis cui
conferunt negociationes: vel affectus pietatis vt
habeat vnde sustentet pauperes:in eius intentio-
ne non est finis vltimus lucrum:sed magis susten
tationis necessitas vel vtilitas vel pietas. In qui-
bus vero intentio vt ex auaricia pecunias congre-
gent:⁊ diuitias acquirant:in eorum intentione fi-
nis vltimus negociationis est lucrum: ⁊ ideo de il
lis intelligitur qđ dicit Crisosto. Item si quis rem
aliquam de vna regione cum labore suo transferat
ad regionem aliā : que res in nullo deteriorata sit
rem vtiq; transfert integram ⁊ immutatam quā-
tum ad substantiam:non tamen quantum ad lo-
cum. Et ideo quia ratione sui laboris potest licite
querere mercedem: non intelligetur de tali verbū
Crisosto. ¶ Item si quis rem sic comparat:vt attē
dat rei periculum in seruando: q2 potest deteriora
ri vel igne consumi vel a fure subtrahi. Si tamē cū
predictis circūstantijs intendat ex venditione ta-
lis rei lucrari:iam ex consideratiōe incertitudinis
euentus futuri ⁊ susceptione periculi in emptione
talis rei certitudinaliter nō comparat rem istā vt
integram ⁊ immutatam vendendo lucretur:⁊ ideo
non de tali intelligitur quod dicit Crisosto. Intel-
ligitur ergo de illo in cuius intentione finaliter lu
crum est et sine labore ⁊ sollicitudine ex auaricia
acquirendi superflua sine termino ⁊ mensura ne- Ad tertium.
gociatur. ¶ Ad vltimum vero quod dicit Cassio-
dorus. ꝙ negociatio est comparare vilius ⁊ carius
velle distrahere:que reprobatur a deo. Dicendum
ꝙ intelligitur de illis cupidis diuitib⁹ qui frequē
ter forum rerum venalium totum sibi accipiunt
vt postea ſm voluntatem suam carius alijs ven-
dant ꝙ̄ venderetur in foro si ipsi non emissent : et
hoc faciunt de frumento et de alijs rebus vite hu-
mane necessarijs:tales vero sunt deo abbomina-
biles. Exemplo domini essent ab ecclesia eijciēdi.

Membrum secundum.

Queritur postea vtrū clericis in aliquo
casu negociatio sit licita. Qđ nō vide-
tur ex predicta autoritate Aug. ¶ Itē
Hieronimus. Negociatorem clericum: ex inope
diuitem ex ignobili gloriosum quasi quandam

Nisio.
Chryso.
Utrū negociari sit clericis i aliquo casu licitum: ꝙ nō. Hiero.

pestem fuge. ¶ Item Canon Gelasij pape reprehendit clericos negociationibꝰ intendentes ⁊ sine pudore recolentes: ꝙ in euangelio dominus negociatores verberatos ex templo legitur expulisse. Math.xxj. Item nec apostolica verba recẽsentes quibus ait. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus.ij. Thi.ij. Item.ps. Quos dauid surda aure dissimulant audire cantantem: qm̃ nõ cognoui negociationes: introibo in potentias domini. Ex his igitur idẽ Gelasius ab om̃ibus secularibus negocijs clericis dicit esse cessandum: qm̃ domus dei domus orationis esse debet: ne per officia negociationis potius sit spelunca latronum.

Contra.

¶ Contra: dicit canon cõcilij Carthagiñ.dis.xcj. Clericus victũ vel vestitũ sibi artificiolo vel agricultura absq; officij sui detrimẽto dũtaxat preparet. Clericus enim qui absq; corpusculi sui inequalitate vigilijs deest stipendio priuatus excõmunicetur. ¶ Item ex ɔcilio carthagñ.iiij. Clericus qlibet verbo dei eruditus artificiolo victum querat. Item omnes clerici qui ad operandũ validi sunt ⁊ artificiola ⁊ litteras discant. ¶ Item Apostolus pro se ⁊ alijs dicit. Laboramus operantes manibꝰ nostris.j.ad Corin.iiij. Itẽ in ps. Labores manuũ tuarum qr manducabis: beatus es ⁊ bñ erit tibi. ergo ipsi apostoli ⁊ prophete ex labore suo supplebant quo ad aliquam aliorũ hoĩm indigentiam vt ipsi per eos in alios supplerent suã indigentiã: vt in cibo seu alio: sʒ hoc est sicut dicit phs in ethicis: cõnegociatio. Relinquitur igit ꝙ clericis seu quibuscunq; licitũ erit negociari.

Responsio.

¶ Responsio. Negociatio seu mercatio dicitur pluribus modis cõmuniter ⁊ proprie. Cõmuniter circa contractuʒ acquisitiõis per mutuũ. Proprie circa acquisitionem per contractum emptionis ⁊ venditiõis. Minus proprie circa acquisitionem in contractu venditionis. Primo modo vsura dicitur mercatio seu negociatio. vnde Crisosto. super Math.xxj. super illud Eiecit ementes ⁊ vendentes de templo. super omnes mercatores maledictus est plus vsurarius ipse nanq; rem datã a deo vẽdit nõ cõparatã: post fenus rem suam repetit tollens aliena cum suis. Mercator enim non repetit rem venditã: ⁊ hec negociatio degradatione punitur in clerico: sicut dicit Canon.distin.xlvij. Si quis clericorum detectꝰ fuerit vsuras accipere: placuit degradare. Secũdo modo negociatio dicitur in emptiõe rei alicuiꝰ vt postea vendatur: ⁊ qr sicut patet ex precedentibus vix potest exerceri sine peccato: ideo interdicta est illis qui debent prebere alijs exemplum virtutis: vt clericis. dicitur enim in Eccli. xxvj. Difficile exuitur a negligẽtia sua negocians: ⁊ iteruʒ.xxvij. De illo qui queret locupletari inter medium emptionis ⁊ vẽditionis angustiabitur peccatis. Tertio modo minus proprie dicitur negociatio in acq̃sitione per venditionem. Circa qđ distinguenduʒ est: quia aut venditur res cuius valor totus est ex artificio: non ex materia: vt storie que fiunt ex iuncis; ⁊ asuriũ quod fit ex quibusdã quasi impciabilibus: ⁊ huiusmodi venditio seu negociatio est cõcessa simpliciter clerico ⁊ etiã monacho: sicut dicit Hiero. ad rusticũ monachum. Si habentes potestatem apostoli de euangelio viuere laborãt manibus suis ne quem grauarẽt: cur tu in vsus tuos successura nõ prepares: vel fiscelam texe iunco: vel canistrũ plecte viminibus: fabricare aluearia apũ ad quas te mittunt prouerbia Salomonis: ac regiam disciplinã in paruis disce corporibus. Item aut venditur res cuius valor est ex materia ⁊ artificio: vt si contingat emere materiã vt melioretur ⁊ fiat preciosior per artificiuʒ: vt si quis emat pergamenum vt inde faciat librum: vel tabulas vt inde faciat scrinium: ⁊ hec iterum negociatio concessa est clerico in necessitate ⁊ etiã monacho. Unde Hiero. ad Rusticum. Scribantur illi libri vt manus operetur cibos ⁊ anima lectione saturetur: taxant ⁊ lina capiendis piscibus. Egiptiorum monasteria hũc morem tenent: vt nullum absq; labore suscipiãt. Et de tali negociatiõe dicit Crisosto. Quicunq; rem comparat vt materia sibi sit aliquid operandi: ille non est negociator supple proprie.

De clericis egiptij.

Item aut venditur res cuius valor totus est ex se ipsa non ex artificio ꝙ vendens superaddat: ⁊ tũc aut emit vt vendat: aut non emittur: sed donata vel alio modo acquisita venditur: si emitur vt vendatur sic est negociatio predicta que interdicta est clerico. Si vero non est empta sed donata vel acquisita: alio modo venditur: sic est negociatio minus proprie dicta: que omnibus est concessa: de qua loquitur phs. Ex his igitur patet responsio ad obiecta. ¶ Notandum tamen est ꝙ q̃uis clericis ꝫm distinctionem predictam non licet negociari: et liceat sibi proprijs manibus querere victum ꝫm formam apostoli: non tamen licet eis vt per hoc subtrahant se ecclesiasticis officijs sicut dicit canõ.distin.xcj. quod precipue intelligitur de beneficiatis ⁊ in sacris ordinibus constitutis. Nam illi sunt diuinis obsequijs mancipati. vnde dr.xviij. Nume. Aaron ⁊ alijs sacerdotibꝰ. Ego dedi vobis fratres vestros leuitas de medio filiorum israel: ⁊ tradidi donũ domino vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius.

Membrum tertium.

De contractibus predictis

Q Ueritur postea specialiter de cõtractibus predictis. Et primo de contractu venditionis ⁊ emptionis. Nam volẽs lex seruare iusticiam in vendendo ⁊ emendo sicut dictum est: dedit legem de ponderibus ⁊ de mẽsuris. vnde Deute.xxv. Nõ habebis in sacculo diuersa pondera: minus ⁊ maius: nec erit in domo tua modius maior ⁊ minor ⁊c.

Queritur.

Queritur ergo cũ quedam res vendantur in pondere: quedam in mensura: quedam in numero: quare lata est lex iudicialis de seruanda iusticia in põderibus ⁊ mensuris: et non in numero.

Responsio

¶ Ad quod breuiter dicendum est ꝙ circa ista circa que cõtingit error et deceptio necessaria est lex ⁊ ars rectificans actionem ⁊ eliminans errorem seu fraudem. Ubi vero non contingit errare nec decipi habentem rationem: non erit necessaria lex seu ars. Quia ergo in ponderibus et mensuris contingunt deceptiones ⁊ fraudes: in numero vero non: data est lex iudicialis de ponderibus ⁊ mensuris ⁊ nõ de numero.

Queritur de mutuo

¶ Item querendum est circa contractum mutui: quia videtur lex concedere vt possit dari mutuum ad vsuram alieno: q̃uis non fratri Deute.xxiij. Sed de hoc quesitum est supra questione de mandato legis. non furtum facies.

Queritur de deposito.

¶ Item queritur circa cõtractum commendationis seu depositi: nam per distinctionem legis. Exodi. xxij. Si deposita pecunia furto ablata esset: ⁊ non inueniretur fur ille qui receperat depositum: aliquando iudicabatur ad duplum. Si vero commendatum vel depositum esset iumentum asinus vel bos et furto ablatum esset: nunq̃ iudicabatur nisi ad restituendum damnum: plus ergo puniebatur in deposito amissio pecunie q̃ amissio bouis vel ouis.

Sed cõtra

¶ Sed cõtra. plus puniebatur furtum bouis vel ouis q̃ furtum pecunie. Nam furtũ bouis in q̃ntuplũ: furtum bouis in quadruplum: furtũ vero pecunie non nisi in duplum. Exod.xxij. ergo et in deposito plꝰ debuit puniri amissio bouis vel ouis q̃ amissio pecunie.

Responsio.

¶ Responsio. in amissione depositi punitur negligentia: in amissione vero furti punitur audacia: qr ergo in amissione pecunie deposite seu cõmendate maior accidit negligentia si furto distrahatur: q̃ in amissione bouis vel ouis cõmendate: qr pecunia solet ⁊ debet artius custodiri vt in archa ⁊ sub claui q̃ bos vel ouis. ideo minor est oportunitas furi ad furandũ pecuniaʒ q̃ ad furandũ bouem vel ouẽ. Maior autem negligentia in depositorio cũ amittit pecuniam: q̃ cuʒ amittit bouem vel ouem. Item qr in amissione furti punitur audacia malefaciendi: maior autẽ audacia contingit in maleficijs: vbi maior pronitas ⁊ ibi maior pnitas: vbi maior oportunitas. Maior autem oportunitas est ad furandum bouẽ vel que leuiter custodiuntur: q̃ ad furandũ pecuniaʒ que artissime custoditur. Ideo plus puniri debet fur bouis vel ouis q̃ fur pecunie.

Queritur de cõtractu locationis.

¶ Itẽ queritur specialiter circa cõtractũ locationis. Nã videt cõtractus locationis similis esse cõtractui vsurario. nam qui locat agrum vel domum vel equum rem suam cõmodat vt accipiat preter sortem. Si ergo contractus vsurarius ideo peccatum est: qr ex mutuo accipitur supra sortem: vel speratur accipi: ergo similis est contractus locationis contractui vsurario. Si ergo contractus vsurarius ꝫm legem illicitus est: ergo contractus locatiõis.

Responsio.

¶ Respõdeo ꝫm Jo. Crisosto. super illud Math.xxj. Eiecit ementes ⁊ vendentes ⁊c. dicentem sic. Qui agrum locat vt agrariaʒ accipiat: aut domũ suam vt pensiones accipiat: non est similis ei qui pecuniã dat ad vsuram: absit. Primo quidem: quoniam pecunia non est disposita nisi ad emendum. Secundo quoniam agrum habens arando accipit ex eo frumentum: habens domum vsum mansionis capit ex ea: ⁊ ideo qui locat domum vel agrũ suum vsuʒ dare videtur: ⁊ quodãmodo videtur mutare cum lucro lucrum: ex pecunia reposita nullum vsum capit. Tertio: ager vel domꝰ veterascit: pecunia vero non.

De cõtractu cõductionis.

¶ Item queritur circa contractum cõductionis mercenarij: de quo dicit lex: ꝙ eadeʒ die reddet ei precium. Deutero.xxiiij. ⁊ Leuiti xix. Non morabitur opus mercenarij tibi apud te vsq; mane. i. operis merces. Queritur ergo si mercenarius dãnificetur nisi illa nocte receperit mercedem: aut qr non habet vnde sustentetur: aut qr totum tenetur eadem nocte soluere. Nunquid cum restitutione mercedis tenetur etiam restituere damnum quod passus est: ⁊ ille qui conducit mercenariũ. ¶ Preterea quantum tenetur restituere. Nam dicitur. xxxiiij. Eccli. Qui defraudat mercedem mercenarij: ⁊ qui effundit sanguinem fratres sunt. Et Jaco.v. dicitur diuitibus. Ecce merces operariorum vestrorum que fraudata est a vobis clamat: et clamor eorum in aures domini sabbaoth introiuit. ¶ Responsio. dicẽdum ꝙ tenetur restituere damnum ⁊ etiam tãtum quantum mercenarius sustinuit. Unde Leuiti.xix. super illud. Non facies calumniam ⁊c. Augustinus. Omnia que prohibentur cõmitti in proximum: ad hoc vnum referenda sunt: nõ nocebis proximo. Dicendum ergo ꝙ quãtum nocuit: tantum restituere debet.

Questio.lj.de decimis.

Dicto de legibus iudicialibus circa cõmunicationẽ rerum respectu proximi. dicendum est de legibus iudicialibus circa distributionem rerum ad honorem dei et sustentationem sui ministri. Circa que erant leges de decimis ⁊ primitijs ⁊ oblationibus. vnde. xxij. Exod. dicitur. Decimas tuas ⁊ primitias nõ tardabis offerre. Et.xxiij. eiusdem de oblationibꝰ subditur. Nõ apparebis in cõspectu meo vacuus. Querendum ergo primo de decimis: deinde de primitijs: tertio de oblatiõibus. Item circa decimas Primo queritur generaliter de institutione decimarum: primitiarũ: ⁊ oblationum. Secundo specialiter. vtrum decime sint in precepto vel cõsilio. Tertio an preceptum de decimis sit morale: an cerimoniale. Quarto de quibꝰ debeat dari decima. Quinto quando debeat dari decima. Sexto quibus debeat dari decima. Septimo, qui teneantur dare decimam. Octauo de emptione et venditione decimarum.

Membrum primum.

De institutione decimarũ. Utruʒ a iure naturali. Argumen.j.

Circa institutionem decimarum sic queritur. vtrum emanauerit institutio decimarum ⁊ alioꝝ a iure naturali: ⁊ de tempore institutionis. Quantum ad primũ obijcitur sic. Differũt ea que pertinẽt ad ius naturale ⁊ ius positiuum: per hoc ꝙ decreta iuris positiui variantur ꝫm tempus ⁊ locum: nec seruãda sunt semper ⁊ vbiq;. Decreta vero iuris naturalis non variãtur: immo seruanda sunt semp ⁊ vbiq;. Si ergo decretum de decimis soluendis: et etiam de oblationibus seruãdis est semper ⁊ ante legem ⁊ in lege: et tempore gratie ⁊ etiam vbiq; apud omnes: relinquitur ꝙ eorum institutio est a iure naturali.

Secundum.

¶ Item de dictamine iuris naturalis est illud. Prouerb.iij. Honora dominum de tua substantia: ⁊ de primitijs frugum tuarum da pauperibus. ¶ Item de iure naturali etiam est ꝙ sustentãdus est minister dei de nostra substãtia: q̃ seminanti spiritualia debeamus ministrare carnalia seu temporalia: sicut dicitur prima Corin.ix. Si ergo non ad aliud est institutio decimarum: primitiarum: ⁊ oblationum: nisi de nostra substãtia honoretur deus vt sustentetur minister eius seu pauper proximus: ergo institutio horum est a iure naturali. Sicut enim dicũtur esse artis alicuius que ordinantur ad finem illius artis immediate: ita ⁊ dicentur esse iuris naturalis que ordinantur ad finem illius.

Contra.

¶ Contra. Que sunt iuris naturalis sunt scripta in corde hominis.ij. Roma. Ostendunt opus legis scriptum in cordibꝰ suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum: q̃uis autem in corde hominis scriptũ sit: ꝙ de propria substantia honorandus sit deus ⁊ sustentandus minister eius: non tamen scriptum est de quota parte: vt nec de prima vel decima: sicut nec de secunda vel tertia Si ergo institutio de decimis determinat aliquotam partem: non est de iure naturali.

Queritur secũdo de tẽpore institutionis.

¶ Item queritur de tempore institutionis decimarum ⁊ primitiarum. Nam dicit Hugo de sancto victore: ꝙ decime erant institute in remedium originalis peccati: vt medicina morbi. Si ergo q̃cito incipit morbus necessaria est institutio

Hugo.

medicine.sed statim post peccatum ade inualuit
morbus originalis peccati.ergo statim debuerūt
institui decime.¶ Cōtra.Primitie institute sunt
vel ceperunt ab Abel.sicut patet Geñ.iiij.decime
vero non ceperunt nisi a tempore abrahe.sic patz
ex Geñ.xiiij.post victoriam regum.ergo nō a pn-
cipio instituta est decima.¶ Item queritur.qua-
re non a principio instituta est decima sicut primi
tie.¶ Item primitie institute sunt ante diluuiuz
in Abel.decime vero post diluuium in abraham.

Querit tertio De oblationibus.

¶ Item queritur de oblationibus.Nam oblatio
sm ꝙ distinguitur a primitia ⁊ decima: instituta
legitur a Cayn.de quo dicitur Geñ.iiij.ꝙ obtulit
de frugibus terre munera domino.⁊ iter in Noe.
de quo legitur Geñ.viij.De pecoribus ⁊ volucri-
bus mundis obtulit holocaustum domino. Itez
in Mechisedech Geñ.xiiij.Melchisedech rex sa
lem obtulit panem ⁊ vinum.Erat enim sacerdos
dei summi.Queritur ergo vnde varietas ista ob-
lationum in lege nature.¶ Item queritur quare
in canone misse petimus oblationez nostram ac-
ceptam fieri sicut oblationem Abel ⁊ abraham ⁊
Melchisedech: ⁊ non ipsius patriarche Noe de
quo legitur.viij.Geñ.ꝙ obtulit holocaustum su
per altare.Odoratusqꝫ est dominus odorem sua-
uitatis.

Rñsio.

¶ Responsio. Ad primum dicendum.ꝙ
decretum de decimis intelligi potest duobus mo
dis sm determinationem:et sm indeterminationem
sm determinationem in taxatione talis par
tis soluende deo: et sic accipitur in ratione pro-
pria scōm indeterminationem . in solutione ali-
cuius partis substantie soluende deo vel eius mi-
nistro. et sic accipitur in ratione vniuersali. Di-
cendum ergo ꝙ sm primū modum sm quid:⁊ nō
simpliciter institutio decimarum est a iure natu-
rali.Secūdo modo simpliciter est a iure naturali
Nam ius naturale dictat.sicut ostendebat ꝙ ho
norandus sit deus de propria substantia: ⁊ ꝙ den
tur tēporalia ministranti spiritualia.Quō vero ta
lis pars hoc nō dictat simpliciter sed sm quid: vt
cum adiuuatur ratione vel arte vel gratia seu in-
spiratione.tunc eñ quodammodo inclinatur na
tura ad solutionem talis partis.¶ Nota ergo ꝙ
cum simpliciter p dictamē iuris naturalis tenere
tur homo ꝙ honorandus esset deus de ppria sub
stantia ꝙ ipsum in solutiōe decime honoraret:in
stinctū quēdā habuit ex arte.nam cū sciret deum
honorandū principium ⁊ actorē bonoꝝ ⁊ cōsum-
matorē ⁊ finē bonoꝝ in solutione primitie ptesta
batur ipsum esse bonoꝝ pncipiū ⁊ actorem.Ex ar
te vo noticie nūeroꝝ instinctū habuit vt offerret
decimā ad ptestandū ipsum deū cōsummatorem
⁊ finem bonoꝝ.Nam ab vnitate numeris coordi
natis primus limes ⁊ cursus als terminus nume
roꝝ est denarius numerus.⁊ p replicationē vnita
tis ⁊ ceteroꝝ numerorū ad ipm formant numeri
cōsequētes.Unde Isid.sup illud Exod.xxij. Deci

Isidorus.

mas ⁊ primitias tuas nō tardabis offerre.dicit p
primitias frugū vel primogenitoꝝ:pncipia bono
rū operū ostendunt.In decimis vo denarius pfe
ctionē signat:qꝛ vsqꝫ ad ipz nūerus crescit. ideoqꝫ
sicut in primitijs principia voluntatū:ita in deci-
mis cōsummationes nostroꝝ opeꝝ ad deū refer-
re pcipimur.a quo ⁊ boni opis initiū et pfectiōis
donat effectus.Item quendā instinctū habuit ex
rōne.Nam cū cōferret ratio que vniuersalit erāt
necessaria sustentationi vite humane.inueniebat
sm exigētiā nature octo ptes necessarias sustēta-
tioni ⁊ psone ⁊ sue familie.Nā sm decursum na-
ture cōmuniter tunc viuere poterant hoīes vsqꝫ
ad quartam generationem. Quattuor autē gene
rationes adminus ponunt octo personas:patrē ⁊
matrē:filium ⁊ filiam:nepotē ⁊ neptē:pronepotē ⁊
pneptē.Octo ergo partes iudicauit necessitas su-
stentationis proprie ⁊ familie.Nonā vero partem
necessario iudicauit retinere p semente ⁊ recolitio
ne.De decima vero que super excrescebat iudicare
debuit honorandum deū.¶ Item quendā instin-
ctum habuit ex inspiratione facta seu reuelatione
facta ade:cū fuit raptus in extasi ad curiā angelo
rum:ex quo notum fuit homini creaturā angeli-
cam nouē ordinibus distinctā:⁊ ipsum hominem
in decimo ordine rationalis creature cōditū.Si er
go homo in substātia qua honorabat deū debuit
protestari ordinē sue cōditionis ad laudē ⁊ gloriā
cōditoris: cōueniebat offerre decimā ⁊ non partē
aliam:iuxta parabolā de dragma decima Luc.xv.

Solo ad arg. primum.

¶ Ad illud ergo qō primo obijcitur:ꝙ decretū de
decimis semp est seruandū. Distinguendū est : qꝛ
seruādū potest dicere vel debitū seruari vel dignū
seruari.Si seruandū dicat debituz seruari : dico ꝙ
nō semper erit seruandū: qꝛ nō oīni tēpore fuit pre
ceptum seruari : nec etiā omni tēpore seruabatur
vt ante tempora abrahe.Si vero seruandum dicat
dignum seruari:concedendū ꝙ omni tēpore seruā
dum est:nō tamē sub tali aliquota vel tali simpli-
citer ⁊ in ratione determinata est iuris naturalis:
sicut patet ex dictis. ¶ Similiter ad illud qō secū

Ad secunduz.

do obijcit ptz respōsio. Nā sm indeterminationē
decretum de decimis est scriptū in corde hominis
scōm vo determinationē nō est scriptum in corde
hoīs simpliciter:sed tm sm quid.¶ Ad secunduz

Ad scōm q̄ querit de tpe institutionis.

vero qō querit de tēpore institutionis:dicenduz ꝙ
cum sine fide saluatoris implicita vel explicita nul
li homini post peccatū potuerit esse salus:vt dicūt
bea. Augu.⁊ bea. Petrus actu.iiij. Per successum
tēporis demonstrabatur persona saluatoris. Pri
mo in natura deitatis seu substātia cōditoris pro
pter qō honorari debuit primitijs ⁊ primogenitis
gregis ab abel:vt significaretur ꝙ ille q̄ erat prin-
cipiuz conditionis ⁊ primogenitus filius dei esset
principiū reparationis.Secūdo:persona saluato
ris reuelabat in natura creata : in qua assumeret
officiū mediatoris ⁊ oblationē offerret ⁊ sacrificiū
placationis p hoībus ad deū: ppter qō honorari
debuit in oblatiōe ⁊ sacrificijs.Tertio: qꝛ nescieba
tur adhuc in qua natura:vtrū angelica vel huma
na facta est reuelatio:ꝙ in hūana natura in qua
expleret officiū redēptoris honorari debuit in deci
ma:in q̄ designat hūana natura Luc.xix.Qꝛ ergo

Institutio primitiarū.

a principio facta est abel reuelatio psone saluato-
ris vt cōditoris in substātia deitatis:ideo institu-
ta est primitia. Qꝛ vo Noe facta est reuelatio in-
determinate in natura creata vt mediatoris: ideo

Oblationū

in ipso legit institutio oblationis accepte deo.Qꝛ
vo abrae pmo determinatio ⁊ demōstratio psone
saluatoris in natura hūana cū dictū ē ei Ge.xxvj.

Decimarū

In semine tuo bñdicent oēs gētes in abrahā insti-
tuta est decima.Et p hoc ptz rñsio ad primū:⁊ etiā
ad scōm:quare.s.nō a pncipio instituta est decima
Nā sicut dicit Hugo de san.vi.in lib. de sacramen
tis.Oportuit vt sm successuz tēpoꝝ spūaliū signa
gratiaꝝ magis euidētia ad eā declarādā formareu
tur vt cū affectu salut' cresceret cognitio veritatis.

Ad tertiuz q̄ querit de oblationibus.

¶ Ad tertiū vo de oblatione dicēdū.ꝙ oblatio du
plici de cā instituta est.Una in ptestationē bñficij
conditoris:alia in ptestationē bñficij saluatoris.
Ex prima cā Cayn intelligēs oēs fructus esse bñfi
cia cōditoris:obtulit de frugib9 mūera dño ge.iiij.
sz qꝛ ex cupiditate meliora sibi retinuit sicut pz per
aliam

aliam litteram.Deuz non sicut decuit honorauit
⁊ ideo dicit scriptura:ꝙ deus ad munera eius non
respexit.Ex secunda vero causa Noe a deo inspira
tus ⁊ Melchisedech obtulerunt: sed Noe sacrifi-
cium animaliū in signū sacrificij semel fiendi per
xpm.Melchisedech vo panem ⁊ vinū in signū sa
crificij corporis ⁊ sanguinis domini cōtinuandi ⁊
iterandi vsqꝫ ad iudiciū q̄diu indigeret homo su-
stentatione que est per panē ⁊ vinū. ¶ Ad vltimū

Quare Abel Abraham et melchisedech i cano. nominantur.

dicēdū ꝙ in canone misse illos tres specialiter no
minam9:Abel:Abrahā:Melchisedech:qꝛ in obla
tione istoꝝ expressa est persona saluatoris: vt cōdi
tor in primitijs abel:vt mediator in sacrificio mel
chisedech sacerdot':vt redemptor in decima abra-
he. Noe aūt patriarche sacrificiuz omittimus et
melchisedech recitamus: qꝛ noe obtulit sacrificiū
pecoris sm ritum legis veteris. Melchisedech sa-
crificiū vini ⁊ panis sm ritum noue legis:in q̄ tra
dendū erat sacramentū dñici corpis ⁊ sanguinis.

Membrum secundum.

Utrū decime sint in pcepto vel in cōsilio. Arg.ꝙ in ɔsi.

DEinde queritur:vtrū decime sint in pre-
ceptovel in consilio:⁊ ꝙ sint in cōsil. ovi
detur:qꝛ Geñ.xiiij.legit ꝙ Abraham de
dit decimas melchisedech :nunq̄ tñ le-
gitur sibi fuisse preceptū.¶ Itē Gene.xxviij.dicit
de Jacob.Uotum vouit dicens. Si fuerit dñs me
cū ⁊c.⁊ sequit.cunctorū q̄ dederis mibi decimas of
ferā tibi. Cū igitur votū nō sit de his que sunt in
precepto:sed solū de his que sunt in cōsilio pprie:
ergo solutio decimarū est in consilio.¶ Itē nō est
ratio quare dicant esse in precepto nisi qꝛ seminan
tibus spūalia debetur merces seu sustentatio tem
poralis sm illud Luce.x.Dignus est operari9 mer
cede sua.⁊.j.Corin.ix.Si nos vobis spiritualia se-
minam9:nō magnū est si vestra carnalia metam9
Et sup.lxxx.ps.v.Sumite psal.⁊ date tympanuz.
Glo.exponit sic. Sumite spūalia ⁊ date tempora-
lia seu carnalia:sed cōstat ꝙ hec ratio nō determi-
nat hanc aliquotā.s.decimā : ergo videtur ꝙ dare
decimā non sit in precepto:licet dare aliquid scz su
stētationē temporalē ministro dei sit in precepto.

Contra. ꝙ sit de precepto.

¶ Contra Leuiti. vlti.datur preceptū de decimis
vbi dr.Oēs decime terre seu de frugib9 seu de po
mis arborū dñi sunt:⁊ infra loquens de pecoribus
dicit : quicquid decimū venerit sanctificabit dño.
¶ Item dicit. Nume.xviij.filijs leui dedi oēs deci
mas israelitis in possessionem pro ministerio quo
seruiūt mihi in tabernaculo federis.¶ Itē Mala
chie.iij.Inferte omnem decimā in horreū meum
¶ Itē Math.xxiij.dicens.Ue vobis scribe ⁊ pha-
risei hypocrite q̄ decimatis mentā ⁊c.⁊ sequit hec
oportuit facere:⁊ illa non omittere : sup quo dicit
glo.Precepit dñs omniū rerū decimas offerri pro
pter alimoniā sacerdotū .¶ Item Exo. xxiij.Deci
mas ⁊ primitias non tardabis offerre: dicit Aug.
Si tardius dare peccatum est:quātomagis pecca
tum est nō dedisse: igitur tum ex autoritate legis:
tum ex autoritate prophetarū : tunc ex autoritate
euangelij:tum ex autoritate sanctorū videtur esse
in precepto solutio decimarū. In iure autē canoni
co in multis locis expressius hoc habetur. ¶ For
te dicet aliquis:ꝙ in veteri lege erat hoc in pcepto
sed in noua lege non est in precepto quantū ad istā
aliquotā.Sed contra.Ratio hui9 precepti in vete
ri lege erat propter sustentationem ministrorū do
mino seruientiū:sicut dicunt predicte autoritates
Nume.xviij.⁊ Malach.iij.Cuz igitur in noua le-
ge maxime tunc temporis multiplicētur ministri
eccl'ie:ergo nūc multomagis danda est eis aliquo
ta equalis vel etiā maior. ¶ Preterea . Math. v.
Nisi abundauerit iusticia vestra plusq̄ scribaruz
⁊ phariseorum nō intrabitis in regnū celorum: et
iterum Luce.xviij Decimas do omniuz que possi
deo:dicit phariseus:ergo ad hoc vel ad amplius te
nentur xpiani si volunt in regnum celorū intrare.

Responsio.

¶ Responsio.Cum distinguantur tēpora ante le
gem:in lege post legem:in gratia euangelij. Dicē-
dum ꝙ sm indeterminationē vt scz aliquota pars
substantie daretur ad sustentationem ministrorū
dei semper fuit in precepto ⁊ de iure nature: vt di-
ctum est Gene.xlvij.Sacerdotibus egipti cibaria
ex horreis publicis prebebantur . Scōm determi-
nationem vero talis partis:scz decime ante legem
fuit in cōsilio.In lege vero fuit in precepto simpli-
citer.Exodi. xxij.⁊ Nume.xviij . In tempore vero
gratie facte sunt in precepto:cum necessitas est vt
petantur a ministris: vel etiā si non petuntur duz
tñ sit consuetudo regionis.Unde Decretalis Ale
xand.extra de deci.⁊ primi. Mandamus quaten9
parochianos vestros monere curet':⁊ si op9 fuerit
sub excōicationis districtione compellere vt de p-
prouentibus molendinorum piscariorum feno et
lana ecclesijs quibus debētur cum integritate per
soluāt.¶ Item decretalis Innocen. iij.concilij la-
terañ.Ille quippe decime necessario sunt soluende
que debētur ex lege diuina vel consuetudine appro
bata:quod infra plenius determinabitur.

Membrum tertium.

Utrū pceptū de decimis sit morale an cerimoniale.

COnsequenter queritur: vtrum preceptū
de decimis sit morale: aut cerimoniale:
probatur ꝙ cerimoniale: qꝛ non est scri-
ptum in corde hominis:non eñ est scri
ptum in corde hominis:ꝙ debeat dare decimā vel

Argumen . j.

vndecimā:⁊ sic de alijs aliquotis:sed precepta mo
ralia scripta sunt in corde hominis : vt dicit Aug.
ergo preceptum de decimis non est morale: ergo

Secundum

est cerimoniale.¶ Item preceptum de sabbato est
cerimoniale:eo ꝙ per illud significabatur sabba-
tum:hoc est quies pectoris seu mentis. Similiter
preceptū de circuncisione fuit cerimoniale: eo ꝙ p
illud significabatur circuncisio cordis:ergo eadez
ratione preceptum de decimis est cerimoniale : qꝛ
significat ꝙ cōsummatio bonorum operum dan-
da est deo:sicut dicit glo.ysido.s̄.exo.xxij. vt dictū

Tertium.

est.s̄.¶ Item preceptuz fuit iudeis dare decimas
et primitias leuitis : vt scilicet esset cibus in do-
mo domini.Ergo cum preceptum de primitijs sit
cerimoniale:quia iam nō remanet:similiter ⁊ pre-
ceptum de decimis est cerimoniale . ¶ Item dicit

Quartum

beatus Jacobus actuū xv.Uisum est spiritui san-
cto ⁊ nobis: nihil vltra imponere vobis oneris q̄
hec necessaria:vt abstineatis vos ab immolaticijs
simulachrorum ⁊ sanguine ⁊ suffocato ⁊ fornica-
tione:sed dare decimas onerosum est:ergo non est
preceptum credentibus degentibus : ergo sm hoc
modo non tenentur laici dare decimas : ergo pre-

Contra. Augusti.

ceptum de decimis non fuit morale. ¶ Cōtra Au
gustinum. Decime sunt tributa animarum egen-
tium : ꝙ si decimam dederis: non solum abun-
dantiam fructuum recipies : sed corporis sanita-
tem . Si ergo decime sunt tributa:ad illas tenen-
tur homines sm illud Mathei.xxij.Reddite que
sunt cesaris cesari ⁊ que sunt dei deo. Et ad Rom.
xiij . Cui tributum . tributum ⁊c Sed non tene-

pmur nunc ad cerimonialia: ergo preceptū de decimis non est cerimoniale. ¶ Item que sunt de lege nature non sunt cerimonialia. Sed oblatio decimarum videtur de lege nature: qđ videtur per hoc qđ in tempore legis nature obtulit Abraham decimas ⁊ Jacob: nec videtur aliquid dictasse eis nisi natura: ergo non sunt cerimonialia. ¶ Preterea de iure nature est: vt faciat homo id qđ ordinatur ad salutem anime. Decime ẽ ordinātur ad salutem anime: vt patet in predicta autoritate Augu. ergo sunt de iure naturali decime: ergo nō est p̄ceptū de decimis cerimoniale. ¶ Item August. Qui sibi aut premiū cōparare: aut peccatorū desiderat indulgentiā promereri: reddat decimā: ⁊ de nouez partibus pauperibus faciat elemosinā: ergo decime sunt ad salutē anime: ⁊ inde vt p̄i. ¶ Itē Augusti. Volumus cum deo partiri decimas ⁊ ideo totuz tollitur. Ex quo etiā videt qđ solutio decimarum sit morale ⁊ non cerimoniale.

Responsio. ¶ Responsio. Preceptum de decimis est preceptuz iudiciale: vnde nō est dicendū morale: qz m suā determinationem non est scriptū in corde hominis: nec cerimoniale: qz nō est datuz principaliter in figurā significatiōis: sed iudiciale: qz datum principaliter p̄ mrationē equitatis mutue distributionis: vt sit cēl tas dati ⁊ accepti inter seminantē spiritualia: et dantem tempozalia: p̄m qđ possibile est. Nam in carnalibus. i. in tempozalibus necessaria fuit determinatio: qz illa partibilia sunt: in spūalibus vero fuit impossibile. Nam spiritualia totaliter erogantur absq; diminutione substantie donatoris.

Solutio ad argu. primuz. ¶ Ad primo ergo obiectū dicendū est: q̄ preceptū de decimis quantum ad substantiā suam scriptū est in corde hominis. Cuilibet enim dicit cōscientia q̄ danda sunt tempozalia eis qui ministrant spiritualia: sed nō est scriptū quota pars sit danda: q̄z dūs taxauit decimam multis de causis sicut dictū est supra.

Ad secundum. ¶ Ad secundū vero obiectum dicimus: non est simile de decimis ⁊ sabbato ⁊ circūcisione carnali: ⁊ est duplex dissimilitudo. Prima est: qz nec sabbatū nec circūcisio carnalis instituta principaliter propter sabbatū pectoris ⁊ circūcisionem cordis: immo principaliter ꝓpter allegoricam intelligentiā. Preceptū enim de sabbato datū est ad significandū eternitatis sabbatū dandum p̄ xp̄m. vñcū venit sabbatum eternitatis dandū per xp̄m: debuit cessare litteralis obseruantia sicut dicit Augusti. contra Faustū. Sabbatū ẽ eternitatis tūc venit: quādo xp̄s captiuam duxit captiuitatē. Unde extunc debuit cessare litteralis obseruantia sabbati. Similiter circūcisio carnalis precipue signifi cat generalem circūcisionē: que erit a culpa ⁊ a corruptione carnis: ⁊ hec circūcisio erit in resurrectione. Qñ vero venit hec circūcisio debuit cessare circuncisio carnalis: sed venit quando xp̄s surrexit: ergo extunc debuit cessare carnalis circuncisio: nō est ergo verum q̄ propter moralē significationem fuerit preceptū de circūcisione vel sabbato cerimoniale: sed propter allegoriam. Preceptum autem de decimis nō habet nisi moralem significationē: et propter hoc nō est simile.

Ad tertium. Alia causa dissimilitudinis est: q̄ ipsa litteralis obseruantia sabbati vel circuncisionis carnalis non est moralis de se: ⁊ ipsa litteralis intelligentia vel obseruantia precepti de decimis est moralis. ¶ Ad tertum dicendum. q̄ preceptū de primitijs morale fuit: nec cessauit: ⁊ manet ampliatuz: primitie enim paruū quid erāt nec erat determinatum quantum daretur pro premissis: sed pro libito suo dabat quis inter. xl. ⁊ lx. partem. Loco autem primitiaru subierunt quotidiane oblationes ⁊ precipue oblationes que fiunt in tribus magnis festiuitatibus: sc̄z pascha pēthecoste: ⁊ natiuitate dñi. Nō dicit ur ergo cessare preceptū de primicijs cum loco illius subierit maius.

Ad quartum ¶ Ad quartū similiter dicendū. q̄ dare decimas non est onerosum in se: licet onerosum sit peruersis ⁊ incredulis. fidelibus autē qui credūt deū esse veracē: facile est ⁊ leue soluere decimas: dicit enim per malach. prophetā. iij. Inferte omnem decimaz in horreuz meum: vt sit cibus in domo mea: ⁊ probate me super hoc dicit dñs. Si non aperuero vobis catharactas celi vt effundam benedictionem vsq; ad abundantiam ⁊ increpabo pro vobis deuorantem: que nō corrumpet fructus domus vestre hec promissio facit q̄ soluere decimas non sit onerosum fidelibus. Non reddentibus autem p̄mittit celum ferreum ⁊ terram eneam. Soluendus est ergo per interemptionem.

Membrum quartum.

De quibꝰ debeat dari decima.

Queritur posta de quibus debeat dari decima. Et quer untur circa hec tria principaliter. Primo vtrum de turpiter acquisitis debeat dari decima. Secundo vtrū de decime prediales de minutis sunt in precepto. Tertio. vtrū de me prediales de minutis sunt in precepto.

Articulus primus.

Utrū ex turpiter acquisitis debeat dari decima. q̄ non.

Primo igitur querit: vtrū de turpiter acquisitis vt de meretricio ⁊ fenore seu rapina debeat dari decima. q̄ non videtur. Nam dicit Prouerb. xx. Holtie impiorum abhominabiles que offerunt ex scelere: super quem locū dicit bea. Grego. Quicquid in dei sacrificio ex scelere offertur: omipotentis dei nō placat iracundiā sed irritat. ¶ Itē Greg. scriptū est. Honora deū de tuis iustis laboribus: qđ forsan sumptum est de Prouer. iij. Qui ergo male accipit vt quasi bene prebeat: constat sine dubio q̄ dñm non honorat. Si ergo tam meretrix q̄ vsurarius male accipit: ergo de illo nō potest deum honorare: ergo nec decimā dare. ¶ Item Eccli. xxxiij. Qui offert sacrificium de substantia pauperis: quasi qui victimat filiū in cōspectu patris. super quē locum dicit Grego. ex hoc facile cognoscit quātus apud deū dolor eraspergatur qñ ei sacrificiū ex rapina tribuitur. ¶ Itez Eccli. xxxiij. Immolātis ex iniquo oblatio est maculata. ¶ Item in eodē Dona iniquorū non probat altissimus: nec respicit in oblationib⁹ iniquorū. ¶ Item Grego. Syngagrio episcopo. Non est putanda elemosina si pauperibus dispensetur qđ ex illicitis rebus acquiritur. Si ergo ex illicitis reb⁹ acq̄rit: ⁊ nō pōt fieri elemosina: ergo nec dari decima.

Contra ¶ Cōtra dicit būana lex: qđ turpiter facit meretrix: qz est meretrix nō tñ turpiter accipit: ergo mercedē meretricij iuste possidet: sed de iuste possesso potest iusta fieri tributio: ergo ⁊ dari decima. ¶ Item sicut dicit Augusti. ad Aurelianum. Delictum non debet immunitatem tribuere: ⁊ cōmunis animi conceptio est q̄ non debeat esse conditionis melioris aliquis in eo q̄ detrior est: nec cōmodū consequi vnde penam merek. Si ergo vsurarius ⁊ meretrix tenentur de iusto negocio decimā tribuere: ⁊ etiā de predialibus: ergo propter delictum meretricij vel vsure nō absoluentur a decima. ¶ Si vero dicatur q̄ a feneratorib⁹ ⁊ raptoribus non debet accipi decima nisi de iuste possessis: obijcitur. Esto q̄ aliquis vsurarius q̄ nihil habet nisi de vsura agrum seminet: aut tenetur ad decimā

ad decimam de fructibus illius agri: aut non. Si dicatur q̄ tenetur in contrarium est illud qđ ei ex fructibus acquisitum est ex vsura: ⁊ ita totum funebre ⁊ mortiferum est. ergo nec de illo poterit dari decima. Si vero dicatur q̄ non potest dari. ergo nec de possessionibus nec territorijs quas colūt fideles dabunt decimas: ⁊ lucrum ex sua impietate et peccato reportant.

Rñsio. ¶ Rñsio. dicendum vel distinguendum q̄ decimarum alie sunt prediales: alie personales. Si personales distinguendum est. Aut est translatum dominum pecunie demande in accipientem: ⁊ non cōpetit repetitio: vt i meretrice aut histrione. aut non est translatum vt in fure symoniaco raptore ⁊ vsurario. Si vero nō est dominium translatum: non tenetur dare nec ecclesia recipere pōt. vnde p̄m hoc dr eccli. xxxv. Post q̄ dixit. Sanctifica decimas tuas. subiūxit. Noli offerre munera prava: non enim suscipiet illa deus. Si vero transfertur dominum: tenetur dare: sed ecclesia non debet recipere q̄ diu persona illa est i scelere ne videatur eius approbare delictum: hinc dicitur deut. xxiij. Non offeres mercedem prostibuli nec precium canis. ⁊ canis potest dici histrio. Si vero penitentiam accipiat ⁊ deserat prauā vitam: poterit ecclesia ⁊ ab histrione ⁊ a meretrice p̄ teritas decimas recipere. Quia sicut dicit beatus Greg. super illud Job. xxviij. Ferrum de terra colitur ꝛc. non debet despici quis separans se ab accusatione terrena in eo qđ fuit. qz iam incipit esse qđ non fuit. Si vero sunt decime prediales: indistincte quilibet peccator ⁊ iudeus ⁊ inuasor tenetur decimas dare. ⁊ ecclesia licite potest recipere. Et ratio est. qz ille non dantur intuitu persone: sed quasi ex censu debito prediorū. Unde decretalis Alex. iij. extra de deci. ⁊ primi. De terris quas iudei colunt respondemus. vt eos ad decimas soluendas vel possessioni penitus renunciandos omni districtione compellas: ne forte illa ecclesia iure suo vacuet defraudari. ¶ Usi ad illud qđ obijcit de agro seminato de vsura. Huius quidam dixerūt q̄ ecclesia nō debet de talibus decimas recipere. qz sicut qui seminat in benedictione de benedictione metet: ita qui seminat in maledictiōibus maledictionem metet. tamen dicendum est q̄ ipse vsurarius tenetur dare: ⁊ ecclesia licite potest recipere. qz ipse prouentus fructuum non ꝓuenit ex actione vsurarij sed ex diuina largitate: ⁊ opere quo multiplicatur semē. Preterea hoc est debitum rōne predij: non ratione persone.

Articulus secundus.

U. decime personales sint in precepto.

Deinde queritur. vtrum decime personales sint in precepto. Nō videtur. nā in lege dñi non videntur precipi nisi decime prediales siue de armentis. Leuit. vlti. Omnes decime terre siue de frugib⁹ seu de pomis arborum dominī sunt. ⁊ iterum. Omnium decimarum ouis ⁊ bouis ⁊ capre que sub pastoris virga transeunt quicquid decimum venerit sacrificabitur domino. ¶ Itez dicit decretalis Inno. iij. cōcilij lateranen. Ille decime necessario sunt soluende: que debentur ex lege diuina: vel loci consuetudine approbata. Si ergo ex lege diuina non precipiuntur decime personales: nec etiam in locis aliquibus nisi raro. s. vbi est consuetudo. ergo non tenetur quis ad decimas personales. ¶ Itemvis cōsuetudinis tanta est: vt non videat sīn Inno. a culpa liberare non soluentes decimas etiam prediales. ergo multomagis non soluentes decimas personales. ¶ Contra. Gen. xxiij. Abram de his q̄ iuste acquisierat in bello dedit decimas Melchisedech de omnibus. Si ergo exēplo abrae in quo primo institutio facta est de solutione decimaruz soluende sunt decime. ergo personales decime debentur. ¶ Item aug. iurta hoc dicit. de militia de arteficio de negocio redde decimas. ¶ Item Celestin⁹ iij. extra de deci. ⁊ p̄mi. Reuera sicut sancti patres in suis tradunt scriptis. de vino grano ⁊ fructibus arborum. pecoribus ortus. de ipsa negociatione. et de omnibus bonis decime sunt ministris ecclesie tribuende. ¶ Item idez ibidem. Fidelis homo de omnibus que licite potest acq̄rere decimas erogare tenetur.

Contra.

Rñ. ¶ Responsio. dicendum q̄ decime taz personales q̄ prediales sunt in precepto. Est autē differentia inter preceptum affirmatiuum ⁊ negatiuum: sicut patet ex alijs alibi dictis. qz preceptuz negatiuum semper obligat ⁊ ad semper. preceptuz vero affirmatiuum ⁊ si obligat semper: non tamē ad semper sed pro tempore ⁊ loco. Unde illud preceptum. honora patrem in quo precipitur sustentatio patris: obligat quēlibet filium semper. nō tñ ad semper. nisi cum tempus ⁊ locus se offerant. vt si pater indigeat: vel a filio debitum obsequiuz requirat. ita dicendum cum preceptum de decimis sit affirmatiuum semper obligat: nō tamē ad semper. Dico ergo iurta decretalem Inno. q̄ vbi consuetudo est tenentur soluere decimas personales sicut ⁊ prediales. Item si consuetudo non est: ⁊ indigeret minister. s. sacerdos a quo recipiunt sacramenta. ⁊ peteret propter indigentiam seu sustētationem. dico q̄ tunc tenerentur non solum ad decimas prediales: sed etiam ad p̄sonales. Sunt em alique ciuitates in quibus habitant homines qui non habēt predia vt in insulis maris: in quibus si non soluerentur decime personales cogerent mministri dei ex defectu mēdicare. ⁊ per hoc minus vacare diuinis. qđ est contra illud ps. Sumite psalmum ⁊ date tympanum dicitur laicis. hoc est. Sumite spiritualia a ministris dei: ⁊ date temporalia vnde sustententur. ¶ Ad illud vero qđ obijcit q̄ i lege diuina non est preceptum respondenduz per interemptionem. qz ⁊si in illa parte Leui. vlti. non sit preceptum: tamē alibi dicitur vniuersaliter decimas ⁊ primitias non tardabis offerre Exo. xxij. ⁊ eccli. xxxv. Sanctifica decimas tuas. ⁊ post. Da altissimo p̄m donatum eius. Si ergo ex dono dei possidentur oīa que acquiruntur iusto negocio vel arte. de illis decime dande erunt. Ad alia vero ptz rñsio ex iam dictis.

Articulus tertius.

U. decime p̄diales de minutis sint in p̄cepto. Obijcitur. Arg. j. Scōm.

Deinde queritur. vtrum minute decime sint in precepto. Ad qđ sic. Preceptū est vt de oibus que pertinent ad victum humanuz hoies dent decimas. vlti. Leui. Omnes decimas terre ꝛc. vt de frumento ⁊ vino ⁊ hutusmodi. Si ergo eadem est ratio in vno ⁊ in omnibus. ergo de omnibus tenenk dare decimas ergo de oleribus ⁊ granis. ¶ Item mat. xxiij. Post q̄ dicitur de decimatione mente ⁊ aneti. subdit domino. Oportuit ista facere ⁊ illa non omittere. ergo de omnibus istis ⁊ consimilibus minutis danda est decima. ¶ Item malach. iij. dicitur. Inferte omnem decimam in horreum meum. qui omnem dicit nullam omnino excipit.

Tertium. ¶ Itē nos tenemur dare decimam de tempore deo. Unde dicit. b. Grego. q̄ quadragesima summa obseruatione est obseruāda: qz ipsi dies decima sunt anni. Si ergo de

Contra

diebus decima danda est:multofortius z de qbuslibet alijs. ¶ Cōtra. Dicit Inno.iij.ꝙ ille decime necessario sunt soluēde que debentur ex lege diuina vel ꝯsuetudine approbata. Si ergo solutio decimarum minutarum non precipit̄ in lege diuina: qꝛ in ve.testa.nihil determinatur nisi tm̄ de frugibus z pomis arboꝝ leui.vlt.nec in plurimis locis consuetudo est.ergo ad solutionē minutarum decimarum non tenentur hoīes vbi non est ꝯsuetudo. ¶ Item si dicatur ꝙ ꝓpter illud euangelij. Decimatis mētam z anetuꝫ zc.z post.hec oportuit facere z illa nō omittere.teneant̄ ergo xp̄iani ad minutas decimas. In cōtrariū est ꝙ dñs non loquebatur nisi de iudeis z ſm illum statum. Unde per hoc non pōt haberi ꝙ propter hoc teneant̄ xp̄iani ad minutas decimas. ¶ Itē si oēs decime z minute z maiores essent necessario soluēde.nihil esset dictu ꝙ ad distinctionē faciendā dicit ꝯcilium laterañ.ꝙ ille decime necessario sunt soluēde que debentur ex lege diuina vel loci ꝯsuetudine approbata.

Rñ.

¶ Ad hoc dixerunt quidaꝫ ꝙ de oībus q̄ renouātur quolibet anno tenent̄ hoīes dare decimas: non tamē peccant si non reddant veri nominis decimas:qꝛ taxatio talis partis moralis nō est. ideo relinquitur arbitrio z determinationi ecclesie. Simili modo dicunt ꝙ non peccant qui non reddūt minutas decimas:vbi nō est ꝯsuetudo reddere tales decimas:nec petere.qua ratione optime dixit papa:ꝙ peterentur ſm consuetudinem patrie. Si tñ indigeret ecclesia vt peteret veri nominis decimas:peccarent si non redderēt.

Ad arg.j.

¶ Ad illud quod primo obijcitur ꝙ eadem est ratio in vno z in omnibus. Respondent per interemptionem dicētes: ꝙ magis expressum est de maioribus decimis q̄ de minutis.ita ꝙ maiores decime sunt i precepto. minores in consilio:nisi cū determinatione predicta si peterentur in necessitate ecclesie.

Ad secunduꝫ

¶ Ad illud vero qđ obijcit̄ de euangelio. oportuit ista facere zc.dōm ꝙ referendum est ad illum statum in quo dñs loquebatur:qđ erat tempus legis sicut opponebatur quo tp̄e minute decime ratione generalis preceptionis legis z prophetie. Inferte omnem decimam zc.erant in precepto. Habebat enim lex precepta iudicialia grauiora z magis onerantia q̄ euangelium. Uel potest dici ꝙ istud qđ dicit oportuit non sonat in debitum:sed in cōuenientiam.vnde sensus est.oportuit.i.conueniēs fuit.

Ad tertium.

¶ Ad aliud vero quod obijcitur de tempore. dicendum ꝙ solutio decime temporis non habet̄ expresse ex iure legali:nec ex iure prophetico:nec ex iure euangelico.habetur tamē ex interpretatione iuris legalis:ex ieiunio Moysi.z ex interpretatio iuris prophetici:ex ieiunio Helye.z iuris euangelij:ex ieiunio christi de quibus habet interpretari ecclesia.tamen ex talibus nō potest argui ꝙ teneamur ad consimilia:cuꝫ ista in preceptis iuris diuini non inueniantur expressa:sed sint ex institutione z decreto ecclesie.

Obī.

¶ Sed contra hoc quod dictum est supra.ꝙ tenētur homines dare decimas de omnibus que renouantur quolibet anno:obijcitur. Nam diuersis tēporibus anni in eodem orto vel agro:agricole diuersa semina serunt.ergo non tenerentur tales ad decimam nisi semel in anno. Cum tamen dicat decretalis Clementis.iij.extra de deci.z primi.ꝙ cū agricultores in eodeꝫ agro vel orto diuersa semina serunt.de omnibus fructibus decimas absq3 diminutione persoluant. ¶ Item pari ratione nec fructus animalium que pluries fetant in anno tenerentur decimare.qđ est contra legem Leuit. vlti.

¶ Preterea dicendum.ꝙ cū decretū decimarum ante legem fuerit in cōsilio vniuersaliter.sicut patet ex voto.Jacob. In lege vero fuerit in precepto vniuersaliter Tempore gratie est partim in consilio:partim in precepto. In precepto cum petitur z exigitur ab ecclesia ſm consuetudinem approbatam:vel ecclesie institutionem. In consilio vero cū non petitur:nec ex consuetudine habetur: nec ab vniuersali ecclesia iubetur. Et hoc dico generaliter q̄tum ad decimas minutas

Membrum quintum.

Qñ debeat dari decima. Argumētū.j Secundum.

C Onsequenter queritur.quādo debeat dari decima:z cum dare decimas sit p̄ceptum affirmatiuum:nec obliget ad semper.ergo non tenemur semper statim decimam soluere. ¶ Item aliquis ex negociatione non lucratur vno die forsitan nisi denariuꝫ vnum. Simili mō nec in vna septimana nisi paucos denarios qui vix et cum parua vtilitate ecclesie possunt decimari.ergo de ratione non est decimanda negociatio statim:quia ex hoc vel paruum vel nullum commodum ecclesie proueniret ergo fructib9 perceptis vel acquisitis nō tenetur soluere decimas.

Contra.

¶ Contra. Quod sine determinatione tēporis debetur:statim soluere tenemur. ergo statim fructibus perceptis tenemur decimā soluere. ¶ Item dicit decretalis Alexā.iij.extra de deci.et primi. Mādamus vt decimas statim fructibus collectis persoluāt.

Q.scđo de solutione mercenariorum.

¶ Item queritur.vtrū licitum sit priusq̄ soluat̄ decima mercennarios vel seruientes pro seruitio suo de frugibus remunerare. Quod videtur.quia ꝯmune est emolumētum fructuū possessoris et ecclesie: ergo communiter debent remunerationem seruientiuꝫ ſm qđ competit:vt sit equalis ratio dati et accepti.

¶ Contra.decretalis Alex.iij. Quidam homines seruientibus et mercennarijs de frugibus non decimatis debita totius anni pro laboribus suis impendunt.tunc demum de residuo decimam persoluentes.mandamus vt decimas statim fructibus collectis persoluant:ac de subtractis dignaꝫ satisfactionem exhibere procurent.

Q.tertio

¶ Item queritur vtrum deductis expensis prius decime debito modo soluantur. Quod videtur qꝛ quicunq3 est particeps in prouentu et lucro.debꝫ particeps esse in expensis de equitate naturali:ergo cum ecclesia sit particeps in prouentu debet etiam particeps esse expensarum.ergo ante decimam deducende sunt expense. ¶ Contra. decretalis.Celestini.iij. Districte precipimus anteq̄ deducatis expensas:decimas ecclesijs ad quas pertinent cum integritate debita persoluatis.

Q.quarto

¶ Item queritur vtrum prius sit soluendus census vel tributum domino temporali q̄ decima sacerdoti. Quod videtur.nā potestas terrena sicut patet ex precedentibus:primatum habet in possessione terrena.ergo et primatum debet habere in tributo sibi debito possessiōis terrene. Primo ergo erit soluendum tributum q̄ decima sacerdoti:quod videtur ex ordine verboruꝫ domini in nui Math.xxij. Reddite que sunt cesaris cesari:z que sunt dei deo. ¶ Contra. Concilium generale sub Inno.iij.extra de deci.et primi. Statuimus vt exactionem tributorum et censuum precedat solutio decimarum.

Q.quinto.

¶ Iteꝫ queritur.si furtiue vel violenter rapiatur totus aceruus de area ante solutionem decimarum.vtrum teneatur possessor ad decimam acerui soluendam ecclesie. Ad quod sic. Dominiuꝫ decime residet penes ecclesiam etiam ante se

ante separationem.nec tenet̄ rusticus eaꝫ custodire nisi sicut suam.ergo si amittitur vel aufert̄: ecclesie aufertur. ¶ Cōtra. Statim collectis fructibus debet decima dari.sicut dicit Alexā.iij. sed qꝛ statim non soluit rusticus:ideo ablata est.ergo rusticus est causa subtractionis.ergo tenetur ecclesie. ¶ Item queritur si aliquis vendat aceruū ante solutionē decime.vtrum quis tenetur ad solutionē. Nam sicut dicit concilium generale. Si res indecimata transit cum suo onere cum res ista sit indecimata:emens eam tenetur ad decimam.

¶ Item vendens vendit rem propriam z decimaꝫ ergo fraudat ecclesiam a decima.ergo tenetur ecclesie de decima. ¶ Item si vterq3 tenetur ad decimam:ergo ecclesia habebit duplicem decimaꝫ.cū ei non debebatur nisi vna.ergo ecclesia suum recipiet cum augmēto.qđ est magnum inconueniens

Rñ.

¶ Rñ. Distinguendum ꝙ sunt decime personales z prediales. Decime personales debēt dari eo tempore quo maior commoditas prouenit ecclesie.z ideo dicunt ꝙ possunt dari in fine anni.vt sic maior commoditas proueniat ecclesie q̄ si per minutias soluentur. Decime vero prediales statim debent dari cum fructus percipiūtur:z anteq̄ soluantur mercēnarij:z anteq̄ deducantur expense: z anteq̄ soluatur census vel tributuꝫ:z anteq̄ per negligentiam inde aliquid furto vel rapina possit auferri.z anteq̄ res indecimata alienetur vel vendatur.sicut dicunt iura predicta.

¶ Ad illud ergo qđ primo obijcit ꝙ affirmatiuuꝫ est:z propter hoc non obligat ad statim. Dicendū ꝙ non sequitur.qꝛ sic est preceptum vt cum decima soluitur tali tempore soluatur. Unde ipsa circūstantia tp̄is includitur in precepto ſm determinatione ecclesie.

Ad scđm.

¶ Ad aliud vero qđ obijcit de personalibus decimis iam responsum est.quoniā nō est simile. Nam de voluntate ecclesie est vt personales decime non soluantur statim:sed cum magis expedit. De voluntate vero ecclesie est vt p̄diales soluātur statim.qꝛ hoc magis sibi expedit. nullus aūt pōt rem vltra voluntatē dñi sui detinere.

Ad.ij.que.

¶ Ad aliud vero qđ queritur de solutione mercēnarioꝝ:z etiam deductione expensarum. Respondendum ſm decretalem Inno.iij.extra de deci. et primi.reprehendentis illos qui sumptus agriculture ante solutionem decime deducunt z portionē fructuum in mercedem cultorum separant: dicentis sic. Cum deus cuius est terra z plenitudo eius orbis terrarum zc.deterioris conditionis esse non debeat,q̄ dñs temporalis. Cuius statutum de terris quas exhibet alijs excolēdis non quidem deductis sumptibus aut semine separato necessario cū integritate persoluitur:nimis profecto videtur iniquum.si decime quas deus in signum vniuersalis dominij sibi reddi precepit:suas esse decimas asseuerans occasione premissa diminui valeant.cū debita sit solutio decimarū z subdit. De cunctis omnino prouentibus decime sunt reddende.sicut colonus de parte fructuum que sibi remanet ratiōe culture.sic z dñs de portione quam percipit ratione terre decimam reddere tenetur.

Ad.iij.que.

¶ Ad ea vero que obijciuntur dicendum ꝙ ecclesia non percipit decimas sicut communē prouentum:immo sicut censum dñi generalis autoritate diuina.z ideo ab omni conditione z debito est liberum stipendium decimarum.

¶ Si aūt queratur vtrum circa res acquisitas p̄us sunt expense deducēde q̄ soluatur decima. Respondet Inno.iij.extra de deci.qꝛ aut acquiruntur de pecunia decimata aut non. Si non acquirūtur de pecunia decimata non sunt deducende expense ante solutionem decime. Si vero sunt acquisite d̄ pecunia decimata prius sunt deducende expense.

¶ Si aūt queratur sic̄ vtrum expense que fiunt p fructibus percipiendis de pecunia decimata sint deducende. Rñdet Inno.ꝙ non. Et ratio est.quia semp fructus transeunt in dñium illoꝝ salua decima.nec possunt alienare fructus nisi cū onere decimarum. Et hoc est qđ per distinctioneꝫ dicit Inno.iij.extra de deci.z primi. Licet circa res acquisitas vel factas de pecunia decimata cū ipse vendūtur credamus deducendas expensas: z de residuo quasi de lucro decimas persoluendas.vt si vendatur domus.ager.vinea.clybanus.molēdinū.grex. aut quelibet merces.expensas tñ que fiunt pro fructibus percipiendis ex illis de quibus fructib9 ꝓueniunt non credamus deducēdas etiā si fuerint decimate.qm̄ salua decima fructus efficiunt̄ eorū qui faciunt ipsas expensas. Fructus autē alienari posse non credimus nisi cum onere decimarū.nec pro restaurando detrimēto quarūlibet rerum:ex q̄bus decime persoluuntur credimus deducendas expensas de prouentibus decimandis.qꝛ penes dominium res permanēt restaurande.

Ad.iiij.q.

¶ Ad illud vero qđ obijcit vtrū solutio census vel tributi debeat precedere solutionē decime.qꝛ tp̄alis dñs primatum hꝫ in terrenis Dōm ꝙ non .et ratio est.qꝛ que est comparatio dñi terreni ad celestem:ea est comparatio dñij ad dñium. Terrenus enim dominus habet dñium particulare z transisitorium z subiectus domino celesti. dñium vero celeste est perpetuum z generale. Quia ergo decima soluitur sacerdoti vicario dei in signū celestis z generalis dominij.ideo solutio decime dꝫ precedere solutionē census.z etiam ipse census z tributum decimari dꝫ.qꝛ z ipsum dñium tp̄ale obnoxiū est dño celesti.si receptus fuerit census ante solutionem decime. Unde Inno.iij.in cōcilio laterañ. extra de deci.z primi. Cum in signū vlis dñij quasi quodam titulo speciali dñs decimas reseruauit: nos z ecclesiarū dispendijs z aīarum periculis obuiare volētes:statuimus vt in prerogatiuā dominij generalis exactionē tributorum z censuū precedat solutio decimarū.vel saltē hi ad quos census vel tributa indecimata peruenerint. qm̄ res cum onere suo transit:ea per censuram ecclesiasticā decimare cogant̄ ecclesijs quibus de iure debentur.

Ad.v.que.

¶ Ad illud vero qđ queritur.si furtiue vel violenter rapiatur totus aceruus de area ante solutionē decime.vtrum teneatur possessor ad decimā acerui soluendā ecclesie. Respondet̄ ꝙ si rusticus erat in mora per negligentiam:vel per causam aliaꝫ indebitam tp̄e violentie vel furti:tenetur ad totā decimam totius acerui soluendam ecclesie.qꝛ ſm iura si ex mora soluendi debiti accidat periculuꝫ rei que debetur:periculum z detrimentum est eius p quem fit illa mora.tamen ecclesia dabit rustico suas actiones ꝯtra violētum. ¶ Si v̄o ecclesia erat in mora.aut propter moram illam amisit rusticus suum:aut non. Si non sed qꝛ ita cōtingit: ecclesia de residuo recipiet tm̄ decimam. Si sic vt qꝛ ꝓpter moram ecclesie euenit periculum.qꝛ non audebat rusticus tangere fructus non decimatos.z ideo nō reposuerat fructus quos aliter reposuisset in locū securum.tunc decima sicut dicunt totaliter cedit i periculuꝫ ecclesie.ecclesia enim non debet petere lucrum cum damnis aliorum.

Ad.vj.quest.

¶ Ad vltimum qđ queritur de venditione acerui ante solutionē decimarum. Respondetur q̄ tam vendens ꝙ emens tenetur ad decimas:vendens propter dolum queꝫ

commisit.emēs qꝛ hꝫ rem que obnoxia est decime Et sicut dicit Inno.fructus non possunt alienari nisi cū onere decimarū. Vñ pōt ecclesia petere a quo maluerit.tñ si obtinuerit a venditore quo ad ecclesiam liberatus est emptor, vel ecōuerso. Absit enim ꝙ ecclesia suum recipiat cum augmento.
¶ Si tñ queratur. si vnus soluit decimaꝫ emptor vel venditor: vtrum vnus teneatur alteri. Distinguitur. si emptor fuerit bonefidei ⁊ soluit decimā: tenetur ei venditor. Si fuit malefidei non tenet̃ nisi expresse dictum fuerit ⁊ cautum. sed tñ vterqꝫ debet agere pniam de dolo ⁊ quasi furto: qꝛ ꝯtractauerunt decimā inuito dño. In foro tñ penitentiali tutum est ꝙ si emptor soluit decimam: venditor sibi restituat: nisi forte in casu.s. si emptor nō inuenitur deceptus in re. qꝛ adhuc bñ valet precium.

Membrum sextum.

Quib⁹ debeat dari decīa

P Ostmodū querendū est quibus danda sit decima seu qui possunt decimā recipere seu possidere. Et queruntur plura Primo vtrū laici possunt decimas recipere. Scdo vtrum religiosi. Tertio vtrū clerici qui habent aliunde sufficiens stipendiū. Quarto vtrū vna ecclesia possit possit accipere decimas de territorio vel persona alterius ecclesie. Quinto vtrum pauperibus sit soluenda decima. Sexto. vtrū dño pape sint soluende decime decimarum.

Articulus primus.

V. laici pñt decimā accipere.
Hiero.

P Rimo queritur vtrum laicus possit decimam recipere seu possidere. Ad quod sic Hiero.ad Dama. Qd tua beatitudo quesiuit: vtrū vsus decimarum ⁊ oblationum possit secularibus prouenire. Nouerit vestra sctitas oīno non licere protestantibus hoc hoībus diuinis autoritatibus canonum paternorum: ꝙ obreꝫ ab his sunt male detenta que diuini iuris esse noscuntur. ¶ Item greg. Decimas a laicis possideri apostolica autoritate ꝓhibemus. seu enīꝫ ab epis vel regibus quibuslibet personis eas acceperint: nisi ecclesie reddiderint: sciant se sacrilegij crimen committere: ⁊ eterne damnatiōis periculum incurrere. ¶ Item Nume.xviij. Filijs Leui dedi omnes decimas israel in possessionem pro ministerio quo seruiūt mihi in tabernaculo. ergo possessio decimarū iuris leuitici est. ergo quicūqꝫ laici decimas possidēt: vsurpant qd est iuris ministrorum dei. ¶ Item Inno.iij. in concilio laterañ. Prohibemus ꝙ ne laici decimas cū aīarum periculo detinentes in alios laicos possint aliquo mō transferre. si quis vero receperit ⁊ ecclesie nō reddiderit xp̄iana sepultura priuetur.

Greg.

Contra.
Primum.

Contra. In euangelio oblationis exhibitio nõ ponit ꝑ modum ꝑcepti: sed solũ ꝑ modũ cõcilij. cum dicit Matth. v. Si offers munus tuũ ad altare ꝛc. ꝑm quẽ modũ ꝓponunt alia ꝯsilia Matth. xix. Si vis ꝑfect⁹ esse. vade ꝛc. ergo lex euãgelij iudicat oblationes dandas ꝑ ꝯsilio: nõ ꝑ ꝑcepto. Item de oblationibus nõ est dictum in euangelio quẽadmodũ ꝛ de decimis: oportuit ista facere Matth. xxiij. Item si dicatur iuxta canonẽ Grego. qd ẽ ꝑceptũ ex lege veteri Exo. xxiij. Non apparebis in conspectu meo vacuus. ergo pari ratione ꝑceptum erit: trib⁹ vicib⁹ ꝑ singulos annos festa celebrare. solẽnitatem azimorum ꝛ pentecostes: ꝛ scenophegie. iuxta eandem legem intra quam predictum preceptum includitur ita enim ibi dicitur tribus vicibus festa celebrabitis: solennitatẽ azimorum ꝛc. ꝛ subdit. Non apparebis in cõspectu meo vacuus. ꝛ solennitatẽ mensis primitiuorum hoc est pẽthecostẽ. solẽnitatẽ quoq; in exitu anni hoc ẽ scenophegiam. si ergo obseruare ista ꝑm ritum legis non tenemur

tpe gratie quia hoc esset iudaizare: ergo non tenemur ad illud qđ includit. Nō apparebis in ꝯspectu meo vacu9. ¶ Rñ. cōiter distiguūtur tres spēs oblationū ſ3 ꝯsuetudinē ecclesie. Una est alicui9 rei donatio gratis facta inter viuos deo vel ecclesie. Alia est alicuius rei donatio deo vel ecclesie facta causa mortis. Tertia est quotidiana ⁊ vsualis quam faciunt fideles ad altare seu manuz sacerdotis. Dicunt autē iurisperiti: ꝙ in prima ⁊ scđa spē: oblatiōes necessario sunt soluēde deo vt quicūqꝫ nō soluerunt debeant ꝯmunione priuari ſm qđ dicit canon Alexan. di. xxxij. Oblationes viuorum et mortuorum ecclesie dei fideliter reddant a laycis. q̄s qui retinuerit: a sancte ecclesie cōione sepet. Et iterum canon cōcilij Uarensis. xiij. q. ij. Qui oblationes defunctorum retinent ⁊ ecclesie tradere morant vt infideles sunt ab ecclesia abijciendi. Has ergo oblationes dicunt necessario soluendas: quia iste sunt ex dono mere pertinentes ad ꝓprietatem ecclesie: ⁊ ideo sacrilegus erit qui istā nō reddit. In tertia vero spē oblationum diuersificant opiniones. Nam quidam dicunt ꝙ oblatiōes quotidiane sunt in p̄cepto ⁊ necessario soluende. ſm quod dicit canon Grego. Ois xp̄ianus ⁊c. vt supra. Alij vero dicunt quotidianas oblationes volūtarias esse ⁊ in ꝯsilio. Canonē ho Greg. itelligūt de oblatione interiori: vel bonorum operū. Silr illud qđ dr in Exo. xxiij. ⁊ in eccłiastici. xxv. Nō apparebis ⁊c. si intelligat in p̄cepto, vel intelligūt illud eē dictū p modū ꝯsilij nō p̄cepti. Alios vero canones intelligūt de oblationib9 alijs de q̄b9 supra dictum est. ¶ Sed obijcit. Nam q̄stio de oblatione soluenda potest duob9 modis intelligi. aut de oblatiōe fctā: aut de oblatione fienda. De oblatione iā facta ecclesie quocūqꝫ mō null9 dubitabit q̄n necessario si habeat sit soluēda: qr sicut dicit canon. Ecclesiā fraudare sacrilegiū est. De oblatione vero fienda nullus similiter dicet ꝙ in prima specie vł scđa necessario sit soluenda. cū pure sint volūtarie anteq̄ fiant. De oblatione vero quotidiana cū dicant canones ꝙ fiat. videt magis dicenduz ꝙ necessario esset soluēda. ꝓpterea p̄dicta distinctio nulla est.

[Margin: Rñsio tres spēs obla. — Opinio. de tertia spē. — Responsio.]

¶ Dicendū igit ꝙ oblatio fienda in prima ⁊ scđa specie nō ē in p̄cepto: sed in ꝯsilio. Sed postq̄ fctā est solutio est in p̄cepto. Oblatio vero in tertia specie: aliquando est in p̄cepto. aliquādo i ꝯsilio. In p̄cepto ſ3 ꝯsuetudinem approbatā. vel si indiget minister dei vt de decimis ⁊ primitijs dictū est. In hoc tñ ꝯcordat ꝙ si esset paup sacerdos: nec haberet vñ sustētaret. posset eis subtrahere diuina officia subtractis oblationib9. qr nemo cogetur vt dicit apostolus suis stipendijs militare. j. Corin. ix. Item dicunt ꝙ si cōsuetudine solent parrochiani in certis ⁊ p̄cipuis festis aliquibus annalib9 offerre. possunt cogi ad consuetudinez tenendā. ¶ Sz contra sexta synodus. j. q. j. Nullus qui sacram cōmunionem dispensat. a percipiente gratiam aliquid exigat. et subdit. Si vero aliquid exegerit: deponatur sicut imitator symoniace fraudis. ¶ Itē canon Gelasij ibidem. Quod gratis accipimus gratis dare mandamur Math. x. Et ideo sacerdotes nihil prorsus in baptizandis exigere moliātur. Ex quibus videtur relinqui. ꝙ sacerdos non potest oblationes exigere: nec diuina eis subtrahere si nollent oblationes dare. ¶ Si vero diceretur ꝙ ſm consuetudinem possent oblationes exigere et diuina subtrahere. Contra. Decretalis alexan. iij. extra de symo. Pro sepultura. crismatis et olei perceptione. nulla precij exactio attentet. nec sub obtentu cuiuscunqꝫ consuetudinis reatuz suum quisqꝫ tueatur: quia diuturnitas temporis non minuit peccatum: sed auget. ¶ Item decretalis concilij lateranē. Horribile nimis est. vt pro sacramentis aliquid requiratur. Putant autē plures ⁊ hoc licere ꝙ legem mortis de longa inualuisse consuetudine arbitrantur. non attendentes ꝙ tanto grauiora sunt crimina: quanto diutius infelicem animam tenuerint alligatam. ergo consuetudo nullo modo faciet vt per subtractionem sacramentorum cogantur layci ad oblationes sine periculo symonie. ¶ Propterea dicendum, ꝙ sacerdos non poterit subtrahere diuina. tamen ad conseruandas pias consuetudines circa oblationes possunt cogi layci non per sacerdotem subtractione sacramenti: sed per episcopum loci ſm decretalem Inno. iij. extra de symo. Sup his prauas exactiones fieri prohibemus: ⁊ pias consuetudines p̄cipimus obseruari. statuentes: vt libere conferant sacramenta. sed per episcopum loci. veritate cognita compescantur qui maliciose laudabilē consuetudinem nituntur immutare.

Membrum secundum.

[Margin: Cui dāda sit oblatio vtrū sacerdotib9 curatis tm̄.]

Postea querit cui dāda sit oblatio. vtruz solum sacerdotibus qui habent curas aīarum debeant dari oblationes. quod manifeste habet ex lege Nume. xviij. Ois oblatio ⁊ sacrificium. ⁊ quicquid ꝓ peccato aut delicto redditur mihi: erit aaron ⁊ filiorum suoruz. ¶ Item hiero. ad dama. Sacerdotes pro omnib9 orare debent quorum epulas ⁊ oblationes accipiūt. qua ergo frōte p̄sumūt layci oblatiōes quas christiani pro peccatis suis offerunt: vel ipsi comedere vel alijs concedere. ¶ Item canon Damasi pape. x. q. j. Oblationes que infra sanctā ecclesiaz offeruntur tantummodo sacerdotibus qui quotidie domino seruire vidētur liceat comedere ⁊ habere: quia in veteri testamento ꝓhibuit dominus panes sanctos comedere filijs israel: nisi tantūmō aaron ⁊ filijs eius. ¶ Item canon Bonifacij. xij. q. ij. quicquid semel fuit domino consecratum. sanctum sanctorum erit: ⁊ ad ius pertinet sacerdotis. ⁊ est sumptū ex leuiti. c. vlt. Ex his ergo videtur. ꝙ nec laycis nec alijs q̄ sacerdotibus parochialib9 liceat oblationes recipere vel comedere. Contra. Nos videmus ꝙ layci emūt oblationes vt candelas ⁊ panes qui offeruntur in ecclesijs: ⁊ hoc de voluntate ecclesie. ergo possunt vti illis candelis et panes comedere. ¶ Item nos videmus ꝙ monachi in multis parochijs recipiunt. vel partem habent in oblationibus. ⁊ videtur esse contra legem ⁊ canones supradictos. ¶ Solu. solis sacerdotib9 sunt oblationes offerende ⁊ cōministrantibus fideliter dispensande. iuxta illud apłi. j. cori. ix. Qui in sacrario operantur: que de sacrario sunt edunt. ⁊ qui altario deseruiunt: cum altario participant. ¶ Ad illud quod obijcitur de laycis. dicenduz ꝙ non est contra canones si ipi de manu sacerdotuz ea que oblata sunt recipiant: et per donationem vel emptionem. sed si ꝓpria autoritate vellēt sibi vsurpare layci ea que oblata sunt. vł etiā ius oblationum contra diuinam legem ⁊ canones vendicare: sacrilegium ꝯmitterent. ¶ Ad illud vero qđ obijcit de monachis nō est ꝯtrariū. Nam aut sunt coadiutores sacerdotis ministerio altaris: ⁊ ideo d altario possunt viuere. Aut habēt curā sicut alij pochiales sacerdotes ⁊ tūc marie sicut dicit ābro. p̄t deciarum primitiarum et oblationū iusta ꝑfrui portiōe. Iuxta apłum de altario cui seruiunt viuētes vel orant ꝓ populo sicut ⁊ sacerdotes quibus pro officio

[Margin: Contra — Responsio — Ad contra]

officio oratiōis ſm legē dei: vt dicit beat9 Hiero. conferuntur oblationes.

Questio. liiij. d cerimonialibus in generali.

Expedita inquisitione moralium: ⁊ iudicialium p̄ceptorū. Cuz adiutorio christi ad inquisitionē cerimonialiū ꝓcedamus. Primo inquirentes generaliter. Scđo specialit. ¶ Generaliter autem q̄runt duo. Primo de intellectu cerimonialiū vtrum in cerimonialibus vniuersaliter sit sensus siue intelligentia lr̄alis. Scđo qualiter in p̄ceptis cerimonialibus sit intelligentia spiritualis.

Membrum primum.

[Margin: ...l cerimonialibus vtr intelligen[tia] literalis.]

Ponunt quidam ꝙ in omnibus cerimonialibus legis est intelligentia lr̄alis. Hoc autem ꝓbant deducendo ad plura incōuenientia. si ꝯtrarium poneret. Primum inconueniēs est abusio sermonis. Nam sermo iterpres animi est. Si ergo sermo legislatoris non esset animi sui interpres. sed magis abscōditor ⁊ celator. si ita esset: ꝙ in sermone cerimonialiū nulla esse intelligentia lr̄alis. relinquitur ꝙ legislator vsus est sermone inordinate: quod magnū vitiū est ⁊ incōueniens. ¶ Scđm incōueniens ē: fraus doctrine. Nam vbi est doctrine simulatio: ibi doctrine fraus: ⁊ nō veritas. q̄tum ad hoc: sed vbi per sermonem quiddā designat ⁊ aliud intelligitur: ibi simulatio est. Si ergo i doctrina cerimonialium ꝙ lr̄aliter significāt non intelligitur: simulatio doctrine erit ⁊ fraus. ¶ Tertium incōueniens est. stulticia legislatoris. quid em̄ inquiūt stultius sentiri potest de ꝓpha sapientissimo ⁊ legislatore. q̄ ea locutum fuisse populo ⁊ seruare mandasse q̄ ppl's nō intelligeret. Ex hoc em̄ sequitur ꝙ legislator ipse quasi barbarus loqueretur cum a populo nō intelligeret. ſm ꝙ dicit apł's. j. ad corin. xiiij. Si nesciero virtutem vocis. ero ei cui loquar barbar9: ⁊ is qui mihi loquetur barbarus. ¶ Quartū incōueniens est culpa latoris. Nam cum esset dux ⁊ rector. populo isti datus. qualiter implebat doctoris officium cum ipsam legez ad populū ferebat quē docere debebat et ipam nō exponeret: sed velaret. hoc enim facere nihil aliud erat q̄ populuz in errorem inducere. ꝓponere enim lr̄am mandatorū literalem intelligentiā non habētem. ⁊ hoc populo non exponere: nihil aliud est q̄ ppl'm in lr̄alem intelligentiā vbi ipsa non est inducere. ⁊ hoc est facere errare. qđ est magna culpa doctoris. ¶ Quintum incōueniens est omissio doctoruz ⁊ prophetarū. Nam tot ⁊ tanti legis doctores ⁊ ꝓphete i illo populo p̄cesserunt. ⁊ in isto errore populum reliquerunt. videlicet in lr̄ali intelligentia cerimonialiū nec de alio intellectu q̄ de literali populū monuerunt. Cum ergo missi essent a deo ad directionem ⁊ instructionem populi. in hoc per omissionem deliquerunt. ¶ Item si dicatur ꝙ talibus p̄ceptis ⁊ prohibitionibus non loquebatur lex illi populo sed populo xp̄iano. cui talium spūalis intelligentia seruabatur. Obijciunt per autoritatē apostoli ad Ro. iij. Scim9 quia quecunqꝫ lex loq̄tur his qui in lege sunt loquitur. Item que necessitas erat vt nobis lex spiritualem intelligentiam loqueretur: cūm nondum essemus. Ex his igitur concludūt. ꝙ modis omnibus necesse est cerimonialia omnia literam intelligentiam habuisse.

[Margin: Rō sic argu. Primum — Secundum — Tertium. — Quartum — Quintum — Sextum]

¶ Sed in partem contrariam obijcitur. Nam ea que ponunt ad concludenda inconuenientia non videntur esse inconuenientia: immo conuenientia doctrine sapientie seu legis diuine. Nam sicut dicit beatus Dyoni. in hierarch: angelica. Decētissimum est eloquijs diuina enigmata occultare et in viam multis ponere sacras super mundanorum intellectuum veritatem. est enim non omnis sacer neqꝫ omniū vt eloquia dicunt sciētia ¶ Itez beatus Dyoni. in eodem. Ualde artificialiter sacris poeticis theologia formationibus etiam nō figuratis intellectibus vsa est: nostruz intellectuz respiciēs. etenim non est possibile aliter nobis lucere diuinum radium. nisi varietate sacrorum velaminum anagogice circūuelatum. Ex quib9 manifeste relinquitur. ꝙ conueniens est sermoni legis diuine enigmatice ⁊ transumptiue loqui. non literaliter duplici de causa. Prima est dignitas veritatis diuine: que debet celari hominibus malis Secunda est imbecillitas intellectus humani in comprehensione diuinorum deficientis. non ē igitur inconueniens vti sermone abscondito: vel celato in cerimonialibus preceptis.

[Margin: Cōtra primū incōueniens Dyoni.]

¶ Item quod secundo loco ponunt pro inconuenienti: videlicet ꝙ in doctrina aliud literaliter designetur: ⁊ aliud intelligatur. non est inconueniēs in doctrina nec in preceptis sapientie diuine: cum ad excitationē ⁊ exercitium nostri intellectus talibus verbis in preceptis euangelicis ipsa veritas aliquando vsa sit Math. v. Si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum. Si dextra manus abscinde eaz. quod nullus dicet ſm literalem significationem debere accipi. *[Margin: Ad secundum]* ¶ Item ꝙ tertio ponunt pro incōueniēti. sapientem legislatorem loqui in preceptis enigmatice: ⁊ talibus verbis quibus populus rudis quod diceretur non intelligeret: est contra sententiam Salomonis. qua manifeste ostendit. ꝙ in rebus ⁊ rationibus eminentibus veritatis: sapientis est loqui enigmatice: ⁊ taliter ꝙ ab illis q̄ sunt rudes ⁊ incapabiles veritatis. non intelligantur sed solum a sapientibus ⁊ perceptibilibus veritatis. Unde ꝓuerbi. j. Audiens sapiens sapientior erit: ⁊ intelligēs gubernacula possidebit. animaduertet parabolam ⁊ interpretationez eius: verba sapientuz ⁊ enigmata eorum. *[Margin: Ad tertium]* ¶ Item quod quarto ponunt pro incōuenienti. legislatorem proponere precepta non habentia intelligentiam literalem ⁊ non exponere ea populo. inconueniens non est doctrine diuine: nec culpa doctoris: cum ꝓpter defectū auditorum ipsa dei sapientia hoc ē x̄p̄us taliter hoc est parabolice doceret ⁊ loqueretur ad turbas. sicut ptz ex Math. xiij. vnde ⁊ post parabolam seminis dixit apostolis. Uobis datum est nosse misterium regni celorum: ceteris autem in parabolis. ⁊ ratio erat defectus amoris veritatis ſm ꝙ ibi exprimitur. *[Margin: Ad quartum]* ¶ Item quod quinto concludunt pro inconuenienti. ꝙ sancti prophete et doctores non sunt locuti illi populo nisi de literali intelligentia preceptorum: manifeste falsum est reuoluenti scripturas. Nam ipse moyses legislator de spūali intelligentia circūcisionis nō tacuit cum dixit Deut. x. Circūcidite p̄putium cordis vestri. ⁊ Hiere. iiij. Circūcidimini dn̄o ⁊ auferte preputia cordium vestrorum. ⁊ iterū. ix. Omnes gentes hn̄t p̄putiū. oēs āt dom9 iuda icircūcisi sūt corde. Itē nec dauid tacuit d spūali itelligētia sacrificiorum cū dixit. Sacrificiū deo spūs ꝯtribulat9. ⁊ iterum. Eleuatio manuū mearum sacrificiū vespertinū. ⁊ iterum. Sacrificiū laudis honorificabit me. ⁊ mlta talia ⁊ alij ꝓphe silr. *[Margin: Ad quintum]* ¶ Itē ad illud qđ dicūt iuxta apostolū: ꝙ quecūqꝫ lex loquit. his qui i lege sunt loquit. de *[Margin: Ad sextum]*

cendum q verū est.non tñ omnia oibus:immo cum in lege essent pfecti τ impfecti:sapiētes τ rudes:digni τ indigni.pfectis.sapiētibus. τ dignis nota tñ esse debuit archana intelligentia τ sublimis cerimonialiū τ figuralium pceptorū.ſm formā aplī.j.Corin.ij.Sapientiam loquimur inter pfectos.τ subdit.Sapientiam dei loquimur in ministerio que abscondita est:τ postea subdit:Aialis autem homo nō pcipit ea que dei sunt. stulticia ei est illi τ non potest intelligere.ideo subdit in tertio.τ ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus:sed quasi carnalibus.Ex his ergo manifeste relinquit non esse necesse i pceptis cerimonialibus legis vl'r esse sensum seu intelligentiā lralem.Propterea dicendum breuiter est quod clarius erit in sequentibus:q in aliquibus τ pluribꝰ pceptorum cerimonialium pter spūalem intelligentiam sensus fuit τ ratio lralis.in aliquibus vero τ paucis tñ ratio spūalis:ppter rationes pdictas quod infra manifestabitur.

Membrum secundum.

Qualiter in pcep.ce.sit itelligētia spiritualis.

Deinde queritur qualiter in preceptis cerimonialibꝰ sit itelligentia spūalis.Nā ɔuenienter quidā pbauerūt per autoritates et rationes τ exempla in lege qtū ad cerimonialia ptineri intelligentiam spūalem. Legitur Deut.iiij.Hec est nostra sapientia τ intellectus corā omnibus populis:vt audientes vniuersa pcepta hoc dicant.en populus sapiens τ intelligens.Quis eñ ppter lralem intelligentiam solam legis.sapientem τ intelligentē censeat populum illum.¶ Preterea si nihil haberet intime intelligētie lex.non haberet apud eam locū scrutatio.quid ergo esset dicere.Beati qui scrutantur in testimonia eius.τ iterū.Scrutabor legem tuaz scrutata eñ in aialibꝰ intestina vel interiora sunt. ¶ Amplius si non haberet nisi istum exteriorem sensum lex.quare dauid orasset ad dñm. Reuela oculos meos et cōsiderabo mirabilia de lege tua. cuius enim oculi a deo velati sunt.vt ista exteriora leges videre non valeat.¶ Amplius que sunt ista mirabilia de quibus dicebat cōsiderabo mirabilia de lege tua?Quid enī admirationis habet carnificina sacrificiorum:inspectio leprarum τ infinibilis circuitus expiationū?¶ Amplius mandata iudicia testimonia totaq fabrica tabernaculi: totaq supellex eiusdem:quid inquam habent admirationis?hec omnia exterius quid philosophice subtilitatis quid sapientialis pfunditatis.Nū quid propter hec consideranda exterius vir pphici spiritus dauid qui super senes se intellexisse gloriabat:petebat reuelari oculos suos?¶ Amplius quem intellectum petebat sibi dari cum dicebat. Da mihi intellectum vt discaz mandata tua.Naturalem enim intellectum habebat:qui vtiq sufficientissimus est ad omnem literalem legis intelligentiam.sublimiorem intellectum igitur petebat.ergo et ppter sublimiorem intellectuz vel intelligentiam.habent igitur mandata legis sublimiorem intelligentiam q literalem.¶ Amplius qualiter beatum dicit dauid viruz qui in lege illa meditatur die ac nocte.cum meditatio exteriorū qtum ad maiorem sui partem etiam onerosa τ tediosa videtur.¶ Item inconueniens est τ omnino superuacuum rudibus et iam doctis eandem lectionem proponere.Quis enim magister hoc faciat in scola vt non vnicuiq discipulorum suorū pro captu suo seu capacitate lectionem proponat?Quanto magis ergo cum omnium eruditorum deus in scola sua in qua tantus populus erudiendus τ docendus erat:vnicuiq de populo pro capacitate eius ɔgruebat lectionē pposuit.ergo τ rudibus initialia.τ prouectis viteriora:τ doctis sublimiora proposuit.τ iterum.Quia in eis qui docti erant diuersi gradus inueniebantur:ita vt alij essent eminentes:alij eminentiores τ in his etiaz multa varietas.necessario prouisuz est omnibus in scola dei ɔuenīeti vnicuiq doctrina:nō est aūt eis puisum nisi in vno libro qui solus in scola dei legebatur.in illo ergo libro cōcessit deus tantā varietatē ac multitudinē lectionū quātā requirebat varietas ac multitudo lectorum.¶ Item tāta est in eloquijs dei varietas ac multitudo intellectuū et expositionū:quantā requirit varietas ac multitudo reficiendorū.¶ Itē prouer.xiij. Multi cibi in noualibus patrum.i.multa refectio in expositionibus circa scripturā sanctorū patrū.¶ Item apparet scriptura velut minera esse venas habēs omniū metallorū.vnde prouerb.ij.dicitur de sapiētia.Si quesieris eam quasi pecuniam τ quasi thesauros effoderis illā.propter hoc dictū est: Sap. vij.Infinitus est thesaurus oibus.thesaurus aūt iste sapiētie nō pōt esse in intelligētia literali: relinquitur igitur q est in intelligentia spūali.

Circa hoc multipliciter opponitur.

Argu.j.

Primo qr dicit augus.in libro de doctrina xpiana.Quia ois doctrina xpiana: vel est de rebꝰ vel est de signis.Et est diuisio p immediata.Doctrina ergo cerimoniarū.aut est rerū tantū:aut signorū tantū.si rerū:est ſm illos qui ponūt vl'r in eis sensum literalez.ergo nō est signorū.ergo non erit in eis significatio intelligentie spūalis.Si vero signorū non erit rerum:nec erit in eis intelligētia litteralis.¶ Itez abusio est res in signa trahere que nunq ad significanduz facta sunt. Si ergo multiplicia facta narrantur in lege que non propter hoc fiebāt vt significarent: relinquitur quod abusio erat in talibus significationem spiritualis intelligentie querere.

Ad secundū

¶ Item hieremi.xviij.dicitur.Nunquid non sicut facit figulus iste.potero vobis facere domus israel dicit dominus.Dissipatio enī vasis qd pus fiebat et formatio vasis alterius:non ad hoc facte sunt vt significarent. et tamen ad significandum eis vsus est dominus.Non offenderetur autem quis audiens huiusmodi expositiones seu interpretationes.si diceretur ei hoc modo quemadmodum ibi dixit dominus.nunquid non sic vobis facere potero:vbi de signatione nihil locutus est sed de similitudine tantum. quemadmodum et Hiere.iij.non dixit quicq de signatione:sed de similitndine et hunc modum tantum expressit dicens.Quomodo si mulier contemnat amatorem suum:sic contempsit me domus israel τc.Non dixit quia contemptus huius mulieris significaret contemptum filiorum israel. nec dixit quod amator huius mulieris significaret ipsam nec dixit q dissipatio aut reformatio vasis pphetia esset vel parabola eis. quod ipse hoc operaturus esset in populo israel:vel quod figulus esset figura ipsius sed expressit.moduz seu similitudinem notam inter opus suum et opus figuli:et inter factum mulieris contemnentis amatorem suum: τ factū populi israel. Restat igitur quod inconueniens est. res que non ad hoc facte sunt ad spirituales intelligentiam conuertere.¶ Item conuenientiꝰ certius signat

tius signat quod designat vniuoce:q quod designat equiuoce.τ quod signat vno vnuz:q qd vno signat multa.ergo cum intellectus spūalis sit cōuenientissimus.non erit in vno facto vel dicto legis.nisi vnus intellectus spiritualis. Errant igit omnes sacri expositores qui in vno ponunt multiplices intellectus.¶ Item ɔuenienter signatur per bonum bonum:τ per malum malum. Nam conuenientia debet esse signi ad signatum. incōuenienter ergo designabitur malo bonū. ergo incōuenienter dicitur a beato Grego. quod legit.ij. Reg.xj.dicit enim beatus Greg.q dauid qui vtiq proditor erat in facto illo:τ adulter atq homicida:signat christum.Urias autem vir fidelis et sanctus diabolum. Et iterum de adulterina illa copula dauid τ Bethsabee:pditiōe et homicidio execrabili.signat matrimonium sanctissimum et īmaculatissimā copulā xpi et ecclesie de gētibus.

artum.

...l.ad pri- ...scdm.

Responsio. Dicendum q doctrina cerimonialium qtum ad plura est rerum et signorum:sed differenter. Rerum ordinatarū ad latriā conditoris. Signoruz vero gratie saluatoris.¶ Unde ad solutionē primo τ scdo obiector. Notandū q significationes nō lrales sunt institutiōe collatiōe natura.Institutiōe duobus modis.rebus et dictis.Collatione p ɔsequentiam rationis ex rebus vel dictis. Natura p ppam rerum similitudinem vnde quidam conuenienter dixit.Scito quia significationes litterales quatuor modis fiunt.Primuz facto ipso.videlicet cū res ad hoc facte sint vt significēt.sicut factū illud Esaie quo iuit nudus et discalciatus.Esa.xx.et factum ezechielis quo fecit sibi vasa transmigrationis Ezech.xij.Que vtiq ad hec facta sunt vt significarent.In his ergo manifestum est. quia alia figuratio vel significatio q lralis quereda est i eis. Propt hoc dixit Esa.viij.Ecce ego τ pueri quos dedit mihi deus in signum τ portentuz Similiter et Ezech.Signuz est domui israel.et iterū Ezech. xij.Ego portentū vestrū dixit Ezech.et bene apparet in eodem ca.p totū:quia quicqd factum est in Ezech.significat mala que futura erāt domui isrl. ¶ Scda significatio est dicti:qñ.s.aliquid dicitur ad significandum expresse.sicut illud Ezech.xvij. Aquila grandis magnarū alarum τc.et ppter hoc vocatur idem enigma:τ parabola ibidē.τ iste due significationes neminem offendunt.cum eñ exprimitur in scriptura de facto quoq q ipm fiat vel factum sit ad significandum τ de dicto similiter q ad hoc dicat.vel dictuz sit vt significet aliud q lralis sensus habeat nemo offenditur si aliud in his q lralis sensus habeat requiratur.¶ Tertiꝰ modus est per cōsequentiam quēadmodum dicimꝰ. q vbi corporalis τ exterior ydololatria phibetur. intelligitur ſm consequentiaz prohibita spiritualis:τ iste intellectus similiter neminem offendit. Cum enim diximus q vbi deus prohibuit adorari ydolum aureum Exo.xx.qd vtiq similitudinem habet viuentis τ iuuare potentis:insinuauit τ intelligi dedit se nolle q aurum nudum. hoc est absq forma ydoli adoraretur.Et propter hoc prohibitio auaricie ſm consequentiam in illa prohibitione intelligitur.Est enim auaricia ydolorum seruitus. sicut legitur.v.ad Ephe.Similiter τ vbi prohibuit falsum testimonum dici contra proximū in causa modica pecuniaria.Exo.xx. phibuit p ɔsequens τ in causa fame. cum fama preciosior sit q pecunia.Eodē modo vbi phibuit.Ne os ligaret boui trituranti Deut.xxv.phibuit per cōsequens vt operarius non fraudetur cibo suo.si eñ hanc equitatem voluit seruari in bobus vt collaborantes comederent:multo fortius in hominibus.hunc ergo modū significationis quilibet intellectus recipit.¶ Quarta significatio est per rerum similitudinem que non ad hoc facte sunt vt significēt. τ hec est que multos offendit: τ hoc qr abusiuū videtur eis res in signa trahere.que non ad significandū facte sunt.quale est illud. Hiere. xviij.Nunquid sicut facit figulus iste non potero vobis facere domus israel ait dominus.Quanq verum sit q omniū duorum similium quorū alterum est intellectui nostro propinquiꝰ nobisq notius.signuz naturale est minus noti atq ab intellectu nostro remotioris Signum inquā naturale est illius:τ velut liber in quo legitur.vnde τ cōmuni natura docente altero ad alterū docendum vtimur.Et ex hoc patet responsio ad primo τ secūdo obiecta.

Significa- ...lrales ...tuor mo fiunt.

Ad tertium.

¶ Ad tertium dicendum. q conuenientissime vno significantur multiplices intellectus vt intentio legis diuine conformet bonitati eiusdem.vt quēadmodum ex dei bonitate facta est. et absq vlla dubitatione credendum. quod omnia bona opera sua fecerit propter omnem bonū vsuz et vtilitatem que ex eis quacunq industria elici possunt:τ dicta voluit esse τ scripta.Quare propter omnem illuminationem et intellectus humani:ac propter omnem edificationē ecclesie sue que inde elici possunt:ea voluit esse et dicta τ scripta.

Ad quartum

¶ Ad quartum dicendum.q sacri doctores τ expositores sane et absq vllo offendiculo dicere possunt:quia factum illud de Bethsabee.factuz signauit ecclesie degentibus.significauit inquam propria significatione tanq naturali designatione.Licet autem spiritusancto et expositoribus suis notioribus similibus vti ad minus nota significanda et declaranda.

Questio.lv.de cerimonialibus in speciali.

Consequēs est querere de ratione seu causa cerimonialium preceptorum an scz.habeant causam obseruantie litteralem.An solum misticam τ figuralez et primo in generali postea in speciali.

In gnāle de rōne cerimo

Obijcitur.j.

¶ Et in generali obijcitur sic.Cuz enim precepta sint ad litteram obseruari ad ipsa summa sapientia: non autem est conueniens summe sapientie iubere vel prohibere aliquid sine optima ratione ergo obseruātie litteralis cerimonialium fuit optima ratio.¶ Item si nihil fit in terris sine causa sicut dicitur Job.v.et hoc exigit diuina prouidentia:ergo multo fortius nihil precipitur in diuina lege sine causa.Ex his quidā inducti sunt ad querendas rationes litterales cerimonialiuz legis.

Secundum.

Contra.j.

¶ Contra ephe.ij.Euacuans decretis legem mādatorum.Glo.idest euacuās legem veterem qtū ad ea que mandabat.idest carnales obseruātias non qtum ad veritatem quam presignabat.Euacuans dico decretis. idest preceptis euangelicis que ex ratione sunt.Si ergo mandata carnalium obseruantiaruz sunt cerimonialia τ euacuantur per precepta euangelica que ex ratione sunt:relinquitur q cerimonialia quo ad litteram non sunt ex ratione.ergo in eis non erit ratio lralis.¶ Itē in psa l. Lex tua veritas.lex.s.euangelij veritas nō vmbra:non figura:sicut lex mosayca.x.Heb.Sed constans est quod de lege mosayca dicitur quod

Secundum.

sit vmbra τ figura: maxime quo ad cerimonialia: ergo non in eis erit querēda ratio. veritatis quo ad litteram.

In speciali de ratione cerimonialiū queruntur plura.

Primo de circūcisione. Scdo de phase. Tertio de cerimonijs in victu. Quarto de cerimonijs in vestitu. Quinto de cerimonijs circa actuz indifferentē. Sexto de cerimonijs immundiciaꝝ cauēdaꝝ. Septimo de cerimonijs purificationis imundiciaꝝ. Octauo de cerimonijs sacrificiorū. τ hoc primo in generali. scdo ī speciali. Nono de cerimonijs altaris. Decimo de cerimonijs tabernaculi. Undecimo de cerimonijs circa ordinationē ministroꝝ. Duodecimo de cerimonijs circa ornatū sacerdotū seu ministroꝝ. Tredecimo de cerimonijs solēnitatum.

Primo ergo queritur de p̄cepto

Primo. De circūcisione obijciť

circūcisionis de quo Gen.xvij. Quod datuz est abrahe ī signū τ signaculū sicut habeť Ro.iiij. ergo non est in p̄cepto circūcisionis qḋ est p̄ceptū sacramētale nisi ratio mistica. igiť non ratio lr̄alis. ¶ Itez similiter obijciť de p̄cepto phase.i. immolationis agni qḋ etiā est in signum datum. vn̄ Exo.xiij. Erit quasi signum in manu tua: et quasi monumētum ante oculos tuos. qḋ est p̄ceptū cerimoniale simpliciter: s̄m qḋ diciť Exo.xij. Seruabitis cerimonias istas. non est igitur querenda in isto p̄cepto ratio lr̄alis.

Secundo De phase

¶ Item de victu τ amictu sunt ꝗ̄plura p̄cepta in lege que vidētur habere absurditatē vel vanitatez s̄m sensum lr̄e. vanitatem quēadmodū τ illud Exo.xxiij. Non coques heduz in lacte matris. Nā vtrūq3 licitū erat eis ↄmedere. Qua de causa igitur ↄiunctio amboꝝ esset eis p̄hibita. s. lactis τ hedi. nō ei est adeo lautus τ delicatus cibus vt ꝑpter hoc p̄hiberi deberet. ergo ꝙ̄tum ad lr̄am videtur vanā habere rationē.

Tertio de victu τ quarto amictu

¶ Itē simili modo.xxv.Deuť. Non alligabis os bouis triturātis. a quo p̄cepto nititur ap̄lus rationē lr̄alē excludere dicens.j.Corin.ix. Nunquid de bobus cura est deo: an propter nos hoc dicit.

De boue triturante

¶ Item simili modo illud p̄ceptuz.Deuť.xxij. Si ambulās per viam in arbore vel terra nidum auis inueneris: τ matrem pullis desup̄ incubantē: nō tenebis eam cum filijs. sed abire patieris vt bene sit tibi. Sed que potest hic esse ratio litteralis: vt pro dimissione vnius auicule tāta p̄mittať merces. quāta p̄ vniuersorum mandatoꝝ legis obseruatione. ¶ Si diceretur sicut q̄dā pueriliter dixerunt hoc esse p̄ceptum causa pietatis: quia in hoc deus insinuare voluit filijs israel ꝙ misericordes debent esse in homine τ cauere ab eorum afflictione. quādo τ auibus sic parcere voluit a lesiōe. Obijcitur: Si pietas hic locum haberet cum filij nec sibi nec alijs p̄nt cōsulere: τ adhuc matre idigerēt: ip̄a āo nō indigeret eis. maiori crudelitate detinenť τ occiduntur filij ī hoc casu ꝙ̄ mater.

Quinto de mr̄e īcubāte

¶ Itē obijcitur siliť modo de illo p̄cepto Leui.xix. Cum plantaueris ligna pomifera auferetis p̄putia eoꝝ.i. prima germina τ imunda erunt vobis nec edetis ex eis. quarto anno sanctificabitur fructus: quinto āno ↄmedetis fructus eius. cuius rei non videtur esse aliqua ratio litteralis. Nūquid enī eque sani sunt ad vsum primo anno secundo vel tertio sicut quarto τ quinto?

De primis p̄putijs arborum.

¶ Item simili modo obijcitur de p̄cepto illo Deuť.xxij. Non seres vineam tuam altero semine. hic enim non videtur esse ratio ad litteram nisi illa ratio que omnibus manifesta est: q̄ collatio seminis non posset fieri absq3 vinee detrimento. sed ridiculum est in hoc dominuz voluisse consulere illi populo in quo nullo consilio indigebant. cuilibet enim manifestum est huius detrimentum.

Nō seres vineam.

¶ Itez simili modo obijcitur de alijs p̄hibitionibus commixtionis rerum. Non indueris vestimento quod ex lana linoq3 cōtextum est: funiculos in fimbrijs facies τc. ¶ Item in eodem dicitur. Non arabis simul in boue τ azino in q̄b9 nulla videtur ratio litteralis. ¶ Item eiusdem rationis videntur esse p̄hibitiones ↄmixtionis animalū Leui.xix. Jumenta tua non facies coire cuz alterius generis animantibus. Et cōfusionis habitum Deuť.xxij. Non induetur mulier veste viri. τ vir non vtetur veste feminea.

De ↄmixtione in vestitu. Nō arabis boue τ azino

¶ Itez obijcitur de preceptis cerimonialium cauēdaꝝ īmundiciarum: in quibus videtur contineri maxima inhonestas vel inutilitas. Et primo quidem de illo p̄cepto cauende immundicie corporalis. Deuť.xxiij. Habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita nature gerēs paxillum. τ subdit. Egesta humo operies: quod videtur ad litteram ridiculosum.

Sexto De immūdicijs cauēdis corporalibus

¶ Item obijcitur de alijs imundicijs q̄ sunt interpretatiue seu irregularitatis: vt imundicie puerpere Leui.xij. ¶ Item immundicia lepre que multiplex erat in corpore Leui.xiij. Et in veste Leui in eodem ca. que maxime videtur ridiculosa ad litteram. cuz dicitur. vestis lanea seu linea que lepram habet in stamine seu sub tegmine: aut pellis et quicquid ex pelle confectum est ostenditur sacerdoti. ¶ Item lepra in domo que ad litteram super omnes ridiculose in p̄cepto ponitur Leuiť.xiiij. cum dicitur. Cum iuenerit sacerdos circuisse lepram domus videbit erui lapides in quibus lepra est. ¶ Item imundicia seminiflui: de qua Leui.xv. τ nocturna pollutione sordidati in eodem. ¶ Item immundicia menstruate mulieris τ patientis fluxū sanguinis. d̄ qua Leui.xv. circa quas imundicias personaruz cauendas dantur plura precepta: que ad litteram vana et risu digna vidētur.

De lepra De mēstruata τ seminiflua

¶ Item sunt imundicie que caueri iubentur circa tactum. sicut vas fictile in quo aliquid ex nominatis ibi reptilibus cecidisset: aut quod aliq̄d de morticinijs eorum tetigisset: τ ꝑpter hoc frāgēdum. Eodem modo clibani fontes τ cisterne τ oīs aquarum congregatio sicut legitur ibidem. Simili modo vas quod non habebat operculum nec ligaturam desuper. sicut legitur.xix. Nume.

De imundicia vasis

Simili modo generaliter cum tactus mortui inducebat imundiciam cerimonialem Leuiť.xxij. in quibus omnibus videtur deficere ratio lr̄alis.

De tactu mortui

¶ Item q̄ cōbusserant vitulam ruffam vel cineres eius portauerant: vel qui alios aqua expiationis asperserat quibus alie īmundicie purgabātur reputabatur immundus. quod ad litteram inconueniens videtur. ꝙ.s. ex re munda τ mūdatiua imundicia cōtrahatur.

De cinere vitule de imūdicijs ex gustu.

¶ Item obijcitur de imundicijs cerimonialibus ꝙ̄tum ad esum: seu gustuz. Nam indicauit lex Leui.xj. imunda gressibilia que non ruminant: aut non findunt vngulam. ¶ Item aquatilia que non habent pennulas τ squamas. Itē volatilia rapacia vt aquilam. τ coruinum genus: et q̄dam alia Leui.xj. τ vniuersaliter omnia reptilia: sicut stellio lacerta. et alia que in terra mouentur vt mustela mus et similia Leui.xj.

Septio obijcitur d̄ puri. imūdiciarū De sacrificio vitule ruffe.

¶ Item obijcitur de cerimonijs purificationis immundiciaruz et primo de cerimonijs in sacrificio vitule ruffe. ex quo erat purgatio generalis. Nume.xix. in qua p̄cipitur vt adducatur vacca ruffa: cuius rei non videtur esse ratio litteralis. Item ꝙ immoletur extra castra et totaliter comburatur: et de eius sanguine septies

guine septies fores tabernaculi aspergantur. Itez precipitur vt in crematione vacce ponatur lignuz cedrinum τ ysopus τ coccus bis tinctus: que s̄m litteram risu digna videntur. ¶ Item obijcitur de cerimonijs τ mundatione leprosi et domus leprose Leui.xiiij. Ad quorum purificationem sumi p̄cipiebantur duo passeres. lignum cedrinum vermiculuz τ ysopus. τ immolato vno passere in aq̄s viuis. ex reliquis fiebat aspersorium quibus aspergebatur domus seu leprosus. quo facto passer ali9 viuus in agrum volare permittebatur. cuius rei ridiculosa videretur ratio litteralis. ¶ Item precipiebať in emundatione leprosi vt sanguine agni immolati τ de oleo poneretur super extremum auricule dextre: τ pedis: τ manus dextre cuius rei nulla videtur esse ratio literalis. ¶ Item obijcitur de absurditatibus circa oblationes sacrificioꝝ in q̄bus non videtur rationem habere: ꝙ solum generata animalium gressibilium iussit sibi deus offerenda in vtroq3 sexu bouem ouem τ capram. Simili modo duo genera precipue volatiliuz scilicet turturem τ columbam Leuiť.ij. Passer vero additus est in emundatione leprosi Leui.xiiij. ¶ Item propter quid animalia ista volebat interfici. τ cremari vel in parte vel in toto sicut habetur. ex Leuiť.j.ij.iij.iiij. ¶ Item ꝑpter quid in omni sacrificio iussit sal apponi sicut habetur ex Leui.ij. Mel vero τ fermentum apponi prohibuit. ¶ Item ꝑpter quid sanguinem hostiarum superfundi iussit τ sibi offerri sicut habetur ex Leui.j.ij.iij.τ.iiij. per totuz. ¶ Item propter quid adipem sacrificiorum et renes τ reniculos sibi retinuit Leuiť.iij. ¶ Simili modo que causa erat differentis modi immolandi animalia: τ gressibilia τ volatilia, occidendi: iugulandi: decollandi: τ collum retorquēdi. ¶ Item quare preceptum est vt animalia offerenda absq3 macula corporis offerantur: nulloq3 membro carerent: nec aliquod vitium in membro haberent.

In speciali obijciť de sacrificio hircoruz

¶ Item queritur ratio literalis de solēni sacrificio hyrcorum quod offerebatur in festo propiciationis Leuiti.xvj. Quorum alter vocabatur domini: alter emissarius. τ super quem cadebat sors ꝙ esset domini cōburebatur extra castra cum vitulo ita ꝙ nihil remaneret incombustum. Hyrcum vero emissarium statuebat sacerdos coram domino τ confitens vniuersa peccata filioꝝ israel imputabat capiti ei9: τ postea emittebatur per hominem paratum in desertum. τ credunt iudei ꝙ hyrcus ille portaret omnia peccata eorum ī desertum τ qui tangebat illum sicut dicit lex τ qui ducebat in desertum īmundus erat. quomodo ēt quiunt iudei: mundus erat qui portantes tot immundicias cōtingeret. Sed ridiculum maximum videtur ꝙ capiti hyrci peccata imputentur: cuz innocentissimus sit: τ immunis ab eis. ¶ Itez quomodo portaret peccata populi: cum ipsa peccata p̄prium subiectum mutare non possunt. ¶ Si diceret quis ꝙ non portabat peccata: sed penam debitam p̄ illis. non videtur verum quia liber τ sanus in desertum mittebatur. ¶ Item si portabat omnia peccata: vt quid offerebatur hyrcus ali9 p̄ peccatis populi totius?

De sacrificio Aaron.

¶ Item quare Aaron pro se τ domo sua iubetur vitulū in holocaustū offerre qui extra castra cum hyrco cremetur.

De sacrificio zelotipie.

¶ Item queritur de sacrificio zelotipie de quo legitur.v. Nume. in quo precipiebatur offerri modicum farine ordeacee τ nō superfundi oleū nec poni thus que erat oblatio inuestigantis adulterium. ¶ Itē queritur de sacrificio simile consperse oleo τ panum. quorum nulla ratio videtur literalis de quibus habetur Leuiť.ij. Sunt autem ꝙ̄plurima alia cerimonialia circa differentiam sacrificiorum de quibus infra plenius tangetur. que non videntur habere literalem rationem.

¶ Item queritur de preceptis cerimonialibus tabernaculi τ altaris. Et primo queritur de quo precipitur Exo.xx. Altare de terra facietis mihi. et iterum. Qḋ si altare lapideuz feceris. illud mihi non edificabis de lapidibus sectis. cuius rei nulla videtur literalis ratio.

Nono obijcitur de cerimonijs altaris.

¶ Item ꝙ ibi precipitur non ascendes ad altare meum per grad9. ¶ Item ꝙ dicitur ne appareat turpitudo tua. Nam non est verisimile tunc vsuz braccarum non fuisse: vel sacrificantes braccas deponere: immo etiam precipiebatur vt sacerdotes sacrificantes femoralibus vterentur Exo.xxviij. ¶ Item queritur quare altare holocaustoruz ponebatur sub diuo: hoc est sub aere libero. Altare vero thimiamatis intra tabernaculum Exodi.xl.

Decimo de positione tabernacli obijcitur

¶ Item quare positio de tabernaculi erat ex parte sancti sanctorum ad occidentem. Ex parte vero ingressus ad orientem. ita ꝙ necesse erat adorare ad occidentem. cum ecōtrario dicatur.xvj.Sap. Oportet solem preuenire ad benedictionem tuaz τ ad ortum solis te adorare. ¶ Queritur iterum q̄ erat ratio operture tabernaculi lr̄alis: cum infimaz operturam haberet ex cortinis quatuor colorum. hiacynthi: τ purpure: cocci bis tincti. τ bissi retorte. Scdm̄ vero erat ex sagis cilicinis. Tertiū erat ex pellibus rubricatis. super primum vero ex pellibus hiacynthi.xxvj.Exo. ¶ Item q̄ritur que erat ratio litteralis distinctionis tabernaculi per velū quatuor colorum in sancta sanctorum. Naz dicit apostolus ad Heb.ix. Qḋ parabola est temporis p̄sentis.

De positiōe candelabri.

¶ Item que ratio dispositionis candelabri septem lucernarum in parte australi tabernaculi: que dicitur sancta. τ mense ꝑpositionis ī partem septētrionalem Exo.vlti. τ Nume.viij. ¶ Itē que ratio adiunctionis altaris thimiamatis cū cādelabro τ mensa.

De positiōe mense. De altari thimiamatis

¶ Itē que ratio lr̄alis collocationis arche: τ cherubin in abdito. hoc est in sanctis sanctorum. Nam ad Hebre.ix. ap̄lus expresse dicit per allegoriam esse factum ergo non erit requirenda ratio litteralis. ¶ Item que ratio compositionis thimiamatis e olei vnctionis Exod.xxx. Nunquid hic poterit inueniri rō literalis.

Undecimo obijciť circa ordinationē ministroꝝ.

¶ Itez queritur de cerimonijs circa ordinationem et ornatum τ officium ministrorum. Nam habēs maculam non poterat ad ministeriuz promoueri.xxj. Leuiť. Si cecus si claudus. si grandi aut torto naso τc. τ ponuntur ibi irregularitates que etiam a ministerio seu sacerdotio noue legis nō repellūt: vt albuginem habēs in oculo τ huiusmodi. ¶ Itē q̄ rō ꝙ ī ↄsecratiōe sacerdotū de sanguine arietis. liniť extremū auricule dextre τ pollex man9 dextre τ pedis dextri. Leuiť.viij. ¶ Itē que ratio effusionis olei seu vnctionis supra caput Aaron consecrandi Leui. eodem. ¶ Itez que ratio oblationis trium animalium vituli pro peccato arietis in holocaustum. arietis in consecrationē τ canistri azimorum. ¶ Item que ratio ꝙ traduntur sacerdoti ordinato de ariete ↄsecrationis adeps. armus dexter τ pectusculum τ panes de canistro azimorum vt eleuet ea coram domino Leui.viij.

Duodecimo ornatu ministrorum.

¶ Item que ratio vestimentorum Aarō que sunt feminalia linea. tunica linea que cingitur baltheo: tunica hyacinthina superhumerale quod astringitur cingulo cui adnectitur rationale cydaris sup̄ caput cui adnectitur lamina aurea. de quibus oībus Exo.xxviij. ¶ Item que ratio ornatus minorum sacerdotum: qui vestiuntur feminalibus lineis tuni-

cis lineis: cinguntur baltheis. mitras accipiunt in capitibus suis. viij. Leuiti. ¶ Item que ratio ordinationis leuitarum qui asperguntur aqua lustrationis. ⁊ radunt omnes pilos carnis sue et lauant vestimenta et cum sacrificio offeruntur ⁊ cōsecrantur in oblatione deo Nume. viij. ¶ Item q̄ritur de cerimonijs solennitatum. Erat enim solennitas septimane scilicet sabbatum Erant iterū solēnitates anni. pascha decimaquarta die mensis primi. pēthecoste quinquagesima die a pascha ¶ Item prima die mensis septimi solēnitas tubarum. Decima die eiusdem mensis solennitas propiciationis. Decimaquinta die solennitas tabernaculorum septem diebus. Octauo vero die consequente solēnitas collecte. ⁊ ita in vniuerso septem erant solennitates legales ꝰm ꝙ enumerant̄ Leuiti. xxiij. ⁊ additur solennitas neomenie Numeri. xxviij. que fiebat ī kalen̄. hoc est ī prima die mēsis. Queritur autem harum solennitatum ratio. Pretermissis autem cerimonijs sacrificiorum et multiplicium obseruantiarum in solennitatibus de quibus nullo modo posse videtur reddi ratio l'ralis: horum ratio per ordinem quesita est.

Decimotertio obijcit̄ de ceremonijs solennitatuz

Rn̄sio generalis ad obiecta in gn̄ali.

Solutio.

⁊ primo ad ea que obiecta sunt in generali. Deinde vero q̄ obiecta sunt in speciali. ¶ Ad obiecta vero in generali. responsione dicendum. quod cerimonialium hoc est figuralium preceptorum quo ad genera p̄ceptorum. duplex est ratio l'ralis: ⁊ spiritualis. l'ralis refertur ad latriam cōditoris: spiritualis vero pertinet ad figurationē gratie redemptoris. Q̄tuz vero ad circunstantias preceptorum non videtur aliquo modo ꝙ vl'r possit assignari ratio l'ralis. vt quare talia animalia offerantur in tali solennitate. ⁊ quare ī tali numero: ⁊ quare in tali modo: q2 hoc vt holocaustuz illud vt hostia pacifica: et huiusmodi. Nume. xxviij. ⁊ Leuiti. xxiij. Sed dico ꝙ vniuersaliter est omnium istorum ratio sp̄ualis. vnde. vij Ro. scimus quoniam lex spiritualis est. lex moysi lex sp̄ualis dicitur. quia spiritualiter intelligenda est. dicit ibi glo. ¶ Ad illud ergo quod primo obijcit ꝙ p̄cepta summe sapientie debēt habere optimaz rationē. dicendum sicut dicit Aug. de precepto dato ade Gen̄. ij. De ligno scientie nō comedas: vt causam iussionis huius non dicit requiramus: s3 hec magna vtilitas est homini ꝙ deo seruit in iubēdo. Deus vtile facit quicquid iubere voluerit. de quo metuendum non est. ne iubere quod inutile ē possit. Scd'm hoc ergo dicendū. ꝙ obseruantie l'ralis cerimonialum hec sufficiēs ratio est. vtilitas ⁊ meritum obedientie. sicut in p̄cepto dato abrahe de immolando filio. xxij. Gen̄. cuius precepti nulla alia l'ralis ratio est nisi probatio obedientie abrahe. ¶ Ad scd'm vero quod obijcit ꝙ nihil iubetur seruari in lege sine causa. concedendum est. tamen aliquādo iubetur aliqd̄ fieri causa significandi. sicut preceptum est Isa. ꝙ iret nudus ⁊ discalciatus in signum ⁊ portentum aduersitatis venture super egiptum. Ita vl'r p̄cepta cerimonialia iussa sunt ad literam fieri: in signum future gratie per christum cum etiam alia que in illo populo contingebant: contingerent in figura quemadmodum dicit apostolus. j. corin. x. Omnia in figura contingebant illis. Preter autē rationem que dicta est scilicet meritum obedientie conditoris. sufficiens erit ista ratio scilicet significatio gratie redemptoris: ⁊ iste erant rationes principales preceptorum cerimonialium legis. Non tamen negandum quin q̄tum ad genera preceptorum ratio literalis sit. quare talia precepta illo tempore deberent illi populo dari: quando erat fere totus mundus ydololatrie deditus. vt p hoc reuocaretur ab ydololatria et eliceretur ad latriam conditoris: ꝰm quod iam manifestabitur

Solu. ad primū argu.

Ad scd'm

Ad cōtra. primum

¶ Ad illud quod obijcitur primo in partem contrariam ꝙ precepta euangelij ex ratione sunt ⁊ nō precepta cerimonialium obseruantiarum. Dicēdum ꝙ aliquid d3 faciendū ex ratione dupliciter. simpliciter ⁊ ꝰm quid. faciēdū simplicit̄ ex ratiōe est quod ꝰm se bonum est ⁊ semper ⁊ apud omnes ꝰm quē modum precepta euāgelica sunt ex ratione facienda: quia sunt bona ꝰm se et semper et ab omnibus facienda. Faciendum vero ex ratione s3 quid: est. quod ꝰm se bonum non est: sed tātum ex causa ⁊ pro tempore seu aliquibus bonum est. hoc vtile vel expediens. ꝰm quem modum cerimonialia legis ad literam facienda erant. quia causa reuocationis ad latriam conditoris tempore quo vigebat ydololatria: illi populo qui ad ydololatriaz pnus erat vtilia ⁊ expedientia erant.

Ad scd'm

¶ Ad scd'm vero dicendum. ꝙ in lege moysi vmbra est ⁊ figura respectu future gratie redemptoris ꝰm quod dicitur ad Hebre. x. vmbram habens lex futurorum bonorum. non ipsam imaginem rerum. Ibi tamē erat veritas presentis latrie conditoris seu obediētie. ex qua cerimonialium preceptoruz sumitur ratio literalis: ⁊ per hoc patet responsio ad obiecta in generali.

Ad obiecta vero ī speciali.

P̄notādū3 est. ꝙ q̄dam p̄cepta cerimonialia necessaria fuerī illi populo ad inchoationez religionis. Quedam vero ad cautelam vitandi erroris. Quedam vero vt allicerentur ad cultum ⁊ latriam cōditoris. ¶ Necessaria vero ad inchoationem religionis fuit p̄ceptum circuncisionis. ⁊ ritus phase. Circūcisio autem erat ad distinctionem principaliter. Ritus phase ad 9munionē: que duo necessaria erant inchoationi religionis. Primo vt ille populus per circuncisionem a ceteris populis ydololatrie deditis distinguerētur ferens signaculuz diuine religionis. Scd'o vt inuicem 9munione religionis vniretur p ritū agni paschalis. ¶ Necessaria vero ad cautelā erroris principaliter fuerunt p̄cepta omnia cerimoniaꝝ: que videntur cōtinere absurditatez seu in victu siue in habitu: seu ī actu. In victu multipliciter. vt de non arando in boue ⁊ azino. vt de non seminando agruz diuerso semine. de nō infrenādo bouē in trituratione. de abijciēdo prima germina arboꝝ in fructuū collatione. de nō coquēdo hedū in lacte matris in carniū p̄paratione. Itē in habitu duobus modis. vt de non induēdo vestē lana linoq3 9textam de non confundendo habitus virorū ⁊ mulierū. In actu indifferenti de dimittenda matre incubāte super pullos. ¶ Itez necessaria ꝓpter ꝓuocationem ad latriam conditoris principaliter fuerunt precepta cerimonialia circa decorem dispositionē tabernaculi ⁊ altaris: ⁊ circa honorificaz ⁊ honestā dispositionem ministrorum: ⁊ iocundam institutionem solēnitatum: vt per aspectum ⁊ cōsiderationem altaris ⁊ tabernaculi attraherentur pulchritudine. per considerationem ordinis ministrorum attraherentur honestate. per considerationem solēnitatum traherentur ⁊ allicerentur iocunditate ad cultum ⁊ latriam conditoris: hec em̄ tria miro modo alliciūt ⁊ attrahūt animam rationalem. s. decorum. honestum. iocundum. ¶ Item necessaria ꝓpter vtrūq3 scilicet cautelam erroris ⁊ ꝓuocationez ad latriā conditoris. fuerunt p̄cepta cerimonialia de cauendis ⁊ purificādis

dis ⁊ purificandis immundicijs. ⁊ precepta de sacrificijs. ⁊ p̄cepta de cauēdis imūdicijs ptinebant ad mundiciā 9uersationis que multiplicia sunt sicut iā ostendet̄. Precepta de sacrificijs ptinebant ad cultū religionis que etiā multiplicabant̄. sicut supra dictum est: ⁊ iam ratio dicet̄. ¶ Respondēdum igitur erit p ordinē ad supra obiecta ī speciali.

Responsio Ad primā de circūcisione.

directum ante ipsum oraculum: sed ad aquiloneꝫ.
Preterea vnicuiqꝫ panum illoꝝ superposita est pa
Alta.thimia. tena aurea ⁊ pugillus thuris: propter dissimilitu-
dinē a cultu ydololatrie. ¶ Ad illud vero qđ que-
ritur de adiunctione altaris thimiamatis iā respō
sum est. Nam mēsa sustentationeꝫ vite a deo quo
ad vegetabilē. Candelabruꝫ vero luminis illustra
tionem a deo quo ad sensibilē. Altare vero thimia
De collo. arche. matis pacem a deo quo ad conscientiam aīe. ⁊ par
tem rationalem exprimebāt. ¶ Ad aliud vero qđ
queritur que erat ratio collocationis arche ⁊ che-
rubin in abdito responsio est: qꝛ propter cautelam
ydololatrie factum est: ne a populo q̄ pronus erat
ad ydololatriaꝫ leuissima occasione si eis paterēt
adorarentur. Qui enim imaginē vituli pauloante
adorauerāt: qualiter se ab adoratione arche super
quam deus dabat responsa ⁊ angeloꝝ imaginē cō
tinerent. propterea eis dicitur Deuẗ.iiij. Non vi-
distis aliquam similitudinē in die qua locutus est
De cōpōne thimiamatis vobis dñs: ne forte decepti faciatis vobis sculptā
similitudinē aut imaginē ⁊ adoretis eā. ¶ Ad il-
lud qđ queritur vltimo de ratione compositionis
thimiamatis: ⁊ olei vnctionis. Breuiter dđm: ꝙ
ꝭm literam ratio fuit honorificentia tabernaculi ⁊
cultus diuini. vt.s. fragrantia odoris thimiamatis
attraherentur ad deuotionē: ⁊ frequentationeꝫ ta
bernaculi ⁊ adorandum deum. vnctione vero olei
qua consecrabatur tabernaculum: ⁊ alia que erāt
ad officium cultus mouerentur ad reuerentiā cul
tus ⁊ sacrorum.

Consequenter est respōde

Ad ob. vndecimo de ordinatiōe ministroꝝ. re ad quesita circa ordinationē ministroꝝ. Et pri-
mo ad illud qđ querebatur quare habēs maculaꝫ
nō poterat ad ministeriũ promoueri ⁊ rō est. hono
rificentia cultus dei: ne si minister haberet aliquā
notabilē deformitateꝫ. vilificareẗ cultus dei apud
simplices. vñ ⁊ tunc plures deformitates introdu
cebāt irregularitatē: que nō modo introducerent
qꝛ facilius ille populus recederet a cultu dei, q̄ po
pulus xp̄ianus si ministros eius contēptibiles iu
Querit dicaret. ¶ Ad aliud vero qđ queritur quare in ꝯse
cratione sacerdotis vngiẗ extremũ dextre auricu-
le. ⁊ pollices manus dextre ⁊ pedis. Rñdendũ vt
mōstrareẗ ꝙ ex ꝯsecratione deberet sacerdos eē to
taliter ꝯuersus ad deũ: ⁊ quātum ad attētionē seu
intentionē intellectus: q̄ designaẗ in dextra auri-
cula: ⁊ quantũ ad approbationē affectus que desi
gnatur in pollice pedis dextri ⁊ quantũ ad intētio
nem effectus: que designaẗ in pollice man⁹ dextre
¶ Ad aliud vero qđ queriẗ de rōne effusionis olei (Queritur.)
super caput aaron ꝯsecrādi. Rñdendũ ad exprimē
dum ꝙ ex vi ꝯsecrationis accipiebat ptāteꝫ alios
ꝯsecrandi ⁊ ordinandi in sacerdotiũ. vt ab ipso de-
riuareẗ autoritas: qui erat summus pontifex i mi-
nores sacerdotes: sicut a capite oleũ in membra de
fluebat. ¶ Ad aliud vero qđ queritur de oblatiōe (Queritur.)
trium aīalium ⁊ canistri azimoꝝ Leuiẗ.viij. dđm
ꝙ vitulus pro pctō offerebatur in ꝯsecratione sa-
cerdotis: in memoriā remissionis pcti adoratiōis
vituli cui ꝯsensit aaron ⁊ in detestationē erroris.
Aries in holocaustũ offerebatur in memoriā obe-
dientie ⁊ amoris: ex quo voluit abraā filiũ immola
re: sed tñ ꝓ illō obtulit arietē cuius amoris ⁊ obe-
dientie sciret sacerdos se debere esse imitatorem.
Aries vero in ꝯsecratione vt sciret sacerdos se cō-
secratũ i honorē illius q̄ per sanguinē agni qui est
arietini generis in egypto saluabat primogenita
israel. pro quibus primogenitis assumebanẗ ad di
uinũ cultũ sacerdotes ⁊ leuite Nu.iij. Canistrũ ve
ro panis vt sciret sacerdos se assumptũ ad illi⁹ ser
nitiuꝫ: q̄ pane celesti hoc est māna aluit filios isrł
in deserto.xvj.exo. vt ergo quatuor firmissime im-
primerentur in aīo sacerdotis. quatuor illa offere
bantur. duo vt imprimerenẗ timor ⁊ reuerentia iu
sticie. Duo vt imprimerentur spes ⁊ amor miseri-
cordie. Vitulus ꝓ pctō reducebat memoriā iusti-
cie diuine punientis malos adoratores vituli. Exo.
xxxij. Aries in holocaustũ memoriā iusticie ꝓban
tis seu tentantis bonos vt abraā. Gen.xxij. Aries
ꝯsecrationis amorē misericordie liberātis a malo
vt filios israel ꝑ sanguinē agni. Exo.xij. Canistruꝫ
azimoꝝ amorē misericordie sustētantis bñficio vt
filios israel vel manna in deserto. Exo.xvj. ¶ Ad
aliud vero qđ queriẗ: quare in ꝯsecratione tradeba
tur sacerdoti adeps. armus dexter ⁊c. Rñsio est ꝙ
propter hoc vt sciret sacerdos se accepisse ex ꝯsecra
tione duplicē ptātē. s. potestatē deo offerendi sacri
ficium quā significabat acceptio adipis: ⁊ potesta
tē accipiendi stipendiũ de sacrificijs ad suũ victũ.
⁊ hoc significabat acceptio armi ⁊ pectoris.
¶ Deinde rñdendũ ad obiecta circa cerimonias (Ad obie. duodecimo de ornatu ministrorum.)
ornatus sacerdotũ. Et primo ad illud qđ obẗ de ve
stimētis aaron. gñaliter ergo dđm ꝙ oīs ornatus
sacerdotũ erat ꝑpter honorificētiā dei: ⁊ vt ex ipsa
honestate ministroꝝ attrahereẗ ppl's ad diuinum
cultũ. tñ ipsa distinctio vestimentoꝝ summi sacer-
dotis ꝭm Josephũ. figurabat ipm esse ministrũ et
pōtificē vniuersoꝝ ꝯditoris. vñ ꝭm q đ tangiẗ sap.
xviij. Dispositio totius orbis figurabatur in veste
pontificis. Feminalia linea ⁊ tunica linea seu byssi
na terram figurabant. Balthei vero circũuolutio
nē occeani. Tunica hyacinthina ipso colore aereꝫ
preferebat. Per tintinabula tonitruum. Per ma
logranata coruscationes significabantur. Super
humerale sui varietate celum sydereum. Duo sar
donices. duo hemisperia vel solem ⁊ lunam. Duo
decim gemme in pectore. xij. signa in zodiaco. et
pulchre quod in medio erat appellabatur rationa
le. Ratione enim cuncta sunt plena ⁊ terrena per
celestia disponuntur. Cydaris celum empireum.
Lamina aurea deum omnibus presidenteꝫ. tamē
nō videẗ hec signatio conuenire. Dđm ergo ꝙ va
rietates vestimētoꝝ designabat varietatē virtutũ q̄
b⁹ oportebat pōtificē eē mũitũ. Femialia sigabāt
ꝯtinētiā. Tunica byssina ꝙ multis tō siōib⁹ ꝯueit
ad candorem.

ad candorem. Per mortificationē carnis mũdiciā
interiorem. Baltheus qui stringit ventrem ꝯtinē
tiaꝫ aut abstinētiā. Tunica hyacinthina que ē ex
terior ⁊ etherei coloris ꝯuersationē celicā. Cingu-
lum vero quo tunica stringiẗ ꝯuersationis mode-
stiā. Superhumerale mandatorum obedientiam.
Rōnale vero diuinā sciam. Cydaris intentionem
bone voluntatis. Lamina cui nomē dei inscribiẗ
De vestimentis minoꝝ sacerdotum. memoria seu meditatio dei iugis figurabatur.
¶ Ad illud qđ queritur de vestimentis minoꝝ sa
cerdotum. dđm ꝙ feminalia ꝯtinentiam. Tunica
linea mundiciam. Baltheus modestiam. Mitra
capitis intentionem rectam. ¶ Ad illud qđ queri
tur de leuitis. dđm ꝙ asperguntur aqua lustratio
nis ad significandũ mundiciam mētis ab immun
dicia culpe. Radunt vero pilos ad significandum
precisioneꝫ superfluitatis. Lauant vestimenta ad
expressionem mundicie in ꝯuersatione. Et hec suf-
ficiant de cerimonijs circa dispositionē ministro-
rum. Nam magis pertinent ad moralē instructio-
nem rōnes talium q̄ ad disputationem.
Ad obiec. decimotertio de solēnitatib⁹. ¶ Ultimo breuiter rñdendũ ad obiecta circa ceri
monias solēnitatum. dđm igitur ꝙ institutiones
solēnitatum erant in memoriam potētie: sapiētie:
iusticie: misericordie. ꝯditoris. Ad memoriā poten
tie erunt tria festa. sabbatum. Neomenia. pascha.
Sed sabbatum in memoriaꝫ potētie creantis oīa
sex diebus ⁊ septima quiescētis. Neomenia in me
moriā potētie gubernātis: que gubernatio maxi-
me apparet in principio cuiuslibet mēsis in reno-
uatione cursus lunaris. Pascha in memoriā potē
tie liberātis a malis egyptie seruitutis. Ad memo
riam vero sapientie dei que claruit in latiōe legis
instituta est penthecostes qđ est festũ lationis le-
gis quinquagesimo die post exituꝫ de egypto. Ad
memoriam vero iusticie instituta erat solennitas
tubarum: ⁊ solēnitas expiationis. sed solēnitas tu
barum in memoriam iusticie probantis bonos.
Erat enim in recordationē probationis abrae. qñ
preceptuꝫ est ei immolare ysaac: ⁊ aries pro eo im-
molatus est. Solēnitas propitiationis in memo-
riam iusticie punientis malos: ⁊ propitiantis pe-
nitentibus. Erat enim instituta in recordationeꝫ
seueritatis in punitione populi pro adoratione vi-
tuli. Ad memoriam vero misericordie conseruātis
israel i deserto. solēnitas tabernaculoꝝ. Ad memo
riā mie ꝯgregantis populũ israel in terra ꝓmissio
nis. solēnitas cetus atqꝫ collecte.

Questio.lvj. de numero et differentia cerimonialium.

Consequēter querē
dum est de numero ⁊ differētia ceri
monialium. Circa qđ querunẗ plu-
ra. Primo de numerositate cerimo
nialium. Scđo de differētia in gña
li cerimonialium.

Membrum primum.

De numerositate cerimonialium. Arg.j. In primis igitur queriẗ de numerosita-
te cerimonialium. Nā non videẗ ꝯueni
ens fuisse vt populo rudi ⁊ simplici tāta
numerositas preceptoꝝ dareẗ. Nā mul
titudo preceptoꝝ auget obligationē. maior aũt ob
ligatio exigit obedientiā perfectiorē. pfectior auteꝫ
obedientia non deꝫ exigi a populo imperfecto: ergo
inconueniens est populo hebreoꝝ ꝙ tm̄ multipli-
careẗ. ¶ Itē cōis animi ꝯceptio est. ꝙ in paucior- (Scđm.)
bus maior via est: ⁊ ad proficiendũ ꝑ intellectuꝫ in
addiscendo: ⁊ etiā ad proficiendum per affectũ in
operando. ergo in paucioribus mādatis maior eēt
profectus ⁊ obedientia facilior. ¶ Itē experimēto (Tertium.)
scitur ꝙ subitas mutationes abhorret natura. ⁊ ꝑ
ꝯñs ipsa ratio. Cũ in lege naturali fuerint manda
ta paucissima: inconueniens fuit vt in lege sequen
ti legem naturalē. s. legem moysi multiplicenẗ mā
data ⁊ precipue cerimonialia: quoꝝ rō non pꝫ rōne (Rñsio.)
vel natura. ¶ Rñ. dđm ꝙ numerositas cerimo-
nialium introducta est ꝯueniēter in lege triplici
de cā. Prima execrabilitas ydololatrie multipli-
cis ⁊ superstitionis erroris. propter quā eliminan
dam ⁊ cauendā necessarium fuit in illo populo ad
ydololatriā prono: multiplicari precepta cerimo-
niarum: per que reuocareñẗ ⁊ cauerēt ydololatriā
sicut pꝫ ex p̄cedētibus. Scđa cā est exercitatio ⁊ oc
cupatio in latria ꝯditoris. qꝛ enim mētes carnales
in vno quouis exercicio posite statim fastidiunt:
necessaria est eis. ⁊ salubris varietas exercitij qua
varietate excludatur fastidiũ: ⁊ acceptabile redda
tur seruitium ꝯditoris. ꝓpter quas duas cās dicit
dñs in ose. viij. Scribaꝫ eis multiplices leges me-
as. Tertia cā est multiplex signatio gratie saluato
ris. que nō potuit vno signo vel vna figura tm̄ ex-
primi. immo qꝛ multiplex est ⁊ incōprehensibilis
gratia necesse fuit figuras multiplicari. Inde ē qđ
dicit Isido. super principiũ leuiẗ. Qđ oīs hostiarũ
diuersitas xp̄i hostiā figurabat: ⁊ propter varieta-
tem virtutũ hostie xp̄i: introducta est varietas et
diuersitas sacrificioꝝ. Unde subdit xp̄s in vitulo
propter vrtutē crucis offerebaẗ. In agno propter
innocentiā. In ariete ꝓpter principatuꝫ. In hyrco
ꝓpter similitudinē carnis pcti. Ro.viij. In turtu-
re ⁊ columba. qꝛ deus ⁊ hō mediator dei ⁊ hoim. j.
thi.ij. in duarũ substātiarũ ꝯiunctione mōstrabaẗ
In similagine. ꝓpter ꝯspersionē credentiũ ꝑ aquā
baptismi collectā ecclīam esse corpus xp̄i ostende
baẗ. Itē pro hac rōne dꝛ Job.xj. vtinā deus loque-
reẗ tecũ. ⁊ ostenderet tibi secreta sapiētie sue. ⁊ ꝙ mul
tiplex sit lex eius. ¶ Ad illud ergo qđ primo obijci (Sol. ad arg. primũ.)
tur ꝙ multitudo preceptoꝝ nō ꝯuenit impfectis.
dđm ꝙ multiplicanẗ p̄cepta dupliciter aut cā mul
tiplicandoꝝ meritorum: quō non ꝯuenit multipli
care mādata nisi perfectis. Aut necessitate vitan-
dorum maloꝝ: quō expedit multiplicari p̄cepta i-
perfectis. cũ. s. multiplicanẗ occasiones in pctīs. si
cut nos videmus ꝙ multiplicanẗ humane leges ⁊
ecclīastice ꝯstitutiones cum multiplicantur ma-
lorum occasiones. vnde ⁊ hoc modo conueniebat
precepta multiplicari populo iudeorum.
¶ Ad secũdum qđ obijcitur ꝙ in paucioribus via (Ad secundũ)
maior est. dicendum ꝙ verum est vbi per pauciora
proceditur ad vnum: vbi vero proceditur ad mul-
ta vel multiplicia. non est via maior per pauciora:
immo per multiplicia. Inde est cum conueniret fi-
gurari multiplicia beneficia. ⁊ numerosam gratiā
redemptoris necessarium erat vt multiplicarētur
cerimonie figurarum legis. ¶ Ad tertium quod (Ad tertium)
obijcit ꝙ subitas mutationes abhorret natura ve
rum est vbi est mutatio in contrariuꝫ. vnde muta-
tionem a paucioribus ad multa contraria abhor-
reret natura ⁊ ratio: non auteꝫ mutationem a pau
cioribus ad multa nature conuenientia. Cōueniẗ
aũt nature varietas exercitij. ideo ad mutationem
in ipsa varietate cultus diuini. necessaria fuit mul
tiplicatio cerimoniarum.

Membrum secundum.

Q.in gñali d̄ d̄ria cerimonialium. Legis sacra. Sacrificia Sacra.

Q Ueritur postea in gñali. De differentia cerimonialium. Notandum igitur ꝙ quidā cerimonialia legis in tres differentias distinxerunt. s. in sacramēta. sacrificia ⁊ sacra. Et sacramēta dixerunt instituta ad sctificationē. Sacrificia ad propitiationez. Sacra ad dei hon orationē. Sacramenta legis vt circūcisio ⁊ phase ⁊ ordo ⁊ hmōi. Sacrificia vero q̄ offerebantur de animātibus ⁊ de inaīatis vt simila. panes ⁊ libamēta. Sacra vt ea que erant sacrata ad cultum rōne loci vel tpīs colēdi deum. vnde sacra erant vtēsilia tabernaculi ⁊ ornatus ⁊ solēnitates. Dicunt ergo ꝙ hec tria necessaria erāt: ⁊ hoc qꝛ a primo necessarium erat vt sanctificarētur vel scti essent ꝙ fiebant per sacramēta. Scd̄o necessariuz erat vt iram creatoris declinarēt, ⁊ pacē eius ⁊ gratiam obtinerēt. qd̄ fiebat per sacrificia. Tertio necessarium erat vt ipsum creatorem cultu placido: hoc est loco ⁊ tpe put ꝯgruit honorarēt ⁊ hoc fiebat per sacra.

Contra. Obijcitur.

¶ Sed obijcitur ꝯtra. Nā sm̄ cōem acceptionē cerimonialia nō solū ꝯsistūt in illis q̄ cōiter dicūt aut sacra. aut sacrata. aut sacrificia: immo in alijs obseruātijs que cōpetunt psonis vt de cauendis immundicijs ⁊ de ceteris. de quibus lex voluit decernere pplm tā in victu q̄ in vestitu. taz in actu a nationibus ceteris sicut supra dictuz est. vnde dr deut. iiij. Mandauit mihi deus vt docerē vos cerimonias atq̧ iudicia que facere debetis. ¶ Itē non videt vniuersaliter verum ꝙ dicuntur sacrificia in propiciationē. Nam erant sacrificia q̄ offerebantur ex mera dilectiōe vt holocausta Leuit. j. Iterum erant sacrificia que offerebantur in gratiarūactionē vt hostia pacificoꝝ pro pace collata. Leui. iij. quēadmodū erāt pro pctō leui. iiij. Itez dixerunt quidā cerimonias principaliter esse circa custodias solēnitatum: ⁊ hoc seruantes interp̄tationē vocabuli. Nā cerimonie dicunt a cereis. i. luminaribus: que in solēnitatibus apponebātur. vel a carie ⁊ mene. qꝛ tunc debēt in nobis sordes deficere. Uel cerimonie q̄si carimunie a carendo munijs. i. officijs seruilibus. Tñ extēso noīe dicuntur cerimonie sacrificioꝝ ⁊ alioꝝ. ¶ Sed in ꝯtrarium obijcitur ꝙ ante institutionē solēnitatum: ⁊ añ legez legim9 cerimonias. geñ. xxvj. dicitur de abraā ꝙ custodiuit p̄cepta dei ⁊ mandata ⁊ cerimonias. Itē Exo. xij. de ritu agni pascalis. cum introieritis terram obseruabitis cerimonias istas. Ex quo relinquitur ꝙ cerimonie nō principaliter dicuntur obseruantie solennitatū.

Alia rñsio.

¶ Alij dixerūt ꝙ cerimonie dicebantur quasi chere normie. i. salutis regule. vñ qꝛ ista q̄ instituta sunt ad diuinū cultū. ⁊ precepta sunt regule directiue in salutem. dicunt cerimonie. ¶ Sed sm̄ hoc cū ipsa p̄cepta moralia maxime sunt directiua in salutē. vere sunt regule salutis. ergo ⁊ cerimonie dicerentur. ¶ Dixerūt alij iuxta sñias sapientū hebreoꝝ. ꝙ cerimonie dicerent p̄cepta: q̄ non vident habere rationē sm̄ literam vel quoꝝ rō occulta est ⁊ latēs simplicibus. nota vero solis sapientibus. ¶ Sed sm̄ hoc preceptum de immolatione agni paschalis: nō esset cerimoniale. cū ratio institutionis determinetur expresse Exo. xiij. ita ꝙ manifesta esset simplicibus. Dicit enim ibi narrabis filio tuo in die illa dicēs. hoc est qd̄ fecit mihi dñs qñ egressus suz de egypto. ⁊ erit quasi signū in manu tua ⁊ quasi monimētum ante oculos tuos. ⁊ tñ ꝯtrarium habetur exo. xij. Cū introieritis in terram obseruabitis cerimonias istas. ¶ Item pari ratione nec festum tabernaculorum esset cerimoniale: qꝛ eius ratio expressa erat etiam simplicibus Leui. xxiij. vbi dicitur. Mense septimo festa celebrabitis septē diebus: ⁊ habitabitis in tabernaculis. vt discant posteri ꝙ in habitaculis habitare fecerim filios israel.

Rñ.

¶ Dicendum aut non solum respiciētes ad nomen: sed ad sententie rationez. Qd̄ cerimonialia precepta erant oīa illa que introducta sunt propter ritum cultus. ⁊ latriam conditoris sm̄ literalem rōnem. Dicit aūt Ualerius maximus. Qd̄ istud vocabulum cerimonie latinum est ⁊ sumptum fuit a cerete oppido: in quo oppido Romani primo instituerunt ritum sacrorum. Inde est ꝙ latini interpretes in lege diuina posuerunt hoc vocabulum. vbi debuit significari ritus colendi deum. vnde exo. xviij. dixit Jetro ad moysen. Esto populo in his que sunt ad deum: ostendensq̧ cerimonias ritumq̧ colendi. Dicēdū igitur ꝙ precepta cerimonialia consistunt in quatuor differentijs. Prima est in obseruātijs. Secūda in sacramentis. Tertia in sacrificijs. Quarta in sacris. Obseruantias autem in hoc loco dicimus precepta circa diuinum cultum que data sunt ad eliminationem superstitionis ydololatrie: ⁊ declinationem occasionis erroris: vt precepta que data sunt circa vestitum vel circa victum: ⁊ circa obseruantias immundiciarum ⁊ huiusmodi: vt patet ex precedentibus. Sacramenta autem ⁊ sacrificia et sacra dicimus instituta sm̄ litteram ad latriaz cōditoris. Sed referuntur sacramenta ad fidem veritatis. Sacrificia ad spem salutis seu pietatis. Sacra vero ad honorem ⁊ reuerentiaz maiestatis. In sacramentis enim signum est fidei veritatis. vnde circūcisio dicitur signaculum fidei abrae Ro. iiij. Et sacramentum agni paschalis dicitur signum eiusdem. Exo. xiij. Erit quasi signum in manu ⁊c. In sacrificijs vero siue holocaustis seu pacificis seu hostijs pro peccato spes pietatis est ⁊ obtinēde salutis. sicut patet ex leui. j. ⁊. ij. ⁊. iij. ⁊. iiij. cum dicit. Sacrificia oblatio suauis odoris deo. In sacris vero honorificentia ⁊ reuerentia maiestatis dei est. Sacra vero ista attendebantur in institutione solēnitatum ⁊ ornatus tabernaculi ⁊ vtensilium vniuersaliter que deputabantur ad diuinum cultum. ¶ Secundum hoc ergo cerimonie in quadruplici differentia sunt primo in obseruantia eorum q̄ precepta sunt ad reuocationem ⁊ declinationez superstitionis erroris. secundum qd̄ dicitur. iij. Reg. ix. Si auersi fueritis non sequentes me: nec custodientes cerimonias quas proposui vobis. sed si colueritis deos alienos: auferam israel de superficie terre. Secundo in sacramētis vnde ⁊ pro sacramēto circūcisionis dicitur de abraam Geñ. xxvj. Qd̄ custodierit mandata ⁊ cerimonias. Item de sacramento agni paschalis dicitur. Exo. xij. cū introieritis terram obseruabitis cerimonias istas. Preterea de sacramento ordinis dicitur leui. viij. Hec est vnctio aaron ⁊ filioruz eius in cerimonijs. Tertio in sacrificijs. vnde Leuit. ix. Dicūtur oblata sacrificia sup altare absq̧ cerimonijs holocausti matutini. ⁊ Nume. xv. De peccāte p ignorātiā dr. Qd̄ offerat vitulū ⁊ sacrificia ad eius libamēta vt cerimonie eius postulāt. Quarto in sacris. vñ exo. xxxviij. Hec sunt instrumenta tabernaculi testimonij in cerimonias leuitaruz. Ex quo pz ꝙ vtensilia tabernaculi dicebant cerimonie vel iter cerimonias eē. dōm igit ꝙ diminute ⁊ impfecte fuit p̄dicta assignatio

Obijcitur.

cerimonialiū legis. ¶ Sed obijcitur cōtra positā distinctionē. Nā dicit aug. in li. x. de ci. dei Qd̄ sacrificiū visibile inuisibilis sacrificij. sacramētum. i. sacrum signū est. vt in ps. pnīe inquit. Si voluisses sacrificiū dedissem vtiq̧ holocaustis nō delectaberis. sacrificiū deo spūs ꝯtribulatus ⁊c. ¶ Itē aug. ī eodē ꝙ ab hoībus appellat sacrificiū signū est veri sacrificij. porro misericordia verū sacrificiū est. sm̄ hoc ergo videnť nō distingui sacrificia. sacramēta legis: cū ipsa sacrificia sacramenta sint. ¶ Itē aug. in eodē. Si sacrificia que vult de9: quoꝝ vnū est cor ꝯtritū ⁊ humiliatū. nollet legalibus sacrificijs significari: nō vtiq̧ de his offerēdis in lege veteri precepisset. Ex hoc ergo relinquit ꝙ non distinguuntur cerimonie sacrificioꝝ: ⁊ sacramentoꝝ. ¶ Cōtra. Sacrificiū signū est veri sacrificij. verum aūt sacrificium est opus meritorium. vñ aug. x. de ciui. dei. Uerū sacrificium est oē opus qd̄ agitur vt sctā societate inhereamus deo. relatuz. s. ad illū finē boni quo veraciter beati esse possimus. Cū ergo sacramētum proprie non sit signum sacri operis qd̄ a nobis est: sed ipsius gratie sacre que a deo est: ⁊ nō a nobis. sicut dr ad Ro. xj. Si gratia dei iā nō ex operibus: alioq̄n gratia nō est gratia. Sacramētū eñ est inuisibilis gratie visibile signū. Relinquitur ergo ꝙ sacrificiū legis non est ppue sacramentū.

Sol.

¶ Rñ. sacramētū dr cōiter ⁊ proprie. Cōiter signū sacre rei. seu illa res sit opus sacrum qd̄ ab hoīe est: seu illud sit gratia que est solū opus diuinū. Et hoc modo dicit aug. sacrificia esse sacramenta. Proprie vero dicitur sacramētum signum sacre rei que est gratia ⁊ non opus humanū: ⁊ hoc modo distinguendum est: qꝛ sacrificia duplicē intentionē significationis habebant. erant enim signa futuroꝝ ⁊ faciendoꝝ. Ut erāt signa futuroꝝ et significabant de futuris gratijs in xp̄o. vnde dicit Isido. super leuiticum oēs legales hostie xp̄i hostiam preferebant: ⁊ isto mō sacrificia possunt dici sacramēta respectu gratie xp̄i. qꝛ tñ sacramētū ppie dr ꝙ est signū gratie que in nobis est: est a xp̄o: nō dicentur sm̄ modum proprium sacrificia sacramēta. Scd̄m vero ꝙ erant signa faciendorum. patet amplius ꝙ non possunt dici sacramēta proprie exceptis quibusdam que erant principaliter instituta ad significādā gratiā. vt forsitā sacrificiū vitule ruffe: ⁊ sacrificium ꝯsecrationis sacerdotum.

Questio. lvij. de obseruātia cerimoniarum circa immūdicias.

C Onsequēter queritur in speciali circa obseruantiaz cerimoniarum de immūdicijs. Et primo queritur cōiter. quid dicatur p̄ncipium vel origo immūdicie. Scd̄o vero in particulari quantū ad differentiā statuuz ante legem: in lege ⁊ post legem

Membrum primum.

Q. cōiter qd dicat vel origo imūdicie.

A D primum obijciunt sic. qꝛ principium immundiciaruz: aut dr esse a natura rerum: aut ab vsu illarū: aut ab institutione: aut a signatione. ¶ Qd̄ autem a natura non habeat originem huiusmodi immundicia ostendunt sic. Natura rerum potest considerari tripliciter. Primo simpliciter ⁊ per se: ⁊ sic dicit geñ. j. vidit deus cūcta que fecerat ⁊ erant valde bona. Silr dicit aug. Qd̄ fuerant oīa creata valde bona: ⁊ ita valde munda. ⁊ ad Ro. xiiij. Scio ⁊ confido in dño iesu xp̄o qd̄ nihil est cōe. Secundo consideratur natura rerum in comparatione earum ad inuicem in respectu. s. minus nobilium ad magis nobiles sm̄ ꝙ dicit aug. Oīa sunt mūda naturaliter. sed ex cōparatione melioris nature: quedā reputantur immūda. ex hoc accipitur hmōi immūdicia de qua loquimur. Cū autē fere oēs res cōparari habeant ad nobiliores. ergo sm̄ hoc hmōi immundicia fere in oībus esset qd̄ falsum est. Preterea videtur contrarium ꝙ. s. quedam res nobilioris nature reputarentur immunde: vt aquila ⁊ leo: et huiusmodi. quedam vero minus nobilis nature reputarentur munde vt ouis capra ⁊ hmōi. Tertio modo considerantur nature rerum non absolute in se. nec in relatione earum adinuicem sm̄ ordinē vniuersi: sed in comparatione ad pctm̄ rationalis creature. sed nec ex hac comparatione potest dici ꝙ habeat ortum hmōi immundicia per aliquid. s. contractuz ex hmōi pctō. qꝛ si dicatur ex comparatione ad peccatum hoīs sm̄ ꝙ dicitur super illud Esa. xxx. Erit lux lune sicut lux solis: ⁊ lux solis septēpliciter: ꝙ oīa deteriorata sunt propter hoīem. Contra. Hoc est qꝛ sm̄ hoc in oībus esset ista immundicia. Ex his ergo relinquitur ꝙ immundicia ortum non potuit habere ex natura. ¶ Itez ꝙ ab vsu rerum non potuit habere ortum immundicia ostenditur. Si enim dicerentur immunda qꝛ vsui humane sustentationis inepta. sm̄ hoc immūda essent quecūq̧ ad vsum humane sustētationis nō ꝯgruerentur. munda vero essent quecūq̧ esui hominum congruerent. sm̄ hoc ergo porcus ⁊ multa alia que lex vocauit immunda non reputarentur immunda. ¶ Item si dicatur ꝙ ex vsu malo hoīm dicuntur ista aīalia immunda: qꝛ ydololatre eis vtebantur ad superstitiones ydololatrie. sm̄ ꝙ dicit Orig. super librum numerorum. Phytonibus dracones ⁊ alij serpentes ministrare perhibentur. Auguribus vero quedam aues que lex reputauit immundas. Contra. Tam boues q̄ oues ⁊ hmōi. multotiens offerebātur ydolis ab ydololatris. vt iij. Reg. xviij. De sacerdotibus Baal: q̄ obtulerūt ei bouem. Ergo sm̄ hoc oues ⁊ boues reputarētur immūda. ¶ Itez si dicat ꝙ hoc dr ppter abusum diaboli: qꝛ aliqua aīalia ex pmissione diuina subijciuntur demonibus. sicut serpens Geñ. iij. ⁊ sicut porci. viij. mat. Cōtra. Scd̄z hoc ⁊ boues ⁊ oues dicerent immūda. cū ex pmissione diuina volūtati ⁊ ptāti demonū ꝯcedant. Job. j. dixit dñs ad Sathā Ecce vniuersā q̄ hz i manu tua sunt ⁊ ibi dr. ꝙ operatiōe demonis descēdit ignis de celo ⁊ cūctas oues puerosq̧ ꝯsumpsit. Ex his ergo relinquit ꝙ ex vsu rerū nō pōt hr̄e ortū immūdicia. ¶ Itē si dicat ꝙ ex instōne ortū habuerit hmōi immūdicia. Cōtra. Cōstitutio circa immūdicias aīaliū nulla emanauerat ante legē. Leui. xj. ⁊ tñ añ legē: ⁊ etiā añ diluuiū dr Noe geñ. vij. Qd̄ ex aīantib9 mūdis tolles septena. De aīantibus vero immūdis duo. ergo añ ꝯstitutionē legis erat immūdicia in aīalibus. non ergo ex ꝯstitutione est immūdicia. ¶ Si vero dicat ꝙ in geñ. dicunt immūda: nō qꝛ tūc essent immūda. sed qꝛ postea ex ꝯstitutione legis futura erant immūda. Cōtra. sm̄ hoc ergo moyses loquit sm̄ tēpus legis. Si ergo ex ꝯstitutione legis facta est discretio mūdoꝝ ab immūdis: ⁊ añ legem nō erat immūdicia: añ legē nō poterat esse discretio mūdorū ab immūdis. ergo nec electio. ergo ⁊ inutiliter ⁊ inutiliter ⁊ in casuz diceret ad Noe geñ. vij. De animātibus mūdis tolles septena: de imūdis vero duo

¶ Itē significatur ꝙ immūdicia ortum habuit a signatione vt ille res dicantur munde que ꝑ ꝓprietates suas significatiue erant mūdicie morū: ille vero dicant immunde que sunt significatiue immūdicie pctōꝝ. Cōtra. Sicut dicit.b.diony.in hierarchia angelica ſm eloquia diuina. Gen̄.j. Oīa valde bona. ꝛ ideo ex oībus elicere est bonas speculationes. Relinquitur ergo ꝙ oīa essent mūda. quia oīa possunt esse signatiua boni: vñ ꝛ ipse dñs vocat se vermē. ps. Ego sum vermis ꝛ non homo. ꝛ vocatur leo. Apoca.v. Uicit leo de tribu iuda. ꝛ tñ ista ſm legeꝫ reputantur immūda. Relinquit ergo ꝙ propter signationē boni non dicuntur munda.

¶ Itē cū in oībus rebus sit reperire aliquas proprietates signatiuas boni. aliquas signatiuas mali. vnde ꝛ per leonē aliqñ signatur xp̄s. Apoc.v. Uicit leo de tribu. aliqñ diabolus.j.Pet.v. Aduersarius vester diabolus tanꝗ leo rugiens circuit querens quē deuoret. Ergo ſm hoc oīa essent munda ꝛ immunda rōne diuersoꝝ.

Rñ. Rñ. dōm ꝙ immūdicia non accipitur ex vna sola: sed ex pluribus cāis appropriatis quattuor generibus causarum. Causa enim materialis seu dispositiua immundicie ē ex parte nature non tñ simpliciter. Simpliciter eī ſm naturam nihil est immundū. Ex comparatiōe tñ aliquo modo immundum dr̄. ſm ꝙ dicit augu. super gen̄.vij. Omnia naturaliter munda sunt: sed comparatione melioris nature quedam dicuntur immunda. sicut bos leone melior. qr̄ hoī necessarior: propter quē creata sunt oīa. Causa vero formalis immūdicie accipitur ex parte vsus seu abusus: ꝛ hoc qr̄ illis aīalibus principaliter ꝛ pre ceteris q̄ lex vocauit immunda abutebantur: aut ydolis immolando aut augurādo seu maleficia exercēdo: ſꝫ qđ dicit Orige. Causa vero efficiens immundicie sumpta est ex parte institutiōis: que institutio principaliter ortum habuit ex vsu vel ꝯtra abusum data est: vt.s. elongarent ab ydololatria ꝛ punirent inobedientia. Elongarent ab ydololatria in hoc qđ prohibebant ab his vescendis vel ꝯtingendis que ydololatre p̄cipue habebant. queādmodū prohibentur vti vestimēto ex lana ꝛ lino ꝯtexto: ne esset similitudo colentium deum cuꝫ ydololatris que in venerationem ydololatrie vestimentis talibus vtebantur. vt puniretur inobediētia ſm ꝙ dicit aug. in li. questionum noui ꝛ vete. testa. escarum lex nō in primordio legis data est. sed cum duce perfidia dei promissis fidem nollent dare: ad duriciam cordis sui acceperunt precepta non bona. sicut dicit propheta Ezech.xx.d. Superbis enim hoībus ꝛ cōtumacibus nō debuit tota creatura subijci. Causa vero finalis fuit signatio. in signum enim fuerunt institutiones legalium immundiciarum sicut et cetere leges obseruātie. vñ ad heb.x. dr̄. Umbrā habens lex futuroꝝ bonoꝝ. ꝛ.j.coꝝ.x. Oīa in figura cōtingebant illis: qr̄ per hmōi mundiciaꝫ vel immūdiciam signatur aliquid circa xp̄m futurū: vel circa nos gerenduꝫ. Ex his igitur quattuor simul aggregatis: non ex vno tantum determinatur ratio mundicie vel immundicie. ꝛ per hec patet responsio ad obiecta.

Membrum secundum.

De mūdicijs in particulari ſm dr̄iam statuum.

q Uerit postea de immūdicijs in particulari ſm differentiā statuū. Primo igit queritur de immūdicijs quantū ad statum ante legem. iuxta illud Genes.vij. De animantibus mūdis tolles septena ꝛ septena. De immūdis vero duo ꝛ duo. Secūdo de immūdicijs ſm statū legis. de quibus Leuit.xj.xij. ꝛ.xiij. et in alijs. Tertio de immūdicijs post euacuatione legis de quib⁹ dr̄. Act.xv. Ubi decreuit ꝯsiliuꝫ Apostolorum abstinere a suffocato et sanguine.

Articulus primus

De immūdicijs ante statum legis. Argu.j.

c Irca statū ante legē. querit quare ante tēpus Noe nō fuit mētio de mundicia vel immūdicia. Nā cū immūdicia ſm ꝙ dictū est: quodāmodo ortū habuerit ex natura. natura aūt semꝑ eadē fuit in animātibus ergo a pricipio mētio debuit fieri de mūdicia ꝛ immūdicia aīantiū. ¶ Si diceret ꝙ añ tēpora Noe nō erat abusus aīaliū que reputant immunda simili mō poterit dici ꝙ tꝑibus Noe non erat abusus cū tꝑibus eius nō legat ydololatria.

Secundum. ¶ Itē querit cū dñs precepit Noe Gen̄.vij. vt de aīantib⁹ mūdis ꝛ imūdis poneret in archā ꝛ septena de mūdis. bina de imundis. ergo sciebat noe q̄ essent mūda et immūda. Querit igit vñ habuerit hāc noticiaꝫ Si dicat ꝙ ex instinctu nature. pari rōne ꝛ alij p̄cedentes hoc ipm cognouissent: cū instinctus nature idē maneat penes oēs habentes eandē naturā. qđ tñ nusꝗ legit. ¶ Si dicat ꝙ ex inspiratiōe diuina eadē facilitate negari pōt quia ꝛ affirmari cū hoc nō legat ¶ Itē q̄rit iuxta lrām illi⁹ p̄cepti: quare plura iussit accipi de mūdis ꝙ de imūdis. qr̄ de mūdis septena de imūdis tantū duo Gen̄.vij

Tertium. Itē quare in impari nūero sumunt mūda: Immūda vero ꝛ etiā rōalia in nūero pari.

Quartum. ¶ Si dicat ſm Rabanū in glo. Nō impar nūerus virtutis speciē p̄tēdat. Par vero ifirmitatē. Cōtra Scdm hoc ergo rōnalia debuerūt sumi in impari nūero: cū rōnalibus maxime ꝯperat spēs virtutis. ¶ Itē q̄ritur añ legē qđ erat immūdū ꝙtū ad immolationem esset immundum ꝙtum ad comestionē quod vr: qr̄ indistincte dr̄ de aīalibus mundis ꝛ imūdis.

Quintum. Similiter aūt imūdicia extēdit respectu imolatiōis. ꝛ respectu ꝯmestiōis. Cōtra. Gen̄ ix. Omne ꝙ mouetur et viuit erit vobis in cibum ergo omnia animalia ſm hoc erant munda ꝙtuꝫ ad cōmestionē. Sed. constat ꝙ tūc non erant omnia munda ꝙtū ad immolationē qr̄ dicitur gene. viij. Tollēs Noe de cūctis pecoribus ꝛ volucribus mundis obtulit holocausta ergo aliqua animalia erant immūda quo ad immolationem.

Sextum. ¶ Item ad idem est quod dicit Aug. in questionibus noui et veteris testamenti. Escarum lex non in primordio legis data est ergo multomagis nec ante legem. et tamen mundicia et immundicia reputabātur in animalibus quo ad immolationē. ¶ Item queritur cum in lege Leui.iij. Adeps carnis et sanguinis reputentur immunda quo ad cōmestionem. non tamen ꝙtum ad oblationem. immo illa precipue scilicet adipem ꝛ sanguinem precipit deus sibi offerri. quare ante legem et temporibus Noe non reputaretur immunda comestio adipis: cum reputetur immunda comestio sanguinis per illam diuinam cōmestionem qua dictum est Noe Gene.ix. Omne quod mouetur et viuit erit vobis in cibum. excepto ꝙ carnem cum sanguine non comedetis.

Septimum. ¶ Item queritur cum in lege determinetur immundicia ex parte brutorum. vnde ꝛ etiam hominem. Leui.xj.xij.xiij. et xv. Ante legem vero legitur immundicia ex parte brutorum. vnde et ad noe dictum est Gen̄.vij. De animalibus mundis et immūdis tolles ꝛc. Quare ergo simili mō nō fit mentio de immundicijs hoim

Responsio. Ad primum. ¶ Responsio per ordinem ad obiecta. ¶ Ad primum quod querit quare ante tempus noe nō fit mentio

mētio de immūdicia vel mūdicia aīaliū: ꝛ spāliter quo ad immolationē. Rñdet ꝙ duplex rō ſm allegoriā ꝯcurrebat. Cū eīm oblatio sacrificij fieret propter expiationē originalis ante tp̄s circūcisionis ꝛ ꝓpter expiationē actualis: duplex erat figura seu significatio sacrificij. vna sacrificij passiōis xp̄i: qđ principaliter erat ad expiationē seu mūdationem originalis. Alia sacrificij pnie seu cordis cōtriti qđ ꝓprie est ad emūdationē actualis. Quātū aūt ad significationē sacrificij passionis xp̄i ꝯueniebat vt ſm decursuꝫ tp̄is magis ꝛ magis fieret declaratio veritatis. Uñ qr̄ sacrificiū redēptionis per xp̄m debebat fieri in carne ꝛ in mūda carne. ꝛ etiā in carne humana. ideo in exordio prime etatis in sacrificio Abel figurabatur in carne mūda fieri. Postmodū in scda etate in exordio per sacrificiū Noe ostēdit futurū in carne mūda. Tertio in exordio tertie etatis in abraā cū precipitur filius immolari ostendebatur futurū in carne mūda ꝛ humana. propterea cōpetebat vt rōne sacrificij noe in quo incipiebat scda etas ꝛ maior etiā debuit esse declaratio sacrificij redemptionis ꝙ prius fieret mētio de immūdicia carnis sacrificande. Quantum ad significationē sacrificij pnie seu cordis ꝯtriti qđ ꝓprie ad emūdationē immūdicie actualiū peccatorum conueniebat. vt tempore Noe in quo maxime abundabant immundicie actualium culparū. qr̄ oīs caro corruperat viā suā. Gen̄.vj. fieret mētio de mūdicia ꝛ immūdicia nature sacrificioꝝ.

Ad secundum. ¶ Ad scdꝫ qđ queritur qualiter Noe habuit noticiā de mūdicia ꝛ immundicia. dōm ꝙ partim ex natura. partiꝫ ex rōne. partum ex inspiratione. In aīalibus que ſm legem reputantur immunda. quedā sunt hoī nociua. quedam sunt hoī inutilia. quedā vero nō necessaria. Nociua sunt serpentes ꝛ leones ꝛ hmōi. q̄ sua feritate hoībus frequēter nocent. Inutilia vero vt quibus non pōt hō vti nec ad victū nec ad vestitū nec ad laboris adiutoriū. sicut formice. stelliones ꝛ ifinita gña reptiliū ꝛ etiā aīaliū ꝛ auiū. Nō necessaria vt sine qb⁹ vita hoīs potuit sustētari ꝛ ſm hoc solū in gñe gressibiliuꝫ ouis ꝛ capra ꝛ bos necessaria hoī iudicantur. qr̄ prebēt hoī victum. vestituꝫ ꝛ adiutoriū. potissime sine timore nocumēti. Alia vero sicut canes. equi ꝛc. non se habēt hoc modo. Et ideo sine illis pōt ꝯueniēter vita hoīs agi. Accedēte igitur rōne cū instinctu nature: ꝛ superueniente diuina inspiratione Noe habuit noticiam mūdorum ꝛ immundorum. Instinctu enim nature pretermittendum est ꝛ quasi abijciendum quicquid est nature nociuum. aut inutile. aut nō necessariū velut immundum. pari vero ratione ꝯferente etiā talia abijciet velut immunda. Fortius vero adueniente spiratione ad declarationem sacrificij redēptionis in carne munda. Dicendum ergo ſm augu. Quod comparatione melioris nature in illis que homini sunt salubria. vtilia ꝛ necessaria: potuit ratione ꝛ natura quedam reputare immunda. ¶ Ad illud ergo quod obijcit ꝙ pari ratione precedentes possent illud cognoscere. Dicendum ꝙ veruꝫ est si instinctui persone accessisset ratio ꝛ inspiratio. Ratio que secundum perfectionem iusticie solis necessarijs ꝛ vtilibus contenta esset. Inde est ꝙ ex priuilegio singulari de Noe dicitur gen̄. vj. Noe vir iustus atqꝫ perfectus ꝛc. ¶ Preterea inspiratio que accessit ad Noe cum ei locutus est deus. vt sicut inspirauit ei quod de mundis tolleret septena et septena. de immundis vero duo et duo: ita prius inspirauit que deberet reputare immunda ꝛ que munda.

Ad tertium. ¶ Ad tertium quod querit quare p̄ceptum est plura collere de mūdis ꝙ de immūdis. Respōsio ſm aug. vt plura essent que hoībus prodessent ꝙ que nocerēt. Et alia rōne ſm Rabanum. vt egressus Noe de archa haberet qđ imolaret ꝛ māducaret.

Ad quartum. ¶ Ad quartū vero scꝫ quare in impari numero sumunt mūda. immunda vero. ꝛ rōnabilia in numero pari. Rñsio ſm rabanū. Impar eīm numerus virtutis speciē pretendit: par vero infirmitatē. Sed cōtra hanc responsionē sic obijcitur ꝙ ſm hoc deberēt rōnabilia sumi in numero impari. Et ideo videt aliter respondendum dicēdo ꝙ irrōnabilia sunt mūda ad duo seu ad duplicē vsum. Ad vsum.s. ꝓpagationis naturalis: ad quā necessaria est paritas masculi ꝛ femine. Et ad vsum sustentationis hoīs vel imolationis ꝛ ꝙtū ad hoc nō est necessaria paritas maris ꝛ femine. ergo que erāt ad vsum ꝓpagationis nature ꝛ nō ad vsum sustentatiōis vel imolationis: debuerūt esse in numero pari sicut rōnabilia et immūda. que vero ad duplicē vsum in impari.

Ad quintum. ¶ Ad quintum.s. quare nullū aīal reputat immūdum quo ad cōmestionē: sed ꝙtum ad imolationem. Responsio immūdicia quo ad imolationeꝫ introducta est ad figurā sacrificij redemptiōis futuri in carne mūda. que cōpetebat vt dictū est tēporibus Noe. Mūdicia quo ad cōmestionem introducta est principaliter in penā cōtumacie vt dicit augu. in questionibus no. ꝛ vete. test. vt dictuꝫ est. nō autē puniēda ꝯtumacia ante legis preuaricationē.

Ad sextum. ¶ Ad sextū dicendū: ꝙ ꝓhibitio sanguinis primo itroducta ē in horrorē effusiōis sanguinis humani: ne ꝓpter assuefactionē cōmestionis sanguinis aīaliū minus horrerēt hoim occisionē et a comestione sanguinis aīalis inualescēte crudelitate transirēt ad ꝯmestionē humani sanguinis queādmodū de habitatorib⁹ terre sancte dr̄ Sap. xij. illos antiquos habitatores terre sancte tue exhorruisti aliorū suoꝝ necatores. sine misericordia ꝯmestores viscerū hoim ꝛ deuoratores sanguinis. et iō paucis existētib⁹ ꝛ exēplo Chayn ꝓnis ad iraꝫ Sapiēt.x. Per irā homicidij fraternitas deperijt. ꝛ iterū pronis ad superbiā ꝛ rixā sicut ptꝫ in turri babel. Gen̄.xj. introduci debuit ꝓhibitio eius sanguinis. Scdo vero introducta ē cōtra ꝯsuetudineꝫ ydololatrie q̄ sanguinē imolaticiū inveneratiōeꝫ ydoloꝝ bibebāt: ꝛ adipes comedebāt. Deu.xxxij. de quorū victimis comedebant adipes ꝛc. Et hoc mō inualescente ydololatria ꝑ legē debuit ꝓhiberi vtrumqꝫ.

Ad septimuꝫ. ¶ Ad septimū dicendū. ꝙ immundicia hominū introducta est in onus vel causa eliminationis ydololatrie. sicut patet ex predictis. Et ideo ante legem et inchoationem ydololatrie nō debuit introduci. Ex causa vero introducta est immundicia ꝛ mundicia: sicut patet ex predictis.

Articulus secundus.

De immūdicijs in lege.

P Ostea querit de imūdiciarū obseruātia ꝙtū ad statū legis. Omissis igit his q̄ in p̄missis q̄sita sunt circa istā materiā q̄stione de rōne cerimonialiū p̄ceptorū q̄ritur cū in lege determinet circa gressibilia ꝛ volatilia aliquid mundū ꝛ aliquid immundū ꝙtū ad comestionē ꝛ immolationē Leuit.xj. Quare non determinat circa natatilia mūdiciaꝛ immūdicia quo ad imolationē: sꝫ tantū quo ad comestioneꝫ Leui.xj. Nā circa illa magis vident determināda qr̄ aquatilia aptiora videbant ad imolādū ꝙ gressibilia vel volatilia. quia gressibilia ortum habent ex terra que maledicta est. gene.iij. aquatilia

aūt ex aqua que benedicta est.geñ.j.⁊ nō postmodum maledicta.¶ Preterea volatilia ⁊ si habeāt ortum ex aqua. magis tñ viuunt in terra siue ex terre nascentibus ꝙ̄ in aqua.Pisces aūt ⁊ generātur in aqua ⁊ in aqua viuunt oīno.ergo mundiora ⁊ ad immolandum aptiora videbant aquatilia ꝙ̄ reliqua.ergo potius de his determinandum erat.

Rñ.

¶ Ad hoc respondendū ſm aug.qui sic dicit.Promissiuas figuras in victimis aīaliū celebrari oportebat propter cōmendationem future carnis ⁊ sanguinis:per quā vnā victimam fieret remissio pctōrum de carne ⁊ sanguine contractoꝝ.⁊ est sensus. qꝛ sacrificia illa erant signa veri sacrificij futuri in carne xp̄i.per cuius immolationez fieret remissio peccatoꝝ.que quidem pctā contraximus a carne ſm quam propagamur a primis parētibus.Ideo cōpetebat ꝙ illa sacrificia fierēt ex carnibus gressibilium vel volatiliū que propinquiorem habent silitudinē ad carnē humanā.⁊ nō ex piscibus.

Articulus tertius.

De immūdicijs post euacuationem legis vtrum teneamur modo non comedere sanguinē ⁊ suffoca. Arg.j.

Deinde queritur de obseruantia immundiciarum post euacuationē legis factaz vt de suffocatis ⁊ sanguine. Utrum.s.teneamur modo non comedere sanguinē ⁊ suffocatū.¶ Circa qd̄ sic obijcit Act.xv. Determinatur contentio facta inter fideles ꝯuersos de gentibus ⁊ conuersos de iudeis de circūcisione in cuius determinatione determinatum est primo a beato Petro:scd̄o a Jacobo:tertio a toto concilio apostolorum.ꝙ fideles conuersi abstinerent se ab immolatis simulachroꝝ ⁊ sanguine ⁊ suffocato et fornicatiōe.Ergo cū alijs legalibus euacuatis publicato iam euangelio remanserunt ista.s.ꝙ abstineatur a suffocato ⁊ sanguine ⁊ immolatis ydolorum.que immunda reputabantur in lege.videtur ꝙ adhuc remaneant iste immundicie ſm decreta illius concilij.Ergo peccat adhuc qui nunc facit contrarium.¶ Item super illud Act.xv.Glo.Rabani.hec necessaria sunt sine quibus non est salus

Scd̄m.

sed circūsio necessaria non est.¶ Item glo. Bede

Bed.

Illud suffocatum morticinuz de quo dicit Ezech. xliiij.Omne morticinum ⁊ captum a bestia de auibus ⁊ de pecoribus sacerdotes non comedant illd̄ cuius sanguis non est effusus super terram.hoc p̄ceptum conuenit illis qui inuncti sunt oleo spūali qd̄ apl'oꝝ epl'a seruandū decreuit.¶ Itē super illd̄ Ezech.xliiij.Omne morticinū ⁊c.dicit Hiero. iuxta

Hiero.

litteram omni generi electo regali ⁊ sacerdotali xp̄iano.s.hec p̄cepta ꝯueniūt vt morticinū nō comedant qd̄ in actibus apostoloꝝ dr̄ suffocatū.que necessario obseruanda apl'oꝝ de hierl'm epl'a monet Act.xv.¶ Item preceptum fuit ante legem nō

Tertium.

comedere sanguinē Geñ.ix.⁊ in lege Leui.ij.⁊ post legem Act.xv.ergo semper est seruandum.

¶ Contra.Ad Ro.xiiij.Omnia munda erant vel

Contra.

sunt ⁊c.⁊ in eodem.Scio ⁊ confido in dño iesu qd̄ nihil est cōe.⁊ ad Titū.j.Omnia munda mundis.

¶ Item super illud ad Ro.xiiij.Omnia mūda ⁊c.

Aug.

Glo.Aug.nullus cibus culpabilis est vel immundus:sed solum inordinatio concupiscentie in cibo culpabilis est.vnde dicit sic.Creaturam dei scim⁹ non esse culpabilem.qꝛ creatura dei omnis bona est:sed inobedientiam contumacē:⁊ inordinatam cupiditatē non propter porcū sed propter pomum mortem primus homo inuenit:⁊ Esau primatum suum non propter galinam sed propter lenticulaz perdidit.Scio enim Noe omne genus carnis qd̄ pro cibo esset esui manducare concessum. Helyaz cibo carnis refectum.iij.Reg.xvij.Joannem locustis non fuisse pollutum.¶ Itez Aug. Quicquid

Orig.

a deo factum est.mundum est.In animalibus mores hominum ⁊ actus ⁊ voluntates pinguntur.q̄si diceret.nihil est immundum ad litteram:sed q̄dam reputabantur immūda propter significationem immundicie vitiorum.¶ Itez Mat.xv.Nō qd̄ intrat in os coinquinat hominem ⁊c.

Tres opi.q.

¶ Circa istam questionem fuerunt tres opiniões vna dicit preceptum apostolorum de non comedēdo sanguine ⁊ suffocato semper seruandum est litteraliter:¶ Alia dicit semper seruandum:sed methaphorice ⁊ spiritualiter.Tertia dicit seruanduz non semper sed ſm statum ecclesie primitiuum et litteraliter.¶ Prima opinio innititur verbis bede

Prima.

super Act.xv.Abstineant:⁊ cum hoc preceptuz seruare cōuenit illis qui vncti sunt oleo spūali.ne comedant illud cuius sanguis effusus non est.

¶ Itē verbis Hiero.super Ezech.xliiij.Oē morticinum ⁊c.omni generi electo regali ⁊ sacerdotali. idest christiano hec precepta conueniunt. Itē hiero.ibidem condemnat sacerdotes qui in turdis ficedulis gruibus ⁊ ceteris huiusmodi.hec auiditate gule non custodiunt.¶ Secunda opinio inni-

Scd̄a

titur verbis Rabani qui exponit illud abstineant a suffocatis.i.ne inferiores se suffocent ⁊ sanguine idest effusionem sanguinis humani:⁊ que sibi nolunt fieri alteri non faciant.vnde dicunt.ꝙ epistola apostolica cōtinebat necessaria sine quibus nō est salus que sunt tria de quibus Ty.ij.Sobrie iuste pie viuamus in hoc seculo.Sobrie in nobis.Iuste ad proximum.Pie ad deum.ista epl'a apostolorum hec tria continebat:que talis est. Uisum est spiritui sancto ⁊ nobis.nihil vltra imponere vobis oneris ꝙ̄ hec necessaria:vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum.⁊ suffocato ⁊ sanguine ⁊ fornicatione.⁊ hoc ꝙ dicit ab immolatis simulacrorum.hoc est quod dicit apostolus.Pie viuere scilicet quantuz ad deum.ydololatra enim deo iniuriatur.Qd̄ dicit abstinere a fornicatione hoc est quod apostolus dicit sobrie viuere.hoc est quantū ad nos.Et ꝙ dicit abstinere a suffocato ⁊ sanguine.hoc est quod dicit apostolus iuste viuere scilicet quantum ad proximum.Est ergo sensus abstineatis a suffocato ⁊ sanguine idest non effundatis sanguinem humanuz.nec suffocetis homines mi-

Tertia.

nus potentes. ¶ Tertia opinio innititur verbis Bede super Act.xv.Ut abstineant se a suffocatis ⁊ sanguine idest effundendo sanguine vel manducando cum sanguine.hec quidem venientibus de gentilitate pro rudimentis fidei ⁊ inueterata gentilitatis consuetudine concessa sunt.Ex quo arguunt ꝙ non solum erat preceptum apostolorum abstinere a suffocato ⁊ sanguine spiritualiter seu quo ad homicidium:sed litteraliter quo ad esuz animalium.⁊ hoc quo ad statum ecclesie primitiuuz. Itē innititur hec opinio verbis apostoli qui hoc preceptum in locis pluribus retractauit vt supra obiectum est.ergo non erit seruanduz post retractatio-

Cōtra j.opi.

nem.¶ Contra primam opinionez obijcitur. Nō abstinere a sanguine animalis ⁊ suffocato.aut est preceptum cerimoniale aut morale.morale nō est. quia non est in corde hominis scriptum vel inditum rationi.omne autem preceptuz morale est anditum conscientie.Relinquitur igitur ꝙ nō est morale sed cerimoniale.ergo constat ꝙ non erit tempore gratie obseruandum.

¶ Item ad litteram.Comedere cuz sanguine aut est prohibitum

est prohibitum qꝛ malum:aut malum qꝛ prohibitum si esset ꝓhibitum qꝛ malum:non esset veruz verbum saluatoris.Matth.xv.Non quod intrat in os coinquinat hominem:qd̄ est falsuz.Si malum:qꝛ ꝓhibituz:ergo retractata ꝓhibitione nō erit malum.sed retractatur ab apostolo.xiiij.ad Ro. Scio ⁊ ꝯfido in dño iesu.qm̄ nihil est cōe.i. immundum per ip̄m.ergo nō erit vlterius obseruandum ꝓpterea ⁊ ꝓpter precedentia patet primam opinionē non esse veram.¶ Contra scd̄am

Cōtra scd̄am opinionem.

opinionem obijcitur.Nam ipsa dicit.ꝙ intelligitur de necessario obseruandis quantum ad ordinem q̄ est ad deum:⁊ ad se ⁊ ad proximū.⁊ ꝓpter ordinem ad deum est ꝓhibitum abstinere ab immolatis symulachroꝝ.ꝓpter ordinem ad proximum est prohibitum abstinere a suffocato ⁊ sanguine.ꝓpter ordinem ad se est ꝓhibituz abstinere a fornicatione.Nam si hec sunt de necessarijs salutis:nullo modo pōt fieri contrarium sine reatu culpe mortalis.sed comedere de symulacroꝝ imolatis.hoc est de ydololaticis hoc pōt fieri licite cum sit sine conscientia ydoli:⁊ sine scādalo.sicut ostenditur.j.Corin.x.Si quis infidelis vocat vos.omne quod apponitur vobis manducate nihil interrogātes ꝓpter conscientiam.Si quis autem dixerit hoc est immolatum ydolis.nolite māducare ꝓpter illum qui indicauit:⁊ ꝓpter ꝯscientiam.cōsciētiam autem nō tuam sed alterius.Ex quo relinquitur ꝙ hoc non est de necessarijs salutis.¶ Item sicut dictuz est.Beda dicit ꝙ ꝓhibitio est a sanguine fundendo vel māducādo cum sanguine.Igitur illa ꝓhibitio nō intelligitur tm̄ spiritualiter quātum ad cauendum homicidium sed etiam litteraliter q̄tum ad nō māducandum

Cōtra tertiā opinionem.

sanguinem animalium. ¶ Contra tertiam opinionem obijcitur ad Ro.xiij. Omnis aīa potestatibus sublimioribus subdita sit.ibi dicit glo. Qd̄ mandatum inferioris non soluit mandatum superioris.Cum ergo ꝯcilium apostoloꝝ superius sit paulo mandatum apl'oꝝ nō potest solui p paulum.Ergo cum predictum preceptum fuerit mandatum concilij apostolorum.non potuit retractari per Paulum.ergo est adhuc tenendum.

Rñsio

Dicendum. ꝙ preceptum apostolicum de suffocaco ⁊ sanguine potest intelligi duobus modis.vel de humano sanguine nō effundendo ⁊ homine nō suffocādo:vel de nō māducando suffocatum vel sanguinē.vnde Deut.xij.super illud hoc solum caue ne sanguinē comedas.dicit glo.ad litteram apostoli hoc preceperunt Actuū.xv.sed in sanguine ꝓhibetur homicidium ⁊ fraternum odiū.Qui enim odit fratrez suū homicida est.j.ioā.iij.Primo modo istd̄ preceptū est obseruādum semp.Scd̄o mō p̄ceptū fuit nō simpliciter:sed ad tempus quātuz.s.ad statum ecclesie primitiuum in quo erat diuisio ꝯuersorum de gentibus ⁊ ꝯuersorum de iudeis:ex qua diuisione orta est ꝯtentio de legalibus obseruandis.sicut patet ex hystoria Actuū.xv.¶ Notādū ergo ꝙ ꝓpter pacificationem ad vitādum scādalum ꝯuersoꝝ de gentibus ⁊ iudeis.⁊ concordiā inducendam iudicauerūt apostoli melius esse vt nō penitus auferrentur eis sua cerimonialia quo ad tēpus.et iō quo ad statū illum dimiserūt illud de suffocato ⁊ sanguine quasi eligētes medium.s. nō dimittētes multa huiusmodi cerimonialia vt solebant iudei.nec oīa penitus auferētes vt volebant gentiles ⁊ ita pacificati sunt vtriqꝫ. Simile legimus paulum fecisse act.xvj.vbi dicitur.ꝙ circūcidit thimotheū ꝓpter iudeos qui erāt in illis locis.i.ꝯuersos de iudeis.vnde dicit ibi glo.bede. Circūcidit eum.non ꝙ figure legis post veritatē euāgelij aliquid vtilitatis auferrēt.sed ne per occasionem iudei a fide recederent.quibus lex vet⁹ paulatim tollenda erat sicut gētibus ydololatria Quia ergo soluz propter illum statum ecclesie statutum fuit hoc.ideo mutato statu.s.quando venerunt in vnum simpliciter iudei ⁊ gentiles.cum iam non erat distinctio iudei ⁊ greci.vt dr̄ ad Ro. x.cum iam non erat gentilis ⁊ iudeus circūcisio ⁊ prepucium.barbarus ⁊ scita.seruus ⁊ liber:sꝫ oīa in omnib⁹ xp̄s.vt dicitur ad Coll.iij. Mutato in quam statu debuit hoc statutum mutari nec amplius durauit.⁊ ꝓpter hoc Paulus illud mutauit seu retractauit recipiēs autoritatē a v̄bis dñi quibus dixit matth.xv.Non quod intrat os coinquinat hoiem.Et per hoc patet responsio ad primo obiectum.

Patet rñsio ad arg.p̄mū.

Ad secunduz

est ꝙ nostra ꝓmissa faciemus.Septima ꝓ cōsue
tudine ecclesie seruanda vt canonici.⁊.xxiiij.Exo.
Filij israel data lege quasi iurauerūt se dn̄o serui
turos.⁊ Josue vlti.He ergo septem cause sunt ꝓ
pter bonū introducendū.Propter malū ꝟo amo
uendū vna causa est calūnia sopienda vt fit iura
mentū de calūnia in cōtestatione litis Hebre.vj.
Omnis cōtrouersie ad cōfirmationē finis est iu
ramentū.Alia vero causa est ꝓ infamia purgan
da Deutero.xxj.Si inuentū fuerit cadauer homi
nis occisi.maiores natu ciuitatis illius lauabūt
manus suas super vitulam ⁊c.

Membrum secundum.

Utrꝝ licitū sit iurare ꝑ creaturas.

Item queriᵗ vtrū sit licitū iurare ꝑ crea
turas videᵗ ꝙ nō Math.v.Ego dico nō
iurare oīno.neq3 ꝑ celu3 neq3 ꝑ terrā ⁊c.
¶ Cōtra.Geñ.xlij.Joseph iurauit ꝑ sa
lutem pharaonis.¶ Itē quotidie iuraᵗ ꝑ sctōs ⁊
ꝑ sanctā Mariā ⁊ ꝑ euāgelia ⁊ ꝑ res deo dicatas.
¶ Responsio.Prohibitū est iurare ꝑ creaturas
ex duplici causa.ꝓpter ydololatriā:ne.s.credam⁹
taliqd numis eē in illis.Et ꝓpt fraudē.ne cōtēnē
tes creaturas ꝓximos decipiamus Et hoc est qd̄
dicit glo.Math.v.Non iuremus ꝑ creaturas vt
veneremur eas vltra qd̄ debemus.vel vt cum per
eas iuramus nihil iurare putemus.Quādo ergo
hoc nō est.vt qui in creatura nihil numis credit:
nec fraudē intendit:lic3 ꝑ creaturā iurare.Quan
do ergo iurauit Joseph per salutem pharaonis:
iurauit per eum qui salutem dedit pharaoni.Si
militer qn̄ iuraᵗ ꝑ sanctos iuraᵗ per eū qui sancti
tatē eis cōtulit.Simil'r quādo iuraᵗ ꝑ euangeliū
⁊ cruces ⁊ silia.iuraᵗ per eū cui hec sunt dicata:vl'
cuius sunt representatiua.Simil'r qn̄ iuraᵗ per ce
lum ⁊ terrā.iuraᵗ per eū qui creat ⁊ ꝯseruat.

Responsio.

Questio.lxiiij.de ꝓceptis patientie respectu triplicis iniurie.

Sequitur de prece
ptis patientie respectu triplicis in
iurie.Est em̄ iniuria lesionis corpo
rum ⁊ ablatiōis rex: ⁊ angarie ope
rū.Patiētia lesionis corpoꝝ.preci
pitur Math.v.cū diciᵗ.Ego dico vobis nō resiste
re malo:sed qui te ꝑcusserit in dextera maxilla pre
be ei ⁊ alterā ⁊c.Patiētia ablationis rex cū ibidē
sequiᵗ.Et q̄ vult tecū in iudicio cōtēdere et tunicā
tuā tollere:relinque ei ⁊ palliū.Patiētia angarie
operū precipiᵗ ibidē:cū subdiᵗ.Et quicunq3 te an
gariauerit mille passus:vade cum illo alia duo.
¶ Primo ergo queriᵗ de precepto patientie respe
ctu lesionis corpoꝝ. Secūdo de precepto patiētie
respectu ablationis rex.Tertio de precepto patiē
tie respectu angarie operum.

Membrum primum.

De ꝓcepto patiētie respectu lesiōis corporum.

Primo queriᵗ vtrū iniuria sit ꝓpulsan
da.⁊ ꝙ nō videᵗ per hoc ꝙ diciᵗ Math.
v.Dico vobis nō resistere malo. Jn hoc
hoc em̄ videᵗ illud ꝓhiberi. ¶ Ite3 aut
ꝓpelliᵗ iniuria a se.aut a ꝓximo. ꝓpellenda iniu
ria a se ꝓhibeᵗ Math.v. cū diciᵗ. Dico vobis nō
resistere malo.⁊ q̄ te ꝑcusserit in vna max. pre. ⁊c.
et Math.x.Cū vos persecuti fuerint in vnā ciui
tatem fugite in aliā.⁊ ad Ro.xij. Nō vosmetip̄os
defendētes charissimi sed date locū ire.Propellē
da iniuria a ꝓximo ꝓhibeᵗ.Math.xxvj.vbi cum
petrus vellet a dn̄o iniuriam repellere.dixit ei do
minus.Conuerte gladiū tuū in vagi.omnis enim
qui occiderit gladio:gladio peribit.¶ Cōtra.Jp̄e
dominus percussus alapa percussorē reprehēdit
nec alterā maxillam percutiendam prebuit Joh.
xviij ¶ Ite3 paulus petijt milites a tribuno vt il
lesus ab omni iniuria seruareᵗ.Act.xxiij. ergo lici
te potest iniuria repelli a se. ¶ Item dicit autori
tas. Non sunt immunes a scelere qui xp̄ni permi
serunt

Contra.

serunt principibus interficere. ergo iniuriā tene
bantur a xp̄o repellere.Jniuria ergo est repellēda
ab alio.¶ Item queriᵗ vtrū sit consilium vel pre
ceptū qd̄ diciᵗ.Dico vobis non resistere malo. Si
em̄ cōsiliū est ergo ad illud teneñᵗ ꝑfecti.Quomo
do ergo xp̄s ⁊ paulus no seruauerūt formā huius
ꝯsilij.¶ Itē alia que ponunᵗ in illa serie. Math.
v.vt nō irasci.nō videre ad cōcupiscēdū. sunt ī rō
ne precepti ⁊ pertinēt ad oēs.Quō ergo istud erit
in rōne cōsilij.Si ꝟo est preceptū.ergo mortaliter
peccāt qui faciūt ꝯtrariū.¶ Itē Marcellinus ad
Aug.Reipublice nō ꝯuenit vlli malū ꝓ malo red
dere:⁊ ꝑcutienti maxillā aliā prebere. ergo nec est
preceptū nec cōsiliū:cū diuina precepta ⁊ consilia
sunt cōuenientia.¶ Itē si nō est resistendū malo
ergo mali nō erūt coercēdi.peribit ergo iusticia ⁊
lex.¶ Item queriᵗ vtrū illo precepto Math v.qd̄
est de patiētia respectu lesionis corpoꝝ. retractaᵗ
lex talionis cū dr̄. Audistis q2 dictu3 est antiquis
oculū ꝓ oculo ⁊c.ego aūt dico vobis non resistere
malo ⁊c.Si em̄ retractaᵗ.ergo peccāt iudices secu
lares qui oculū ꝓ oculo eruūt ⁊ aīa3 ꝓ aīa interfi
ciunt.Si non retractaᵗ:quō ergo lex adimpletur:
q2 si dicaᵗ ꝙ in hoc ꝙ supaddiᵗ hic ꝓhibitio vltio
nis.ꝯtra hoc ꝓhibebaᵗ in lege Leui.xix.non q̄res
vltionē:nec memor eris iniurie ciuiū tuoꝝ.¶ Rn̄
sio.Jniuria aut est ꝑsonalis ⁊ priuata:aut publi
ca.Si est publica ꝓpulsanda est iussu ꝓncipis et
manu militis Ro.xiij. Nō sine causa gladiū por
tat dei em̄ minister est vindex in irā ei qui male fa
cit.diciᵗ de pn̄cipe.⁊ militibus determinanᵗ stipē
dia Luc. iij. Cōtenti estote stipendijs vr̄is:⁊ etia3
ipsi ꝓncipi tributū Mat.xxij. Reddite q̄ sunt ce
saris cesari ⁊ q̄ sunt dei deo:s3 nō nisi ꝓpter defen
sionē reipublice: que sine repulsione iiurie hosti
lis fieri non pōt.¶ Preterea Aug.j.de ci.dī.expo
nens illud preceptū. nō occides dic. Non contra
hoc preceptū fecerūt qui deo autore bella gesserūt
⁊ ſm leges sceleratos punierūt. Et itex can. Aug.
Fortitudo q̄ a barbaris defendit ꝑriam: vl' domi
defendit īfirmos vel a latronib⁹ socios. plena iu
stitia est. Ex quo relinquiᵗ:ꝙ publica iiuria est re
pellenda etiam cū armis ab eo qui ad hoc ordiat⁹
est.Qd̄ ꝟo diciᵗ mat.v.intelligiᵗ de iiuria ꝑsona
li: tn̄ cū distinctiōe: q2 ꝑsonal' iniuria pōt repelli
duobus modis:aut impediendo:aut repugnādo.
Impediendo sicut Pau. munitus militibus iu
deos ipediuit ne ei iferrent iniuriā.sic l3 oīb⁹ iniu
riā repellere:nec hoc ꝓhibeᵗ Mat.v.hoc em̄ dici
tur nō ꝓprie resistere.Repugnādo repelliᵗ iiuria
duplr̄.cogente necessitate:⁊ vlciscendi libidie.Co
gente necessitate cū al's nō pōt vitari lesio nec per
fugā: nec ꝑ īpedimentū aliqd̄ absolutū: ⁊ tūc etiā
adhuc distinguiᵗ: q2 aut repelliᵗ iniuria vi ꝓuata
vt sine armis. ⁊ hoc mō ꝑmittiᵗ clerico ⁊ layco in
iuriā repellere.⁊ flagrāte maleficio cū moderamie
inculpate tutele.⁊ sic intelligiᵗ illa lex ciuil' cano
nizata.Uim vi repellere l3. ⁊ incōtinenti: q2 facto
interuallo nequaq̄.Aut repelliᵗ vi publica ⁊ cum
armis:⁊ hoc mō nō ꝑmittitur clericis s3 laycis.⁊
hoc sicut dictū est flagrante iniuria ⁊ cum mode
ramie ⁊ in instanti: nō aūt esset moderamē si nō
ipetereᵗ armis ⁊ ipeteret armis. Si vero repellaᵗ
iniuria vlciscendi libidine:sic nulli l3 iiuriā repel
lere: vl' resistere malo. ⁊ sic itelligiᵗ illd̄ ro.xij. Nō
reddentes malum ꝓ malo. ⁊ illud psal. Si reddi
di retribuē.mihi mala ⁊c. Dicendū ergo ꝙ repel
lere iniuriam seu resistere malo animo vlciscendi
omnibus est prohibitū.Unde illud qd̄ dicit ap̄ls
ad Ro.xij. Nō vosmetip̄os defendētes carissimi:
intelligiᵗ ex libidine vīdicte. vnde stati subiūgiᵗ.
S3 date locum ire.scriptū est em̄ mihi vīdictam.
Repellere ergo īpediendo nō repugnando oībus
cōcessum est. vl' etiā arguendo ꝟbis vt dn̄s. vnde
glo. sup Jo.xviij.sup illd̄. Dedit ei alapā ⁊c. Dn̄
dit ꝓcepta patientie nō ostētatōe corpis s3 prepa
ratione cordis faciēda. Pōt em̄ quis maxillam
visibiliter ꝓbere iratus. Melius ergo rn̄dit vere
placat⁹ ⁊ ad ferenda grauiora trāq̄llo aīo pat⁹.Et
sic itelligiᵗ illd̄ mat.v.Si q̄s te ꝑcusserit ī dextera
maxilla ꝓbe ei ⁊ alteram. hoc est ꝑatus sis aliam
sustinere patienter.Repellere ꝟo cogente necessi
tate iniuriā vi publica ⁊ cū armis. in ꝓhibitione
est clericis. in cōsilio laycis.Repellere ꝟo vi ꝓua
ta sine armis in cōsilio est clericis.Sic ergo p3 so
lutō ad obiecta. ⁊ quō hoc ꝙ diciᵗ nō resistere ma
lo differenter intellectū in consilio sit ⁊ in ꝓcepto.
¶ Ad illud qd̄ obijcit Marcelin⁹ ad Aug. rn̄dē
du3 ſm Aug. ad Marcellinū.quid est respublica
nisi res populi. res ergo coīs res vtiq3 ciuitatis.
Quid est aūt ciuitas nisi multitudo hoīm in qd̄
dā vinculū redacta cōcordie. Qui ergo vicit ī bo
no malū. patienter administrat tꝑalia cōmoda:
vt iniuriosus in cōcordiā q̄ nihil est vtilius ciuitati
penitens acquiraᵗ vict⁹. nō seuientis virib⁹:s3 be
niuolentia patientis. Sic ergo solet itelligi illud
ꝟbum ac si dictū esset. Si quis in te meliora fue
rit ꝑsecutus ⁊ inferiora ei ꝓbe: ne vindicte potius
q̄ patiētie studens cōtēnas eterna ꝓ tꝑalibus:cū
potius tꝑalia ꝓ eternis cōtenenda sint tāq̄ sini
stra ꝓ dextris. ¶ Ad vltimū dicendū ſm Aug.ad
Marcellinū ꝙ ista ꝓcepta magis ad ꝑparatiōe3
cordis q̄ ad opus qd̄ in apto fit ꝑtinent vt teneaᵗ
cū patiētia cū beniuolentia.ī manifesto aūt adsit
qd̄ eis videᵗ ꝓdesse posse:quibus bn̄ velle debem⁹
Cui aūt licētia iniq̄tatis eripiᵗ vtiliter vinciᵗ: q̄m
nihil est infelicius felicitate peccantiū:qua pena
lis nutriᵗ impunitas ⁊ mala voluntas velut ho
stis interior roboraᵗ.¶ Ad illud ꝟo qd̄ queriᵗ de
lege talionis an retracteᵗ. dicendū ꝙ lex talionis
retractaᵗ q̄tum ad priuatā ꝑsonā sed nō q̄tu3 ad
iudicē.priuata enim persona si vindictā expeteret
malū ꝓ malo redderet: vt dicit Aug. iudex ꝟo nō
sed amore iusticie iustū redderet ꝓ iniusto: qd̄ est
bonū ꝓ malo qd̄ etiā deus iudex facit. Et nota ꝙ
dicit Aug.ꝙ in his nō ꝓhibeᵗ vindicta que est ad
ad correctionē:q2 ipsa ꝑtinet ad misericordiā: nec
impedit mansuetudinē.sed hoc nō cōcediᵗ nisi ei
cui ꝑtās ordine data est ⁊ sine ira vt patri in filiū.

Utrū sit cōsilij vel ꝓceptū
Obijcit. Marcelli.
Queriᵗ de lege talionis.
Rn̄sio.
Augu.
Math.v.
Ad obiectio. Marcel.
Ad que. de lege talion.s.

Membrum secundum.

De ꝓcepto patientie respectu ablatiōis rerum.

Deinde queriᵗ de precepto patiētie respe
ctu ablationis rex.de quo.v.Math.Et
qui tecū vult in iudicio ꝯtendere ⁊ tuni
cam tollere:relinque ei ⁊ palliū. ¶ Cir
ca qd̄ queruntᵗ quattuor.Primū vtrū sit licitum
sua repetere.Scd̄o vtrū sit licitū ꝑfectis repetere.
Tertio vtrū sit licitum vl'r imperfectis sua petere.
Quarto vtrū sit licitū omnia repetere.

Articulus primus.

Utrꝝ sit licitū sua repetere.

Ad primum obijciᵗ. Nā ꝑ illud preceptū
v.Math.videᵗ ꝙ nō liceat alicui sua re
petere.Ad idem Luc.vj.Qui aufert que
tua sunt nō repetas:⁊ qui aufert tibi ve
stimentū:⁊ tunicā noli ꝓhibere. ¶ Itē.j.Cor.vj.
Delictū est in vobis ꝙ iudicia habetis inter vos:
q̄re nō magis iniuriā accipitis.¶ Contra.j.Cor.
vj.Omnia mihi licēt sed nō oīa mihi expediūt. et
dicit ibi glo.ꝙ licebat ap̄lo sumptus repetere. sed

R̃n.

nõ expediebat. Sed licitũ eſt qđ nullo iure ꝓhibetur. ergo repetere nõ ꝓhibetur a domino. ¶ R̃n. ſm glo. j. Cor. vj. Cõtingit repetere ſua corã iudice fideli. Coram infideli nulli licet. Unde. j. Corin. vj. Audet quis veſtrũ hñs negociũ aduerſus alterũ iudicari apud iniquos. glo. i. infideles. i. q̃ iniqui ſunt fidelibus quocũqȝ mõ poſſunt. Itẽ cõtingit repetere ſua corã iudice fideli dupl'r. aut cũ cõtẽtiõe ⁊ fraude: aut cũ caritate ⁊ amore iuſtitie. Primo mõ nulli lȝ. ⁊ ſm hoc intelligit illud preceptũ Mat. v. Si quis voluerit tecũ iudicio cõtendere dimitte ei ⁊ palliũ. Glo. Anteq̃ cõtẽdas. i. cũ contẽtiõe repetas. Scđo mõ licet infirmis ⁊ imꝑfectis repetere ſua. ꝑfectis vero non lȝ. ⁊ hoc eſt qđ dicit glo. j. Cor. vj. Perfectis lȝ repetere ſua ſimpl'r. ſcȝ ſine cauſa: ſine lite: ſeu iudice. Nõ enĩ conuenit eis mouere cãm ante iudicẽ. Infirmis vero lȝ repetere ſua mouendo cãm ante iudicẽ: ſȝ non cũ contẽtiõe ⁊ fradulenter vel apud infideles iudices. Ex quo manifeſtũ eſt. ꝙ repetere ſua cõtentioſe vl' fraudulenter: vel corã iudice infideli eſt ꝓhibitũ oĩbus. Repetere vero ſine contentione. ſine fraude nec corã iudice: oĩbus eſt cõceſſum. Repetere vero corã iudice ſine cõtentione ⁊ fraude ĩfirmis eſt cõceſſum. ꝑfectis vero ꝓhibitũ. Unde nõ repetere cõſiliũ eſt infirmis ꝑfectis vero ꝑceptũ. Unde verſus. Expedit infirmis. lȝ abſqȝ dolo ſine lite ꝑlatis. Licet hoc nõ expedit ana: once nõ lȝ vt ꝑ eum ſint res in lite petite.

Articulus ſecundus.

Utrũ ꝑfectis liceat ſua repetere.

Secundo querit vtrũ licitũ ſit ꝑfectis repetere. Si dicat ſicut ſupra dictũ eſt ꝙ eis nõ licet repetere corã iudice ⁊ cũ lite licet tñ repetere ſimpliciter. ſine cã: ſine lite. ſine iudicio: ſeu non corã iudice. Tunc querit qui dicant ꝑfecti. Si dicat ꝙ illi qui renunciauerũt oĩbus vt religioſi. ſm. ꝙ dr̃ Math. xix. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vẽde oĩa que habes ⁊c. ergo peccant mortaliter religioſi: ſi repetãt ſua. ¶ Itẽ cũ oĩbus renũciauerunt nõ habẽt ſua. ergo non poſſunt repetere ſua. ergo non eſt eis in cõſilio vel precepto nõ repetere ſua. ¶ Si vero dicat ꝙ eſt renunciare oĩbus in ſingulis: ⁊ ſic omnes religioſi renunciant oĩbus. Et eſt abrenunciare oĩbus in cõmuni ⁊ ſic in cõmuni poſſidẽt fere oẽs. tũc querit de illis religioſis qui oĩbus renũciauerunt in cõmuni ⁊ ĩ ſingulari. ⁊ ꝓcedit obligatio vt prius. Sil'r queritur de clericis ſuppoſitis antiquis canonibus ꝙ nõ poſſunt habere ꝓpriũ. qđ intelligitur q̃tum ad res eccl'ie: quõ poſſunt repetere?

R̃ſio.

¶ R̃n. dicendũ ꝙ ſuppoſito ꝙ ꝑfecti dicant abrenũciatione ꝓprietatis. ꝙ repetere ſua eſt ſm duos modos. Aliquis enĩ repetit ſua vt ſua ⁊ ꝓpter ſe. Aliquis repetit ſua vt alterius ⁊ non ꝓpter ſe. ſed ꝓpter vtilitatẽ alterius. Dicendũ ergo ꝙ ꝑfectis nõ lȝ repetere ſua vt ſua ⁊ ꝓpter ſe. ſed ſua vt cõmunia ⁊ vt cõgregationis: ⁊ ꝓpter vtilitatem cõmunẽ. vnde Greg. Nõ ſolũ cura debet eſſe ne nr̃a ſubtrahant: ſed ne rapiẽtes nõ ſua ſemetipos ꝑdant. Si ergo repetit perfectus: debet attẽdere bonum non ꝓprium ſed cõmune. qđ triplex eſt. Primum eſt refrenatio malorum ſm quam etiã conſulitur malis. Si enĩ auferretur ius repetẽdi: daretur malis occaſio rapiendi. Job. xxix. Conterebam molas iniqui ⁊ de dentibus illius auferebam predam. Secundum bonũ eſt vnitas ⁊ pax eccl'ie que diſſiparetur ſi nõ liceret ſua repetere. Tertium bonũ eſt cõſolatio infirmorum quibus data ſunt temporalia non ſolum ad ſuſtentationem ſed etiam ad conſolationem. Cant. ij. Leua eius ſub capite meo ⁊ dextera illius amplexabit me: qui deſperarent: ſi ablata repettere non liceret. Intuitu ergo cõmunis boni licet perfectis repetere ſua vt alterius. vnde ⁊ clerici non repetunt ſua nomine ſuo ſed pauperũ: nec monachus niſi nomine congregationis vel eccl'ie. Religioſi vero qui omnibus renunciauerunt in cõmuni ⁊ in ſingulari: cũ non habeant rerum ꝓprietatem ſed vſum tñ: non poſſunt repetere niſi nomine illius fieret apud quem reſidet ꝓprietas: vt eorum congregatio poſſit vſum habere.

Articulus tertius.

Utrũ licitũ ſit imꝑfectis ſua repetere. Arg. j.

Tertio querit vtrũ ſimiliter ſit vl'r licitũ imperfectis ſua repetere. videt ꝙ non. j. Corin. xiij. Caritas non querit que ſua ſunt. Glo. Caritas non repetit ablata. ergo null' habẽs caritatẽ poteſt repetere. *Scõm.* ¶ Itẽ Greg. Cum pro re terrena pax a corde cum proximo ſcindat. apparet ꝙ plus res q̃ ꝓximus amatur. *Tertium.* ¶ Item magis eſt proximus diligẽdus in infinitum q̃ corpus proprium vel aliqđ tpale ergo tenemur non repetere noſtra: ſi ſciamus ſcãdalizare proximum. *Quartum.* ¶ Item dicit autoritas. Quantum potes ſine peccato vitare ſcandalũ ꝓximi debes. Et ap̃lus. j. Corin. viij. Si eſca ſcandalizat fratrem meum non manducabo carnem ineternum. ergo vbi iminet ſcandalũ tenemur nõ repetere. *Quintũ.* ¶ Itẽ opera miſericordie que ſunt in precepto tenemur dimittere ꝓpter ſcandalum. ergo ⁊ repetere cũ nõ ſit in precepto. licet enĩ cuilibȝ renunciare iuri ſuo.

Cõtra.

¶ Contra. j. Corin. vj. Omnia mihi licent ſed nõ omnia expediunt. ⁊ exponit de repetitione ſuorũ. Licitũ igitur eſt cuilibet ſua repetere.

R̃ſio. Ad primũ.

¶ R̃n. ad primum dicendum. ꝙ eſt repetere ex cupiditate: ⁊ eſt repetere zelo iuſticie: ⁊ eſt repetere timore caſus. Primo modo non eſt repetere ex caritate. Caritas enĩ non repetit ablata cauſa. ſ. cupiditatis. Non enĩ eſt amatrix pecunie ꝓpter ſe: ſicut ibi dicit glo. ꝙ ipſa amat bonũ incõmutabile ⁊ omnia cõmutabilia refert ad illud. Repetere vero zelo iuſtitie licet perfectis ſm illum modũ qui dictus eſt. Repetere vero timore caſus ne. ſ. ꝓpter paupertatem ⁊ indigentiã ruant in peccatum: licet infirmis ne. ſ. egeſtate cõpulſi furentur ⁊ piurent nomen dei ſui: ſicut dicit ꝓuerb. xxx.

Ad ſcõm.

¶ Ad ſcõm dicendũ ꝙ cõtingit repetere duobus modis. cõtentioſe ⁊ pacifice. Contentioſe nulli licet. ⁊ ſic intelligit autoritas Greg. ꝑ contentionẽ enĩ pax a corde ſcindit.

Ad tertium.

¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ oportet tenere quod certum eſt. Certum eſt autem ꝙ raptor eſt qui abſtulit. Incertum aũt eſt ꝙ ſcandalizabitur. ⁊ preterea ſi ſcirẽ ꝙ ſcandalizabitur ſi repetam: ſi infirmus ſum ⁊ timeam caſum ꝓprium ex nõ repetendo. preponderat ſcandalum ꝓpriũ ſcãdalo ꝓximi: ⁊ plus teneor vitare ſcandalũ ꝓprium q̃ alterius. Si vero perfectus ſum ⁊ repetã prout dictum eſt ſicut preponderat bonum cõmune bono proximi: ſic preponderat ſcandalum cõmune ⁊ plurium ſcandalo proximi ſiue ſingulari. Accideret autem ſcandalum cõmune. ſ. diſſipatio pacis ⁊ vtilitatis cõmunis: niſi fieret repetitio. augeretur etiam ſcandalum malorum: cum non refrenaret malicia eorum.

Ad quartũ.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ eſt ſcandalum actiuum dictum. ſ. vel factum minus rectum preſtans alteri occaſionem ruine. ⁊ eſt ſcandalum paſſiuum. Illud qđ dicit apoſtolus intelligitur de ſcandalo actiuo. ⁊ ſic etiam tenemur non repetere cum ſcandalo actiuo. i. faciẽdo vel dicendo aliquid minus recte. Amoto ergo ſcandalo actiuo. nõ tenemur nõ repetere ꝓpt ſcãdalũ paſſiuũ. hoc eſt q̃uis ille ſcandalizet a quo repetit. vnde illa autoritas. quãtũ potes ſine peccato ⁊c. itelligit ſalua triplici veritate. doctrine. ſ. vite ⁊ iuſtitie. Nõ eſſet autẽ ſaluata veritas iuſtitie ſi auferretur repetitio.

Ad quintũ.

¶ Ad vltimũ dicendũ ꝙ opera miſericordie non ſunt dimittẽda ſimpliciter ꝓpter ſcandalum q̃uis differenda.

Articulus quartus.

Utrũ licitũ ſit oĩa repetere.

Quarto queritur vtrum licitũ ſit oĩa repetere. Et primo querit an liceat repetere ſuperfluũ: an neceſſariũ tñ. ⁊ cũ dicit Augu. in glo. De neceſſarijs ſi ꝑdideris vnũ ſine tolli ⁊ reliquũ. Quid ergo de ſuperfluis. Unde Aug. de ſermone dñi in mõte. Si de neceſſarijs hoc imperatum eſt: quanto magis ſuperflua vſqȝquaqȝ cõtemnere conuenit. ¶ Item oẽ ſuperfluum alienũ eſt. quia eſt indigentis. ergo cũ alienũ non liceat repetere: neqȝ ſuperfluũ.

R̃ſio.

¶ R̃n. Tã de neceſſario q̃ de ſuperfluo cõpetit repetitio ſm modũ qui dictus eſt ſed in hoc eſt differẽtia. quia poſt repetitionem non teneris neceſſariũ diſpẽſare indigenti: ſed ſuperfluum teneris. Poteſt ergo ſuperfluum repeti ad diſpenſandũ: ſed non ad retinendũ. ⁊ ſcõm hũc modũ ſuperfluum eſt alienum ⁊ tuum. alienum ad retinendum. tuũ ad diſpenſandum.

Querit.

¶ Querit etiam. vtrũ illud ꝑceptũ ſimiliter ſit intelligendum de ſeruis ſicut de reb'. Ad qđ obijcit Aug. in li. de ſermone dñi in monte dicens. Nõ xp̃ianum ſic opportet poſſidere ſeruũ: quõ equum aut argentum: q̃ quam fieri poſſit vt maiori precio valeat equus q̃ ſeruus ⁊ multo magis aurum vel argentum. Si ergo non eſt xp̃ian' poſſidendus vt ſeruus ſicut equus. ergo nõ eſt repetendus. cuȝ non ſit ſeruus. ¶ R̃n. ſm Aug. Si ille ſeruus rectius ⁊ honeſtius ⁊ ad collendũ deuȝ accomodatius a te domino educatur ⁊ regit q̃ ab illo poteſt qui eum cupit auferre: neſcio vtrum quiſquam dicere audeat vt veſtimentum eum debere cõtemni: quaſi dicat. in tali caſu nõ debet cõtemni repetitio ſerui ſicut repetitio palij.

Membrum tertium.

De ꝑcepto patientie reſpectu angarie operum.

Poſtea querit de precepto patientie q̃tũ ad iniuriaȝ in angaria operuȝ ⁊ de qua dicit Math. v. Si quis te angariauerit mille paſſus vade cum illo alia duo: ⁊ dicit angaria indebili officij exigentia in ꝓpriã ꝑſonam. ¶ Queritur ergo primo quare ponit angariam mille paſſum ſm hunc numerum plusquaȝ ſm alium numerum. ¶ Item queritur quare vni milliario addit alia duo. ¶ Item queritur vtrum illud preceptum ſit ad litteram obſeruandum.

R̃ſio.

¶ R̃n. Ad primum dicendũ ſecundũ glo. Qđ ipſe dominus determinat angariam mille paſſuum quia hoc eſt iter ſabbati: quo deſignatur perfectio ſpiritualis: que in impletiõe huius precepti oſtenditur. ⁊ hanc rationeȝ ponit Augu. in li. de ſmone dñi in monte. ¶ Ad ſecundum dicendum ſecundum Aug. ꝙ perfectio patientie in tribus conſiſtit. corpore voluntate. ⁊ ratiõe. vt ſi artaris alicui imẽpdere corporale ſeu perſonale obſequiũ quod intelligitur per angariam mille paſſuum: ſit rationabile ⁊ voluntarium que ſunt quaſi ad alia duo millia Ro. xij. Rationabile ſit obſequiũ noſtruȝ. ⁊. ij. Cor. ix. Unuſquiſqȝ prout deſtinauit in corde ſuo. quod ſignatum eſt Job. j. Job erant tria millia camelorum. Camelus eſt animal oneriferum in quo operatio ſeu angaria operum ſolent exerceri. Camelus etiam ſcindit vngulam in quo diſcretio inſinuatur. Ad onera voluntarie ſe ſubmittit: in quo voluntas. ¶ Ad tertium dicendum ſecundum Augu. in li. de ſermone domini in monte. Si quis te angariauerit mille paſſus: vade cum illo alia duo. ⁊ hoc vtiqȝ non tam vt pedibus agas. q̃ vt animo ſis paratus. Nam in ipſa chriſtiana hiſtoria in quo eſt autoritas nihil tale inuenies factum a ſanctis vel ab ipſo domino. cum in homine queȝ ſuſcipere dignatus eſt viuẽdi nobis exemplum preberet. ſed ſi quis cogit te ſeruire ⁊ ſolatium tibi impẽdit compaſſionis. affectu paratus eſto multo plus impendere.

Queſtio.lxv.de precepto beneficien'ie.ſ.dationis.

Conſequẽter queritur de ꝑceptis beneficientie q̃ ſunt duo. Nam ſecundum Rabanum duo genera preſtandi reperiuntur. vel quia beniuole damus. vel reddituro accomodamus. Querunt ergo duo. Primũ de precepto erogationis ſeu donationis. Secundũ de precepto mutui ſiue cõmodatiõis. ¶ Prio ergo queritur de precepto erogatiõis: de quo dicit Math. v. Qui petit a te da ei. ⁊ Lu. vj. Omni petenti te tribue. Iuxta qđ etiam dicit Lu. xj. Date elemoſinam ⁊ ecce omnia munda ſunt vobis. Et circa hoc preceptum queruntur plura. Primum quid precipiatur dari. Secundum quis iubeatur dare. Tertium cui precipiatur dare. Quarto quõ ⁊ quando tenemur dare. Quintũ quare attribuitur elemoſine omnia mundare.

Membrum primum

Quid ꝑcipiatur dari.

Circa primum queruntur duo. Primuȝ eſt vtrũ de illicite acquiſitis poſſit dari vt de vſura ⁊ meretricio. Secũdo vtrũ neceſſariũ ſeu ſuperfluũ ꝑcipiat dari.

Articulus primus.

Utrũ de illicite acq̃ſitis ⁊c. Arg. primũ.

Ad primum obijcit ſic Lu. xvj. facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. ergo de iniquo põt dari ſeu de inique acq̃ſito. *Scõm.* ¶ Item Exo. xij. legit ꝙ filij iſrael exituri de egypto a vicinis acceperũt mutuo vaſa aurea ⁊ argentea ex quibus poſtea edificauerũt tabernaculũ domino. Sed conſtat ꝙ quidã illorum ſaltẽ furtum cõmiſerunt. ergo de furto etiaȝ poteſt dari beneficium. *Tertium.* ¶ Item Augu. Qui habetis aliquid de malo facite inde bonum. qui nõ habetis de malo: nolite acq̃rere de malo. Eſto tu bonus qui facis de malo bonũ. ergo de male acquiſito poteſt fieri bonum.

Cõtra. Augu.

¶ Cõtra. Auguſti. in lib. de verbis domini. Nolite velle elemoſynas facere de fenore et vſuris. ¶ Item Eccli. xxxiiij. Immolãtis ex iniquo oblatio eſt maculata. Item in eodem. Dona iniquorum nõ probat altiſſimus: nec reſpicit in oblationibus iniquorum: nec in multitudine ſacrificiorum eorum ꝓpiciabatur peccatis. Item in eodem. Qui offert ſacrificiũ ex ſubſtãtia pauperis quaſi qui victimat filium in conſpectu patris. *Grego.* ¶ Item Grego. Elemoſyna oculos redemptoris noſtri placat: quãdo non ex illicitis ⁊ iniquitate cõgeritur. ſed que de rebus conceſſis et bene acquiſitis ĩpendit. ¶ Item Hiero. Addiſcãt hoc ipſum ſimile eſſe rapine: ſi quis inuenta non reddat. ¶ Item Auguſt. Si quis agris inique ac

perperā inuasis ita vtat̄ vt ex eoꝝ fructib⁹ largas
elemosynas faciat. non ideo rapinā iustificat. Ex
his autoritatibus pbat̄ ꝙ neqꝫ ex rebus male ac-
quisitis: nec ex inuētis pōt quisqꝫ beneficiū alteri
De meretricio.
erogare. ¶ Item videt̄ ꝙ nec etiam de meretricio.
Deut. xxiij. Non offeres mercedē ꝓstibuli aut pre
Rn̄sio.
cium carnis ergo ꝛc. ¶ Rn̄. Quidā generaliter di
cunt ꝙ de nullo illicite acquisito pōt fieri elemo
syna: nec de meretricio nec de vsura: nec de acquisi
tis ludo aleaꝝ. nec de histrionatu: nec de symonia
nā scriptū est. prouer. iij. Honora dn̄m de tua sub
stātia. ꝛ in Deut. xxiij. Nō accipies mercedē ꝓsti-
buli. Nā illicite acquisita non sunt in bonis nr̄is
Sed melius dicēdū. ꝙ de illicite acquisitis vbi nō
trāsfert̄ dn̄ium: sed cōpetit restitutio vel repetitio
Augu.
nō pōt fieri bn̄ficiū seu elemosyna vt in vsura. vn̄
Aug. ad macedoniū. Qui ɔtra ius societatis hu-
mane furtis rapinis calūnijs oppressionib⁹ inua-
sionib⁹ aliqua abstulerit. reddēda potiusꝙ donā
da censem⁹ zachei publicani exēplo Luc. xix. Sed
si trāsfert̄ dn̄ium ita ꝙ nō cōpetit repetitio: de tali
bus pōt fieri bn̄ficiū vel elemosyna: vt si aliqd dat̄
meretrici: illud non pōt repeti. vn̄ de tali pōt fieri
elemosyna. Idē est de eo qd̄ datur histrioni. ꝛ de eo
Sol. ad arg. j.
qd̄ extorquet̄ rōne officij alicui⁹. ¶ Ad illud ergo
qd̄ prio obijcit̄ ex illa autoritate. Facite vobis ami
cos de mamona iniqtatis. dicendū ꝙ illa autori-
tas tripl'r exponit̄. Prio sic. facite vobis amicos
de mamonna iniquitatis. i. de diuitijs que vt ī plu
rib⁹ inique ꝛ cū pctō solēt acqri: sed nō ꝓpter hoc
iubet vel cōsulit facere amicos de pecunia iniuste
acquisita. Scdo sic exponit̄. Facite vobis amicos
de mamona iniquitatis. i. de pecunia q̄ inique re-
tineret̄ si nō daret̄. Tertio mō sic. Facite vobis ꝛc.
idest de pecunia ineq̄litatis. i. que ineq̄lit̄ possidet̄
Ad scdm. Augu.
vn⁹ eñ plus hꝫ alius min⁹. ¶ Ad scdm de filijs is-
rael rn̄det Aug. in li. questionū. Dixit ad moysen
Exo. xij. Petat vir a primo ꝛ mulier a prima sua
vasa aurea ꝛ argētea ꝛ vestē. nō hinc quisꝙ sumē-
dū exēplū putare dꝫ ad expoliandū isto mō proxi-
mū. hoc eñ deus iussit q̄ nouerat qd quecūqꝫ pati
oporteat: nec israelite furtū fecerūt: sꝫ deo iubente
ministeriū prebuerūt. Licꝫ igit̄ aliq ex cupiditate
ab egyptijs vasa acceperāt: tn̄ inde translatū fuit
dn̄ium. volūtate ꝛ p̄cepto p̄ncipalis possessoris. s.
Ad tertium.
dn̄i. ¶ Ad tertiū dicendū. ꝙ facere bonū de malo
multipl'r intelligit̄. Facit eñ de malo bonū q̄ red-
dit qd̄ abstulit illicite. Noīe etiā mali cura ꝛ solli-
citudo mortaliū exp̄mit̄ Math. vij. Nolite sollici
ti esse in crastinū sufficit enim diei malicia sua. de
malo ergo bonū facit q̄ paupibus dispēsat qd̄ cuꝫ
labore ꝛ sollicitudine acquisiuit. Uel ex malo acq
ritur qd̄ ex turpi cā possidet̄. veluti cū mathema-
ticus ex arte quā docet vel ex futuris q̄ ꝓnunciat
nōnulla lucrat̄. que vo sic de malo acqrunt̄ in bo
nū possunt ɔuerti. de pctō etiā acquirunt̄ que pau
Ad id de meretricio.
peribus recte erogant̄. ¶ Ad illud aūt qd̄ vltimo
obijcit̄ de meretricio. dicendū ꝙ nō dꝫ recipi obla-
tio meretricis: lꝫ inde possit elemosyna fieri. ꝛ hoc
ideo vt citius ꝓpter ruborem cōuertatur.

Articulus secundus.

Utrū necessariuz an superfluū precipiatur dari.
Hierony.
Secūdo q̄rit̄ vtrū necessariū an supfluuꝫ
precipiat̄ dari. ꝛ videt̄ ꝙ nō solū supfluū
imo etiā necessariū: q2 vl'r dr̄ Lu. vj. Om̄i
petēti te tribue. Si ergo te: multomagꝭ
tua: ꝙuis necessaria. ¶ Itē Hiero. Aliena rapere
cōuincit̄ qui vltra necessaria retinere cōprobat̄. er
go supflua sunt aliena. Cum ergo aliena non pos
sunt dari: sed restitui: nō intelligit̄ illud preceptū
de supfluis sed etiā de necessarijs. ¶ Cōtra. Ordi
Cōtra.
ne charitatis poti⁹ deberem⁹ diligere nos ꝙ alie-
nos. ergo necessaria poti⁹ deberemus nobis dispē
sare ꝙ alijs erogare. ergo nō intelligit̄ de necessa-
rijs. ¶ Itē si intelligit̄ solum de supfluis. ergo di-
uites qui habēt multa supflua: si nō dant paupe-
ribus petētib⁹ transgrediunt̄ hoc preceptū Jo. iij.
Qui habuerit substantiā huius mūdi ꝛ viderit
fratrē suū necessitatē hēre: et clauserit viscera sua
ab eo: quō charitas dei manet in illo. q̄si dicat nō
manet in illo: et ita est in pctō mortali. ¶ Respō.
Rn̄sio.
Hoc preceptū intelligit̄ de oībus tā necessarijs ꝙ
supfluis: que honeste ꝛ iuste dari possunt. sicut di
cit glo. sup Math. v. Honeste dico. q2 res posset
esse ita necessaria ꝙ nō posset dari ita honeste. Ju
ste dico. q2 res aliena nō pōt dari iuste: nec res su-
perflua pōt iuste retineri. Uniuersal'r aūt oīa sup
flua debēt dari: ꝛ vl'r nulla iniuste possessa possūt
dari. necessaria vo q̄bus carere nō possum⁹ non te
nemur dare: q2 non possunt dari honeste. necessa-
ria vo quibus carere possumus in casu tenemur
dare. Ex his patet responsio ad obiecta.

Membrum secundum.

Quis p̄cipiat̄ dare.
Postea querit̄ q̄s iubeat̄ dare. Et est ista
questio vtrū ille qui nihil hꝫ obliget̄ ad
illud p̄ceptū: aut nō. Si eñ obligat̄ ad
illud preceptū. ergo cuꝫ nihil habeat ad
dandū obligat̄ ad impossibile: qd̄ est incōueniēs.
¶ Si dicat̄ ꝙ nō obligat̄: ɔtra qd̄ precipit̄ Mat.
v. Qui petit a te da ei. precipit̄ etiā Lu. vj. sub hac
forma. Omni petēti te tribue. Quilibet aūt pōt se
tribuere: ꝙuis nō habeat aliqua tp̄alia. ergo ille
qui nihil habet tenet̄ ad illud preceptuꝫ de eroga-
Rn̄sio.
tione. ¶ Rn̄. Dicendū ꝙ multiplex est donū. Est
eñ donū muneris a manu Deut. xv. Precipio ti-
bi vt aperias manū tuam egeno ꝛ pauperi. Et est
donū cōpassionis a corde Esa. lviij. Cuꝫ effuderis
esurienti aīam tuā. Et est donū verbi dulcis ꝛ con
solatorij ab ore Eccl'i. xviij. Nōne ardorē refrigera
bit ros: sic ꝛ verbū meliusꝙ datū. Est ꝛ donū obse
quij in ope Exo. xxij. Si videris azinū odientis te
iacere sub onere. nō ptrāsibis sed subleuabis cum
eo. Ad primū nō tenet̄ manēs pauper cū non ha
beat aliquid ad manū qd̄ possit dare sed tn̄ tenet̄
ad tria vltima p loco ꝛ tpe. vn̄ Mat. v. glo. Si de-
est facultas da affectū. vel obsequiū vel verbū.

Membrum tertium.

Querit̄ cui p̄cipiat̄ dari. Obijcit̄ ex prima parte.
Deinde querit cui precipiat̄ dari. hoc est
querere quibus sit beneficiū tribuendū
vtrū videlꝫ oībus vel solū aliquibus. et
videt̄ ꝙ nō omnibus. Dicit eñ Hiero.
Mimis ꝛ histrionibus dare nihil aliud est ꝙ de-
monibus immolare. Sed a nullo est demonibus
immolandū. ergo nec ab aliquo est histrionibus
aliquid tribuendū. ¶ Item Eccl'i. xij. Da iusto: et
ne dederis peccatori: ꝛ benefac humili et ne dede-
ris impio. ¶ Cōtra videt̄ expresse qd̄ dicit Luc. vj.
Omni petēti te tribue. qui aūt om̄e dicit nihil ex-
cipit. ergo tam histrioni ꝙ alijs dandū est. ¶ Itē
Lu. vj. Estote misericordes sicut ꝛ pater vester mi-
sericors est qui solē suū facit oriri sup bonos ꝛ ma
los: ꝛ pluit sup iustos ꝛ iniustos. Si ergo ip̄e dn̄s
ita misicors est ꝙ bn̄ficia sua largit̄ oīb⁹ tā iustis
ꝙ iniustis: ergo ꝛ nos sil'r debem⁹ facere. ¶ Itē ex
Querit̄ ex pte altera. Hiero.
incidēti q̄rit̄ qd dicit Hiero. histriones. si dicat̄ ꝙ
vtentes

vtentes musicis instrumētis: cōtra est. q2 ex scri-
ptura non videt̄ pctm̄ cytharizare. q2 ipse Dauid
fuit cytharista. j. Reg. xvj. ꝛ Heliseus precepit vt
adduceret̄ sibi psaltes. iiij. Reg. iij. Cumqꝫ caneret
psaltes facta est sup eū man⁹ dn̄i. Ex quo relinq-
tur ꝙ officiū histrionū nō est malū. ergo nec dare
eis est malum intuitu ipsi⁹ officij. ¶ Itē cū in hi-
strionibus quocunqꝫ modo accipiatur sit imago
dei ꝛ indigeant: si dat̄ eis inq̄tuꝫ hmōi dat̄ eis in-
tuitu dei. ergo in hoc nō imolat̄ ydolis seu demo-
Rn̄sio.
nibus. Rn̄. Dicēdū ꝙ illud p̄ceptū se extendit ad
Ad obiecta ex prima parte.
oēs in casu necessitatis: vt oibus tribuam⁹ nō tn̄
q̄cunqꝫ ex cā. Un̄ ad illud qd̄ obijcit̄ de histrione.
dicendū ꝙ in histrione potest considerari natura
ꝛ vitiū. Si ergo dat̄ ei intuitu vitij: q2. s. delectatur
in vitioso ꝛ illicito eius ludo: q̄ sic facit dare ī mo-
lat dyabolo. Si vo dat̄ ei intuitu nature: q2. s. est
ad imaginē dei ꝛ possibil' ad grāz. dat̄ ex cā debita
ꝛ hoc mō histrioni dandū est in casu necessitatis.
vn̄ Greg ī glo. sup. x. Mat. Qui recipit iustū ꝛc.
Mercede non carebit suscipiens ꝛ si iniustus sit
q̄ suscipitur ¶ Sil'r ad illud qd̄ obijcit̄ de ipio di-
stinguendū est: q2 potest quis dare ipio vt foueat̄
in impietate sua: ꝛ hoc modo est ꝓhibitum dare
ipio seu pctōri. Itē alio mō pōt quis dare ipio vt
sustentet̄ eius natura q̄ est possibilis ad iustitiaꝫ
ꝛ est ad imaginē diuinā. ꝛ hoc mō in casu necessi-
tatis dandū est bn̄ficium ipio seu pctōri ꝑ illud
p̄ceptū. ¶ Ad illud qd̄ ex parte altera querit̄. q̄s
Ad q. ex altera parte.
dicat̄ histrio. dicendū ꝙ histrio appropriato noie
est nomē vitij. histriones eñ ꝓprie dicunt̄ qui p ge
sticulationē corporis ꝛ ludos ꝓuocātes ad risum
intendunt hoīes ꝓuocare ꝛ mouere ad lacrimas:
lasciuias. ꝛ ineptā letitiā seu inordinatam: ꝛ hoc
mō dare histrioni ītuitu sui officij pctm̄ est. Alio
mō extenso noīe dr̄ histrio. quicūꝙ p quecūqꝫ in-
strumēta ꝓuocat hoīes ad letitiā. Potest aūt q̄-
ri leticia ex instrumentis Musicis ad recreatio-
nē ꝛ corporis valitudinē. nō ad īordinatā seu ibi-
dinosam voluptatem. ꝛ hoc mō histrioni intuitu
sui officij potest beneficium tribui.

Membrū quartum.

Quō sit dandum.
Sequitur videre quō sit dādū. Ad qd̄ no
ta ꝙ multa requirunt̄. Cōpassio primi
Isa. lviij. Cū effuderis esurienti aiaꝫ tu-
am. Benignitas vbi. Ecci. xviij. Nōne
ardorē refrigerabit ros. sic ꝛ vbū melius ꝙ datū.
abundant a dati. Thob. iiij. Si multū tibi fuerit
abundant̄ tribue. ꝛ. ij. Cor. ix. Qui pce semiat par
ce ꝛ metet ꝛc. Hylaritas dātis Ecci. xxxv. In oī da
tō hylarē fac vultū. ꝛ. ij. Cor. ix. Nō ex tristitia aut
ex necessitate. hylarē eñ datorē diligit deus. Humili
tas dātis. pucr. xxviij. Qui despicit dep̄cantē su-
stiebit penuriā. Discretio. Eccl'i. xij. Da iusto ꝛ ne
dederis peccatori. Acceleratio. puer. iij. Ne dicas
amico vade ꝛ cras dabo tibi cuꝫ stati possis dare.
Recta intētio. Math. vj. Cū facis elemosinā ne-
sciat sinistra tua qd faciat dextera. Pietas. j. Thi.
iiij. Exercitatio corporis ad modicū valet. Pietas
aūt valet ad oīa. Caritas. j. Cori. xiij. Si distribu-
ero in cibos paupum oēm facultatē meā: carita-
tē aūt non habeaꝫ nihil mihi ꝓdest. Ordo dandi
Eccl'i. xxx. Miserere anime tue placens deo.

Queritur postea .§.§.

Quō sit dandum. Arg. primū.
qñ sit dandū. hoc est q̄rere qñ omittit aliq̄s si nō
dat. ponat̄ eñ ꝙ hic sit aliquis paup cuius paup-
tas euidēs est: ꝛ aliquis diues qui habet supflua
multa: videt̄ ꝙ in hoc casu iste diues omittat si nō
dat isti petenti s̄m illud preceptū. v. Mat. Qui pe
tit a te da ei. qd̄ ē intelligēdū ꝓ loco ꝛ tpe. Simili-
ter Luce. xj. Date elemosinā. Sed modo est tēpus
ꝛ loc⁹: cū iste modo indigeat ꝛ ipse multa supflua
habeat: ergo omittit si nō dat. ¶ Itē Luc. vj. Que
mdeucSun
cunqꝫ vultis vt faciant vobis hoīes ꝛ vos facite il
lis. Sed iste diues iuste ꝛ discrete vellet sibi dari si
esset in statu huius pauperis: ergo iste diues tene-
tur dare huic pauperi in hoc casu: ergo si non dat
peccat. ¶ Itē. j. Johan. iij. Qui habuerit substan-
tiā huius mūdi ꝛ viderit fratrē suū necessitatē ha
Tertium
bere: ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quomō caritas
dei manet in eo. Sed iste diues habet substātiā hu
ius mūdi: ꝛ videt fratrē suū necessitatē habere: er-
go si clauserit viscera sua ab eo ita ꝙ non det ei ali
quid: caritas dei nō est in illo: ergo peccat mortali
ter. ¶ Si dicatur ꝙ nō clausit viscera sua q2 cōpa-
tit̄ ei. Cōtra: ad hoc similiter tenet̄ pauper sicut di
ues: ergo ꝓ nihilo p̄misit apl's q̄ habuerit substā-
tiā huius mūdi: si ad aliud nō tenet̄ diues ꝙ pau-
per: tenet̄ ergo diues dare. ¶ Itē Hiero. Aliena ra
Hiero.
pere cōuincit̄ q̄ vltra necessaria sibi retinere cōpro
batur ergo nisi iste diues det huic pauperi indigē
Aliud.
ti de superfluis suis ꝓ raptore habēdus est. ¶ Itē
Mat. v. Om̄i petēti te tribue rem. s. si habes: si nō
Contra
habes saltē volūtatem bonā. ¶ Cōtra. Dare pōt
Queritur de duobus.
alij eque indigenti: ꝛ si dat absolutus est: ergo nō
tenet̄ dare isti. ¶ Juxta hoc solet obijci de aliquo
cui obuiat aliq̄s in extrema necessitate ɔstitut⁹: cō
stat ꝙ tenet̄ ei dare mō: sic ergo ꝙ p̄paret se ad dā
dū: ꝛ iterū occurrit ali⁹ in extrema necessitate posi-
tus. q̄rit̄ vtrū tenet̄ dare primo: videt̄ ꝙ sic: q2 pri⁹
tenebat̄ ei dare: ꝛ nō est absolutus ab illa tētione:
ergo adhuc tenet̄ dare ei. Cōtra. Si dēt scdo abso
lutus est: ꝛ posito ꝙ non possit reficere nisi alterū
tantū: ergo modo nō tenet̄ dare primo. ¶ Respō.
Ad primū dicendū ꝙ in duobus casib⁹ omittit di-
Responsio.
ues si nō dat pauperi indigenti. Primus est indi-
genti posito in extrema necessitate ꝛ hoc dictat ei
conscientia si nō tunc dat peccat mortaliter. vnde
Hiero. sup illud ad Rom. xij. Si esurierit inimic⁹
tuus ciba illum. Quisquis in quacunqꝫ necessita-
te morituro succurrere potest: si non facit occidit.
Secundus casus est in valde indigente: sed non in
extrema necessitate. Si enim hꝫ aliquis multa su
perflua: nec proponit melius dispēsare vel eque be
ne: ꝛ tūc nō dat peccat mortaliter: ꝛ sic intelligitur
illud. j. Johā. iij. Qui habuerit substantiā ꝛc. ꝛ Ec
cle. iiij. Elemosinā pauperis nō defraudes: sed red
de ei debitū suū ꝛ canon Amb. Nō minoris crimi-
nis est habēti tollere. ꝙ cū possis ꝛ abūdās sis in-
digentib⁹ negare. ¶ Itē Ambro. Nemo dicat pro
priū qd̄ cōmune est: plusꝙ sufficit ad sumpt⁹ violē
ter obtētū est. ¶ Ad primū ergo ꝙ obijcit̄: dicēduꝫ
ꝙ hec est vera: iste diues tenet̄ dare huic indigenti
Solo ad. j.
ꝓ loco ꝛ tempore: sꝫ hec est falsa: modo est tēpus ꝛ
locus: si ꝓponit meli⁹ dare vel eq̄ bene: sꝫ etiam lo
cus ꝛ tp̄s si nō ꝓponeret meli⁹ dare. ¶ Ad scdꝫ di
cēdū: ꝙ iste diues si esset indigēs indiscretā habe-
Ad secunduz.
ret volūtatē si omib⁹ modis vellet sibi dari ab ali-
quo seu meli⁹ ꝓponeret dispēsare seu nō. ¶ Ad ter
Ad tertium.
tiū dōm ꝙ diues nō claudit viscera sua ab hoc īdi
gēte ꝙuis nō det: q2 hꝫ bonā volūtatē dādi ei: nisi
meli⁹ ꝓponeret dispēsare. ¶ Ad auto. Hiero. dicē
dū ꝙ iste diues nō est ꝓ raptore habēdus: q2 si ad
tp̄s retinet supflua: tn̄ aīo ꝛ ꝓposito meli⁹ dispēsā
Ad auto. hieronymi.
di. ¶ Ad autori. euāgelij: oī petēti te tribue. dicēdū
ꝙ intelligēdū est sic. tribue rē vel bonā volūtatē vl'
Ad aliud
bonū verbū sicut habetur ibi in glo. vn̄ iste diues

nō est trāsgressor huius precepti: cū habeat bonā volūtatē dādi sicut dictū est. ¶ Ad vltimū qd̄ q̄ritur de duobus in extrema necessitate constitutis. dicendum ꝙ tenetur dare primo et silr scd̄o: sed neutri tenetur dare modo: tñ tenetur alteri modo vt iste terminꝰ alteri teneat̄ cōfuse et indeterminate.

Ad id de duobus.

Membrum quintum.

Quare elemosine attribuit̄ oīa mūdare.

Vltimo querit̄ quare elemosine specialiter attribuatur oīno mūdare: cū dicat̄. ix. Mat. vbi loquitur de lunatico: et dr̄. Hoc genus demonij non eijcitur nisi in oratione et ieiunio: vbi dicit glo. Medicina vniuscuiusqȝ vulneris est adhibēda. Nō em̄ sanat oculū qd̄ sanat calcaneū: ieiunio sanant̄ pestes corporis: oratione pestes mentis. ¶ Qd̄ aūt elemosina specialem habeat effectū ostendit̄ Mat. xij. sup illud Extende manū: ibi glo. Nihil plus valet curatiōi ꝙ elemosinarum largitas: quia frustra pro peccatis suis rogaturus manus suas ad deū extendit. qui has ad pauperem pro posse suo non extendit.

Responsio.

¶ Respon. xxix. Eccli. Conclude elemosinā in sinu pauperis et c. et in codē. xxviij. In hoiē sibi similē nō hȝ miām et a deo querit ꝓpiciationem. et. xix. Prouer. Feneratur dn̄o q̄ miseret̄ pauperis. Unde colligit̄. ꝙ maxime motiuū ad dei miam sup pctō et pena peccati est elemosina. Nō aūt dicit: date elemosinā et ecce oīa mūda sunt vobis: vt sufficiat elemosina ad mūdationē culpe. Si enim sit principaliter motiuū ad remissionē pene ex dei mia: nihilominus vniuscuiusqȝ vulneris est adhibēda ꝓpria medicina: vt cōtraria ꝯtrarijs curent̄ Leui. xxv. super illud Supputata et c. Glo. Scd̄m ea que peccauit oportuit pciū reddere. vt. s. qd̄ peccauit gula ieiunio corrigat: qd̄ garrulitas amisit silētiū deleat et sic contraria contrarijs curentur.

Questio. lxvj. de precepto mutui.

Consequenter queritur de precepto mutui seu cōmodationis de quo Mat. v. Uolenti a te mutuari ne auertaris: et Luc. vj. Date mutuū nihil inde sperātes. ¶ Circa qd̄ q̄runt̄ quatuor. Primū est vtrū accipere aliquid preter sortē sit ꝓhibitū. Scd̄o vtrū sola spes accipiēdi p̄ter sortē faciat vsurariū seu sit ꝓhibita Tertio vtrū in aliquo casu sit licitū accipere aliqd̄ preter sortē. Quarto an sit mala ſm se.

Membrum primum.

Utrū aliquid recipere p̄ter sortē sit ꝓhibitum.

Ad primum sic obijcitur. Ezechie. xviij. Si genuerit vir filiū latronē et c. vsqȝ ad vsurā dātē et amplius accipientē: nunqd̄ viuet: nō viuet: cū vniuersa hec detestanda fecerit morte morietur: hic iustus est: ergo accipere aliqd̄ preter sortem est ꝓhibitū. ¶ Item Exo. xxij. Si pecuniā accomodaueris populo meo pauperi qui habitat tecū: nō vrgebis eū quasi exactor nec vsuris opprimes: ergo nō licet accipere vsurā: sed gratis intuitu dei cōmodare. ¶ Itē ps. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo et c. qui iurat primo suo et nō decipit: q̄ pe. suā nō de. ad vsu. et c. quasi si det ad vsurā nō habitabit in tabernaculo domini. Sed nullus expellitur a tabernaculo domini nisi ꝑ peccato mortali: ergo dare ad vsurā est peccatū mortale seu accipere p̄ter sortē. ¶ Itē Luce. vj. Date mutuū nihil inde sperantes. vbi videt̄ etiā spes accipiēdi ꝓhiberi: ergo multomagis prohibetur ipse actus.

Cōtra. argu. primum.

¶ Cōtra Deutero. xxiij. Nō feneraberis primo tuo sed alieno: ergo licet fenerari alieno: ergo in aliquo casu lȝ dare ad vsurā: non ergo generaliter est ꝓhibitū.

Secundum.

¶ Itē Ambro. Usuras exigas ab eo cui iuste nocere desideras: et ita licet ab aliquibꝰ accipere vsuras.

Tertium.

¶ Itē maius peccatū est occidere ꝙ accipere ad vsurā. Sed lȝ in casu et sine peccato occidere: ergo licet in aliquo casu accipere ad vsurā.

Quartum

¶ Item licet conducere domos equos: vasa argentea: culcitras ꝓ lucro: ergo multofortius denarios q̄ sunt vtiles magis: et sic licet dare ad vsurā.

Quintum

¶ Itē. xv. Deute. Per ꝓmissionem seu bn̄dictionē obseruātibus mādata dn̄i feneraberis gētibꝰ multis: et ipse a nullo accipies mutuū Sȝ si fenerari esset malū: nō esset istud ꝓmissio seu bn̄dictio: sȝ potiꝰ maledictio: nec etiā illud ꝓmitteret̄ obseruātibus mādata dn̄i: cū hoc ipsuȝ esset transgredi mandatū dei.

Respon. Sūt casus in qbꝰ vsura est permissa.

¶ Respō. Cōcedendū ꝙ accipere p̄ter sortē qd̄ est vsura ꝓhibitū est. Sūt tñ casus in quibus vsura est permissa. Primꝰ est vbi possessio ecclesie est assignata clerico in bn̄ficiū et laycus tenet eā iniuste et violēter pōt clericus fructus illius bn̄ficij ꝑcipere vltra sortē: extra de vsuris c. j. sȝ hoc nō fit lucri cā: sȝ vt res eccl'ie eo mō de manu layci redimat̄ vt habet̄ in eadē decretali. Secūdus vbi vsure petunt̄ cū interesse: verbigrā si fideiussor soluit vsuras creditori: pōt eas petere a debitore ꝓ quo fideiusserat: q2 nō sunt vsure ꝙtū ad fideiussorē: sȝ potiꝰ ꝙtū ad interesse: q2 nō est lucruȝ sed vitatio dāni. Tertiꝰ rōne more: vt si debeas mihi cētū ad certū terminū et noluisti ꝑsoluere in termino: et iō oportuit me recipe pecuniā cū vsuris ꝓpter negocia mea tractāda: tu tenerꝭ mihi restituere illas vsuras: si solui: vel si nō solui liberare me ab ista obligatiōe. Quartus rōne dubij. Nā si q̄s dat. x. sol. vt alio tpe totidē sibi grani vini vel olei mēsure reddant̄: q̄ licet tūc plus valeāt: vtrū tñ minus solutiōis tpe sint valiture verisimiliter dubitat̄: nō dȝ ex hoc vsurariꝰ reputari: rōne dubij huiꝰ excusat̄ q̄ pānos granū vinū oleū: vel alias merces vēdit: vt ampliꝰ ꝙ tūc in termino certo recipiat ꝓ eisdē: si tñ ea cōtractꝰ tpe nō fuerat vēditurꝰ extra de vsuris nauigāti. paragrapho. j. et. ij. quā require infra inter nouas cōstitutiōes. In his ergo casibus q̄tuor vsura est ꝓmissa: sed recte cōsiderāti in ꝓdictis casibus nō est vsura. Uñ nota ꝙ nō dr̄ cōmitti vsura nisi in his rebus tñ circa q̄s cōtingit fieri mutuū. s. q̄ cōsistūt in numero pōdere et mensura. Nūero vt q̄libet moneta q̄ ꝓprie dr̄ pecunia numerata. Pondere vt ere argēto auro et c. q̄ appēduntur. Mēsura vt frumēto vino oleo pānis et c.

Nota.

¶ Ad maiorē tñ euidētiā huius q̄stionis nota. ꝙ duo sunt ꝯtractꝰ q̄ de sui natura volūt esse gratuiti vt mutuū vel cōmodatū. In mutuo em̄ certū ē ꝙ reqritur vt sit gratuitū: alioqn est vsura. Sȝ in cōmodato si aliqd recipit̄ ꝓ re cōmodata statim desinit esse cōmodatū: q2 aut recipit̄ aliqd ꝓ re ipsa: aut ꝓ vsu rei. Si ꝓ re ipsa aliquid recipit̄: aut recipit̄ pecunia aut res alia: si pecunia est emptio vel vēditio si alia res recipit̄ erit ꝯtractꝰ ꝑmutatiōis. si ꝓ vsu rei accipit̄ pecunia erit cōtractꝰ locationis si res alia: erit ꝯtractꝰ innoīatꝰ q̄si do vt des vel vt facias. Oēs isti cōtractꝰ sunt liciti laycis.

Solō ad primū. Contra.

¶ Dicēdū ergo ad primū: ꝙ dare ad vsuram et in se et ſm se peccatū est: et nō fuit iudeis licitū alieno fenerari: sed ꝑmissuȝ fuit eis: sicut ꝑmissum fuit eis dare libellū repudij. Peccabant ergo mortaliter iudei fenerādo alieno: sȝ hec fuit ꝑmissio ꝯpatiua: q̄ facta est duplici rōne. Prima q2 ꝑmissum fuit eis minꝰ pctm̄ ne facerēt maiꝰ videlicet ne fenerarent̄ fr̄ibꝰ Scd̄a q2 rudes erāt: et q2 mamotreci. vnde paulatim ducendi

tim ducēdi erant ad perfectionē: et ex hoc habemꝰ argumentū ꝙ si nō possumꝰ obtinere ab vsurarijs ꝙ totū reddāt: facere debemus si possumus ꝙ saltem partem reddant.

Ad secundū

¶ Ad secundū dicūt magistri ꝙ illa autoritas nō est sancti Amb sȝ Ambrosij operti cuiusdā heretici: qui sub specie beati ambro. multa falsa dixit. Uel si placet exponatur sic. Usuras exigas et quaslibet exactiōes: hoc em̄ licet facere cōtra paganos. Terra em̄ quā ipsi possidēt nostra deberet esse. Unde iuste possumus eā exigere ab eis quibus iuste desideramꝰ nocere.

Ad tertium

¶ Ad tertium dicendū: ꝙ licet occidere sit peccatū in se: nō tñ ſm se: sed dare ad vsurā est pctm̄ in se et ſm se: et propter hoc non est simile.

Ad quartum

¶ Ad quartū dicēduȝ. ꝙ licet cōducere equū et cetera hmōi ꝓ lucro: sed non licet cōcedere nūmos pro lucro: equus em̄ cōducitur locādo: nec transfertur dn̄ium in locatione: vnde iustū est vt ille cuiꝰ est equus habeat aliquod emolumētū pro vsu equi sui: et silr posset fieri de nūmis sine pecunia: si nō transfertur dn̄iuȝ: sed in mutuo pecunie transfertur dn̄ium. Dicitur enim mutuū quasi de meo tuū: vñ cū pecunia data ad vsurā transeat in accipiētis dn̄ium: silr transit et vsus illius: pro vsu aūt rei sue nō est iustuȝ vt alius habeat emolumentū: immo cōtra ius est. et propter hoc vsura est pctm̄.

Ad quintum

¶ Ad vltimū dicēdū. ꝙ cū dr̄ in ꝓmissione. Feneraberis primo tuo et c. ponit̄ ibi ꝯñs ꝓ añcedēti. Est em̄ sensus. tātā habebis abūdantiā ꝙ poteris multis gētibus si volueris fenerari. Nō ergo est hic intētio dn̄i ꝓmittere fenerationē. sȝ abūdātiā tñ ad quā posset vel solet feneratio consequi.

Membrum secundū.

Utrū sola spes aliquid accipiēdi p̄ter sortē faciat vsurariuȝ.

Secūdo q̄rit̄ vtrū sola spes accipiēdi aliquid p̄ter sortē sit ꝓhibita et faciat vsurariū Cū em̄ dicat̄ Luc. vj. Date mutuū nihil inde sperātes glo. Ultra sortē. Dicit etiam glosa. ꝙ hic ꝓhibet̄ vsura ergo sola spes accipiendi p̄ter sortē facit vsurariū. ¶ Itē sola volūtas occidēdi hominē facit homicidā. j. Joh. iij. Qui odit fratrē suum homicida est. similiter sola volūtas fornicādi facit fornicatorē. Mat. v. Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā iā mechatꝰ est in corde suo. ergo similiter sola volūtas acquirēdi p̄ter sortē facit vsurariū.

Responsio.

¶ Ad hoc dicūt qdam ꝙ sola volūtas nō facit vsurarium nisi interueniat pactū. Sed cōtra Esto ꝙ iste timore eccl'ie nō facit pactū: sȝ tñ hȝ volūtatē. Alius vult et facit pactū. inde sic. ꝓuer. xvj. Spūuȝ pōderator est dominus. i. volūtatū. Sed talē volūtatē hȝ iste q̄lez ille. ergo si voluntas istius facit istū vsurariū: similiter et voluntas illius faciet illū vsurariū. Qd̄ alij ꝯcedūt. Sed cōtra. Quilibȝ tenetur esse gratus ad bn̄ficia. ergo mutuū accipiēs tenetur esse gratus mutuāti. ergo dās mutuū pōt sperare aliqd̄ bn̄ficiū ab eo qui accipit mutuū. ergo et aliquā superabūdātiā. ¶ Itē ex dono pōt q̄s licite sperare donū ergo ex mutuo pōt sperare mutuū. Rñ. dicēdū ꝙ cū diuerse sciētie diuersas habeāt cōsiderationes a diuersis scientibꝰ idē diuersimode consideratur Hinc est ꝙ ſm leges humanas volūtas sola non facit vsurariū: q2 lex humana manū cohibet non animū. Scd̄ȝ legē vero diuinā q̄ animum cohibet sola volūtas facit vsurariū. ¶ Ad primū ergo obiectū dicēdū ꝙ mutuās pōt sperare illud ad qd̄ tenetur accipiēs: q2 in ꝯsimili casu. s. necessitatis tenetur sibi dare mutuū: et teneret̄ similiter etiam si non dedisset prius. vnde pōt illud sperare mutuās ab accipiēte: nō tñ ex vi mutui: sȝ ex caritate accipiētis mutuum. Mutua em̄ bn̄ficia accēdūt caritatē. et q2 etiā ex p̄cepto dei debet mutuū indigēti dari. et ꝑ hoc etiā soluitur scd̄ȝ. Bn̄ em̄ ꝯcedēdū est ꝙ mutuās pōt ab eo q̄ recipit in simili casu sperare mutuū: q2 ad hoc tenetur alius: tñ si hac intētiōe tradit sibi mutuū non est meritoriū: q2 non ponit deū finē. iō dr̄ Luce. vj. Date mutuū nihil inde sperantes. supple ab homine sed a deo.

Membrū tertium.

Utrū in aliquo casu sit licitū accipere aliqd̄ preter sortē

Tertio q̄ritur vtrū aliquo casu sit licitū accipere aliqd̄ p̄ter sortē. et videtur ꝙ sic.

Argumentū primum

Dn̄s enim precepit sauli vt interficeret amalechitas: et interficiēdo eos ex precepto domini nō peccauit: immo peccauit reseruādo agag regē amalech Si ergo ex p̄cepto dn̄i factum est nō mortale qd̄ alias esset mortale, occidere em̄ hominē est peccatū mortale in se: sȝ ex precepto domini fit meritoriū in aliquo casu: sicut si abrahā immolasset filiū suū ex p̄cepto domini. ergo similiter cū dr̄ Deut̄. xxiij. Nō feneraberis fratri tuo sed alieno. dato ꝙ hoc sit p̄ceptū nullū accidit inconueniēs: q2 fenerari alieno qd̄ sine p̄cepto domini ē mortale: ꝑ p̄ceptū dn̄i fit nō mortale: nec est veniale: ergo nō est necesse dicere ꝙ sit ꝑmissio ꝯpatiua.

Secundum

¶ Itē dn̄s p̄cepit iudeis vt asportarēt vasa egiptiorum. Si ergo ꝑ p̄ceptum dn̄i fuit licitū asportare oīa vasa p̄ciosa egiptiorū multofortius ꝑ p̄ceptū dn̄i licitū erit accipere aliqd̄ p̄ter sortē. Minus est em̄ accipere ꝑtē ꝙ totū. et ita dn̄s potuit p̄cipere iudeis ꝙ ipsi darēt ad vsurā. et ita dare ad vsurā potuit nō esse peccatū

Tertium

bene sequeretur ratio. ¶ Ad aliud dōm ꝙ natura
in sua actione intendit assimilationē ꝛ similiter ra
tionalis creatura.sed differenter:qꝛ intentio natu
re cuʒ agit est assimilare in suam spēm:sicut ignis
cū agit calefaciēdo in lignū intēdit illud assimila-
re sibi in calore ꝛ igneitate. Silr rōnalis creatura
in sua actione intēdit assimilationē illā de qua ha
betur in Jo.j.ca.iij. Cū apparuerit siles ei erim⁹.
ꝛ hec est assimilatio ad deū:q̄ est plena ꝑ cognitio
nē ꝛ amorē summe veritatis ꝛ bonitatis. Intentio
igit nature in sua actione est aliū assimilare in sua
specie. Intētio aūt rōnalis creature in sua actione
est nō assimilare sed assimilari diuine spēi.que as-
similatio facit deiformē. Finis aūt intētus a natu
ra in sua actione assilatio est in virtute pncipij na
ture:ꝛ ei⁹ potētia actiua:qꝛ in igne est virt⁹ ꝑ quaʒ
agit ꝛ intēdit alterū sibi assilare in calore ꝛ luce et
igneitate. Sʒ in rationali creatura non est assilatio
ī deū ī ptāte actiua sʒ receptiua solū. Qꝛ ergo finis
actiōis nature q̄ dr assilatio est ī ptāte actiua ꝛ vir
tute pncipij agētis ꝓpter hoc natura ꝑ se pōt in illum
finē sine alia dispōne noua. Sed qꝛ assimilatio nō
est in rationali creatura nisi solū in potentia rece-

ptiua vel passiua.aia enim rōnalis creata est in po
tētia receptiua ad similitudinē dei Geñ.ij.forma
uit deus hoīem ad imaginē ⁊ similitudinē suam.
requiritur necessario ꝙ ad hoc ꝙ ꝯsequatur finē
intentū.s.assimilationē ad deū.ꝙ recipiat aliquā
dispositionē nouam nō a se sed a deo:hec aūt dici
tur gratia. Unde gratia nihil aliud est ꝙ dei simi
Ad secundū
litudo in actu. ¶ Ad aliud qđ obijcitur ꝙ potenti
or est voluntas respectu sui actus ꝙ natura. dđm
ꝙ si loqueris de essentia actus verū dicis.q2 volun
tas pōt prohibere suum actū.natura vero nō.Sed
si loquaris de actus ordine hoc est de actu quātū
ad finē:hoc nō est verū:immo ecōuerso: q2 natura
potētior est respectu ordinis sui actus ad finē ꝙ
voluntas:sicut pꝫ ex dictis.q2 ordo iste est in virtu
te principij naturalis agentis.Sed ordo actus rō
nalis creature nō est in ptāte principij.s.volūtatis
q2 actio rōnalis creature intendit assimilationē
Ad tertium
in suum melius.sed assimilatio que est in actione
est in eque vel in minus. ¶ Ad aliud dicēdū.ꝙ vir
tus nature ordinat actum suum in bonū per natu
rā:q̄ nō est supra naturā. ⁊ iō potest in illum ordi
nem ⁊ sine dispositiōe noua fere ad locum act⁹ ra
tionalis creature meritorius oportet ꝙ ordinetur
ad bonum quod est supra ipsum:quod est summū
bonum et infinitū.Quia ergo nō est possibilis ex
tensio rationalis creature supra seipsam . ideo nō
est ei possibile per naturam vt ordinet suum actū:
seu perueniat in suum finē.et ideo necesse est vt iu
Ad quartum
uetur gratia.et per hoc pꝫ respōsio ad sequens.
¶ Ad aliud dicendū . ꝙ nō est simile de opē crea
tionis ⁊ recreationis:quia actus creationis nō est
in aliquod subiectum sed est de nihilo in aliquid
et ideo nulla dispositio potest poni noua ex parte
eius quod ei subijcitur:seu in quod est creatio . Sꝫ
recreatio est in rem subiectam sicut in rationalem
creaturā iam existētē indispositā . Quando ergo
de non iusto fit iustus per recreationem : quero si
se habet iste vt prius.aut non . Si sic:sed prius fuit
iniustus.ergo mō est iniustus . Si non:ergo ali
qua dispositio noua ei aduenit . Sed hec disposi
tio est donum dei:qua anima est deo grata :ergo ē
Ad quintum
gratia. ¶ Ad aliud dicendum . ꝙ quantum est de
potestate agentis scilicet dei . eodem modo se ha
bet diuina potentia ẜm ꝙ educit rationalem crea
turam ad esse per creationē: ⁊ ad bene esse per re
demptionem vel recreationem.et equalis est vir
tus eius:sed non est equalis potentia ex parte su
scipientis. Ex parte creatiōis nihil ponitur in cre
atura rationali ante creationem.Sed ex parte re
creationis ponitur mala dispositio ⁊ contraria an
te recreationem . Et ex hoc est ꝙ nullo modo po
test venire ad bñ eē per recreationem nisi tollatur
illa dispositio mala ⁊ recipiat nouā dispositōē bo
nā. ¶ Ad aliđ dđm.ꝙ duplex ē ꝯpatio potētie lib.
Ad sextum.
arbi.vna ē ad suū actū ordinādo ipꝫ. alia ē ad aliā
potētiā.Qđ ergo dr li.ar.potētissimū:hoc ē p ꝯpa
tiōē ad aliā potētiā q2 nō pt cogi ab alia potētia Sꝫ
p ꝯpatiōē ad suū actū nō pt dici potētissimū q2 nō
est cā sufficiēs ⁊ ꝯpleta respectu ordīs sui act⁹ ī finē
Ad septimū.
sicut ē potētia naturalis . ¶ Ad aliud dđm.ꝙ du
plex ē cognitio de deo.vna est per effectus suos: et
hec ē sine gr̄a.alia ē p p̄ntiā sui apđ aīā.hec āt nō
pt eē sine gr̄a.Prio mō cognouerūt philosophi deū
Notādū tñ ꝙ aliter dr de⁹ eē p̄ns apđ aīā p īha
bitātē gr̄aꝫ aliter apđ creaturā . ẜm ꝙ de⁹ dr vbiqꝫ
eē potētialiter p̄nalr ⁊ essentialr . Naꝫ deus dicit
esse p̄ns apud creaturā vlr in q̄tū p̄ntialr ꝯseruat
eam:⁊ qui essentia ei⁹ non abest creature.Presens
aūt apđ aīam dr in q̄tū p̄ntat siue p̄nt ē facit beati
tudinē:que est in ipso:qđ est triplr. Uel in habitu
tm̄ vt in paruulis. Uel in affectu tm̄:vt in adultis
vel in habitu ⁊ affectu ⁊ intellectu vt in btis. Par
uuli enim baptizati habēt p̄ntē btitudinē:q̄ est in
deo in habitu ⁊ nō in aliquo actu aīe. Adulti qui
sunt in charitate habēt presentē btitudinē:nō solū
in habitu:sed in actu affectionis diligēdo deum:
nō tñ in actu cognitionis.cū cognoscāt p fidē:q2 fi
des est rerū absentium. Beati vero habēt presentē
Obijcitur iterum.
nō solū habitu:sed affectu dilectionis ꝑfecte ⁊ co
gnitionis manifeste sine enigmate. ¶ Sed adhuc
obr̄. Cognitio in brutis sufficiēter mouet appeti
tū ad delectabile eligendū ⁊ ad tristabile fugiēdū:
habito quodā experimēto de delectabili ⁊ tristabi
li.ergo similiter in ratiōalibus cognitio potest mo
uere voluntatem ad faciendum bonum ⁊ fugien
dum malum:habitu quodam experimento de bo
Sol.
no ⁊ malo . Sed hoc potest esse sine gratia vel do
no addito. ¶ Dicendum ad hoc:ꝙ de summo bo
no non potest haberi experimentum sine gratia.
sed potest haberi de bono sensibili : quia bonum
sensibile non est ꝯstitutū supra potestatem virtu
tis sensibilis:seu supervim sensibilem.sed bonum
summū intelligibile constitutum est supra intelle
ctum et supra potestatem itellectus.⁊ propter hoc
non potest ipsuꝫ cognoscere:nec de ipso expientiā
hr̄e sine dono gratie.et ita req̄ritur gratia ad hoc
ꝙ per cognitiōē experientie in ipsum moueatur.
De hac expientia dr in apoc.ij.Uincenti dabo mā
na abscōditum: ⁊ dabo ei calculum ⁊c.quod nemo
scit nisi qui accipit.et hoc experimentum nō habe
tur nisi per p̄ntiā summi boni apud animā: q̄ p̄n
Scđm
tia non est sine gr̄a. ¶ Item ꝙuis gratia esset ne
cessaria in statu nature lapse:tamen ostenditur ꝙ
gratia non erat necessaria in statu nature bene in
stitute scilicet ante lapsuꝫ.quia sicut habetur.xxxij
Deutero.dei ꝑfecta sunt opera.ergo homo in sta
tu sue prime ꝯditionis fuit opus perfectū Sꝫ sicut
dicit philosophus in li.phisicorum. Tunc dicim⁹
vnumquodqꝫ perfectum:cuꝫ potest attingere sue
virtuti ergo hō q̄tū ad statū p̄me ꝯditiōis poterat
attingere proprie virtuti. Sꝫ sicut dicit augusti. in
li.soliloquiorum. Uirtus est ratio perueniens in
suum finem.ergo in statu illo habebat homo rō
nem per quam poterat peruenire in suum finem:
Tertium
ergo non indigebat gr̄a. ¶ Item aut homo in sta
tu prime conditionis erat per donum nature gra
tus deo:aut non.Si sic ergo per naturaꝫ erat deo:
acceptus.ergo non requirebatur aliquid quod ip
sum gratum faceret.ergo nec gratia . Si non:ergo
erat odiosus deo. Sꝫ hoc est falsum.q2 sap̄.xj. Ni
hil odisti eorum que fecisti : ergo in illo statu erat
Quartum
gratus deo:et ei placebat:ergo per naturam gra
tus erat Non ergo indigebat gr̄a. ¶ Item sicut di
cunt sancti.adam in primo statu habebat vnde po
terat stare:licet non haberet vnde posset profice
re. et hoc per naturam . Sed si stetisset consecu
Dama.
tus fuisset beatitudinem. ¶ Itē sic ut dicit. Da
Quintum
ma. Manentes in eo quod est ẜꝫ naturā in virtu
te sumus sed recedētes ab eo quod est ẜm naturā
Sextum
in id quod est preter naturā sumus in vitio. ¶ Itē
sicut dicit hiero.voluntas que est in arbitrio sola
potest sufficere ⁊ premiū habere ergo nō requirit
Septimum
alia gratia vltra illaꝫ. ¶ Item origenes.Si obtu
lerimus que ex nobis sunt:cōsequemur ea que dei
sunt.ergo si deo offerimus nostram voluntatem:
et ea que in nobis sunt ex natuta. consequimur q̄
Ad secundū
dei sunt. scilicet beatitudinem eternaꝫ. ¶ Respon
sio dicendum.ꝙ est perfectū q̄tum ad esse ⁊ est per
fectum q̄tum ad bene esse:quod est esse ordinis.
In primo

In primo ergo statu potuit dici hō perfectus ẜm
naturam quantum ad esse nature nō tñ ẜm esse or
dinis vel bñ esse nisi per gratiā in presenti ⁊ gloriā
Ad tertium
in futuro. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ est gratum
esse dupliciter in potentia scilicet ⁊ in effectu. Per
donum ergo nature solum habet homo gratitudi
nē in potētia ⁊ nō in effectu.per donum aūt gratie
hꝫ gratitudinē in effectu. ⁊ hec est illa gratitudo q̄
hō meret ⁊ dignus est vita eterna in actu. Primaꝫ
gratitudinē habuit hō in primo statu per donum
nature.sed nō scđam p naturaꝫ. ⁊ impossibile esset
ꝙ homo ẜm naturā ipsam haberet dignitatē per
quam esset dignus vita eterna.Et ideo necessaria
fuit ei dispositio vlterior per quam dignus esset.
Hec aūt gratia est. ¶ Ad aliud dđm ꝙ gratia an
Ad quartum
te lapsum erat necessaria ad hoc ꝙ hō proficeret:
sed non ad hoc ꝙ ipse staret:q2 tūc natura erat bñ
ꝯdita ⁊ nō infirmata p culpā.Sed post lapsum si
cut mō indiget hō gratia qua proficiat ⁊ qua stet:
q2 ante lapsum habuit hō vñ poterat stare.i.serua
re bonū sibi inditū:nō tñ vñ posset proficere ex na
tura sua.i.se extendere in bonum:qđ est supra se.
¶ Ad aliud dđm ꝙ hec prepositio ẜm.aliqñ dicit
Ad quintum
cām formalē.aliqñ efficientē.aliqñ finalem.Si er
go dicat cām formalem vel efficienteꝫ: sic manere
ẜm naturam non est esse in virtute:q2 sic manere
ẜm naturā est manere in eo qđ natura format vel
efficit.sed hoc non est esse in virtute.Si dicat cām
finalem.sic manere ẜm naturā est in illo ad qđ na
tura est manere. ⁊ hoc est manere in virtute q2 illđ
ad qđ natura est ē gratia: ⁊ p gratiā est ad gloriam
Ad sextum.
ordinata. ¶ Ad aliud dđm ꝙ voluntas cōparat
ad gratiaꝫ per quā informatur ⁊ cōparat ad opus
vñ li sola pōt excludere gratiam:vel actū exteriorē
si gratiā falsum est.si actū exteriorem est verum.q2
volūtas cū gratia sine actu exteriori pōt sufficere ⁊
premiū habere: ⁊ hec est intentio Hiero.
Ad septimū.
¶ Ad aliud qđ dicit Aug. Si obtulerimus ⁊c.pꝫ
solō.q2 vult dicere ꝙ si faciamus qđ in nobis est:
deus dabit nobis gratiam:qua habita ꝯsequemur
btitudinē.vñ nō intēdit dicere ꝙ offerre ea que ex
nobis sunt sit cā sufficiens ad habendum ea q̄ dei
sunt:sed solū sicut cā cooperans:sicut dicimus de
re mouente prohibens seu aperiente fenestras:qđ
est cā cooperans ad illuminationē domus.

Articulus secundus.

Ostēdit grām eē per rōnes theologica les ꝯtra pelagia. hereti. Argumen.j.

C Onsequēter ꝯtra hereticos pelagianos
ostendendū est gratiā esse necessariam
saluti:quoꝝ ꝯtra gratiā rōnes sunt iste
In deut.xxx. Uitā ⁊ mortē dedit aū fa
ciē tuā elige vitā vt viuas.ergo in ptāte li.ar.est de
se eligere vitā ⁊ mortē.s.bonū ⁊ malū.ergo sine gra
tia pōt eligere bonū ⁊ fugere malū declinādo.
¶ Itē.xv.eccl'i.Deus ab initio ꝯstituit hoīem ⁊ re
liquit eū in manu ꝯsilij sui.i.in ptāte sui arbitrij.
Ex quo habet ꝙ in volūtate hoīs ⁊ in ptāte sui ar
bitrij ē seruare mādata: ⁊ porrigere manū ad ignē
⁊ aquā.i.ad bonū ⁊ ad malum.ergo de se pōt hō ad
bonū agendū ⁊ malū declinādū sine gratia.
Scđm
¶ Itē heresis celestij heretici:quā narrat aug.ī li.
de ꝑfectione iusticie humane:est hoīem nō esse si
ne pctō. aūt hoc est natura aut volūtate.nō natura
q2 sic sequeret ꝙ pctm̄ esset in hoīe a natura. ergo
voluntate est peccatū in hoīe.Sed oē qđ est a volū
tate faciliter pōt vitari ipsa volūtate.ergo hō p suā
voluntatē faciliter pōt vitare pctm̄ ⁊ venire ad bo
Tertium
nū sine gratia.igit nō est gratia necessaria. ¶ Iteꝫ
hereticus. Pctm̄ aūt est necessitatis aut volūta
tis.Si necessitatis vitari nō pōt.qđ falsum est: er
go est volūtatis.Sed quicquid est voluntatis pōt
vitari voluntate:ergo pctm̄ potest vitari volūta
te sine gratia. ¶ Itē nihil qđ vitari nō pōt dꝫ im
putari.Si ergo peccatū ab homine nō pōt vitari
Quartum.
ergo nō potest homini imputari:nec debꝫ Si er
go deus imputat homini pctm̄:homo potest vita
re pctm̄.ergo homo per suā voluntatē pōt declina
re a malo ⁊ facere bonum sine gratia. ¶ Item fru
Quintum.
stra prohibent vel iubentur que vel caueri vel im
pleri nō possunt.q2 ad hoc est p̄ceptuꝫ vt impleat
⁊ ad hoc prohibitio vt euitetur.Si ergo de⁹ nō p
hibet vel iubet frustra.ergo ex arbitrio nr̄o possu
mus ⁊ vitare ea que phibet: ⁊ implere ea que p̄ci
pit nobis.Si ergo p̄cipit bonū et phibet malum
vtrūqꝫ possumus sine gratia. facere bonū ⁊ vitare
Sextum.
malū:ergo nō est necessaria. ¶ Si dicat ꝙ hō nō
pōt implere p̄cepta:aut hoc est ppter difficultatē
que est in eis.s.in preceptis vel in implente. ⁊ ostē
ditur ꝙ non est propter difficultatē que sit in p̄ce
ptis dei:q2 omne qđ p̄cipitur nobis a deo leue est
et facile.j.Io.v.Carissimi precepta dei grauia nō
sunt.ergo de se potest hō implere mandata quan
tum est ex parte mandati.Item math.xj.Iugum
meum suaue et onus meū leue. ⁊ appellat iugum
mandatū:ergo quantum est ex parte mandati de
se potest homo illud implere: Quod autem non
Septimum
sit difficultas ex parte implentis patet.deut.xxx.
Mandatū quod precipio tibi non supra te est nec
procul positum:nec in celo situm sed prope est ver
bum in corde tuo ⁊ in ore tuo vt facias illud. ergo
ex parte facientis nō est difficultas nec ex pte mā
dati.ergo homo per arbitrium suum de facili sine
gratia potest facere bonum ⁊ declinare malum.
Octauum.
¶ Itē anſ.in li.de li.ar. ⁊ gratia querit.cur scriptu
ra que inuitat hominē ad recte volendum. ⁊ qua
re arguit non obedientē:cum ipsam rectitudineꝫ
possit nemo habere nisi gratia dante vel accipere
Nonum. Bernar.
¶ Item anſ.in eodem Queri pōt cur arguūtur il
li q̄ verbū dei nō suscipiūt cū hoc facere nō queāt
nisi gr̄a volūtates eorū dirigēte.Ex his duob⁹ sic
obijcit Nō est iusta arguitio:cū aliquis arguit de
eo qđ nō pōt facere.ergo cū hec arguitio sit iusta:
q2 de⁹ nō arguit iniuste ergo relinquit ꝙ hō pōt de
se velle bonū et suscipere verbū dei:ergo de se pōt
sine gratia bonū facere ⁊ malū vitare. ¶ Itē bern.
in li.de gratia ⁊ li.arb. Liberū arbitriū sui defectū
omnino nō patit q2 potissimo in ipso eterne ⁊ in
cōmutabilis imago deitatis videatur. Naꝫ si ha
buit initium nescit tamen occasuꝫ:nec de iusticia
vel gratia accipit augmentum:nec de peccati mi
seria detrimentum.Si ergo li.ar.nulluꝫ capit au
gmentum de gratia:nec aliqđ detrimentū de pctō
ergo tantā habet libertatē sine gr̄a:quantā hꝫ cuꝫ
gr̄a.sꝫ tantā hꝫ cū gr̄a ꝙ pōt facere bonū ⁊ declina
Contra Augustinus
re a malo:ergo ⁊ sine gr̄a idē pōt. ¶ Cōtra hoc in
ducit aug.testimonia multa.in li. de gr̄a ⁊ lib.ar.
Dño loquēte cū dixissent discipuli mat.xix.Si ta
lis est cā cū vxore.nō expedit nubere r̄ndit eis.nō
oēs capiūt verbū hoc sꝫ quib⁹ datū est.Quib⁹ er
go nō est datū aut nolūt aut nō implent qđ volūt
Quib⁹ autē datū est sic volūt vt impleāt qđ volūt
itaqꝫ vt hoc verbum quod nō ab omnibus capit:
ab aliquibus capiatur: ⁊ donum dei est:et est libe
ri arbitrij. ¶ Itē nunquid non libe.arbi. Thimo
thei exhortatus est apostolus dicens.Contine te
ipsum Scribens etiam.ij.ad corinth.vij.ait.Uel
lim omnes homines esse sicut meipsuꝫ:quia vti
ꝙ ab omni concubitu continebat. Et continuo

subiunxit.sed vnusquisq3 proprium donū h3 a deo. alius sic alius sic.¶ Itē sap.viij. Cū scirē qꝛ nemo pōt esse ꝯtinēs nisi deus det.⁊ hocipsum erat sapientia scire cuius esset donū.¶ Itez.j.coꝛ.xv.apl's cum dixisset.virtus pcti lex:ꝯtinuo subiecit.Grās aūt dño qui dat nobis victoriā ꝑ dñm nostrū iesu3 xp̄3.ergo ⁊ victoria qua pctm̄ vincit nihil est aliud ꝗ̄ dei donū in isto certamine adiuuātis liberi arbitrij.¶ Itē glo.Mat.xxvij.Quid est vero euidentius ꝗ̄ dei gratia ostēditur:vbi qd̄ oꝛat accipit.Si enim dixisset saluatoꝛ noster.Vigilate ne intretis in tētationē:amonuisse tantummodo videret hoīs voluntatē.cū vero addidit ⁊ oꝛate:ostendit deū adiuuare ne intret in tētationē.¶ Itē dictū est li.ar. Fili noli deficere ad disciplinā dñi.sumptū est prouer.viij.⁊ dñs dicit Luc.xxij.Ego pꝛo te rogabo petre ne deficiat fides tua.Nō ergo gratia iuuat ne sine cā eius volūtati iubeat.¶ Itē deniq3 si ex natura iusticia.ergo xp̄s gratis moꝛtuus est:in quez etiā venturū antiqui patres crediderunt qui diligebant deū.¶ Itē dicūt etiā gratiā dei que data ē per fidem iesu xp̄i.que neq3 lex est neq3 natura . ad hoc tñ valere vt pctā pꝛeterita dimittant:nō vt futura vitentur:vel repugnantia supent.Sed si hoc verū esset:vtiq3 in oꝛatione dñica cu3 dixissemus. dimitte nobis ⁊c.nō adderemus.⁊ ne nos inferas in tentationē.qd̄ a patre qui in celis est nulla rōe peteremus:si virtute voluntatis humane hoc possemus efficere.¶ Itē sunt ⁊ alia testimonia in quibus est qd̄ ait.sapite ad tēperantiā sicut vnicuiq3 partitus est deus mensurā fidei.Rom.xij.⁊ illud. Gratia salui facti estis per fidem:⁊ non ex vobis s3 dei donum est.¶ Itē Ezech.xj.Auferaz ab eis coꝛ lapideū:⁊ dabo eis coꝛ carneū.¶ Itē deniq3 ipse ꝗ dixit.si volueris ꝯseruabis mādata:aliquāto post dicit.Quis dabit in oꝛe meo custodiā:⁊ sup labia mea signaculū astutū:ne foꝛte cada3 ab eo ⁊ labia mea pdant me.eccl'i.xxj.¶ Item ille facit vt faciamus cui dicit homo.pone dñe custodia3 oꝛi meo. hoc est enim dicere.fac vt ponā.qd̄ bñficiū iā fuerat ꝯsecutus.qui dixit:posui oꝛi meo custodiam.

¶ Item ipse vt velimus operatur incipiens ꝗ volentibus cooperatur perficiens propter qd̄ dicit apl's ad phil.j.Certus su3 qm̄ qui operat in vobis bonū perficiet vsq3 in diem xp̄i iesu.vt ergo velimꝰ sine nobis operatur.cū aūt volumus ⁊ sic volumꝰ vt faciamus:nobiscū cooperatur.¶ Item.j.Joh. iij.Ecce qualē dilectionē dedit nobis pater:vt filij dei vocemur ⁊ simus.Et pelagianoꝝ tenebꝛe dicūt Dilectio nobis ex nobis est.Joh.dicit.Deus dilectio est.⁊ pelagiani etiā ipsum deum non ex deo s3 ex semetipsis habere se dicūt.¶ Ite3 hiere.x.Scio dñe ꝙ non est hoīs via eius:nec viri est vt ambulet ⁊ dirigat gressus suos:ergo nō est in potestate hoīs vt dirigat gressus suos:ergo requiritur gratia dirigens.¶ Itē.ix.ad Ro.Non est volentis neq3 currentis sed miserentis dei.s.peruenire ad salutem vel ad beatitudinē.Volētis dicit quantu3 ad actū interioꝛē.currētis quantū ad motū exterioꝛē vel quātum ad opus interius vel exterius.Nō est ergo in opere vel motu interioꝛi volūtatis nec in exterioꝛi venire ad beatitudinē:ergo requirit gratia.

¶ Item.ij.ad coꝛ.iij.Non ꝙ sufficiētes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis:sed oīs sufficiētia nostra ex deo est.ergo nihil possumus i bonum ex natura sine deo.ergo requiritur in nobis gratia a deo collata.⁊ ita gratia est necessaria ad obtinenda eterna.

Aug.

¶ Item aug.de perfectione iusticie hominis.Nullus oꝛat qd̄ est in sua potestate.Si ergo sancti oꝛant vt eis detur gratia impletionis mandatoꝛu3:ergo implere mandata nō est in eoꝛum potestate.Minoꝛ patet ꝙ sancti oꝛāt ad hoc vt impleant mandata.Dauid in ps̄.Da mihi intellectum vt discam mandata tua.⁊ alibi in ps̄. Notam mihi fac viā in qua ambulē.¶ Itē augu. de natura ⁊ gratia.Sicut oculus coꝛpoꝛis plenissime sanus nisi candoꝛe lucis adiutus non pōt cernere:sic ⁊ homo perfectissime iustificatus nisi luce iusticie diuinitus adiuuetur:non pōt recte viuere Sicut ergo lux se habet ad oculum: ita gratia ad aīa3.Sed oculus nō pōt videre sine luce:ergo nec anima viuere ⁊ facere bonum sine gratia.

Ber.

¶ Item ber.in li.de gratia ⁊ li.ar.Absit vt voluntatis perfectionem ipsi voluntati:deo eius creationem tribuamus cum longe melius sit esse perfectu3 ꝗ̄ factum.Ex hoc sic arguitur.Si perfectio volūtatis est in operando recte.s.declinando malum ⁊ faciēdo bonū:ergo ꝙ ipsa recte agat in declinando malum faciendoq3 bonum:hoc nullo modo potest ei attribui.¶ Item ber.in eodem.Non pariter sicut de bono potuit per seipsam voluntas in malū coꝛruere:ita per se de malo in bonum poterit respirare.quid mirum si iacens non valet per se resurgere que stans in aliquid melius nullo suo conatu valebat proficere.Ex hoc ergo sic arguitur.Cum ipa voluntas non poterat per se pꝛoficere qꝛ non poterat esse causa sue perfectionis:ergo nec per se poterat resurgere:ergo non potest redire ad iusticiam sine gratia.

Ansel.

¶ Item ansel.in li.de gratia ⁊ li.arbi. Visus non est acutus qꝛ acute videt:sed idcirco videt acute quia est acutus.ita volūtas non est recta qꝛ vult recte:sed recte vult quoniam recta.Cū autem vult rectitudinem proculdubio recte vult ergo non vult rectitudinem nisi quia recta est . Sed non est recta nisi habeat rectitudinem.ergo nō potest recte velle nisi habeat rectitudinem. hec autē rectitudo est ipsa gratia.ergo non potest voluntas recte velle et operari in declinando malum et faciendo bonum sine gratia.

Rñ.

¶ Solutio dicendum iuxta autoꝛitates sanctoꝛum ꝙ liberi arbitrij conatus ad bonum ociosi sunt:si a gratia non adiuuantur.nulli si a gratia non excitantur. ⁊ ideo liberum arbitrium non proficit in bonum: declinando malum et faciendo bonum nisi virtute gratie.⁊ ita sine gratia non potest operari bonum ⁊ relinquere malum.

So.ad arg.j.

¶ Ad rationem que sumitur ex autoꝛitatibꝰ.Deut.⁊ ecclesiastici scil3 ꝙ in ptāte hominis ē facere bonū ⁊ malū decliare.dōm ẜm ansel.i li.de libertate arbi.Qd̄ ptās vidēdi aliqd̄ coꝛpus quattuoꝛ modis attēditur.Alia enim est potestas in vidente.alia in re visa.alia in medio . et hec est duplex.quia quedam est adiuuans.alia non:s3 impediens.i.obstaculu3 quod impedire possit impedit.Quatuoꝛ igitur potestates sunt:quarum si vnaquelib3 dficiat:alie tres nec singule nec oēs simul pñt aliquid efficere.i.est. non possunt facere ꝙ videatur.⁊ dicit ꝙ quarta potestas etiam impꝛopꝛie dicitur.exemplum huius est . si dices non habenti instrumentum videndi vtrum videret si adesset ꝗlibet alia:diceret ꝙ nō:qꝛ deficeret ptās ex parte vidētis.Similiter si haberet ptātē i se:et tñ lux deficeret adhuc diceret ꝙ nō.Itē ⁊ si lux eēt cū obstaculū adhuc adesset:adhuc diceret ꝙ non. Item si obstaculum nullum adesset ⁊ deficeret: res : adhuc diceret ꝙ nō.Et ideo concludit.ꝙ iste quattuoꝛ potestates sunt necessarie ad videndum sed quarta.

sed quarta.s.nō impediens dicitur impꝛopꝛie.Qd̄ enim solet impedire visu3.nō ob aliud dr̄ dare ptātē vidēdi cū nō īpedit:nisi qꝛ non aufert.Similiter ex ista parte est dicere ꝙ absente rectitudine scil3 gratia nos habemus potestatem seruandi mandatum et rectitudinem voluntatis ꝗ̄diu est in nobis recta ratio:qua eam cognoscere possumus ⁊ tenere.Sed hec potestas est sine efficientia et effectu: sicut esset potestas videndi absente luce. Vnde dicit ansel.sic. Si igitur absente re que videri possit. in tenebris positi ⁊ clausos seu ligatos oculos habentes ꝗ̄tum ad nos pertinet videndi quamlibet rem visibilem potestate3 habemus: quid prohibet nos potestatem seruandi rectitudinem habere voluntatis propter ipsam rectitudinem etiā ipsa3 absente rectitudīe:ꝗ̄diu ratio in nobis est qua eque valeamus cogitare:et volūtas qua illa tenere possimus.

Ad secundu3 Ansel.

¶ Ad aliud dicendum . ẜm distinctionem beati ans.in li.de gratia et lib.ar.Distinguit volūtatē tripliciter.Est voluntas que est instrumētu3 volendi.et voluntas affectio volēdi.et voluntas ꝗ est vsus eiusdē instrumenti. Instrumentum volendi est vis illa anime:qua vtimur ad volendū. sicut i est ratio instrumentu3 ratiocinādi:qua vtimur cū ratiocinamur.⁊ visus instrumentu3 videndi : quo vtimur quando videmus.Voluntas affectio huiꝰ instrumenti est:qua sic afficitur ipsum instrumentum ad volendum aliquid.etiam quando illud qd̄ vult non cogitat : vt quando venit in memoꝛiam: aut statim:aut suo tempoꝛe illud velit. Na3 sic est instr̄m volendi affectum ad volendum salute3 seu beatitudinem : etiam quando illam non cogitat vt mox cum venerit in memoꝛiam statim eam velit ⁊ sic est affectum ad volendum somnum etiā quādo illum non cogitat vt cum venit in mentem velit illū suo tempoꝛe.nūꝗ̄ vero sic affectu3 est vt aliquādo velit egritudinē.In iusto hoīe etiā est affectum instrumentum ad volendū iusticiā etiā cū doꝛmit vt cum eam cogitat statim eā velit. Vsus vero eiusdem instrumenti est quem non habemus nisi cu3 cogitamus rem quam volumus.et sic voluntas dicitur instrumētū volendi ⁊ affectio eius et vsus eiꝰ Voluntas vero qua instrumentum illud afficitur est duplex.nā sicut visus h3 plures aptitudines ad videndū ⁊ lucē ⁊ ꝑ lucē ad videndum figuras et coloꝛes:ita instrumētū volēdi duas h3 aptitudines quas voco affectiōes. quaꝝ vna est ad volēdū ꝯmoditatē.altera ē ad volēdū rectitudinē:qꝛ nihil aliō vult volūtas que est instr̄m:nisi aut cōmoditatem aut rectitudinē.et quicquid vult propter ista vult. Affectio commoditatis est qua vult homo btūs eē ⁊ qua vult btitudinē.per illam vero que est ad volēdū rectitudinē vult rectitudinē ⁊ rectꝰ eē.Volūtas etiā ꝯmoditatis vult salutē coꝛpalē.vt cū vult arare vel laboꝛare vñ habeat a quo tueatur vitam ⁊ salutē.Affectio rectitudis ē ꝗ vult hō cū laboꝛe adiscere vt sciat recte.i.iuste viuere.In hoc quoq3 differunt quia illa que est ad volendum cōmodū nō est hic quod ipsa vult.Illa vero ꝗ est ad volendū rectitudinē rectitudo ē nullꝰ ꝗ̄ppe vult rectitudinē nisi rectitudinē hñs:neq3 pōt aliqs rectitudinem velle nisi rectitudinē et sic impossibile est ꝙ nō habens rectitudinē velit rectitudinē sicut impossibile est ꝙ aliquis amisso instrumento vtatur illo.Cōcedo ergo ꝙ voluntas faciliter potest mutari ad volēdū cōmodū de se:s3 faciliter nō pōt mutari ad volendum rectitudinem : quia hoc non potest esse sine rectitudine:et ita non sine gratia.

Ad tertium

¶ Ad aliud rñdet aug.dicens ꝙ peccatu3 potest vitari si sanetur natura gratia.non potest vitari si non sanetur natura per gratiā.⁊ ponit exemplū de claudicatiōe hō qui pede viciato claudicat nō pōt vitare claudicationē nisi sanato pede quo claudicat.Si ergo cū recte facere sit quasi ambulare: nisi pes.i.volūtas sanet:impossibile est ꝙ hō rectū faciat opꝰ.sanat aūt ꝑ grām.Etsi obijciat tūc ꝙ pctm̄ est necessitatis.dōm.ꝙ ꝗ̄tū ad aliquid est pctm̄ necessitatis.sc3 ꝗ̄tū ad naturā vitiatā.Vñ in ps̄.De necessitatibus meis erue me.In natura aūt sana non. Sanat aūt per gratiā.⁊ ideo addita grā pōt volūtas vitare pctm̄ ⁊ velle bonū ⁊ operari.

Ad quartum

¶ Ad aliō dōm ẜm ansel in li.de gratia.⁊ li.ar.ꝙ nō quecūq3 impotētia est in nō vitādo pctm̄. Est eīn quedam impotētia pꝛouenīēs ex culpa:quedā non: pꝛima impōtētia nō excusat pctm̄:qꝛ est effectꝰ peccati: vñ imputat pctm̄:s3 pctm̄ nō excusat pctm̄. Alia aūt impotētia excusat pctm̄.⁊ facit ꝙ nō imputet pctm̄.vñ dicit.notandū est ꝙ illa impotētia ꝗ descendit ex culpa nō excusat impotentē vñ in infantibꝰ exigit deus a natura humana iusticiā quā accipiūt in parentibꝰ:nec excusat impotētia habendi iusticiā:qm̄ propter culpā in hāc decidit impotentiā.Quā ergo adā peccando deseruit iusticia3 ad pctm̄ illi imputat.s.humane nature impotētia quā ipsa peccādo sibi fecit.Cū ergo impotētia vitandi pctm̄ sit ex culpa.pt3 ꝙ d3 imputari pctm̄. nec pōt ꝑ illā impotentiā excusari.

Ad quintum

¶ Ad illud respondet augus.in li.de ꝑfectione humane iusticie qd̄ obijcit.frustra iuberent vel ꝓhiberētur ⁊c.dicit nō iuberētur si nihil ibi nostra volūtas ageret nō oꝛaret si sola sufficeret.Nō igitur frustra ē pꝛeceptū vel ꝓhibitio:qꝛ pꝛeceptū indicat qd̄ nostra volūtas ibi est necessaria.⁊ oꝛamꝰ:qꝛ sufficiēs nō est vt nobis detur gratia ad implendū pꝛeceptum qꝛ in voluntate est illud implere cū gratia.

Ad sextum.

¶ Ad aliud respōdet aug.in li.de perfectiōe iusticie hominis.cu3 obijcit.Leue ē oīe qd̄ ꝑcipit ⁊ onꝰ ⁊c. dicendu3 ꝙ nō dr̄ leue ex se.nec ex eo cui ꝑcipitur: s3 ex dono gratie vel caritatis.vñ leue ⁊ onus pōt dici in ꝯparatione ad poꝛtantē vel in ꝯparatione ad onus ⁊ similiter graue. ⁊ potest dici vel ex ꝑte poꝛtantis in se.vel ratiōe doni quod datur poꝛtāti.qd̄ est donu3 gratie vel caritatis.s.quando poꝛtat ex amoꝛe.⁊ ꝗ̄tum ad hoc vltimū dicuntur mādata non esse grauia ⁊ onus leue.sc3.ratione foꝛtitudinis poꝛtantis.cū impleat mandata ex amore.quia amoꝛ facit omnia suauia et leuia.vnde augusti.Laboꝛant in dei pꝛeceptis qui ea timendo conātur implere.Sed perfecta caritas foꝛas mittit timoꝛem:et facit pꝛecepti sarcinam leuem.non solum non pꝛementem onere ponderum:verumetiam subleuantem vice pennarum.

Ad septimu3

¶ Ad aliud deutr.dicendum qd̄ mandatum non est supꝛa nec longe positum ⁊c. Hoc non dicitur quia homo ipsum possit facere de se.sed qꝛ deꝰ semper nobis pꝛesto est offerēs nobis gratiā: qua possumus ipsum implere.et hec gratia seu caritas infunditur in coꝛdibus nostris per spiritum sanctū si volumus accipere.

Ad octauum

¶ Ad aliud notandum ẜm ansel.qui comparat liberū arbitriū et verbum dei et gratiam terre et semini et virtuti que faciūt crescere semen in terra.quia li.arb.est sicut terra.verbu3 dei est sicut semen gratia est sicut vis illa que facit crescere etiam semen in terra Cum ergo queritur vnde est ꝙ sacra scriptura ⁊c.rñdet qd̄ sicut terra naturaliter nō germinat ea que necessaria sunt saluti coꝛpoꝛis nostri sine seminibus: ita terra coꝛdis humani non pꝛofert fructum fidei neq3 iusticie sine congruis seminibus . et ꝗ̄uis deus non faciat cuncta huiusmodi semina germinare

tamē ꝑcipit agricolis suis in spe instantissime se-
minare. ꝙuis nō crescat sine gratia. quare ergo ar
guunt q̄ verbū dei nō recipiūt: hoc ē q̄a si ꝑ eos nō
stet: ipse deꝰ paratus est dare beneficiū et incremē
tū gratie. q̄a sicut dicit ansel. in li. de casu dyaboli.
hō nō dicitur nō hr̄e gratiā q: deꝰ non det: sed q:
hō nō accipit. Et sic pȝ sol. ad primā autoritatē an

Ad nonum.

sel. et ad scd̄am. ¶ Ad aliud dōm ꝑm ber. ꝙ liber-
tas est multiplex. s. libertas a necessitate. a pctō. et
a miseria. Libertas a necessitate dicitur libertas
arbitrij: q̄ est prima. scd̄a est libertas cō silij tertia
est libertas cōplaciti. Libertas arbitrij est discer-
nere q̄d liceat et q̄d nō liceat: cū arbitriū sit iudi-
ciū. Libertas cōsilij est ꝓbare q̄d expediat et nō ex
pediat. Libertas cōplaciti q̄d libeat ⁊ nō libeat. A
prima ergo ꝑm ber. dr̄ li. ar. a scd̄a cō siliū li. a tertia
liberū cōplacitū. Uult ergo ꝙ prīa libertas taȝ in
bonis q̄ ī malis sit equalis: q: est a necessitate: tm̄
ordinatior est in bōis q̄ in malis. De libertate cō-
silij q̄ ē a pctō dicit ꝙ fruūtur quilibet iusti ex par
te non modica in hac vita. De libertate complaci
ti que est a miseria solū possunt frui cōtēplatiui: in
hac vita ⁊ nō alij. ⁊ hoc ex parte modica. Sȝ ipsa cō
plete fruuntur in patria vel in gloria. Nō ergo di-
citur ꝙ libe. ar. in bonis nō capit augmentū nec i
malis detrimentū: hoc intelligitur de libero arbi
trio q̄tum ad primam libertatem que est a neces-
sitate que est libertas arbitrij. ꝙ enim liberū arbi
triū cogi non pōt coactione sufficienti: hoc est eq̄-
liter in oībꝰ. q: hec inest per naturā alie aūt nō: sȝ
vna per gratiam. s. libertas ꝯsilij. alia per gloriā. s.
libertas complaciti. vn̄ de illa dicit ber. Libertas
arbitrij cūctis pariter rōne vtētibꝰ ꝯuenit: nec mi
noratur nec ē maior q̄tum est de se in bonis et ma
lis. sed per hanc non mouetur li. ar. in bonum solū
sed requiruntur alie. Nulla aūt aliarū potest esse
sine gratia. et propter hoc sine gratia non potest
moueri li. ar. in bonum et declinare malum.

Membrum secundum.

Quid sit grā ꝑm rē rōnem ⁊ diffinitionē

Onsequenter queritur. quid sit in gra
tia ꝑm rem ꝑm rōnez et ꝑm diffinitio-
nem hoc modo. Primo vtrum sit ali-
quid ꝑm rem in gratificato vel solū sit
in acceptōe gratificantis. Secūdo supposito ꝙ sit
aliquid ꝑm rem in gratificato: vtrum sit creatū q̄d
vel increatū. Tertio supposito ꝙ sit q̄d creatū vtrū
sit substātia vel accidens. Quarto supposito ꝙ sit
accidens: vtrū sit idem per essentiam cum virtute.
Quinto quid sit gratia ꝑm rationem. Sexto q̄d sit
ꝑm diffinitionem.

Articulus primus.

U. gratia sit aliq̄d ꝑm rez ī gratificato. vel solū ī acceptiōe gratificantis.

Irca primum sic proceditur. ⁊ ostēditur ꝙ
gratia sit aliquid vel ponat aliq̄d ī gra-
to seu in gratificato. Joh. j. De plenitu
dine eius accepimus omnes. s. gratiaȝ. Sed omne
quod recipitur ab aliquo: ponit aliquid in illo a
quo recipitur. Si ergo accepimus gratiam a xp̄o:
pȝ ꝙ gratia ponit aliquid in nobis: ⁊ ita ē aliquid
ꝑm rem in gratificato. ¶ Item. j. corin. xij. Diuisio
nes gratiaruȝ sunt: idem autē spiritus q̄ operatur
omnia in omnibꝰ. alij quidem datur sermo sapiē
tie ⁊c. alij prophetia. alij fides. alij gratia sanitatuȝ
alij discretio spirituum. Si ergo sapientia fides ꝓ
phetia et sic de alijs ponunt aliquid ꝑm reȝ in hn̄
te illa: et iste sunt gratie speciales collate a deo. pȝ
ꝙ gratia ꝑm rem ponit aliquid in gratificato. Cō-

Contra. Argumen. j.

tra. Sicut se habet laus ad laudanteȝ ⁊ laudatum
ita se hȝ gratia ad gratificantē et gratificatuȝ. seu
ad acceptantem et acceptatum. Sed laus non po
nit aliq̄d in laudato sed in laudāte: q: indifferēter
est de ente ⁊ de nō ente. Un̄ possumꝰ laudare. Cesa
rem qui non est de sapientia: nec tamen in eo poni
tur sapientia. ergo similiter gratia nihil ponit in
gratificato vel acceptato sed in gratificante vel ac

Secundum

ceptante. ¶ Item forte dicet aliquis ꝙ illa simili-
tudo nō tenet in gratia dei. Cont. Sicut se habet
gratia qua aliquis dicitur esse gratus homini ad
gratificatuȝ: ita gratia qua aliquis dicitur eē gra
tus deo se habet ad gratificatum. Sed gratia qua
aliquis dicitur esse gratus homini nihil ponit in
gratificato: ergo nec gratia qua aliquis dicitur es-
se gratus deo. minor pȝ. quia aliquis maliuolus q̄
non erit dignus vt sit gratus alicui sicut inimicus
alicuiꝰ hominis posset esse gratus et acceptus alij
et tamen hec gratia non ponit aliquam dignitatē
in illo qua sit dignus gratificatione. ¶ Item dani.
j. Deus dedit gratiam danieli in conspectu princi
pis eunuchorum. Cōstat ꝙ nullo bono addito da
nieli posset fieri gratus de nō grato pricipi esto ꝙ
deus solum inmutet affectum principis nec plus
requiretur ad hoc. sed hoc nihil poneret in danie-

Rn̄sio.

le. ergo ꝯstat ꝙ grā nihil ꝑm rē ponit in gratifica
to. Solutio. dōm ꝙ gratia q̄ aliq̄s dicitur esse gra
tus deo necessario ponit aliquid bonum in grati-
ficato quo est gratus deo. Illud enim quo est gra-
tus deo est illud quo est deiformis vel assimilatꝰ
deo. Un̄ tunc dr̄ gratus deo quando est ei similis.
Odiosus vero dicitur deo quando est deo dissimi
lis sicut peccator: quia peccatum est dissimilitudo
ad ipsam bonitatem summaȝ. Sicut ergo odiosuȝ
deo ponit dissimilitudinē ad diuinā bonitatem: ⁊
ponit aliquid per modum defectus et priuationis
quo fit illa dissimilitudo sicut peccatum: ita gra-
tia ponit similitudinem gratificati ad deum et po
nit aliquid in ipso quo dicitur assimilatus deo: ꝑ
quam assimilationē est dignus vita eterna que est
in plena assimilatione rationalis creature ad deū
j. Jo. iij. Nondum apparuit quid erimus. Cum au

Solu. ad. j.

teȝ apparuerit similes ei erimꝰ. ¶ Ad primū dōm
ꝙ est laus a deo. et est laus ab homine. Similiter
est esse gratum deo: et est esse gratum homini. Fa-
ciendo ergo comparationem in eodē genere. s. lau
dis que est a deo ad gratiam que est a deo. dicendū
ꝙ tenet illa cōparatio. sicut se hȝ laus ad laudatuȝ
⁊c. Sed comparando gratiā q̄ est a deo ad laudem
q̄ est ab hoīe: nō ē verū ꝙ sicut se hȝ laus ad laudā
tē ⁊c. ⁊ hoc ē q: laus q̄ hō laudatur a deo ponit ne
cessario aliq̄d bonū ī laudato. De hac laude dr̄. j.
cor. iiij. Nolite an̄ tp̄s iudicare. ⁊ seq̄tur. Tūc erit
vnicuiq; laus a deo: q: laus diuina est approbatio
dei de aliquo bono ente in hoīe. Inde est ꝙ laus
diuina ponit bonū in laudato. similiter gratia dei
ponit in grato bonū aliquod q̄ ē deiformitas vel si

Ad secundū

militudo in hoīe per quā hō est deo gratus. ¶ Ad
aliud dicendum ꝙ nō est simile de gratia qua ho-
mo est gratus homini ⁊ deo. quia non sequitur. ali
quis est gratus homini: ergo bonū est in illo. ⁊ hoc
est quia gratia illa sequitur opinionem hominis:
quia gratia illa est acceptatio quedam facta secū-
dum opinionem. Opinio autem hominis potest
esse vera ⁊ falsa. Et propter hoc sicut opinio homi
nis non ponit necessario aliquod bonum ꝑm rem
esse in opinato. similiter nec acceptatio hȝ opinio-
nem que dicitur gratia in homine ponet aliquod
bonum gratie in acceptato. Sed gratia dei ⁊ acce
ptatio diuina est ꝑm cognitionem ipsius que falli
non potest: sed semper est vera. patet ꝙ illa gratia
necessario ponit bonum gratie in acceptato.

Articulus. ij.

Articulus secundus.

U. gratia in hn̄te sit quid creatū vel increatum. Nō sit īcreata. Arg. j.

Onsequēter queritur supposito ꝙ gra-
tia sit aliq̄d ꝑm rem in habēte gratiam.
vtrū sit gratia res creata vel increata. et
ꝙ sit res increata sic ostēditur. Uanuȝ est
fieri per plura qd̄ pōt fieri ꝑ vnuȝ. hac ꝓpositione
vtitur ph̄s in actione naturali. ⁊ probat per hanc. ꝙ
idē sit organū gustus ⁊ locutionis: q: natura nihil
facit frustra. sed si natura facit ꝑ plura qd̄ ꝑ vnum
pōt facere: facit aliquid frustra. ergo cū hoc sit incō
ueniens: pȝ ꝙ nō facit ꝑ plura qd̄ ꝑ vnū pōt. Sed
idē instrumētū pōt esse gustus ⁊ locutionis. ergo
frustra facit natura si nō facit idē instrumētū eorum.
sed si incōueniens est in natura ꝙ faciat per plura
qd̄ ꝑ vnū pōt facere. multo fortius hoc est inconue
niēs deo: q̄ est principiū totius nature. Si ergo. ss.
est gratia increata q̄ diffunditur ī cordibus nostris:
sicut dicit ap̄ls ad ro. v. ⁊ oīa sufficiēter pn̄t fieri ꝑ
ip̄m q̄ ptinēt saluti. ergo vanū est ponere aliā gra-

Secundum

tiā creatā in ipsa aīa. Grā ergo q̄ est in aīa grata
deo: solū est grā increata ⁊ nō creata. ¶ Item dicit
aug. iuxta autoritatē deut. xxx. Ipse est vita tua. et
dicit in li. de ci. dei. ⁊ in multis alijs. Nō sicut aīa ē
vita corporis: ita deus est vita aīe. Sed aīa est vita
corporis ꝑ naturā. deus aūt est vita aīe ꝑ gratiam.
Si ergo nō est ponere aliā vitā in corpore q̄ in for
matione seu ꝑfectione aīe: silr̄ nec in aīa erit pone

Tertium

re aliā vitā qua viuat in eē grē q̄ ip̄m deū. ⁊ ita grā
nō est creata sed increata. ¶ Itē ꝑfectionis virtutis
est ꝓducere effectū sine medio q̄ cū medio. Cū er
go virtus diuina sit ꝑfectissima: semꝑ ꝓducit suū
effectū ꝑ seipsam sine medio. Cū ergo ipsa gratifi
cet aīaȝ: relinquitur ꝙ hoc faciat sine medio aliquo.

Quartum

nō ergo ponet aliqd̄ mediū. s. grā creata mediante
qua deus gratificet aīam. Itē dicit aug. Mēs nul
la interposita natura ab ipsa prīa veritate formatur
sed formatio illa est ꝑ grām. ergo nihil interponitur
inter mētē ⁊ grām increatā. ergo nō est ponere gra

Quintum

tiā creatā mediā in illa formatione. ¶ Iteȝ oē qd̄
agit in aliq̄d nobilius est eo in qd̄ agit. q: agēs hȝ
dn̄iū sup illud in qd̄ agit. cū ergo grā agat in sp̄m
creatū: nobilius est sp̄ū creato. sed nihil est nobiliꝰ
sp̄ū creato nisi sp̄us increatus. grā ergo est increa-
ta seu increatus sp̄us. Minor pȝ ꝙ grā agat ī sp̄m
creatū. s. in aīam: q: grā alterat aīam vt faciat iustā

Sextum.

de iniusta. ⁊ immutat volūtatē: sicut dicit augu. a
malo velle in bonū velle. ¶ Itē nullū bonū creatū

Septimum

pōt esse dignū infinito bono. sed grā est bonum di
gnū bono infinito: q: facit aīaȝ dignā bono infini
to. ergo nō est creata. ¶ Itē ro. viij. Uanitati sub-
iecta est oīs creatura. ergo oīs creatura est vanitas
vn̄ eccl̄s. j. Uanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas. Ex hoc
arguitur. Nihil ꝯiūgit vanitatē veritati: qd̄ sit vani
tas. sed creatura rōnalis est vanitas. veritas aūt ip
sa diuina bonitas. ergo illud qd̄ ꝯiungit rōnalem
creaturā diuine bonitati: nullo mō erit vanitas sȝ
veritas. ergo nō est creatū. sed grā est illud qd̄ ꝯiū-

Cōtra. ꝙ creata.

git. ergo nō est creata. ¶ Ad oppositū. Dē qd̄ est ī
recipiēte est in illo ꝑ modū recipiētis: ⁊ nō ꝑ modū
recepti. ꝑ. g̃. aīa recipit formas rerū: silr̄ ⁊ materia
ꝑm modū suū. s. ꝑm dimēsionē quātitatiuā. Aīa autē
hoc mō nō recipit sed ꝑm suū modū. hoc ē ꝑm sim
plicitatē sue nature. Un̄ q: ipsa nō hȝ dimēsioneȝ
quātitatiuā: nō sunt in ea sp̄es quātitatiue: immo
infinite in ea pn̄t esse sp̄es. Sed summa bonitas ꝑ
ss̄ recipitur ab aīa: cū. ss. diffunditur ī cordibꝰ nr̄is. ergo
recipitur ꝑ modū rei recipiētis ⁊ nō ꝑ modū recepte.
ergo modus aliq̄s ponitur in recipiēte aīa ꝑm queȝ
ipsa pōt recipere diuinā bonitatē. sed modus ille ē
donū ⁊ gratis datū ⁊ dispositio noua aptās ad re-
ceptionē. ergo est grā creata. ¶ Itē dicit aug. in li. Aug.
de pn̄tia dei ad Dardanū. Aliter est deus in oī re:
aliter in aīa scā. Nā in oī re est essentialiter: ita ꝙ
nō inhabitat in oī re. Est aūt in aīa scā ita eēntia
liter ꝙ in ea inhabitat. ꝑm ꝙ hr̄ Jo. xiiij. Ad eū ve
niemus ⁊ māsionē apud eū faciemus: Cū ergo dr̄.
deus est in aīa scā. aut ponitur aliq̄d aliud a diuina
essentia in aīa scā qn̄ deus est in ea qd̄ nō ponitur
in oī re: aut nō. Si nō ergo sicut deus nō ihabitat
in oī re q̄uis sit essentialr̄ in oī re: ita nec in aīa scā
qd̄ est incōueniēs. ergo ponitur aliq̄d qd̄ est aliud a
diuina essentia in aīa scā quo inhabitat in ea. Sȝ
cū deus inhabitet in ea ꝑ grām. ergo illud est grā.
sed illa grā est aliud a diuina essentia. ergo est crea
ta. ¶ Itē grā increata est in nobis: ⁊ facit nos gra
tos deo. aut hoc ꝙ dico gratos deo ponit in nobis
aliā dispositionē ab increata qua sumus deo grati
aut nō. Si nō ponit aliā dispositionem in nobis a
gratia increata. ergo in nobis nō differt gratus ⁊
nō gratus. q: increata gratia est in aīa ingrata per
essentiā ⁊ pn̄tiaȝ ⁊ potētiā. ⁊ silr̄ in aīa grata ꝑm
ꝙ dr̄ deus esse vbiq; pn̄tialiter potentialiter ⁊ eēn
tialiter. Sed illud est inconueniēs ꝙ non differat
gratus ⁊ ingratus. ergo hoc ꝙ dico gratuȝ deo po
nit aliquā dispositionē ī nobis aliā a gratia īcrea
ta: qua dispositione dicimur grati deo. sȝ illa ē no-
bis gratis data ⁊ faciēs gratū. ergo est gratia crea-
ta. ¶ Itē gratia increata facit nos eē gratos. Aut
ergo faciēdo nos gratos facit nos esse aliq̄d qd̄ nō
eramus prius. aut faciēdo nos operari qd̄ priꝰ nō
operabamur: vt attēdatur illud gratū nō quo ad eē:
sed quo ad oꝑari. s. q: facit nos oꝑari aliq̄d gratui
tū qd̄ prius nō operabamur. Si poneret hoc mo-
do ꝑ cām ad operādū gratuite: ꝑm hoc ī paruulis
nō esset gratia: nec essent grati deo. q: gratia nō fa
cit eos operari aliquid gratuitum. sed hoc est in-
inconueniēs. ergo illa gratitudo intelligitur quo
ad esse. ergo facit nos eē gratuite qd̄ prius nō era-
mus. ergo ponitur modus aliq̄s seu dispositio in ip-
so esse qd̄ prius nō erat. ergo necesse est ponere gra
tiam creatam in nobis mediante qua aīa dispona
tur vt sit grata deo. ¶ Item similis est compara-
tio dei ad aīam qui est vita sua: ⁊ anime ad corpus
que est vita sua sicut dicit aug. Si ergo corpus nō
viuitur anime nisi accipiat vitam disponentem ab
ipsa. ergo similiter anima non viuetur deo nisi ac
cipiet vitam disponentē ab ipso. Sed hec vita dis-
ponens est creata ⁊ gratis data ipsi anime. ergo ē
gratia creata. Minor patet ꝙ corpus non viuatur
anime nisi accipiat vitam disponentem. quia po-
natur ꝙ anima teneret suum viuere in se: ita ꝙ nō
influeret aliquam dispositionem in corpus: nūq̄
corpus viueret. ergo aliqua dispositio vite est ex
parte corporis ad hoc vt viuat vita anime. ergo si-
militer est dispositio vitalis ī ipsa anima a deo in
fusa ⁊ gratis data ad hoc vt viuat ab ipso.

¶ Sol. dicendum ꝙ est gratia creata ⁊ increata in Rn̄. ⁊ sol. ad primū.
habente gratiam. Gratia increata est spiritussan-
ctus. ⁊ dicitur spiritussanctus gratia secundum ꝙ
dicitur donum. ⁊ dicitur donum secundum ꝙ di-
citur amor. ipse enim spiritussanctus secundum su
am proprietatem amor est. ⁊ vt amor procedit a pa
tre ⁊ filio. ⁊ iō q: donū est: iō amor est. q: nihil est do
nū nisi rōne amoris. Nā si aliq̄d datur ex timore nō
est donū ꝓprie immo redēptio. Silr̄ si datur ex cupi
ditate nō est donū sed q̄stus. sed donū ꝓprie est ex
amore ⁊ liberalitate ⁊ sine coactione. vn̄ in oī dono

primo donat̃ amor.⁊ sic spũsſct̃s dr̃ gratia q2 do-
num.⁊ dr̃ donũ q2 amor.⁊ hoc est illud gloriosuz do
nũ de quo Jo.xiiij. Ego rogabo patrẽ ⁊ aliũ para-
cletũ dabit vobis. Spũs em̃ sctũs eo facit nos gra
tos quo facit nos deiformes. hoc aũt facit q2 amor
est. vñ dicit Hug. de san. vic. Scio aïa mea q2 dile
Hug.
ctio tua vita tua est: ⁊ quicquid diligis ipsa vt dile
ctiõis in eius similitudinẽ trãsformaris. Q2 ergo
spũsſ. amor est immo ⁊ virtus prima amoris. inde
est cũ datur nobis trãsformat nos in diuinã spẽm:
vt sit ipsa aïa assimilata deo. ex alia parte debem9
itelligere gratiã creatã velut similitudinẽ ⁊ dispo
sitionẽ ex parte aïe rõnalis: ex qua h3 ꝙ sit accepta
deo ⁊ assimilata: q2 ibi est forma trãsformãs. ⁊ hec
est gratia increata. Silr̃ ibi est forma trãsformata
q̃ derelinquit̃ in trãsformato. s. in aïa ex trãsforma
tione. ⁊ hec est gratia creata. Dõm ergo ꝙ est suffi
cientia agentis ⁊ est sufficientia recipientis. Quã
tum autem est de sufficientia agentis spiritussan.
equaliter se h3 ad oïa: ⁊ omnia põt facere sufficien
ter quantũ est de se: nec est necessaria ex parte ipsi
us gratia creata. sed solũ quantũ est ex parte reci-
pientis. s. aïe rõnalis. q2 nõ põt se habere ꝑ imme-
diationẽ ad gratiã increatã nisi disponat̃ prius. et
hoc est defectus ipsius. ⁊ ꝓpter hoc necessaria est
ei gratia disponẽs ipsam. Uñ bñ dr̃ a quibusdaz ꝙ
ipsa gratia increata sufficiẽs est ad oïa facere: non
tñ ad oïa fieri. q2 fieri se tenet ex parte recipientis.
sicut ĩ costa ade ẜm aug. erat potẽtia ex parte agẽ-
tis facere euã. nõ tñ erat potẽtia fieri: q2 nõ erat dis
positio in costa vñ illud fieret. Silr̃ ex parte gratie
create est sufficiẽtia ad facere aïam gratã sine gra
Ad secundũ
tia increata. tñ insufficientia est ex parte fieri gra-
tuz. ⁊ hoc est insufficiẽtia ex parte aïe. ¶ Ad aliud
dõm ꝙ verũ est ꝙ aïa ẜm se est vita corporis. i. sine
medio: q2 aïa sine medio vnitur corpori. ⁊ tñ ꝑ me-
diuz vnit̃ corpori. sine medio dico: q2 nõ est mediũ
ex parte sua ad hoc vt vniat̃ corpori: cũ ipsa sit for-
ma corporis. ⁊ forma se vnit ꝑ suã essentiã. Per me
diũ dico: q2 est dispositio ex parte corporis media
ad hoc vt vniat̃ aïa ipsi. Est igit̃ ibi mediũ ex parte
suscipiẽtis nõ ex parte informãtis. Silr̃ grã creata
Ad tertium
sine medio vnit̃ aïe: nec requirit̃ mediũ ex parte in
formantis: sed ex parte recipiẽtis anie. s. requirit̃ ꝑ
Ad quartum
qd̃ vniat̃. ⁊ hec est gratia creata. ¶ Ad aliud silr̃ di
cendum ꝙ virtus diuina ex parte sui nõ ꝑducit ef
fectũ cũ medio: sed ex parte suscipiẽtis. ¶ Ad aliud
ꝯcedo ꝙ quantũ est ex parte informantis vel assi-
milantis: nihil interponitur ad hoc vt aïa assimi-
let̃ ⁊ fiat grata deo: sed solũ ex parte aïe suscipiẽtis
Ad quintum
necesse est ꝙ interponat̃ dispositio vt dictum est.
¶ Ad aliud dõm ꝙ est gratia increata que simplr̃
ẽ nobilior spũ creato: ⁊ illa est spũsſ. Ex alia pte est
gratia creata: ⁊ illa quo ad quid est nobilior spiri-
tu creato ⁊ nõ simplr̃. Inquãtũ em̃ cõparat̃ ad ani
mã vt agẽs in eã nobilior est. sed ẜm ꝙ cõparatur
ad aïam velut dispositio ipsius: sic est ignobilior ⁊
h3 rõnẽ ignobilioris. q2 dispositio non est nobilior
substãtia quã disponit. q2 cedit in ipsam. sed inꝗ̃-
tum est mouẽs nobilior est. ⁊ exẽplũ pt3 in lumine
ẜm ꝙ est in aere ab ipso sole. illud lumẽ dispositio
est aeris. sed ponat̃ ꝙ aer videret solẽ per illud lu-
men: tunc lumẽ illud cõparet̃ ipsi aeri in rõne mo
uentis vel immutantis. q2 lux immutat visum. sed
hoc qd̃ esset ĩ rõe immutãtis nõ haberet ab eo in
quo esset. s. ab aere. sed solũ ab eo a quo esset. s. a so-
le. Silr̃ gratia creata vnã cõparationẽ h3 ad aïam
ẜm ꝙ est aïe dispositio: aliam ẜm ꝙ est a gratia in
Ad sextum.
creata velut lumẽ fluens ab ea in ipsam animam.
¶ Ad aliud dõm ꝙ gratia creata vno mõ est fini-
ta: alio mõ infinita. simplr̃ enim finita est quantũ
ad subiectum in quo est. In cõparatione vero infi
nita est quantũ ad illud a quo est. q2 est a gratia in
creata: que est infinita bonitas. Silr̃ virtus eius fi
nita est quãtũ ad subiectũ. s. quantũ ad aïam. Infi
nita ẜm cõparationez ad illud a quo ẽ. Põt aliter
dici ꝙ gratia est finita ẜm essentiã. tñ ẜm suã virtu
tẽ que cõparata ad actus infinitos in quos põt rõ
ne influentie diuine bonitatis infinita est. ⁊ ex hoc
h3 ꝙ facit dignũ infinito bono. bonũ em̃ infinituz
qd̃ est gratia increata per illã habet̃ ⁊ recipit̃ a rõ-
nali creatura. Uel põt dici ꝙ gratia gratũfaciens
l3 nullo modo sit infinita quantuz est de se: nihilo
minus q2 vnit habentẽ summo seu infinito bono.
efficit illũ dignũ bono infinito. Qui em̃ vnitus est
Ad septimũ,
bono infinito: dignus est oĩ bono seu infinito.
¶ Ad aliud dõm ꝙ qñ aliqua duo sunt disparata
ad hoc ꝙ ꝯueniant: necesse est ꝙ medium ꝑ qd̃ cõ
ueniunt sit diuerse rõnis. Sic ergo creatura ratio
nalis ⁊ increata bonitas que est deus cum sint dis
parata nunꝗ̃ coniunguntur nisi interueniat me-
dium diuerse rõnis. s. gratia increata que sit ex par
te dei vniens. ⁊ gratia. s. creata que sit ex parte anie
disponẽs. Et sic vanitatẽ veritati non ꝯiungit va-
nitas: immo veritas est ꝯiungens. s. gratia increa
ta. Gratia vero creata est disponẽs. ⁊ dico ꝙ gratia
creata ẜm rõnẽ qua de nihilo est: vanitas est ẜm ra
tionem qua a deo est: veritas est. sicut est de aïa. q2
ẜm rõnẽ qua de nihilo est: vanitas est. ẜm rationẽ
qua a deo est: veritas est. q2 a summa veritate pro-
cedit. ẜm ergo rationez qua gratia creata vanitas
est ⁊ de nihilo: sed hoc nec vnit nec disponit aïam
ad hoc vt vniatur deo. sed deficit ẜm hanc rõnem
per peccatum. sed ẜm rõnẽ qua a deo est vnit ⁊ dis
ponit vt aïa vniatur deo.

Articulus tertius.

U. grã creata sit substantia vel accñs. Qd̃ sit acñs.

COnsequenter querit̃. vtrũ gratia creata
sit substantia vel accidẽs. Ad qd̃ sic. Dẽ
qd̃ adest ⁊ abest ꝑter subiecti corruptio-
nẽ est accidens. q2 accidens est qd̃ adest
⁊ abest ⁊c. s3 gratia adest ⁊ abest ⁊c. ergo est accidẽs
¶ Itẽ oẽ qd̃ recipit magis ⁊ min9 est accidẽs: gra-
tia est hmõi: q2 hõ ẜm magis ⁊ minus h3 gratiam
ergo ⁊c. ¶ Itẽ oẽ qd̃ aduenit substãtie post esse cõ
cõpletum est accidens. sed gratia aduenit aïe post
esse cõpletũ ipsius aïe. ergo gratia est accidens.
Contra. ꝙ sit substãtia.
¶ Cõtra xxxviij. Job. Per quaz viã spargit̃ lux ⁊c.
dicit glo. per quam viam diffunditur gratia. vnde
appellat ibi lucem gratiã. Ex quo habetur ꝙ gra-
tia spargitur sicut lux. Qualis ergo cõparatio est
lucis ad aerem per quem diffundit̃: eadẽ est com-
paratio gratie ad aïam in qua diffunditur. sed cõ-
paratio lucis ad aerẽ nõ est cõparatio accidentis
ad subiectũ: sed ꝑfectiõis substãtialis. q2 si aer cor
rumperet̃ adhuc remaneret ipsa lux: sicut quidam
posuerunt. q2 nõ h3 esse depẽdẽs ab aere: sed a fon-
te luminis. ergo silr̃ comparatio gratie ad aïaz nõ
Secundum.
est cõparatio accidentis ad subiectum: sed ꝑfectio
nis substantialis ad illud cuius est perfectio.
¶ Itẽ duplex est esse. s. esse primũ ⁊ esse secũdũ. pri
mũ esse est esse nature. scõm esse est bñ esse seu esse
ordinis. sed dignius est esse secũdũ ꝙ̃ primũ. ergo
perfectio scdĩ esse est dignior ꝙ̃ perfectio primi eẽ
sed perfectio primi esse est substantia. ergo ⁊ substã
Tertium.
tia secundi esse est substantia. sed gratia est perfe-
ctio anime quantum ad secundũ esse. ergo est sub
stantia. ¶ Itẽ oĩs perfectio dignior est perfectibili
nullum accidẽs dignius est ꝙ̃ substãtia. ergo nul-
lũ accñs

lũ accñs est perfectio substãtie alicuius ꝓprie: sed
sequẽs rei perfectionẽ. sed gratia se h3 ad aïam in
rõne perfectionis. ergo gratia nõ est accñs sed sub
Quartum
stãtia. ¶ Itẽ nullũ accñs cõmutat subiectuz. ⁊ per
hoc a ꝗbusdã ꝓbat̃ ꝙ lux in aere non est accñs. q2
lux in aere mutat̃ de vna parte aeris in aliã ẜ3 mo
tũ solis. Sed gratia mutat subiectũ suũ velut lux.
q2 dr̃ in apoca. ij. Tene qd̃ habes ne alius occupet
vel accipiat coronã tuã. Et silr̃. j. Reg. xxviij. dixit
dñs Saulo. Auferã gratiã tuaz ⁊ dabo emulo tuo
meliori te. ergo gratia mutat̃ de vno subiecto ĩ ali-
Quintum
ud subiectũ. ergo nõ est accidẽs sed substãtia.
¶ Itẽ inter oẽs perfectiones illa perfectio que vl-
tima est dignior est. supponat̃ ꝙ gratia ⁊ gloria idẽ
sint: sed differunt ẜm perfectum ⁊ imperfectũ. vn-
de glĩa est gratia ꝯsummata. Inde arguit̃ sic. Per
fectio vltima rõnalis creature est gratia. ergo est di
gnior ꝙ̃ prima perfectio naturalis. Sed prima ꝑ-
fectio naturalis est substãtia. ergo gratia ẽ substã
Sextum.
tia. ¶ Itẽ oẽ accidẽs est separabile a substãtia. est
aũt separabile a substantia. q2 destruibile in ea. sed
gratia nõ est destruibilis in aïa. q2 si destruit̃ ĩ aïa:
aut destruit̃ a deo: aut a pctõ: aut a libero arbitrio
Nõ a deo: q2 gratia est silitudo dei in aïa. sed deus
nũꝗ̃ destruit suã silitudinez: q2 sic faceret ꝯtra se.
ergo non põt destrui a deo. Itẽ nec a pctõ: q2 pctm̃
nihil est. ⁊ etiã sicut dicit Diony. Pctm̃ nõ agit ni
si virtute boni. Si ergo pctm̃ non agit nisi virtute
boni vel rõne. ⁊ bonũ illud nõ ẽ ꝯtrariũ gratie. oĩs
aũt corruptio est a ꝯtrario. p3 ꝙ non põt destrui ꝑ
pctm̃. Silr̃ nec a libero ar. q2 est perfectio eius. sed
nihil destruit suã perfectionẽ. ergo nõ est destrui-
bilis a li. ar. ⁊ pluribus modis nõ põt destrui. ergo
nõ est gratia destruibilis in subiecto. s. in aïa ipsa
Solu. ad .j. ꝙ sit accñs.
manẽte. ergo nõ ẽ accidẽs. ¶ Sol. dõm ꝙ gratia
creata duplicẽ h3 cõparationẽ. s. ad primũ esse aïe
qd̃ est nature: ⁊ ad esse scõm ipsius qd̃ est bñ esse:
vel esse ordinis ẜm ꝙ cõparatur ad aïam. Quãtuz
ad primũ esse anie qd̃ est esse nature: sic dico ꝙ est
accidẽs: q2 est dispositio aduenient aïe post cõple
tionẽ illius quãtum ad illud esse. Scdõ aũt mõ est
dispositio substãtialis: nõ tñ substãtia. s. quãtũ ad
scõm esse. ⁊ hoc est q2 scõm esse est accidẽtale respe
ctu primi esse ⁊ nullo mõ substãtiale. ⁊ iõ pñcipiũ
illius esse erit accidens ⁊ nõ substãtia. est tñ substã
So. ad ꝯtra. ꝙ sit substãtia.
tiale quãtũ ad illud. ¶ Ad illud quod obijcitur de
luce in aere. dicendum ꝙ sunt opiniones de luce
in aere. Una est ꝙ lux in aere sit corpus. ⁊ hoc mo-
do est substãtia. sed ẜm hoc nõ tenet illa ꝯparatio
q2 gratia nõ est substãtia: sicut visum est. Alia opi-
nio est ꝙ lux est forma ꝑficiens aerẽ quãtũ ad bñ
esse: qd̃ est esse perspicuitatis. Dõm ergo ꝙ cõpa-
ratio lucis ad gratiã creatã tenet inquantũ lux dr̃
forma. ⁊ ẜm ꝙ gratia accidit ipsi aïe ⁊ depẽdet ab
ea sicut a subiecto in quo est. a gratia aũt increata
sicut ab illo a quo est. Et primo mõ cõparatur vt ac
cidẽs. scdõ mõ vt substantiale principium quãtuz
ad esse scõm aïe qd̃ est esse ordinis. nõ tñ est substã
tia. No. ꝙ quedã accidentia depẽdẽt a subiecto vt
a quo ⁊ in quo. sicut leuitas ab aere: grauitas a ter
ra. Sunt alia que dependent a subiecto sicut ab il
lo in quo solum: ⁊ non sicut ab illo a quo: sicut de-
pendet lumẽ ab aere. ⁊ sic depẽdet gratia ab aïa. s3
leuitas in aere dependet ab aere vtroꝗ̃ mõ: q2 in-
Ad secundũ
est aeri a natura aeris. gratia aũt nõ inest hoc mõ
ipsi aïe: sed in modũ lucis. ¶ Ad aliud dõm ꝙ est
perfectio que est a forma: ⁊ est perfectio que est a fi
ne. Item est perfectio primi esse ⁊ scdĩ esse. Perfe-
ctio primi esse est a forma substantiali. perfectio se
cũdi esse est a fine. q2 eẽ ordinis a fine ꝑficit̃ ad quẽ
est. Itẽ est ꝑfectio disponẽs: ⁊ est perfectio cõplẽs.
Perfectio cõplẽs est dignior ꝑfectibili ⁊ nõ dispo-
nẽs. Dõ3 ergo ꝙ grã creata est ꝑfectio esse aïe scdĩ
tãꝗ̃ disponẽs. sed ꝑfectio sicut cõplẽs est finis ip-
sius. s. diuina bonitas. Uñ illud qd̃ disponit aïam
vt ordinet̃ ad finẽ est gratia creata. illud qd̃ cõplet
est finis. s. summa bonitas. ⁊ sic perfectio scdĩ esse
est substãtia: sicut perfectio primi esse. sed nõ per-
Ad tertium
fectio disponens sed perfectio complẽs. ¶ Ad ali
ud dõm. cũ sit gratia creata ⁊ increata: vtraꝗ̃ dr̃ ꝑ-
fectio sed differenter. Una enim perficit vt dispo-
nẽs: alia vt complẽs. Qñ ergo dicitur: oĩs ꝑfectio
est dignior perfectibili. si hoc intelligatur simplici
ter non est verũ nisi de perfectione cõplẽte: ⁊ nõ de
Ad quartum
disponẽte simplr̃ sicut dictũ est. ¶ Ad aliud dõm
cum dicũt scripture. auferã gratiã tuã ⁊c. hoc dici
tur ẜm illũ tropũ ẜm quẽ dr̃ vna fides oĩm creden
tium: que vna est per comparationẽ ad creditũ. q2
vna est veritas que creditur: sed per cõparationez
ad credentẽ non. immo diuersa est fides numero:
qua ego credo ⁊ alius credit. Silr̃ gratia vno mo-
do respicit subiectũ: alio modo respicit illud ad qd̃
datur gratia. Cũ ergo dr̃. auferã gratiã tuã ⁊ dabo
alij. hoc nõ intelligit̃ de gratia per cõparationẽ ad
subiectũ: q2 gratia illa numero que est in isto non
põt dari alij. Sed hoc per comparationẽ intelligit̃
ad illud ad qd̃ datur gratia. q2 ad illud idẽ nume-
ro ad qd̃ h3 aliquis gratiã: põt dare gratiam alij. ⁊
sic intelligitur autoritas de dauid ⁊ Saul. j. Reg.
Ad quintum
cum dicit dominus Saul. auferam gratiam tuaz
⁊c. idest ad illud idem ad quod habes gratiam da
bo alij gratiam ⁊ auferam tibi. ¶ Ad aliud dicen-
dum ꝙ est quedã perfectio rei que est de ipsa re et
intrinseca ad rem. ⁊ est perfectio rei que nõ est de
ipsa re sed extra rem: ad quã. s. est res. ⁊ hec est finis
hoc modo diuina voluntas siue gratia increata ẽ
perfectio. Item perfectio que est de re vel intra rez
duplex est. s. quantum ad primum esse: ⁊ hec est for
ma substantialis. vel quantum ad scõm esse: ⁊ hoc
modo gratia creata est vltima perfectio ratiõalis
creature. sed non est vltima nisi quãtum ad dispo
Ad sextum.
sitionẽ vel tanꝗ̃ disponens. finis aũt seu gratia in
creata est vltima ⁊ complẽs. ⁊ hec est substantia.
¶ Ad aliud dõm. ꝙ est quedam corruptio siue de
structio in forma a contrario. sicut calidũ destruit̃
a frigido ⁊ econuerso. Quedã aũt per destructio-
nem seu defectum subiecti. sicut deficiente igne de
struitur caliditas. Dõm ergo ꝙ gratia creata de-
structibilis est non a cõtrario: sed destruitur ex de
fectu sui subiecti qd̃ est li. ar. qd̃ qñ ipsi gratie defi-
cit: deficit ⁊ destruitur ipsa gratia. Deficit autez li
berum ar. ipsi. qñ dissentit gratie per peccatum cõ
sentiendo peccato.

Articulus quartus.

U. grã accñs sit idẽ ꝑ eẽntiã cũ virtute gratuita. ꝙ differũt

COnsequenter queritur de differẽtia gra
tie: an sit eadem per essentiam cum vir-
tute gratuita. Qd̃ aũt differant per eẽn-
tiam sic ostenditur. Quorum diffinitio
nes sunt diuerse: ipsa sunt diuersa per essentiam.
sed diffinitio virtutis ⁊ gratie est differẽs. ergo dif
ferunt per essentiam. Minor patet. q2 gratia diffi-
nitur a sanctis. Gratia est signaculum imaginis.
Ephe. j. In quo credentes signati estis ⁊c. Gloss.
Imagine dei reformata in nobis per gratiam. Ex
hoc sumitur ꝙ gratia est reformatiua imaginis ĩ
nobis. Uirtus aũt diffinitur in relatione ad opus
vnde ẜm phm. Uirtus est qua quis est bonus ⁊ bo
num reddit opus. ¶ Item in omni eo qd̃ est citra

primum differt esse ⁊ operari. ergo bene esse ⁊ bene operari: ⁊ hoc est per essentiam. ergo in rationali creatura differunt bene esse ⁊ bene operari. ⁊ hoc per essentiam. ergo in rationali creatura differunt bene esse ⁊ bene operari. ergo ⁊ principium ad bene esse differt per essentiam a principio ad bñ operari. sed gratia est principium ad bene esse. virtus aūt ad bene operari. ergo differunt essentialiter.

¶ Itē aīa nō est sua eēntia. ergo multomagis aīa non est sua potentia. ergo differunt in aīa essentia ⁊ potētia. ergo differt illud quo perficitur essentia ab eo quo perficitur potentia essentialiter: ita ꝙ vnum non est alterum. sed illud quo perficitur potentia aīe ⁊ redditur apta ad opus est virtus: illud aūt quo perficitur essentia aīe ⁊ redditur deo similis est gratia. ergo differunt essentialiter. ¶ Item sicut se habet corpus ad aīam rationalē: ita se habet aīa rationalis ad deum ſm viuificationem: ſʒ ꝙ dicit aug. Si ergo in corpore ſm aliud est vita: ⁊ ſm aliud est motus: ⁊ ſm aliam dispositionem inest viuere ipsi corpori: ⁊ ſm aliam moueri ab ipsa aīa. vnde corpus prius viuificatur ⁊ postea mouet̃ qđ pʒ in apoplexia. Uidemus enim ꝙ penitus extinguit̃ motus in corpore: remanet tñ vita. hec aūt non possunt esse: nisi ſm aliud ⁊ aliud esset vita et motus in corpore ab ipsa aīa. ergo similiter aīa ſʒ aliud accipiet vitam a deo. ⁊ ſm aliud motum. Si ergo per gratiam recipit vitam spūalem a deo que vita attenditur in assimilatione eius ad deū. per virtutem autem gratuitam recipit motum ab ipso spiritualem. s. ꝙ ipsa mouetur ad bona opera et meritoria. gratia non est virtus gratuita: sed differens essentialiter ab ea. ¶ Item gratia non solum multiplicatur per virtutes: sed per gratias sacramentorum ⁊ donorum. vnde non solum reperitur gratia in virtutibus gratuitis: vt in fide spe ⁊ charitate. sed etiam in sacramentis: ⁊ similiter in donis. Si ergo gratia ad alia extenditur quantū ad virtutes: patet ꝙ gratia ⁊ virtus non sunt idem ꝑ essentiam. ¶ Itē quorūcūqʒ sunt differentie diuerse: ipsa sunt diuersa. sed gratie ⁊ virtutes sunt diuerse differētie. ergo sunt diuersa. Minor patet quia virtus diuiditur per virtutes cardinales ⁊ theologicas: gratia non. sed per gratiam preuenientē subsequentem ⁊ cooperantem. ¶ Contra. diffinit augu. virtutem dicēs. Uirtus est bona qualitas mētis: qua recte viuitur: qua nemo male vtitur: quā deus operatur in nobis sine nobis. Sed hec diffinitio conuenit gratie. qꝛ gratia est bona qualitas mentis: ⁊ qua recte viuimus. qꝛ per gratiam viuit ⁊ vnitur aīa deo. Similiter nemo male vtitur gratia dei: ⁊ ipsam operat̃ deus in nobis ⁊ sine nobis. ¶ Item Isido. in li. differentiarum diffinit gratiā. Gratia est diuine misericordie donum: per qđ bone voluntatis est exitus. ⁊ loquitur de exitu in opꝰ bonum. Sed virtus est huiusmodi: qꝛ est donū diuine misericordie ⁊ per ipsam exit voluntas in opꝰ bonum. ergo virtus est gratia. ¶ Item imago dei in nobis ſm vires attenditur: sicut dicit augu. dicens. ꝙ mens est imago in potentia cognoscendi. ⁊ hoc ſm intelligentiam memoratiuā vel memoriam ⁊ voluntatem. ⁊ est similitudo in potentia diligendi. Si ergo gratia est illud quo reformatur ī nobis imago dei. ergo perficit animam quantum ad vires. Similiter virtus perficit animam quantum ad vires ſm quas hec imago attenditur. qꝛ fides perficit vim rationabilem. charitas concupiscibilem. spes irascibilem. ergo eiusdem sunt perfectionis ⁊ quātum ad idē gratia ⁊ virtus. ergo sunt idē. ¶ Itē abstractis viribꝰ ab aīa nō diceret̃ anima

Contra. Arg. j. Aug. — *Isido. Scōm.* — *Tertium.* — *Quartum*

susceptibilis gratie: qꝛ abstraheret̃ illud ſm ꝙ accipit̃ imago ipsiꝰ ad deū: ⁊ ita abstraheret̃ potētia ad diuinā similitudinē. Sʒ gr̄a est ipsa diuina similitudo respectu cuiꝰ erat in nobis potētia imago. ergo gr̄a ꝑficit vires ⁊ silr̄ virtꝰ: ergo nō differūt essentialiter. ¶ Itē dignitas vite eterne attēdit̃ ꝗtū ad gr̄ā: sʒ hec dignitas ē ī v̄tute: qꝛ v̄tꝰ facit dignū vita eterna. ergo virtꝰ ē gr̄a. ⁊ hoc pʒ: qꝛ hītis v̄tutibus est hō dignꝰ vita. ¶ Itē aug. in ench. Liberū ar. liberādū est a seruitute peccati nō ꝑ se ipm̄. sʒ ꝑ solā gr̄am dei q̄ in fide xp̄i posita est gr̄a. ergo ponit̃ in fide. ergo gr̄a est fides ⁊ ecōuerso. sʒ fides ē virtꝰ ergo gr̄a est virtꝰ ⁊ posita in virtute. ¶ So. dōʒ ꝙ sicut se hʒ esse ad opari. ⁊ bñ eē ad bñ opari sic gr̄a ⁊ virtꝰ. seu dicamꝰ esse substātie aīe: seu eē potētie. Nā quo aīa seu potētia sua bñ ē: est illđ quo grata est: quo aūt grata ē seu ſm substātiā seu ſm potētiā ē gr̄a: quo vero bñ opatur ē virtꝰ. Quāuis ergo ſm substātiā ⁊ reʒ sint idē ⁊ gr̄a ⁊ virtꝰ. nō tñ ſm eē ⁊ rōnē. Uñ ad maiorē differentiā voluerunt quidam dicere. ꝙ que est ꝯparatio aīe ad suas vires vel potētias: eadē ē ꝯparatio gr̄e ad virtutem. Et exēplū pʒ de radio ⁊ lumine ī aere. lumē em̄ et radiꝰ sunt idē ſm substantiā: qꝛ lumē ē substātia radij. Differūt tñ ſm rōnem et esse. qꝛ lumē dꝛ qđ ꝑficit aerē indistincte. radiꝰ aūt dicit illđ qđ ꝑficit per distinctionē in ptibus. qꝛ radiꝰ dicit directionē ipsiꝰ luminis ad hāc partē aeris ⁊ ad illā. lumen aūt nō. Silr̄ in aīa lumē est gr̄a: radiꝰ aūt virtꝰ: qꝛ gr̄a q̄ est ipsa lux ꝑficit aīā ꝗtū ad essentiā: ⁊ indistincte ꝗtū ad oēs vires: Uirtus aūt ꝑficit aīā ꝗtū ad ptes q̄ sunt vires eius. qꝛ ꝑ fidē in aīa intelligimꝰ radiū quendā dirigentē vim rōnabilem in primā veritatē. Caritas aūt ē radiꝰ per quē dirigit̃ ꝯcupiscibilis in summā bonitatē. Spes ē radiꝰ ꝑ quē dirigit̃ irascibilis in summā maiestatē. Sic ergo radiꝰ substātialiter ē in lumine. ⁊ ꝑ hoc ē lumē cā substātialis ipsius radij. Itē lumē est cā effectiua radij ⁊ efficit radiū. silr̄ est virtꝰ in gr̄a substātialiter ⁊ est gr̄a cā effectiua substātialis ipsius v̄tutis. vñ dicit Ber. ꝙ virtutes sunt ordinātes ꝑ gratias affectiōes ⁊ ꝑpter hoc sicut diceremꝰ ꝙ radij sunt luminis directiones: ita debemꝰ dicere ꝙ v̄tutes sunt ordinatiōes gratie. Scōm hoc ergo cū dꝛ. radius est lumē nō est ꝑdicatio per essentiā sʒ ꝑ cām similiter hic. gr̄a ē virtꝰ vel ecōuerso. Sʒ sunt idē substantialiter ⁊ nō formaliter. sicut ferrū ⁊ cultellus substātialiter idē sunt sed non formaliter. ⁊ sic gr̄a nō est virtꝰ oīno ſm esse ⁊ rōnem: sʒ ſm substātiā. ¶ Ad obiectū dōm. ꝙ diffinitio illa dꝛ aliter ⁊ aliter de v̄tute ⁊ gr̄a. qꝛ ꝙ dꝛ in illa diffinitiōe bona qualitas mētis. dōm ꝙ mēs accipit̃ duplr̄. s. ꝑ substātia: vel pro ipsa vi vel potētia cognoscēdi et diligēdi. Accipiēdo mentē prout est substātia aīe. sic gr̄a est bona qualitas mētis. qꝛ sicut dictū est: gratia respicit substantiā vel essentiam anime. Prout aūt mēs sumitur pro vi vel potentia: sic virtus dicitur bona qualitas mentis. quia virtus respicit animam ꝗtum ad suas potentias. Similiter recte viuere dꝛ duplr̄ vel ꝗtū ad bñ eē vel quātū ad bñ operari. per virtutē recte viuimꝰ ꝗtū ad bene operari propter deum. per gratiam recte viuimus ꝗtum ad bene esse in deum. et hoc modo recte viuere est in pueris: qui nesciunt operari. Utroqʒ autem modo viuunt adulti: ꝗtum ad bene esse in deum ꝑ gratiam: ⁊ ꝗtum ad bene opari ꝑpter deum. ⁊ hoc per virtutem ⁊ de isto viuere qđ est ꝗtum ad bene operari habetur in Deut. Qui fecerit hoc viuet in eis. Et. ij. abacuc. Justus ex fide viuit. De alio dicitur in deut. xxx. Ipse est vita tua scʒ

Quintum — *Sextum* — *Responsio.* — *So. ad arg. j.* — *Ad secundū*

tua. scilicet per gratiam. ¶ Ad aliud quod obijcit̃ ꝙ gratia est donū per qđ volūtas exit in opus. dicendū ꝙ sicut videmus ꝙ lumē est substātialiter ī radio. qꝛ nō est radius sine lumine. ⁊ iō illud quod est radij ꝯueniēter attribuit̃ ipsi lumini. sicut mouere oculū ad videndū. hoc dꝛ ꝑprie de radio: qꝛ directio luminis ꝑprie mouet oculū ad videndū. et tñ hoc dꝛ de lumine. Silr̄ est de gratia ⁊ virtute. qꝛ gratia substātialr̄ est in virtute. propter hoc qđ est virtutis attribuit̃ gratie ⁊ econuerso. Exitus ergo bone volūtatis in opus est a virtute sicut a cā proxima. a gratia vero dꝛ esse inquātū gratia est in virtute. ¶ Ad aliud dōm ꝙ aīa quātū ad suā essentiā est imago diuine essentie ⁊ virtutis ipsius. quātū vero ad suas potētias vel vires ē imago trinitatis ꝑsonarū. Et prima imago est ſm indistinctionem. Imaginis quātū ad essentiam ⁊ indistinctionē reformatiua est gratia: cū ꝑficiat aīā ſm distinctionē quātū ad essentiā Imaginis quātū ad vires ⁊ sʒ distinctionē virīū reformatiua est virtus. ¶ Ad aliud dōm ꝙ potētia q̄ intelligit̃ sub indistinctione cū dꝛ rōnale: forte nō est aliud ab ipa essentia anime inquātū rōnalis. Sed cū dꝛ potētia ad actū istum vel illū: tunc dꝛ potētia differre ab essentia. ⁊ vires sub distinctione differūt ab essentia aīe. Preterea gratia perficit potētiā inquātū est vt sit grata deo. Uirtus perficit inquātū potētia est ad opus vt recte operet̃. ¶ Ad aliud dōm ꝙ gratia vno mō intelligit̃ sicut habēs sitū ⁊ potētiā in aīa ⁊ distinctionē ſm vires. Alio mō intelligit̃ gratia in anima sine positione ⁊ situ. Cū em̄ intelligimus gratiā in aīa velut quādā similitudinē ad diuinā essentiā: sic non determinat situ in viribus. Scōm aūt ꝙ intelligimus gratiā in rōnabili ⁊ gratiā in cōcupiscibili ⁊ gratiā in irascibili ꝑficientē istas vires: sic intelligitur gratia in virtute. Qꝛ ergo prima vis quā ꝑficit gratia est vis rōnabilis: ⁊ in illa est fides. propter hoc fides est prima virtus: in qua primo gratia manifestat̃. ⁊ propter hoc dꝛ posita in fide. ¶ Ad aliud dōm ꝙ virtus ⁊ gratia sunt idem substantialiter. ⁊ propter hoc qđ est vnius attribuit̃ alteri: sicut facere dignum vita eterna. Primo tñ est ipsius gratie. attribuit̃ aūt virtuti: sicut qđ est radij attribuit̃ lumini. Uñ abacuch. ij. attribuit̃ vita fidei. Justus in fide sua viuit. sed nō attribuit̃ fidei qꝛ fides: sed rōne gratie in fide. Silr̄ qđ virtutis est attribuit̃ gratie. Ephe. ij. Dei enim donū est nō ex operibus iusticie. glo. gratia nō est ex operibus: sʒ opera ex gratia. Silr̄ ergo cū dꝛ. virtus facit dignū vita eterna. hoc dꝛ rōne gratie. Sed notandū ꝙ in vita eterna est premiū gn̄ale: qđ dꝛ denarius. ⁊ ꝗtum ad hoc gratia facit dignū vita eterna. Sed vlterius sunt spāles glorie q̄ rn̄dent meritis. ⁊ quantum ad has virtus facit dignum illo qđ est in vita eterna rn̄dēs meritis. ⁊ he sunt spāles glorie: de q̄bꝰ dꝛ. j. cor. xv. Alia est claritas solis. alia lune. alia stellarum. ⁊ hoc tangit glo. super illū locū.

Ad secunduʒ — *Ad tertium* — *Ad quartum* — *Ad quintum*

Articulus quintus.

Quid sit gr̄a ſm rōeʒ nōis

Declarato quid sit gratia ſm rē: querendum est quid sit gratia ſm nōis rōnem. Deinde quid sit ſm diffinitionē articulo sequēti. ¶ Circa ꝑmū notādū ꝙ gratia dꝛ vel gratisdās: vel gratisdatū: vel gratūfaciēs Primo mō improprie. ⁊ hoc mō dꝛ deus gratia vel diuina volūtas. ij. sen. Scđo mō cōiter. Quicquid enim gratis datur hoc est sine meritis: gratia potest dici. in qua significatiōe accipitur prima cor. xij. Diuisiones gratiarū sunt: vnus aūt spūs. Tertio modo proprie dicitur. Cōis enim ratio nominationis gratie est: eo ꝙ gratis data. sed proprie eo ꝙ nos gratos facit. in hoc sensu sumitur. j. ephe. In laudem glorie gratie eius in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Glo. nos fecit gratos. Secūdū ergo communē acceptionem ratio huius nomis gratia est donum a deo sine meritis datum: seu illud sit concreatū vt imago dei in nobis: seu superadditum vt scientia: seu faciens gratum vt primū donum salutiferum indistinctū: de quo facta est questio: seu prima virtus in qua donum gratie manifestatur vt fides. Unde ad Hebre. vltimo. Optimum est gratia stabilire cor. ⁊c. Glo. vt habeatis fidem perfectam credentes omnia munda eē mūdis: seu primus gratie effectus post lapsum in nobis, scilicet remissio peccatorum. Unde. j. ro. Gratia vobis et pax. Glo. gratia. i. remissio peccatorū seu gratia prerogatiua quedam in ordinibꝰ. vñ. j. Thi. j. Gratia ⁊ misericordia. Glo. gratia hic accipitur quod in alijs epistolis dicitur remissio peccatoꝝ. Gratia vero quā hic addit epis optatur. s. donatio spūsſcī qua mīstri dei armantur: seu gratie signum. vt prophetia ⁊ opatio miraculorum. de quibꝰ. j. coꝝ. xij. diuisiones gratiarū sunt ⁊c. seu illud quod sequitur ad gratiā vt vita eterna Ro. j. ⁊ Jo. j. Accipimus gratiam ꝓ gratia: gratiā glorificatiōis pro gratia iustificatiōis. Et zach. iiij. Adequabit gratiam gratie eius Scōm ergo cōeʒ nōis gratie acceptiōeʒ septē mōis dꝛ. donū creatū. donū supadditū: donū gratūfaciēs. Pria virtꝰ ī q̄ donū gratie manifestatur primus effectus gratie. gratie prerogatiua. gratie signū donū ꝯsequēs ad gratiā Secūdū proprīā ⁊ precipuam rationem gratia est donum a deo sine meritis datum: gratum faciens habentem. Ex quo pʒ quid sit gratia ſm nomen.

Articulus sextus.

Quid sit gr̄a ſm diffinitionem. Ansel.

Consequētur queritur quid sit gratia ſm diffinitionem et dantur multe diffinitiones gratie. Secunduʒ ansel. gratia est cordis delectatio. ſm alios gratia est sanitas mentiū. Itē ephe. j. In quo credētes signati estis in spū ꝓmissiōis. Glo. imagie dei reformata ī nobis. Ex quo sumitur ꝙ gratia est signaculū imagis Item in glo. epistolarū. Gratia est iustificatio seu remissio pctoꝝ. Itē in ps. Ut exhilaret faciē in oleo. Glo. gratia est quidā nitor aīe ad cōciliandum sanctū amorē. Item gratia est manifestatio spiritussancti j. coꝝ. xij. Diuisiones gratiarum sunt ⁊c. vnicuiqʒ datur manifestatio ⁊c. Et hec vltima diffinitio est gratie gratisdate: non gratie gratumfacientis. relique vero sunt gratie gratumfacientis. ¶ Sʒ qꝛ non ponunt in genus sed in causam: ideo nō sunt proprie diffinitiones. Prima. n. naturaliter est assignata. Gratia est cordis delectatio: nec conuertitur. Secunda formaliter. Gratia ē sanitas ⁊c. Tertia similiter. Gratia est signaculum. Quarta effectiue. Gratia est iustificatio. Quinta metaphorice assignatur. Gratia est quidam motor vel quidam nitor ⁊c. et effectiue secundum ꝙ gratia facit hominem gratum vel acceptum ſm ꝙ dicitur dañe. j. dedit dominus gratiam danieli in conspectu principis eunuchorum. ¶ Ponuntur autē due tales a magistris. Gratia est gratisdata gratum faciens habenteʒ: et gratum reddens opꝰ propter beatitudineʒ. Alia est hec. Gratia est habitus mentis vniuersaliter totius vite ordinatiuus. Prima magis indicat quid sit gratia ſm nomen ꝙ quid sit ſm rationeʒ. Secunda indicat quid sit ſm rōneʒ: que sic probatur. Non est substantia. et sic de alijs gn̄ibꝰ. ergo est qualitas. qualitatis vero

Due diuisiones.

multe sunt species.nõ est forma vel circa aliq̃d cõ
stans figura.nec est naturalis potẽtia vel impotẽ
tia.ꝛ sic de alijs ab habitu.ergo est habitus vel dis
positio.ꝛ nõ fiat vis de dr̃ia inter habitũ ꝛ disposi
tionẽ.Est ergo habitus nõ corporis.ergo aĩe . non
aĩe nisi rõnalis.est ergo mẽtis habitus. nõ habit⁹
speculatiuus vt scĩa:ergo habitus vite ordinatiu⁹
sed hoc dupliciter.in loco particulari:vel vbiq;.In
loco particulari vt virtutes politice.alijs enim et
alijs legibus ꝛ moribus viuitur in diuersis regnis
Ad istarum ergo differentiã dr̃ vniuersaliter ordi
natiuus.sed q2 oĩa ista conueniunt charitati ꝛ cui
libet virtuti formate:inq̃rẽda est differẽtia ordina
tionis:quã efficit virtus quelibet ꝛ gratia.ꝛ cõstat
ꝙ quelibet virtus vnũ solũ actũ ordinat primo et
per se:gratia aũt oẽs.Igitur gratia est habitus vni
uersaliter ordinatiuus vite totius.qđ nõ virtus ali
qua formata.ergo relinquit̃ ꝙ gratia est habitus
mẽtis vl'r vite totius ordinatiuus.

De dr̃ijs grẽ

Membrum tertium.

c Onsequẽter queritur de differẽtijs gra
tie:an gratia sit diuisibilis per differẽ
tias.ꝛ queritur in generali.Primo. an
gratia sit diuisibilis per differẽtias ſm
aliquẽ modũ.Scđo.supposito ꝙ sic:queritur spe
cialiter.vtrum ponẽda sit gratia operans ꝛ coope
rans.Tertio vtrũ ponẽda sit gratia p̃ueniẽs ꝛ sub
sequẽs.Quarto.de diuisione per scire velle ꝛ opera
ri.Quinto de differentia gratie quantũ ad stat⁹.

Articulus primus.

An diuisibilis sit grã per dr̃ias.
Cõn.obi'auto.ꝙ multe sint dr̃ie grẽ.

a D primũ sic.Sicut dictum est gratia p
ficit substantiã aĩe.virtus aũt pficit po
tentias seu vires.cũ igitur ipsa substan
tia aĩe sit indiuisibilis:pz ꝙ gratia que
est eius perfectio dz esse indiuisibilis.¶ Ad oppo
situm habetur.q2 aug.assignat differentias gra
tie dicens.Quod est gratia operans ꝛ coopans.Gra
tia operans est que preparat hoĩs volũtatẽ vt velit
bonũ.Gratia cooperans que adiuuat ne frustra
velit.ꝛ sumit istas differẽtias gratie iuxta illud qđ
dr̃ apl's ad ro.ix.Non est volẽtis neq; currẽtis ꝛc.
per hoc volens dicere ꝙ non est in ptãte nostra vel
le bonũ.ꝛ hoc tangit cũ dicit:non est volentis.nec
operari bonum.ꝛ hoc tangit cũ dicit:neq; curren
tis.Ideo necessaria est gratia que preparet hoĩem
vt velit:ꝛ adiuuet ne frustra velit.sed vt exequatur
volitum.Si ergo differt ꝛ opari ꝛ esse: manifestũ
est ꝙ differt gratia operans ꝛ cooperans.Est igit̃
gratia diuisibilis per differẽtias.¶ Itẽ dicit aug. Aug.
in ench.ꝙ est gratia preueniens de qua dicit̃.Mi
sericordia eius preueniet me.ꝛ subsequens.de qua
dr̃ in ps̃.Et misericordia eius subsequet̃ me.Et di
cit ꝙ gratia preuenit aĩam vt velit:subsequit̃ aĩaz
ne frustra velit.Differentie igitur gratie sunt pre
ueniens ꝛ subsequẽs.ergo est diuisibilis per diffe
rentias.¶ Itẽ in scđo sen.di.xxvj.distinguit magi
ster gratiam in preuenientẽ ꝛ adiuuantem ꝛ subse
quentem.ergo est diuisibilis per differentias.
¶ Item Ber.de gratia ꝛ li.ar.Bonũ cogitare vel Ber.
le perficere:hec tria operatur gratia in nobis . sed
differenter.Immittendo enim bonã cogitationẽ
nos preuenit.immutando malam voluntatẽ sibi
per consensum iungit.ministrando ꝯsensui facul
tatem foris per apertum opus interius opifex in
notescit.Primũ facit sine nobis.secundum facit
nobiscum.tertium per nos facit.Est ergo gratia i
mittens bonam voluntatem vel cogitationẽ.ꝛ est
gratia immutans malam voluntatẽ.ꝛ est gratia
ministrans ꝯsensui facultatẽ.s.operãdi. igitur est
gratia diuisibilis per differentias.¶ Itẽ differen Aliud.
tia actuum ponit differentiã habituũ.si ergo diffe
rentes actus eliciuntur a gratia:ꝛ actus differen
tes ponunt differentes habitus.ergo erũt differẽ
tes habitus gratie per quos gratia distinguit̃ si
cut virtus per differentes habitus distinguitur.q2
differentes actus eliciuntur a virtute.Gratia igit̃
est diuisibilis per differentias sicut virtus.
¶ Itẽ.j.cor.xij.Diuisiones gratiarum sunt:idem Tertium.
aũt spũs.Expresse ergo relinquitur ꝙ gratia diui
ditur.¶ So.dicendum ꝙ rei duplex est diuisio.vna est Rñ.
per differentias rei essentiales:alia p differentias
accidentales.Diuisio per differentias essentiales
illa semp ponit formã aliquã differentẽ. Diuisio
aũt per differentias accidentales nõ ponit dr̃iam
in forma:sed solũ in effectibus qui relinquuntur ex
forma Dicendum ergo ꝙ gratia nõ est diuisibilis p̃ dif
ferentias essentiales:q2 ipsa est vna forma indiui
sibilis:nec multiplicat̃ per formas differẽtes inq̃
tum gratia est.tñ habet diuersos effectus quos de
relinquit in aĩa.preparat enim voluntatẽ ad bonũ
vt ipsum velit.Itẽ addit facultatẽ vt possit illud
operari ne frustra velit.ꝛ ſm hoc diuersa efficit.et
sic de alijs eius effectibus.ꝛ iuxta hanc diuersita
tem effectuũ sumitur diuisio gratie p differẽtias
que sunt preueniens.subsequẽs:operans ꝛ coope
rans.ꝛ sic de alijs differentijs gratie.Oẽs enim as
signant̃ iuxta differentes effectus quos efficit ip
sa gratia in aĩa.Est igitur differentia in gratia p
differentes effectus seu status:ꝛ non per differen
tes formas.Et ſm hoc dicendum ꝙ est diuisibilis per
differentias accidentales ꝛ nõ per differentias es
sentiales:que diuersificãt essentiã seu formã. Vir
tus aũt diuisibilis est vtroq; mõ.s.per dr̃ias accidẽ
tales.Est enim virtus diuisibilis per differentes
formas:que sunt spes fides ꝛ charitas.ꝛ est diuisi
bilis ſm differentes effectus:qui sunt credere spe
rare diligere ꝛc.Fides enim est quedam forma vel
habitus in aĩa differens ab habitu vel forma que
est charitas:Silr̃ effectus differt ab effectu.ſz gra
tia nõ:nisi scđo mõ.ꝛ hoc est q2 illud qđ pficit gra
tia primo ꝛ p se est indiuisibile.s.substantia aĩe ꝛ
potẽtia que est li.ar.ꝛ ideo gratia per essentiaz est
indiuisibilis.¶ Ad autoritates ergo quibus ostẽ So.ad ꝯtra. ꝙ multe sint dr̃ie grẽ.
ditur ꝙ multe sunt differẽtie gratie . dicendum ꝙ oẽs
ille differentie sunt ipsius gratie quantũ ad diffe
rentes effectus suos.ꝛ nõ quãtũ ad essentiã vel for
mam.¶ Ad aliud qđ obijcitur ꝙ differẽtia actuũ Ad aliud.
ponit differentiã habituũ.dicendum ꝙ duplex est act⁹
quidã est actus quo agẽs agit.ꝛ est quidam actus
quẽ agẽs efficit.Primus igit̃ actus si differat po
nit necessario differentiã in agente ſm virtutem ꝛ
ſm habitus.vñ ad diuersitatẽ talis actus sequitur
necessario differentia habituũ.sed diuersitas act⁹
quem agens efficit nõ ponit diuersitatẽ in habiti
bus nec in potẽtia:nec in virtute ex parte agentis
Exẽplũ pz in igne.actus enĩ quo agit ignis est ca
lefacere seu calor.iste aũt actus indiuisus est ꝛ vn⁹
in se.Actus vero quẽ efficit ignis per istũ actũ mul
tiplex est.q2 calor efficit desicationẽ ꝛ indurationẽ
ꝛ liquefactionẽ ſm diuersitatem materie recipien
tis.Iste ergo differentie actuũ in igne sunt ex par
te actus quẽ efficit non quo agit immo ille vn⁹ est
ꝛ illo vno efficit illos differentes actus.Nã appli
catio caloris ad lutum facit indurationẽ. applica
tio caloris ad cerã facit liq̃factionẽ ꝛc.Et isti act⁹
nõ ponunt diuersitatẽ in igne quantum ad virtu
tẽ ignis:nec in primo actu ipsius ignis q̃ est act⁹
cẽntialis

cẽntialis.Sed magna differentia est ſm illos ac
cidentalis.q2 magis est ex parte materie.Sic ergo
cũ diuersitas actuum in gratia sit ex parte actuũ
quos efficit gratia.nõ ex parte eius qui efficit̃:im
mo vnus est actus quo efficit.pz ꝙ hec diuersitas
actuum nõ ponit diuersitatẽ habituũ sed gratiarũ
spũaliũ.In virtutibus autẽ est diuersitas actuum
vtroq; modo:q2 sunt ibi diuersi actus quibus effi
ciunt seu agũt ꝛ quos efficiunt:q2 actus quo fides
agit alius est ab actu quo spes agit ꝛ charitas . q2
aliud est quo credimus:aliud quo diligimus:aliđ
quo speramus.Et iđ fides spes charitas sunt di
uersi habitus seu diuerse virtutes.Itẽ alios ꝛ ali
os actus efficiunt seu eliciũt.¶ Ad aliud dicendum qđ Ad tertium
illa diuisio gratie quã ponit apl's est gratie gratis
date:que est donũ dei sicut pz p mẽbra illius.ꝛ non
est gratie gratũfaciẽtis que facit acceptũ deo ad
habendã salutẽ eternã.de cuius diuisione ad pre
sens fit questio.Et ita rõ illa nõ valet in pposito.

Articulus secundus.

V.grã sit ponẽda operãs ꝛ cooperans. Arg.j.

S Ecundo querit̃ specialiter.vtrũ ponẽda
sit gratia operãs ꝛ cooperãs.Et ostẽdit̃
ꝙ he differentie operãs ꝛ cooperans nõ
diuidant gratiã:q2 si diuidãt gratiã cõ
stat ꝙ vbicũq; est gratia:ibi erit operãs vel coope
rans:sed in paruulis est gratia:ꝛ tñ nõ est operãs
vel cooperãs.ergo iste non sunt differentie gratie.
Minor pz.q2 vt dicit aug.gratia operãs preparat
voluntatẽ vt velit.cooperãs cooperatur ipsi li.ar.
in opere producendo.Si ergo gratia nõ efficit in
paruulis ꝙ velint:nec ꝙ ipsi operent̃ bonũ:q2 ip
si nõ habẽt vsum volũtatis nec li.ar.ad volẽdum:
nec ad operandũ bonũ.ergo in ipsis nõ est gratia
operans vel cooperans ꝛ tñ in ipsis est gratia. er
go operans ꝛ cooperans nõ diuidũt gratiam.
¶ Itẽ oĩs gratia est cooperãs.ergo nulla gratia ẽ Scđm.
operãs.ergo operãs nõ est differẽtia gratie.Ma
ior pz q2 oĩs gratia operãs preparat voluntatẽ vt
bonum velit.sed hoc nũq̃ põt facere sine ꝯsensu ꝛ
cooperatione volũtatis seu li.ar.q2 nũq̃ dat̃ gra
tia volẽdi bonũ nisi hõ ꝯsentiat.ergo nũq̃ est gra
tia preparãs voluntatẽ ad bonũ sine cooperatione
li.ar.ergo li.ar.cooperatur oĩ gratie.Silr̃ ꝛ gratia
cooperat̃ ꝛ adiuuat ipsi li.ar.ergo gratia semp est
cooperans ꝛ nunq̃ operans per se.¶ Item Ber. Tertium. Ber.
cooperari gratie dicitur li.ar.dũ ꝯsentit.duz ergo
gratia dei presentat̃ nobis vt velimus bonum:no
strum est consentire ipsi gratie. ergo liberum arbi
trium cooperatur ipsi gratie.silr̃ gratia cooperat̃
ipsi li.ar.q2 li.ar.non bñ operatur nisi dum ꝯsen
tit ad qđ cooperatur gratia.Est ergo gratia solũ
cooperans ꝛ nõ operans:cũ oẽ bonũ fiat in nobis
a gratia mouente ꝛ libero ar.consentiente. Quartum
¶ Item Ber.Immutando malã voluntatem sibi
nos per ꝯsensum ꝯiungit.ꝛ loquitur de gratia. Si
ergo gratia que facit vt velimus bonũ ipsa immu
tat malã volũtatẽ vt velit ꝛ faciat bonum.ergo co
operatur ipsi ad bonum volitum exequẽdũ.ꝛ ita ẽ
gratia cooperans solum ꝛ non operans per se.
¶ Itẽ dupliciter assignatur differentia inter gra
tiam operantẽ ꝛ cooperantẽ.Prima. est ꝙ gratia
operans est que facit velle bonũ. gratia cooperãs
que facit operari bonum.Scđa differẽtia est.q2 si
cut dr̃ super illud ps̃:Dñs protector vite mee. Gra
tia operans est qua agimus.gratia cooperãs qua
resistimus tẽtationi.Quantũ ad primã differen
tiaz ondit̃ ꝙ eadẽ sit gratia cooperans ꝛ gratia
operans.q2 eadem est voluntas coniuncta actui:
ꝛ non coniuncta actui.q2 eadem est volũtas eũdi
Romã qua volo dum non vado:ꝛ qua volo dũ va
do.ergo silr̃ eadem est gratia que facit velle qđ est
coniunctum actui.ꝛ gratia que facit velle non con
iunctum actui.Est ergo eadẽ gratia que facit velle
ꝛ operari.Nõ est ergo alia gratie differẽtia ab ope
rãte que facit nos operari.ꝛ ita nõ est ponere gra
tiam cooperantẽ:immo eadẽ est cuz gratia coope
rante.¶ Itẽ vanũ est efficere per plura qđ p vnũ
põt effici sufficienter.Si ergo per gratiam operã
tem sufficienter ordinatur voluntas ad velle ꝛ ope Sextum.
rari.ergo vanum est ponere gratiã cooperantem.
¶ Itẽ ꝯsequẽter obijcitur ad scđam differentiam.
ꝙ gratia cooperãs nõ sit differentia gratie.q2 con
stat ꝙ diabolus nunq̃ põt vincere renitentẽ ꝛ ma
xime illum qui hz gratiã.ergo si hõ hz gratiã ope Septimum.
rantẽ sufficit ei ad resistendũ diabolo:ꝛ ita ad resi
stendũ tentationi oĩ.¶ Itẽ minimũ bonũ magis
est bonũ q̃ maximũ malũ sit malũ.q2 bonũ cum
actu est:malũ aũt cũ defectu.ergo minima gratia
possumus resistere diabolo ꝛ oĩ tẽtationi siue ma Octauum
lo.ergo per gratiã operantẽ possumus resistere tẽ
tationi:ꝛ ita nõ est necessaria gratia alia cooperãs
¶ Itẽ in xp̃o nõ fuit ponere gratiaz qua resisteret
tentationi.q2 fuit impossibilis peccare:nec pote
rat tentari tẽtatiõe interiori.i.qua afficeretur sua
beata anima ex aliqua parte:sicut ꝛ nostra afficit̃.
ergo in xp̃o nõ fuit gratia cooperans.ꝛ fuit gratia
plenissime in ipso:vt manifestũ est.ergo gratia co
operãs nõ est vna dr̃ia gratie ſm ꝙ ponit̃ gratia
cooperans ad resistendũ tentationi.

Articulus tertius.

V.sit ponẽda grã p̃ueniẽs ꝛ subsequens Arg.j.

c Onsequenter queritur.an iste sint po
nẽde differentie.s.gratia preueniens et
gratia subsequens.ꝛ ostendit̃ ꝙ nõ. In
xp̃o enim non fuerunt iste differẽtie.s.
gratia preueniens ꝛ subsequens.Cum ergo in ip̃o
fuerit gratia plenissime.pz ꝙ iste nõ sunt vere dif
ferentie gratie.Maior pz.q2 xp̃s nũq̃ fuit sine gra
tia.immo gratia fuit coeua sue nature:ergo nõ fu
it in eo preueniens gratia.Cũ igitur gratia subse
quens dicatur respectu preuenientis.pz silr̃ q̃ nõ
fuit in eo gratia subsequẽs.ergo in ipso nõ fuerunt
iste differentie.¶ Itẽ gratia preueniens dr̃ respe
ctu voluntatis quam preuenit immittẽdo ei bonã
cogitationẽ.ꝛ hoc dicit Ber.Immitẽdo bonã co
gitationẽ nos preuenit.Sz ſm hoc obijcitur.q2 si
cut dicit aug.in li.de predestinatione sctõrũ.Quis
nõ videat prius esse cogitare q̃ credere:nullus q̃p
pe crederet aliquid nisi prius cogitauerit esse cre
dendũ.ergo cogitatio preuenit gratiã credendi. et
hec est gratia in fide.Hec aũt dr̃ esse prima gratia
ꝛ ſm aug.gratia preueniens.Sed cogitatio est mo
tus li.ar.preuenit vel precedit primam gratiam:et
non econuerso.ergo non est preueniens motum li Scđm.
beri ar.respectu cuius dr̃ preuenire.Non est ergo
ponere gratiam preuenientem.¶ Item augu.sup
illud ps̃.Concupiuit aĩa mea desiderare iustifica
tiones tuas ꝛc.distinguit tres gradus peruenien
di ad gratiaz gratũfacientem dicens sic. Videm⁹
nonnunq̃ q̃ vtiles sunt iustificationes dei.i.ope
ra iusticie.sed infirmitate prepediti non desidera
mus:preuolat itellectus.sequitur tardus aut nul
lus affectus.scimus bonũ nec delectat agere.cupi
mus vt delectet.Scđm hoc ergo prius est vt videa
mus ꝙ sint vtiles ꝛ honeste iustificationes . dein
de est eas desiderare.vltimo delectari in opere ea
rum.Intellectus ergo boni precedit concupiscen
tiam:ꝛ concupiscentia delectationem in opere ea
rum.Sed videre ꝛ intelligere hmõi iustificatiões

an bone sint ꝛ desiderare eas: hoc ptinet ad lib. ar. ꝛ hoc facit sine gr̃a per lumē rationis innatū. de quo ps. Signatum est super nos lu. vult. t. d. Delectari autem est in executiõe ꝛ operatione eaꝝ hoc est gratia perficiente. ergo mot⁹ liberi arb. ꝑuenit gratiã ꝛ nõ ecõuerso. ergo non est ponere gratiam preueniētē: cū respectu hui⁹ dicatꝛ ꝑueniēs. s. qꝛ ꝑuenit li. ar. ad bonū. immo econuerso est.

Tertium.

¶ Item vt dr̃. si hõ facit quod in se est: de⁹ dat ei gr̃am. Facere aūt quod in se est non ponit gratiã sed actum liberi ar. Si ergo facere quod in se est precedit. ergo actus liberi ar. precedit gratiã. ergo nõ est gratia ꝑueniēs liberū ar.

Contra.

¶ Ad oppositū arguit aug. ex autoritate apl̃i. ij. ad cor. iij. Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliq̃d a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Ex quo videtur ꝙ cogitare aliquid boni non est ex nobis. ergo cogitatione boni non hꝫ hõ a libero ar. suo sed a deo: seu gratia sibi data a deo. Gratia ergo preuenit li. ar. ꝛ eius actum ad bonū. ergo necesse est ponere gratiam preuenientem. ¶ Itē. Ber. Immittēdo bonã volūtatē nos ꝑuenit. sꝫ cogitatio boni actus est act⁹ li. ar. ergo gr̃a ꝑuenit li. ar. ¶ Itē aug. i enche. Gratia preuenit vt velimus bonum. Igitur necesse est esse gratiam preuenientem.

Rñ. ad. iij. articu.

Solutio pro vtrisqꝫ articulis.

Notandū sicut dicit Hugo de sanc. vic. sup illud. Esa. j. Uulnus ꝛ liuor et plaga tumens ꝛc. Q͂ alia sunt bona nature: alia sunt bona gratie. sꝫ hec a gratia preueniente: ꝛ hec a subsequente. Secundum hoc ergo dicendum. ꝙ gratia preueniens et subsequens multis modis dicuntur ĩ nobis. Uno modo communiter ꝛ improprie. et sic gratia preueniens dicitur in nobis donū nature: seu consistit in donis nature. subsequens est donum gratuitū seu in donis gratuitis. ꝑm hoc dicitur imago dei ĩ nobis gratia preueniens qua possumus deum cognoscere ꝛ diligere. ꝛ sic ē gratia preueniens donū gratisdatum. Alio modo dicuntur communiter: sed tamen proprie. et sic gratia preueniens dicitur gratia gratisdata. gratia subsequens dicitur gratia gratumfaciens. ꝛ ꝑm hunc modum dicitur gratia preueniens quando hõ existēs in pctõ mortali cogitat de futuro iudicio ꝛ de pena eterna ꝛ de diuina mia. ꝛ ex hoc cogitat se ꝯuertendū ad deū. ꝛ ꝑꝫ hoc loquitur aug⁹. in li. de predestinatione sanctorum. Prius est cogitare bonum ꝙ̃ credere. ꝛ tamē dicit ibi. ꝙ ipsum cogitare bonum ex deo est seu ex gratia. vnde introducit autoritatē apl̃i. ij. ad cor. iij. Non sufficientes simus ꝛc. Tertio modo dicitꝛ gratia preueniens ꝛ subsequens proprie ꝛ non cõmuniter. ꝛ ꝑm hoc dicitur gratia preueniens gratumfaciens ꝛ hoc multipliciter est. quia vno modo dicitur gratia preueniens qua liberamur a peccato. subsequens gratia qua boni sumus. vt dicatur gratia preueniens que purgat animam a peccato: subsequens que perficit ipsam in bonum. et scd̃m hūc modū dicit aug. in li. de natura ꝛ gratia. Gratia preuenit vt sanemur: subsequitur vt sanati vegetemur. Ulterius dicitur magis proprie ꝛ ꝑm hunc modum dicitur gratia preueniens qua boni sum⁹ subsequens qua bonum operamur. Unde secundum hoc gratia preueniens informat ipsam animam: subsequens ipsum liberum arbitriū ad operandum bonum: secundum ꝙ dicit Augustinus. Gratia preuenit volentem vt velit: subsequitur ne frustra velit. Item dicitur stricto modo. ꝛ secundū hunc modum gratia preueniens est qua bonum operamur: gratia subsequens qua malo resistim⁹. Unde augustinus in libro de natura ꝛ gratia. Gratia preuenit vt pie viuamus: subsequitur vt cum illo semper viuamus. nunc preuenit vt vocemur: subsequitur vt glorificemur. secundum ergo hunc modum intelligendum est de gratia preueniente et subsequente.

Rñ. ad secundum arti.

Similiter notandum est de gratia operante et cooperante. quia gratia operans ꝛ cooperans dicitur respectu potentie operantis que est liberum arbitrium et secundum hunc modum dicitur dupliciter. Uno modo est gratia operans q̃ facit velle bonū: cooperãs qua exeq̃mur vel operamur bonū ex nostro arbitrio cū ipa gratia. hoc est operãs est que facit volūtatē bonã: cooperans inq̃tū cū libero ar. efficit bonū opus. Itē alio mõdo dr̃ gratia operãs ꝛ cooperãs ꝑm ꝙ per vtranqꝫ operamur. Sed operari est dupliciter. s. in faciēdo bonū vel in resistēdo malo. Dicitꝛ ergo gr̃a operãs qua operamur bonū. cooperãs dr̃ qua resistimus malo seu tentationi male. Ad vtrunqꝫ eñ requiritur gratia: qꝛ vtrūqꝫ bonū est supra ptãtē rõnis eleuatū. Nã bonū ad qd̃ tendimus super nos est: nec ad illud ex nobis peruenire possumus: tentãs etiã ꝑm ptãtem supra nos est. Job. xlj. Nõ est potestas super terrã q̃ cõparetur ei. Operãs ergo gr̃a est ad operandū bonū: cooperãs ad resistendū malo. Notãdū igitꝛ est ꝙ vna istarū diuisionū eadem est cum alia ꝑm rem: sed differunt ꝑm nomĩs rationem. nam eadē est gratia operãs ꝛ preueniēs sed differenter. qꝛ vtraqꝫ ꝯparatꝛ respectu liberi ar. vt causa mouens ipsum. sed ꝑueniens dicitꝛ inq̃tum semper presto est vt causa bone volūtatis etsi in effectu non causet. operans vero efficit bonam voluntatē. vñ gratia preueniens ꝛ operãs dicuntꝛ cã bone volūtatis. sed preueniens dicit causã ꝑm habitū operãs dicit causam ꝑm actū. Silr eadem est gratia subsequēs ꝛ cooperãs. sꝫ subsequēs dicitur respectu preuenientis que facit voluntatē bonã: eo ꝙ adiuuet volūtatē iam existentē bonã ad faciendū bonū: cooperans vero dr̃ respectu liberi ar. inq̃tum ex gratia ꝛ libero ar. op⁹ bonū ꝓcedit.

So. ad arg. j. articuli scd̃i.

¶ Ad primã rõnem in ꝯtrariū dicendū ꝙ in paruulis nõ est gratia ꝑm has intētiones operans ꝛ cooperãs ꝑm actū: sꝫ in habitu. qꝛ illa eadē gratia que modo est in paruulo: erit in ipso operãs ꝛ cooperans qñ operabitꝛ ꝛ habebit vsum sui li. arb. Iste enim differentie dicuntꝛ per cõparationē ad operatꝛ. Uñ cū in paruulis nõ sit operatio nec ptãs operãdi in actu sed solū in habitu. qꝛ nõ habēt vsū arbitrij patet ꝙ non ponentur iste intentiões in puulis in actu. sed in habitu.

Ad secundū et tertium.

¶ Ad aliud dicendū qd̃ liberū arb. ꝑm duplicē rationē comparatꝛ ad gratiam. s. in rõne recipiētis. ꝛ in rõne operantis ꝛ tñ vtrūqꝫ est voluntatis seu. li. arb. s. recipere gratiam ꝛ cū gratia operari. Dicendū ergo ꝙ ꝑm ꝙ ꝯparatur ad ipsam in rõne recipientis ꝑm hoc dicitꝛ gr̃a operãs: nec ipsum arbitriū dicitur cooperãs ipsi ꝑm hanc rationē: qꝛ comparatur ei in ratione recipientis. ꝑm autē ꝙ ipsum liberū ar. agit per gr̃am ꝑm hoc comparatur ad gratiã in rõne cooperãtis ꝛ ꝑm hoc dicitur gratia cooperãs: qꝛ simul liberū ar. operatꝛ cū gratia. ¶ Qd̃ tñ obijcit ꝙ gr̃a nūq̃ relinquit suum effectum seu bonã voluntatem in arbitrio seu consensu liberi arbi. ꝛ ita cooperatur ipsi gratie cõsentiendo. Dicendum ꝙ verum est: tamē ꝑm rationē istã nõ dicitur gratia cooperãs sed operans qꝛ in receptione gratie hoc est qñ efficit voluntatem bonam: prior est actio gratie ꝛ inde consensus ipsius arbitrij seu cooperatio in cõ-

sentiēdo

sentiendo. ꝛ iõ gratia dr̃ hic operãs. sed li. ar. dr̃ cū gratia operari: qñ operatꝛ bonū per gratiã. Qꝛ ergo opus elicitur a potentia arbitrij. ipsa gratia iuuãte ipm li. ar. dr̃ operans. ipsa vero gratia cooperãs velut adminiculãs operanti.

Ad quartum

¶ Per hoc pꝫ rñsio ad rõnes sumptas iuxta autoritatē b. Ber. Ad primam qua ostēditur ꝙ cooperãs nõ sit differentia gratie: qꝛ eadē est volūtas ꝯiuncta actui ꝛc. dd̃m ꝙ verum est ꝙ ꝑm essentiã oĩno eadē est gratia operans ꝛ cooperans: sed differunt ꝑm effectus. ꝛ quãtum ad hoc distinguitur cooperans ꝯtra operantem. qꝛ alius est effectus gratie cū facit nos velle bonū. alius cū facit nos exequi bonū. ꝛ quantū ad primum effectum dr̃ gratia operãs: quãtū ad scd̃m gratia cooperans. sicut eadē est voluntas ꝯiuncta actui exteriori ꝛ nõ cõiuncta actui interiori. sed tñ differt ꝑm effectū solū.

Ad quintum

¶ Ad aliud dd̃m ꝙ nõ est ponere gratiã operantē ꝛ cooperantē esse aliam ꝛ aliã: sed ad alium ꝛ ad aliū effectū. ꝛ iõ nõ supfluit gratia cooperãs: qꝛ nõ superfluit eius effectus qui est remouere grauedinē in nobis impedientē ad operandum bonū. de qua. ix. sap. Corpus qd̃ corrūpitur aggrauat aiam.

Ad sextum.

¶ Ad rõnes quibus ostēditꝛ ꝙ nõ est ponere gratiã cooperantē quantū ad secūdam differentiã q̃ assignatꝛ inter gratiã operãtē ꝛ cooperãtē. Dd̃m ad primã ꝙ nõ est ponere aliã ꝛ aliã gratiã per essentiã ad faciēdū bonū ꝛ resistēdū malo seu tētationi male: tñ differt ꝑm effectū. qꝛ aliud efficit cū facit nos operari bonum: ꝛ cum facit nos resistere tētationi. possumus enim habere vnū sine alio: ꝛ quantū ad operari bonū datur gratia operans. gratia vero cooperãs datur ad resistendū tētationi. ¶ Qd̃ vero obijcit ꝙ per gr̃am per quã operamur bonū possumus resistere tētationi. dd̃m ꝙ verū est ꝙ per ipsã possumus resistere tētationi: sed non faciliter. Per gratiam aūt cooperantē resistimus faciliter. gratia ergo vt cooperans respicit facultatē resistēdi malo: ꝛ ideo necessaria: qꝛ effectus necessarius.

Ad septimū

¶ Ad aliud dd̃m. ꝙ verum est ꝙ per gratiã possumus resistere tētationi seu malo: sed nõ faciliter. ꝛ hoc est: qꝛ habemus in nobis fomitē impedientē ad hoc. ꝛ ideo necessaria est ad faciliter resistendum. hec autē dr̃ gratia cooperans. vñ gratia operans ad bonū operãdū. gratia cooperãs ad faciliter operandū: qꝛ faciliter operamur bonū. cū faciliter resistimus ei qd̃ impedit nos ad operandū qd̃ volumus per gratiã operari.

Ad octauum

¶ Ad aliud ꝯcedendū est ꝙ ꝑm hanc rõnē nõ fuit gratia in xp̃o: ꝛ ꝙ gratia ĩ nobis sit ad tot: hoc venit ex defectu subiecti. vbi enim gratia inuenit ꝑfectum subiectum: sicut fuit xp̃s: ibi nõ est ꝑm hãc rationē. vñ sicut in xp̃o non fuit gratia ad effectū sanandi: qꝛ nihil erat in eo sanandum. qꝛ non poterat peccare. ꝛ hoc fuit propter perfectionē ipsius. ita in ipso non fuit gratia ad resistendū tētationi propter ipsius perfectionē. qꝛ nõ poterat tētari tētatione interiori: seu quantū ad actū interiorem: sꝫ in nobis ꝛ in ipso adã post pctm̃ est effectus ꝛ corruptio fomitis: qꝛ fomitē habemus qui fouet peccatum in nobis. vñ ipse diabolus põt nos tentare interius ꝛ facere impressionē ꝛ infectionē in parte sensualitatis. ꝛ propter hoc indigemus gratia ad resistendū isti tentationi. ꝛ hec dr̃ cooperans.

Ad arg. iij. articu.

¶ Ad rõnes quibus obijcitur de gratia preueniēte ꝛ subseqnente. dd̃m ꝙ q̃uis homo cogitet ꝛ faciat quicquid potest: ista nunq̃ precedent gratiã vt meritum. ꝛ in hac rõe dicitur gratia preueniēs: qꝛ nunq̃ preuenitur a li. ar. meritorie. Dicendum igitur ꝙ actio li. ar. hois existentis in peccato mortali: qñ mouetur ex recta intentione. ꝛ facit qd̃ in se est. ꝛ deus dat ei gratiam: non precedit gratiam vt meritum seu meritorie. qꝛ nõ põt mereri qd̃ detꝛ sibi gratia qꝛ ingratus est. ꝑuenit tñ actio illa gratiam vt disponens ad ipsã. ꝛ hoc modo cogitatio ꝛ desiderium preueniunt gratiam. ꝛ hoc intelligit aug. super illud ps. Concupiuit aĩa mea desiderare ꝛc. vnde preueniunt ipsã sicut dispositio preuenit formam. Aliqñ etiam preuenit liberum ar. gratiam vt meritum. ꝛ hoc respectu gratie subsequentis ꝛ non respectu gratie preuenientis. vnde aug. Uoluntas hois multa dei dona precedit ꝛ hoc preuenire vel precedere ipsam est quantum ad maiorem effectum gratie. vnde dicit aug. ad bonifaciū. Gratia meretur augeri: vt aucta mereatur ꝛ perfici voluntate concomitante ꝛc. Unde cum aliquis habeat gratiam ꝛ postea operatur per illam. meretur vt augeatur illa gratia quantum ad maiorem effectum: quousqꝫ perueniat in gloriam. ¶ Per hoc pꝫ solutio ad illud qd̃ obijcitur per augu. ꝙ cogitatio bona preuenit gratiam credendi q̃ est in prima gratia seu preueniens. Dicendum ꝙ non precedit ipsam sicut causa gratie: sed sicut dispositio habilitans ad recipiendum gratiam.

Ad vltimum

¶ Patet etiã solutio ad aliud qd̃ obijcitꝛ ꝙ si homo facit qd̃ in se est deus dat ei gratiã: qꝛ facere qd̃ in se est nõ preuenit gratiã meritorie sed dispositiue. Et sic pꝫ solutio ad oĩa obiecta.

Articulus quartus.

De diuisione gr̃e ꝑ tres differentias.

Consequenter queritur de assignatione diuisionis per tria mēbra. Ad qd̃ sic. ad virtutē ꝛ perfectionē virtutis requiruntꝛ tria. s. scire. velle. ꝛ immutabiliter operari. Si ergo quicquid est attributū virtuti: põt attribui gratie que est causa virtutis. ergo ad gratiã ptinet ordinare ad rectitudinem sciendi. ꝛ hoc per scire. ꝛ ad rectitudinem volendi per velle. ꝛ ad rectitudinem operandi per operari. qꝛ hec tria concurrūt ad virtutem. scire bonum. velle bonū. operari bonum. ergo ꝑm hoc requiritur gratia ꝑm tres differentias. s. faciens cognoscere vel scire bonum. gratia faciens velle bonū. ꝛ gratia faciens operari bonum.

Ber.

¶ Itē Ber. de gratia ꝛ li. ar. Ipsa gratia immittendo bonã cogitationē nos preuenit. immutando malam voluntatē nos per consensum deo iungit. ministrando consensui facultatē intern⁹ opifex innotescit. Ex quo relinquitur ꝙ est gratia faciens bonum cogitare. ꝛ gratia faciens bonum velle: ꝛ gratia faciens bonum operari. ergo diuisibilis est per tres differentias.

Contra. Arg. j.

¶ Ad oppositū. Habemus gratiam sufficienter diuisam per duas differentias: per gratiam preuenientem ꝛ subsequentem operantem ꝛ cooperantem. ergo supfluit tertia differentia.

Scd̃m.

¶ Itē. ij. sen. di. xxvj. distinguit magister gratiam in preuenientem adiuuantē ꝛ subsequentem. Sed obijcitur. dicit aug. in enche. Precedit bona voluntas hois multa dei dona sed non omnia. Que aūt non precedit ipsa in eis est: ꝛ ipsa iuuat. Ex hoc arguitur. potius ergo bona volūtas iuuat gratiam ꝙ̃ gratia bonam voluntatem. ergo gratia adiuuans nulla est.

Questio. Ber.

¶ Rñ. pz ioh̄ā. dam. iiij. li. fides duplex ē. Est ei fides ex auditu: audiētes aūt diuinas scripturas credim9 doctrie spūs. Est aūt rursus fides indistabil' r iduiudicabil' spēs eax q a deo nobis annūciata sunt: igit pma mētis nre est. scda carismatū spēs. Uult ergo distiguere damas. q est fides acqsita ex auditu seu testimonio scripturax seu humana rōe: r ē fides donum gratuitū a deo ad assentiēdū veritati diuie nobis annūciate. Pmo ergo mō dicta fides non ptinet ad ppositū. fides vo scdo mō dicta duob9 modis ē cum caritate: r sm hoc est fides formata. sine caritate: r sm hoc est fides iformis. Pz igit q fides iformis est donū gre sm pñtē intentionē.

So. ad arg. j. Ad secunduz

¶ Ad illud ergo euangelij dōm. q cū dr. vt cū factum fuerit credatis. hec dictio cū: non notat cām sed concomitantiā. ¶ Ad scdm simil'r dr. q hec ɔiūctio qr: non tenet cāl'r: sed adiunctiue. r cū dicit. qr vidisti me credidisti. hec cōiūctio qr: non notat cām vel rōem: sz notat quādā dispositionē vel excitationem animi pparatoriā ad credendum. Licz eni fides nō habeat cām vel rōnē: pt tamen habere pparatoriam dispositionē.

Ad tertium

¶ Ad tertiū dōm. sm illud qd dr in glo. sup Jo. iiij. Uoca virū tuū rc. i. tu sensual' voca rōnalē intellectū. quo vt viro regar' que mō carnal'r sapis. Hunc ego lux illuminabo Ex quo relinqtur q p rationem carnalē vocatur intellectus ad fidē. excitādo. s. ipm intellectū r disponendo ad susceptionē luis fidei. sed tamen adueniente fide intellectus non innitit ipsi rōi sz ipsi vitati ppter se. quod signat. Joh. iiij. vbi dicitur q viri samaritani dixerūt. Jā nō ppt loquelā tuā credimus: sed qr r ipsi vidim9.

Ad quartum

¶ Ad illud vo qd obijcit de phis r de demonib9 pz respōsio. nā fides que erat ex rōib9 acqsita seu ex ɔiecturis miraculox r pphetiax. nō est fides informis sm q hic loqmur. Uñ notandū q fides iformis pt dici duob9 modis. puatiue r negatiue. Negatiue pt dici fides informis qlitas seu credulitas gsuasa rōne vel expimento vel doctrina. Puatiue vo dr qlitas q qdē puatur forma vtut' quā nata ē hre quēadmodū dr iformis fides q assentit pme vitati ppter se. Quis careat amore sup oia.

Ad quintum

¶ Ad vltimuz dōm. q cū dr posse credere natura ē distinguēduz q ē posse ɔpletum r icōpletum. Si loquamur de posse ɔpleto: nō est verū q posse credere sit naturale. nūq ei act9 iste credere sm q in pñti accipit scz assentire pme veritati pp se: ē in facultatem nature sine adiumento gre. Si vero loquamur de posse in cōpleto sic intelligit. non tamen ppter hoc sequitur q credere sit naturale vt eliciat ab habitu naturali seu acquisito.

Mēbrum tertium.

U. fides iformis sit vtus Argu. j.

Deinde queritur vtr fides iformis sit virtus. nā dt aug. q fides opans p dilectionē vtus ē. v. ad gal. fides vo sine dilectione inanis est. sz hoc ergo obijcitur. augu. in li. de vera innocentia. Dilectio dei r proximi prox ē atq sanctox: cū cetere vtutes bonis et malis pñt esse ɔmunes. ergo fides vtus ē cōmunis bonis r malis. ergo cum fides informis sit in malis: relinquitur q fides informis sit virtus.

Secundum

¶ Itē vtus ɔsistit circa difficilia. ergo cum fides iformis

informis ɔsistat circa eadē difficilia circa q fides formata: ergo fides informis ē virtus. Qd aūt ita sit patet. eleuat eñ ipsaz potentiā supra se. scilicet in primā veritatē. r ipsa eadē creduntur fide informi r formata r p idē mediuz.

Tertium

¶ Itē si esset aliqua dilectio qua diligerent oia diligēda: r de9 sup oia diceret caritas. ergo si fides talis est qua credunt oia credibilia. r pme veritati credatur ppter ipsam r super oia: ipa est virtus. Sed talis est fides informis. ergo est virt9.

Contra

¶ Cōtra. Jac. ij. Fides sine operib9 mortua est. Sz fides informis est sine opibus. ergo mortua est. ergo nō est virt9: cū omi virtute viuam9. ¶ Itē in tertio li. sentētiarū. xxiij di. c. Accipitur aūt fides rc. Qd fides informis est demonū r malorū hoim.

Rñsio et sol. ad arg. pmuz

¶ Rñ. virt9 dr cōissime sm q diuiditur in virtutē naturalē politicā r gratuitā. cōmuni9 dr sm q virtus tm̄ extēditur i politicā q est habit9 acquisitus. r gratuitā q est habitus infusus. Dr etiā ɔmuniter sm q dr habit9 infusus: seu sit gratisdat9: seu sit gratūfaciens. determinatus circa operabilia. et hoc modo fides informis potest dici virtus. Quarto modo proprie dicitur virtus habitus gratuitus gratumfaciens. determinatus ad operabilia. et hmōi habitus nō pōt esse sine caritate r hoc mō fides formata est vtus tantū: nō fides informis r p hoc pz rñsio ad primū obiectū.

Ad secunduz

¶ Ad secundū dōm q rñ si circa eadē difficilia consistat fides formata et informis: tamen differenter: qr fides informis eleuat potentiam supra se qtum ad cognitionem r assensum veritatis: sed non eleuat ipsam ad tendendum in ipsam veritatē qd facit fides formata.

Ad tertium

¶ Ad vltimum dicēdum. q non potest dici fides virtus in assentiendo prime veritati propter ipsaz super omnia: nisi addatur hic circunstantia: propter ipsam amatā sup oia: et hoc est ei forma et esse virtutis.

Dubitatur

¶ Itē dubitatur de hoc qd dr. xxiij. di. iij. li. sententiarū. c. Accipitur aūt fides rc. Fides sine dilectiōe inanis est. sz hec est fides informis. ergo videtur q ex ipsa nullum eliciatur bonum. ¶ Contra. Ex fide informi nascitur timor seruilis: per quem homo recedit a malo et preparatur ad susceptionem gratie remissionis peccatorum: ergo non est inutilis nec inanis. ¶ Respōsio. aliquid dicitur inane vel vanum qtum ad meritum vite eterne et secūdum hoc dicitur fides informis inanis. Alio modo inane qtum ad susceptionem gratie per modum disponētis. r hoc modo fides informis non est inanis.

Membrum quartum.

Qua rōne dr informis

Postea queritur qua ratione dicitur fides informis. ad qd sic. Ro. j. super illud. Ex fide in fidem. glo. Fides demonum est et nominetenus xpianorum. Nam et demones credunt r contremiscunt Jac. ij. Hec est informis qualitas mentis. r dicitur informis. qr non habet sociam caritatem: que ē forma virtutum.

Contra arg. primum. Secundum. Tertium. Quartum.

¶ Cōtra arguitur. Uita non potest suscipere mortem. ergo cū fides sit vita. j. ad Ro. Justus ex fide viuit. ergo non potest recipere mortem. ergo nec informitatē. ¶ Itē arguunt. Nullū pctm̄ pōt fieri formatum. ergo nulla virt9 pōt fieri informis ergo nec fides. ¶ Itez si dicat q fides dr informis cū est sine caritate. Caritas autez est amor dei. Cū ergo ɔtingat amorē dei esse naturali affectiōe i incredulis siue ex ipa bonitatis ɔprehēsiōe ergo simili mō diceret dilectio iformis qr sine fide. ¶ Itez quare dr fides formari caritate non cum quelz vtus informetur sua differentia r suo fine. Fides aūt r qlz virtus hz ppam differentiaz et finem: ergo r ppriam formā.

Quintum

¶ Itē cū contigat dilectionem dei esse in existēti in pctō mortali: et si non debitam sicut r fidem: quare non dicit caritas informis sicut r fides.

Rñ.

¶ Rñsio. fides dicitur informis. qr caret ordine amoris ex quo est forma omnis vtutis. ex qua rōne dt aug. de ci. dei. Uirtus est ordo amoris. Amor autez dr duob9 modis quemadmodum et bonum. Bonū ei dicit sm intentionem r rationē. Itē bonum dr sm rōnē r nō sm intentionē. Scdm intentionē r rationem dr bonum vt bonum. Secundum rōnem vo r non intentionem dr verū bonū seu gloriosum seu eternum inqtum mouēt rōnalem appetitum. Cum ergo bonum sit finis cuiuslibet vtutis. bonuz sm rōnē r intentionem finis est caritas r obiectum. fidei vero bonum sm rōnē q appetitur: non sm intentionem q ɔsideratur finis ē r obiectum fidei. qr hoc non est aliud nisi verum inqtum induit rōnē boni q appetit vt rōnabili: quemadmodū gloriosum finis est spei. r sm hoc amor dr duob9 modis. cōiter r ppue. Coiter sm q ē amor dr veri qd est bonum rationabilis. amor gloriosi quod est bonum irascibilis. amor boni vt bonum est qd ē bonū ɔcupiscibil'. Proprie vo amor dr boni vt boni: hinc dicitur ordo amoris informare vtutes: r caritas penes quam residet ordo amoris proprie dicti dr informare vtutes. qr rō amoris cōiter dicti in alijs vtutibus reducit ad rōnem amoris pprij illo modo quo verū. qd ē finis r obiectū fidei: et gloriosum quod est finis r obiectum spei: induunt rōnem boni. Fides ergo cuz puatur amore boni mouente in finez deū: deficit ab ordine amoris et ita a forma virtutis. Cū aūt caritas subtrahit ratio amoris ppue dicti: r ita per ɔñs rō amoris cōit dicti. Si eñ aia ñ amat bonū vt bonum. ergo nec verū dr bonū nec gl'iosū qr bonū. Sine caritate igr sūt fides r spes vtutes informes.

So. ad arg. j.

¶ Ad illō vo qd pmo obijcitur. q cū dr q fides q ē vita non pt suscipere informitatē. dōm q si intelligat per ɔpositionem est verum. si vero per diuisionem falsum est. qr habit9 pt recipere informitatē q qdem habit9 est fides vita sicut dictum est. Et notandū q fides informis q dicitur a beato Jacobo. Fides mortua. differt a fide formata: hoc ē fide viua duob9 modis. qtū ad viuacitatem r qtū ad luminositatem. Quātum ad viuacitatem velut lumē qd est in vmbra a lumine radij. Lumen eñ quod est in vmbra: admixtum est tenebris r infrigidatū ac mortuum: sicut lumen quod est fidei informis. qd est admixtum tenebris pctōx. Lumen vero radij non est mixtum tenebris: sed est calidum atq viuificum: sicut lumen fidei formate: q est socia caritatis. Item qtum ad luminositatem quia lumen fidei formate est velut lumen diurnum solis. Lumen vo fidei informis est velut lumen nocturnū lune.

Ad secundus

¶ Ad secundum dōz. q aliud est fieri pctm̄ non pctm̄: r aliud fieri peccatum formatum. quia plus est fieri formatum q non esse peccatum. Sz nihil aliud est fidem fieri informem q fidem fieri non virtutē. r ideo non est simile. ¶ Si vero obijciatur q nullum peccatum potest fieri non peccatum. ergo nulla vtus pt fieri non virtus: respōdet q hec est falsa. nullum pctm̄ pt fieri non peccatum. r instant in ignorantia iuris diuini seu canonici: quod tenet scire sacerdos habens curaz p ut ptinet ad ordinem. Hec ignorantia ante penitētiam est ei pctm̄: sed tamen aduertenti nulla est similitudo. non eñ ita se habet pctm̄ ad formatio-

nem sicut virtus ad deformationem seu informi-
tatem: quia peccatum est actus trāsiēs. virtus vero
est habit⁹ manens. ⁊ iō transeunti non potest for
ma indui: q̄uis habitui manenti possit forma de
Ad tertiuz trahi. ¶ Ad tertiū dōz. qđ illud qđ obijcit đ amo
re naturali non facit hic ad ꝓpositū. nā hic loq̄-
mur de amore gratuito ⁊ cognitione ḡtuita fidei.
Preterea amor informat cognitionem nō cogni-
tio amorem. Bonū ei đt rōnem ꝯpletiorē q̄ verū.
vn̄ ⁊ si dicat caritas iformare fidē hāc ꝫ rōnē: nō
tn̄ fides iformare caritatē. Ad quartū pꝫ rn̄sio ex
Ad quartum. Ad quintum. p̄dictis. ¶ Ad vltimū dōm ꝙ nō est sile de carita
te ⁊ fide. ⁊ rō ē. qꝛ nulla dilectio p̄t tal' esse ꝙ ea di
ligantur oīa diligenda: ⁊ deus sup omnia: q̄ sit cū
pctō. ⁊ hoc ē qꝛ dilectōe q̄ est cū pctō non diligit
deus vt diligend⁹ ē: nec ēt hō debito mō diligit se:
cū peccare sit sibiipsi mortem spūalem inijcere.
Fides vero p̄t oīa credenda credere ⁊ p̄me veritati su
per oīa: et esse cum pctō. Inde ergo manifestū ē ꝙ
caritas non pōt eē iformis. fides vero potest.

Membrum quintum.

De effectu fidei iformis i hoibus

Deinde queritur de effectu fidei iformis
in hoīb⁹. Circa qđ q̄runt duo. Primo
de effectu interiori ꝓpo qui est credere.
Secūdo de effectu exteriori cōi q̄ est i fa
ciendo aliqua de genere bonoꝝ.

Articulus primus.

De effectu interiori ꝓprio q̄ ē credere

Circa p̄mū nota quod đr. iiij. ad ro. super
illud. Credenti in eum q̄ iustificat impi
um ⁊c. gl. aug. Attende ꝙ dicit credenti
in eū: non ei. Aliud enim est credere i eū
aliud credere ei. aliud credere illum. Credim⁹ pe
tro sed non in petrū. Credere illi est credere eē vera
que loquitur. qđ et mali faciunt. Credere illum ē
credere ꝙ ipe sit de⁹: qđ ⁊ mali faciūt. Vn̄ Jac. ij.
Demōes credūt. Credere vo i eū ē credēdo ama
re: et credendo in eum ire. ⁊ eius membris incor-
porari. Cum ergo fidei informis non sit creden-
Que. ij. do amare: actus eius non erit credere in deum.
sed actus iste est fidei formate. Querit ergo q̄s di
catur actus iformis fidei. vꝫ aut credere deo. aut
credere deum. ¶ Preterea cū credere dicatur his tri
bus modis. credere deo. credere deū ⁊ credere i de-
Rn̄. um: q̄ est ratio huius distinctionis. ¶ Rn̄. cuꝫ fi
des dicat trib⁹ modis ꝓut supra dictuꝫ est. Uno
mō fides đr habit⁹ acq̄sit⁹ ex rōe vel testimonio.
Scđo mō fides đr habit⁹ infusus gratuitus. ⁊ hoc
duob⁹ modis. Uno mō habit⁹ eleuās intellectuꝫ
tm̄ se ad assentienduꝫ p̄me veritati ꝓpter se. ⁊ hoc
mō qꝛ solū eleuat intellectum non mouens affe-
ctum ꝑ amorē: đr habit⁹ iformis. Alio mō đr ele-
uans intellectū et affectum ad assentiendum veri
tati ⁊ amandum ꝓpter se: ⁊ hec est fides formata.
Cuꝫ ergo credere dicat tribus modis: credere deo.
deum. ⁊ in deū. a fide p̄mo mō dicta q̄ est habitus
acq̄situs p̄t elici motus qui est credere deo. hoc est
dictis eius adhibere fidē. Ex fide vero secundo mō
dicta que est habit⁹ iperfectus seu iformis: nō so-
lum elicit credere deo: sed etiā credere deum. prout
credendus est trin⁹ ⁊ vnus: creator ⁊ redēptor. qđ
non p̄t elici ab habitu acq̄sito. Item a fide tertio
modo dicta q̄ est habit⁹ ꝑfect⁹ ⁊ format⁹ non solū
elicit credere deo vel credere deum. ꝫ credere i deū
hoc ē credēdo ꝑ affectū moueri i deū. Ex hꝭ igr̄ ma
nifestum est quid sit act⁹ interior fidei informis
in hominib⁹. ¶ Ad illud vero qđ querit scđo de di
Ad. ij. q. credere deo i deū ⁊ deum. stinctione istoꝝ trium. credere deo. deū. ⁊ in deū. iā
pꝫ dr̄ia ex pte ei⁹ quo credit. et ex pte ei⁹ quod cre-
ditur hoc est rei credite: accipit dr̄ia hoc modo.
Nam deus accipit credulitate fidei trib⁹ modis
vt veritas. vt potentia. vt bonitas. Scđm p̄mū in o
dū est credere deo ꝯparatione. s. ad veritatē hoc ē
vera eē que dicit. Scđo modo est credere deum cō-
paratione ad p̄tātem. vꝫ omnipotentem ⁊ crea-
torem. ⁊ huius sequentes articulos. Tertio modo
est credere in deū ꝯparatione ad bonitatē in quā
ten ditur per amorem.

Articulus secundus.

De effectu fidei iformis i ope exteriori.

Consequent queritur de effectu fidei in-
formis in ope exteriori. ⁊ est hec qđ gn̄a
lis de operibus fact' extra caritatē. que
eliciunt a fide iformi. Solet aūt poni cō
muniter ꝙ valent ad tria. Primo ad assequendū
bonum temporale. Secūdo ad habilitationē gr̄e.
Tertio ad diminutionem pene eterne.

Quātum ad primum. §. j.

Q. ꝑ eā mereatur q̄s bōa temporalia. Argu. j.

queritur vtrum fide informi bonis operib⁹ mere
atur q̄s bona tempalia. Ad qđ sic p̄mo Esa. Si au
dieritis me bona terre comedetis. ⁊ exo. xiij. dabit
vobis terrā fluentem lacte ⁊ melle. Cum deus sit
verax debet implere ꝓmissum. ergo si iudei opa
legis fecissēt debebat eis bōa temporalia que pro
misit. ergo de iusticia debebātur eis bona tempo-
ralia. Cum ergo ex fide informi possent facere hu
iusmodi opera. ergo de iusticia debebantur eis tē
poralia. ergo merebantur illa. qꝛ quod debetur ex
bonis operibus ex iusticia debetur ꝑ modum me Secundum
riti. ¶ Itē operib⁹ vtutū debentur bona eterna:
non ex bonitate ipoꝝ operuꝫ: qꝛ iproportionaliter
se habent opera meritoria ad suum premium. qđ
est deus. Quod illa opera sint meritoria tanti pre
mij non est ex bonitate sua: sed ex ꝓmissione dei:
ergo eadem rōne ꝯtingit ex ꝓmissione dei. ꝙ bo-
nis operib⁹ factis extra caritatē meret aliq̄s bōa
tpalia: qm̄ magꝭ distat deus in bonitate ab operi
bus meritorijs q̄ bona temporalia ab operib⁹ bo
nis factis extra caritatem. ¶ Item sup illud Job Tertium
omnipotens deus omnes vias meas considerat:
et omnes gressus meos dinumerat. đt iterꝰ. Nul
la bōa vel mala sūt sine remūeratōe. ergo oē bonū
hꝫ aliquā remūeratiōnē. ꝫ n̄ hꝫ remūeratōeꝫ bōi
et̄ni. ergo hꝫ remūeratiōnē boni tēporal'. ergo ali
quis meretur per ipsum bonū tempale. ¶ Item Quartum
aliq̄s fodiens in vinea alicuius meretur ab eo bo
num temporale recta rōne merendi. ergo aliq̄s la
borans in vinea dn̄i multofortius meret apud ip
sum bona temporalia recta rōne merendi: sicut
patet de illo qui predicat verbum domini bona vo
luntate ⁊ bona intentione sine caritate. Forte di-
cet ꝙ illa argumentatio non valet quoniam non
est simile quia homo considerat opus exterius:
deus autem considerat op⁹ interius. quoniaꝫ nō
cōsiderat quantum: sed ex quāto. Deus enim ꝯsi-
derat cor. Cum igitur in corde ei⁹ nō est radix me Contra
riti. s. caritas. nihil meretur apud deum. ¶ Con-
tra. Iste fodiens in vinea et si seruiat isti licꝫ nō ex
amore. qm̄ istum non diligit: tn̄ ꝓpter laborem su
um meretur apud eum recta rōne merendi. ergo
multofortius cum deus sit largissim⁹ ⁊ benignissi
mus. licet iste seruiat ei non ex caritate: meretur
tamen apud eū bona temporalia recta rōe meren
di. ¶ Item iste habet bonam voluntatem ⁊ bonā
intentionē: ⁊ pro deo facit quod facit. radix ē bo
na. fructus eius bonus. et finis bonus. ergo habꝫ
per quod placeat deo. ⁊ facit etiam per quod pla-
ceat deo. ergo recta ratione merendi meretur apđ
deū bona temporalia. ¶ Forte dicet ꝙ non: quo
niam

niam non est seruus dei: sed seruus dyaboli: quo-
Quintum niam ꝑ pctm̄ mācipauit se suitio dyaboli. Cōtra
iudei erāt obligati deo ad faciēdū opa leg': qm̄ su
sceperant legē. Sicut igit q̄ laborat in vinea mere
tur bona tempalia recta rōe merēdi. ⁊ hoc ꝓpter
pactum qđ interuenit. eadē rōne iudei ꝓpter pa-
ctū merebant bōa tpalia faciendo legē dei. ¶ Itē
obligati erant ad faciēdū p̄cepta dei. ergo obliga
ti erant suire deo. ergo mācipati erant suitio dei
¶ Itē dyabol⁹ suus dei est: sicut đt dñs Job. xl.
Nunq̄d eū facies tibi suum in sempit̄nū. q̄si dice
ret. tu nō potes facere sed ego faciā. Cū ergo dyabo
lus sit seruus dei solius nature pacto. multofor-
tius hō lꝫ hō sit pctōr: suus est dei ⁊ pacto nature
et pacto baptismi. Cōtra aug. đt. ꝙ pctōr nō est di
gn⁹ pane quo vescitur. ¶ Itē si pp op⁹ bonū factū
extra caritatē meret aliq̄s bonū tpale. ergo propt
maius bonum opus meretur mai⁹ bonū tēpale.
ergo si deus non dat iniuste agit cū eo. quod fal-
sum est. Multis eīm bonis aufert bona tempora-
lia q̄ mal' dat in abundantia. nec tamē agit cum
eis iniuste. ¶ Item obijcit. Aliq̄s ex in mortali fa
Sextum. cit multa bona pp deū. qꝛ diligit deū naturali di-
lectiōe vel ex fide informi. Inde sic dn̄s đt. Ego di
ligentes me diligo. puer. viij. Sed iste diligit deū
et dilectione dei facit opa illa q̄ facit. ergo deus di
ligit istū et in suis operib⁹. ergo diligit istū vl' ad
bona eterna vel ad gratiam cōferendā: vel ad bo-
na tpalia. Ad bona eterna nō. qꝛ est in pctō morta
li. ad grām nō. qꝛ est idign⁹. ergo diligit euꝫ ad bo
na tpalia: ⁊ necessariū ē ipsum diligere ad illa. er-
go necesse hꝫ ei dare illa bōa tpalia. ergo ex neces-
sitate dat ei bona tpalia: ⁊ nō p̄t nō dare ei. qꝛ dili
Septimum gentes se diligit. ¶ Contra. Ex mera liberalitate
sua dat ei qm̄ ea q̄ dant ex mia: ex sola liberalitate
dant vel voluntate. non ergo ex necessitate. ¶ Itē
đt dn̄s in ezech. Fili hoīs. qꝛ nabuch. seruiuit mi-
hi in tyro da ei egiptū hec dictio qꝛ: notat cām. er-
go vel materialē: vel formalē: vel finalē. vel efficiē
tem. Cōstat ꝙ nō materialē nec formalē nec fina
lem. ergo notat cām efficientē. Sed duplex est cā
efficiens. s. ꝑ modū agendi vel ꝑ modū merendi.
Sed nō p̄t dici ꝙ sit cā efficiens ꝑ modum agēdi
qꝛ nabuch. non fecit hoc actu vt haberet egyptuꝫ
ergo notat cām efficientē ꝑ modū merendi. ergo
nabuch lꝫ infidel' eēt: meruit bōa tpalia. ergo mul
tofortius fideles lꝫ sint in pctō: bōis opib⁹ suis me
Rn̄. rent bona tpalia. ¶ So. dōm. ꝙ null⁹ suit deo ꝓ-
prie loq̄ndo nisi q̄ facit quod de⁹ p̄cipit ⁊ sicut p̄-
cipit. vn̄ q̄ facit aliq̄d de genere bonoꝝ sine carita
te. nō suit ꝓprie deo. Lꝫ ei faciat qđ de⁹ p̄cipit: nō
tn̄ facit sicut de⁹ precipit. qm̄ nō facit illud ex ca-
ritate q̄ est ipletio legis. sicut đt apl's Ro. xiiij. Dē
qđ nō est ex fide pctm̄ ē. i. inutile. vn̄ oē qđ nō ē ex
fide ⁊ caritate non p̄t esse suitium quo ꝓp̄e loq̄n
do suiat deo. ⁊ iō ex tali ope ꝓp̄e loq̄ndo nō mere
So. ad arg. j. tur aliqđ bonū tpale nec eternū. ¶ Ad illud ergo
qđ p̄mo obr̄. ꝙ de⁹ iudeis debebat tempalia. dōꝫ.
ꝙ q̄uis verbū debēdi qꝛ est verbū obligationis non
dicat de deo. qꝛ sicut đt ans. deus nulli dꝫ aliquid
tn̄ sm̄ ꝙ debere deo đr ꝯdecētia sue bonitat'. dōꝫ.
ꝙ debebat eis tpalia de iusticia: nō de iusticia opeꝝ
cū nō eēnt in statu merendi. qm̄ ill' operib⁹ non
merebātur bona tpalia. sed debebat de iusticia: id
est de veritate ⁊ fidelitate sua qm̄ verax est in vbis
Ad secunduz suis: ⁊ fidel' in ꝓmissionib⁹. ⁊ ita pꝫ solō ad p̄imo
obiectū. ¶ Ad scđm obiectum dicim⁹. ꝙ operib⁹
meritorijs debetur btitudo: nō tm̄ ex ꝓmissione
sed qm̄ opa illa sunt suitia q̄b⁹ suit deo digne.
Opa vo facta extra caritatem non sunt suitia q̄
bus seruiatur deo. qm̄ q̄ ē in pctō mortali est in a-
ctu suiendi dyabolo et non deo. qm̄ tm̄ ille q̄ ē in
statu gr̄e est i statu suiendi deo. ¶ Ad tertiū obie Ad tertium
ctū dōm. ꝙ nec bona nec mala sunt sine remūera
tione aliq̄. ita tn̄ ꝙ remūeratio accipiat iprope. de
us ei ꝓ bonis opib⁹ fact' extra caritatē quodam
mō remūerat hoīem. qꝛ dat ꝓ eis aliquod bonuꝫ
tpale tāq̄ meruisset illđ cū tn̄ non meruit: cū sit i
dign⁹ ēt pane quo vescit. nec valet hoc argumen-
tū. oē malū est dignū punitiōe ergo oē bonū ē di-
gnū remuneratiōe. nec est loc⁹ a ꝯtrarijs. qm̄ ma
lum culpe et bonū gn̄alr acceptū non sunt contra
ria: ꝫ malū culpe ⁊ bonū gr̄e sunt ꝯtraria. In hoc
aūt appet largitas dei. qꝛ bonū hui⁹ lꝫ n̄ sit dignū
remūeratōe. tn̄ de⁹ q̄si dignū esset: remunerat illđ Ad quartum
¶ Ad q̄rtum dōm ꝙ nō est sile de fodiēte vineaꝫ
et p̄dicatore: qm̄ fodiens in vinea solo labore suo
facit quod intendit ille cui⁹ est vinea. sed hō pec-
cator seu predicator seu alius nō facit qđ intēdit
deus nisi faciat illud ex caritate. ⁊ ita nō suit nisi
suiat ex caritate. qm̄ suire deo regnare est. q̄ auteꝫ
est in mortali lꝫ faciat aliq̄d pp deum: tamen de⁹
nō est p̄ncipale mouens ad illđ. sed mouet ad illđ
op⁹ faciendū vel timore pene quā timet icurrere
pp pctā. vel ꝓ alia vtilitate quā intendit natura
vel fides informis. Quia ergo nunq̄ de⁹ est p̄nci-
pale mouens cor hoīs nisi per fidē. spē ⁊ caritateꝫ.
et nunq̄ est pure gratuitū op⁹ nisi ex gratia ḡtū-
faciente. sicut plenius patebit in q̄ōne de dilectio
ne naturali. ¶ Qđ aūt obr̄. bona est radix. bona i
tentio. bonus finis. ergo iste hꝫ vn̄ placeat deo seu
vn̄ dn̄s delectet in eo. dicim⁹ ꝙ non valet hec ar-
gumentatio. qm̄ ei⁹ intentio non est bona boni- Ad quintum
tate ḡtuita. vt pꝫ ex dict'. ¶ Ad illa q̄ obijciunt ꝙ
iudei erāt obligati suire deo. dicim⁹ ꝙ ver̄ ē ꝙ obli
gati erāt suire: ꝫ n̄ suiebāt. ⁊ iō ꝓp̄e n̄ erāt sui dei:
nisi dicat ꝙ erāt sui dei: qꝛ tenebant ei suire ex pa
cto. Dyabol⁹ aūt đr suus dei vel suire deo iprope:
qm̄ ex mal' opib⁹ dyaboli elicit de⁹ bonū. ei ei mili Ad sextum
tat oē qđ obstat. ¶ Ad aliud quod obr̄ ꝙ exn̄s in
mortali facit bona opa ꝓpter deū. i. qꝛ diligit deuꝫ
naturali dilectione ⁊c. dōm. sm̄ Ans. ꝙ duplex ē Ansel.
necessitas. s. necessitas imutabilitat' ⁊ necessitas
coactionis. p̄mo mō ex necessitate dat. qꝛ imuta-
bilr̄ dat. scđo mō nō. sed nō valet. ex necessitate dat
nō ergo ex mia. qm̄ mia dei est ei⁹ largitas superflu Ad septimuz
ens. q̄ etiā idignos aliquo mō remūerat. ¶ Ad vl
timū dōm. ꝙ hec dictio qꝛ: nō notat causam effici
entem nec in agendo nec in merendo nec i mouē-
do. vt q̄dā dixerunt. ꝙ actio nabucho. non mouit
largitatem dei. qꝛ deus nullis actionib⁹ mouetur
sed đt cām receptiuam doni. ad quam ꝯsequit lar
gitio diuini beneficij. Cū eīm deus sit summe lar-
gus sp est pat⁹ dare: ꝫ creatura nō sp pata est reci
pere. p̄parat aūt hō ex opibus de gn̄e bonoꝝ ad re
cipiendū a deo vel bonū tpale vel bonū spūale. dōꝫ
ergo. ꝙ qꝛ đt cām receptiuā vel disponentē i nabu
chodo. ad hoc quod reciperet temporale benefi-
cium a deo.

Consequenter queri- §. ij.

De habilitate gr̄e ꝑ fideꝫ informem.

tur quō bona opa facta sine caritate valeāt ad ha
bilitationem gr̄e: ⁊ ad diminutionē pene. Ad
p̄mū sic. Si per talia opera habilitat se hō ad susci
piendā grām: ergo q̄tomagis exercet se in talib⁹
opibus: tanto ꝓpinquior est gratie. ¶ Contra pec Contra
cator q̄tomagis moratur in peccato suo magis ē
peccator quoniam malicia nō potest minui: ꝫ cre
scit per circunstantiā temporis. Sed quātomagꝭ
est peccator tantomagis remotus est a gratia.

Rñ. ad cõtra

ꝙ prius. ¶ Rñsio. ↄcedendũ ꝙ talis in tali statu remotior est a gr̃a et ꝓpinquior est gr̃e ꝙ prius: sed ẜm diuersa. Est eñ remotior ẜm quantitatẽ pctĩ. ꝓpinquior autẽ ẜm habilitationẽ suscipiendã: sicut eger qñ est in augmẽto morbi iuxta crisim: remotior est a sanitate ꝓpter augmẽtũ morbi q̃ magis tñ habilis ẽ vt educat ꝙ prius ¶ Ad scd̃m arguitur sic. Dicũt enĩ oẽs ꝙ bona opa facta extra caritatẽ valẽt ad diminutionẽ pene eterne. Sꝫ cõtra. Per vnũ bonũ op⁹ dimittit aliquãtulũ de pena eterna: ⁊ per aliud tm̃: ergo tot põt facere bona opera ꝙ nõ sentiet penã inferni. ¶ Contra. Decedit in mortali: ergo sentiet penã inferni. ¶ Rñsio dicim⁹ ꝙ bona opa facta extra caritatẽ valẽt ad diminutionẽ pene eterne. nõ q̃ debet. sꝫ q̃ deberet nisi faceret illa bona opa. qd̃ patꝫ. nõ eñ posset diu eẽ quin caderet per peccatũ vnũ in aliud. q2 pctm̃ qd̃ per penitentiã cito nõ diluit: suo põdere ad aliud trahit. Valẽt ergo bona facta extra caritatẽ ad ꝑdicta tria. ad bonũ tẽporale: ad habilitationẽ gr̃e et ad diminutionẽ pene. Valent etiam ad alia tria ad retardandum peccatum. quoniam pctm̃ est ignis seu febris consumans totã animã: nisi per bona opera retardetur ne procedat. sicut gallina apposita morbo regio non sanat morbũ regiũ sed retardat ne procedat vlterius. Valent etiam ad assuefactionem bonorũ operũ: qm̃ per ista se assuefacit homo ad bonũ: qm̃ qd̃ male fers assuescere feres. Valẽt etiã ad circũstantiã tẽporis ne pctm̃ crescat in mora. nec augmentetur in eo peccatum quoniã ꝙdiu hõ insistit bonis opibus. nõ est in mora nec augmentat in eo pctm̃: nec est etiã ĩ eo negligentia nec mora: sed illud est questionis cuꝫ disputatur de circunstantijs peccati.

De diminutiõe pene eterne.

Responsio.

Membrum sextum.

V. fides ĩformis ĩ hoĩb⁹ adueniẽte caritate fiat formata.

P Ostmodũ q̃rit vtrũ fides informis in hoĩb⁹ adueniẽte caritate fiat formata. Ad qd̃ sic. Nihil corrũpit nisi a suo ↄtrario: sꝫ fides informis nõ ↄtrariat caritati. nec ẜm actũ nec ẜm habitũ: sꝫ solũ ẜꝫ informitatẽ suã ergo ipsa nõ corrũpit adueniẽte caritate nisi ẜm informitatẽ. ¶ Itẽ hoc idẽ videtur p sile. in alijs informib⁹ sic ẽ. ꝙ adueniẽte sua forma nõ corrũpuntur: sꝫ solũmõ euacuat eorũ iformitas ergo similiter erit in fide adueniẽte caritate. ¶ Itẽ magis distãt habit⁹ naturalis ⁊ habit⁹ infusus non gratũ faciẽs. cũ sint differẽtes ẜm principia ⁊ ẜm effectus: ꝙ habit⁹ infusus nõ gratũfaciẽs. cũ non sint differẽtes ꝙtũ ad principiũ. q2 vterqꝫ est a principio gratie sed ẜm effectũ. Si ergo ita est ꝙ habitus infusus nõ gratumfaciens vt fides informis non euacuat habitum naturalẽ seu acq̃situ. sicut est aliqua cognitio de deo. q̃ habita est p rõnes: ergo multofortius nec caritas vel fides formata adueniẽs euacuabit fidẽ informẽ. ¶ Itẽ fidei formate est credere in deũ. fidei vero informis ẽ credere deo ⁊ credere deũ. Si ergo credere in deũ non euacuat credere deo seu deũ. sed necessario ponit: ergo nec fides formata euacuabit iformẽ: sed potius ponet ipsam. ¶ Itẽ sup illd̃ Jacobi. ij. Fides sine operibus mortua ⁊c. dt gl. Quib⁹ reuiuiscit. Sꝫ quod reuiuiscit manet. ergo fides informis manet vita adueniẽte. ¶ Con. Pl⁹ ↄueniũt fides formata ⁊ visio gl'e: ꝙ fides informis ⁊ formata ergo cũ fides formata non possit manere adueniente visione: ergo nec fides iformis adueniẽte formata. ¶ Itez adueniente caritate excludit timor suil' q̃ gñat ex fide informi: queadmodũ ex fide formata gñat timor initial' vl' filialis. ergo adueniẽte caritate euacuabitur fides informis. ¶ Itez adueniẽte vita excludit mortuum. Caritas aũt vita est. fides vero informis mortua. ergo adueniẽte caritate euacuabit fides informis. ¶ Itẽ cũ fide formata posita ponatur credere deũ. deo ⁊ in deũ: supfluũ erit ponere fidẽ informẽ cũ nõ sit necessaria ad aliquẽ actum. ergo euacuabit adueniente caritate. ¶ Ad hoc breuiter fere omnes dixerũt ꝙ adueniẽte caritate maneret fides informis sꝫ substãtiam: sed euacuaret ꝙtum ad iformitatẽ: tñ different. Quidã eñ dixerũt ꝙ maneret ⁊ fieret vtus seu fides formata adueniente caritate. ꝙtũ ad habitũ et ꝙtũ ad actũ. ita ꝙ in habente caritatẽ est habit⁹ fidei ex quo est credere in deũ. ⁊ iste est habit⁹ fidei formate. Alij vero dixerũt ꝙ manebat: non tñ fiebat fides formata: imo erat differẽs ẜm habitũ. ⁊ tamẽ in hoc fuerũt due opiniones. nam quidã dixerũt ꝙ manet fides informis cũ fide formata ꝙtum ad habitũ ⁊ ꝙtum ad actũ. ita ꝙ in hñte caritatẽ est habitus fidei ex quo est credere deũ q̃ pt esse iformis. et habit⁹ ex quo est credere in deum: ⁊ iste est habitus fidei formate. Alij vero dixerunt ꝙ mãet cũ fide formata sꝫ habitũ: sed euacuatur ẜm actũ sicut adueniẽte maiore luĩne euacuat actus minoris luminis. nõ tñ habitu sicut apparet in aduentu luminis solis respectu luis stellarũ. eodẽ mõ adueniente luce fidei formate euacuatur actus fidei informis: tñ manet habitus. Cõcedendo ergo ẜm istas ꝙ fides informis maneat adueniẽte caritate: ⁊ respondeamus ad obiecta. ¶ Ad pmum ergo dd̃m ꝙtum ad illud. in quo ↄueniunt fides formata ⁊ visio gl'ie: non euacuat visio fidem formatã: sed eã perficit. ⁊ hec ↄuenientia est in assensu pme vitatis ꝓpter ipam. Sed ꝙtum ad illud in quo differunt seu opponunt visio gl'e euacuat et hec differentia attendit ꝙtum ad cognitionẽ seu advisionẽ. Per fidem eñ est cognitio in vmbra et in speculo. per gr̃iã vero est cognitio dei in luce ⁊ in spẽ sicut est. quo ad hoc ergo euacuat visio glorie fidẽ. Silr ex alia parte dd̃m. ꝙ fides formata non euacuat fidem informẽ ẜm illud in quo ↄueniunt. sed pficit ẜm illud in quo differunt siue opponunt. Cũ ergo ↄueniunt in hoc vtraqꝫ est fides differunt aũt scd̃m iformitatẽ ⁊ formatũ: solum ergo euacuabit fides formata fidem informẽ ꝙtum ad suam informitatem: nõ ꝙtũ ad fidem seu suã essentiã. ¶ Ad secũdũ dd̃m. qd̃ adueniente caritate nõ euacuat timor seruil' ꝙtũ ad timorẽ sꝫ ꝙtũ ad seruilitatẽ. q̃ q̃dẽ ẽ opposita caritati. Põit eñ volũtatẽ peccãdi: mãet aũt ẜm timorẽ. Eodẽ mõ ex hac pte adueniẽte caritate euacuat iformitas q̃ ponit affectũ dbiti amoris seu debite forme ⁊ mãet fides ¶ Ad tertiũ dd̃m. qd̃ alr dr mortuũ ⁊ viuũ circa habit⁹. alr circa act⁹ ⁊ opa. In opib⁹ eñ mortuus dr duob⁹ modis. Vno eñ mõ dr op⁹ mortuũ: qd̃ fit extra caritatẽ: q̃ ẽ pncipiũ vite ⁊ hoc mõ op⁹ mortuũ nũꝙ reuiuiscit adueñiẽte caritate. Aliõ mõ dr op⁹ mortuũ op⁹ mortificatũ: qd̃ .s. factũ fuit ex caritate: sꝫ amissa caritate q̃ ẽ pncipiũ vite p mortale pctm̃ mortificatũ ẽ: ⁊ hoc mõ op⁹ mortuũ reuiuiscit adueniẽte caritate. prio ergo mõ op⁹ mortuũ nõ ẽ susceptibile vite. scd̃o mõ ẽ susceptibile vite. In habitib⁹ vero mortuũ dr duob⁹ mõis. Vno mõ dr habit⁹ mortu⁹ p puatõeꝫ opis. ⁊ hoc mõ dicuntur mortui habit⁹ sꝫ quẽ modũ dt gl. sup illd̃ Jac. ij. Fides sine opib⁹ mortua ẽ ⁊c. Reuiuiscit opib⁹. Alio mõ dr habit⁹ mortu⁹ a puatõe pncipij vite: qd̃ est caritas. ⁊ hoc mõ dr fides informis mortua ⁊ inꝙtum mortua est euacuat. sꝫ ẜm substãtiã viuifica t adueniente caritate ⁊ manet. Nõ aũt est

simile de

Cõtra arg. j.

Secundum.

Rñ.

So. ad arg. j.

Ad secunduꝫ

Ad tertium

simile de actõe mortua ⁊ habitu. Actio eñ mortua potest viuiscere ẜm ꝙ dictum est. qm̃ illa actio q̃ fuit sub priuatione: nõ manet ẜm actum nec ẜm meritum: sed statim trãsit: habitus vero manet. ⁊ ideo habet possibilitatẽ vt formetur ⁊ viuificetur cum nõ est formatus. ¶ Ad vltimũ respõdẽdum est: ꝙ nõ est superfluũ ponere fidẽ informẽ: ⁊ posito ꝙ euacuaretur per fidem formatam ẜm actũ quoniã amissa caritate seu fide formata vtilis est et necessaria fides informis. queadmodum non superfluit lumẽ lune ⁊ stellarum. ꝙuis adueniente sole euacuetur. cum recedente sole necessarius sit actus luminis lune ⁊ stellarum.

Vtrum fides informis sit ĩ demonibus.

Membrum septimum.

D Einde queritur vtrum fides informis sit in demonib⁹. Ad qd̃ sic. Jaco. ij. Demones credunt ⁊ ↄtremiscunt. ¶ Itez j. ad Ro. Ex fide in fidem ⁊c. Glo. Est fides informis q̃ est demonum ⁊ nõ etenus xp̃ianorum. hec est informis qualitas mentis. ¶ Itez v. Luc. super illud. Scimus qm̃ filius dei es. glo. Bede. Erubescat manicheus q̃ dicit xp̃m creaturam solum cum demones ↄfiteãtur ꝙ sit filius dei. Sed hec ↄfessio nõ erat ex sciẽtia quã haberent. ergo ex fide. ¶ Item ad gal. v. Fides q̃ per dilectionẽ operatur. glo. Fides cũ dilectione xp̃iani est. sine dilectione demonis est. ¶ Itẽ ad thimo. j. Confitẽtur se nosse deum. factis aũt negãt. glo. Fides taliũ mox. ꝓprie est demoniox. Ex his ergo relinquitur ꝙ fides iformis est ĩ demonibus. ¶ Contra geñ. xxiiij. Vocemus puellã. Interr. Fides ẽ credere ex volũtate nõ ex necessitate. ¶ Itẽ au g. Cetera potest hõ volẽs: credere nõ põt nisi volens. Ex hoc arguit. Omne credere est motus volũtarius in summã veritatẽ. Sed nullus mot⁹ volũtarius est dyboli in summam veritatẽ. ergo nullũ credere est dyaboli qd̃ sit in genere boni. ergo nec fides informis. ¶ Item credere est sicut dicit aug. cogitare cũ assensione. ergo q̃ credit primam veritatem cogitat et assentit prime veritati. Si ergo dyabolus nunꝙ assentit. q2 in ps. dr. Superbia eox q̃ te oderũt ascẽdit semper. Unde reliquitur ꝙ dyabolus hꝫ odio veritatẽ. ergo nõ credit. ¶ Item arguit planius. Si credere ẽ assentire veritati. Discredere ẽ dissentire veritati. Si ergo dyabolus dissentit a veritate. ergo nõ credit ¶ Itẽ. ij. ad cox. vj. Que est ↄuentio xp̃i ad belial. glo. Sicut xp̃s oĩa egit bene: ita dyabol⁹ oĩa egit male. Cum ergo credere sit actus gratuitus nec malus nec mala intentione põt fieri queadmodum nec diligere. Assentire enim prime veritati nõ põt male fieri ꝓpter se. ergo credere hmõi non põt esse dyaboli. ¶ Igit aug. in li. lxxxiij. qõnum. Credibiliũ tria sunt gñа. Quedã credũtur ⁊ nũꝙ intelligũtur: vt histoꝛie q̃ humana gesta percurrunt. Quedã credũtur: ⁊ simul intelligunt. vt rationes de muneris ⁊ de figuris in disciplinis: ⁊ vt pncipia sciẽtiarũ. Quedã vero prius credũtur et postea intelligũtur vt diuina iuxta illud Esa. vij. Nisi credideritis nõ ĩtelligetis: ⁊ ad hoc pueniũt mũdo corde. iuxta illud Matth. v. Beati mundo corde: qm̃ ipsi deũ videbũt. Si ergo dyabolus nõ põt esse mundi cordis. nõ põt hoc mõ tertio credere. ergo si credat: hoc est solũ pmo mõ vel secundo Sꝫ ẜm ꝙ credere pmo mõ vel scd̃o: nõ est credere fidei formate vel informis. ergo fides iformis nõ est in demonibus. ¶ Rñsio ↄcedo ꝙ in demonibus est fides informis. sicut dicunt autoritates. Cum eñ in eis sit cognitio veritatis diuine quã nõ vidẽt: fides in eis est. Itẽ cũ veritas quam credunt sit excedẽs rõnalẽ intellectũ: vt q2 deus est trinus ⁊ vnus. ⁊ q2 filius dei est humanatus ⁊ passus. iõ fides huius veritatis est donũ gratuitum seu habitus nõ naturalis seu acquisitus. Quia vero hmõi fides in demonibus sine amore ẽ omnino. ideo est hmõi fides informis. ¶ Ad illud ergo qd̃ obijcitur ꝙ nullus credit nisi volẽs. rñdent ꝙ hoc intelligit de credere ẜm ꝙ est motus fidei formate. nã credere ẜm ꝙ est mot⁹ fidei informis põt dyabolus volẽs. in hoc eñ ꝙ sentit se puniri a diuina virtute in xp̃o inuitus cogit credere deũ humanatum: ⁊ hoc modo intelligenduꝫ est in ceteris. Vel potest dici melius: ꝙ sicut in sensu contingit a sensibili tristabili: vt in tactu a nimio calore ignis est appetitus naturalis in sensu respectu sensibilis: nõ inꝙtum ↄtristantis vel ledẽtis vñ tactus appetitu naturali inclinatur ad calorẽ sed inꝙtum excedit ⁊ offendit refugit calorem: sic dyabolus per naturalem appetitũ iclinat ĩ summam veritatem absolute: sꝫ inꝙtũ inuenit improportionalem malicie sui arbitrij inuenit eã offendentem ⁊ ↄtristãtẽ. ⁊ ideo refugit illã. vñ ẜm ꝙ dicit beatus aug. ĩ lib. de tri. De pueris hoĩbus q̃ diligunt veritatẽ vt lucẽtem. sꝫ odiũt vt redarguẽtem: ita dyabol⁹ vult cognoscere veritatẽ diuinã vt lucet. sꝫ nollet ipã cognoscere vt redarguit seu vt punit. ⁊ ita credere dyaboli ptim erit volũtariũ partim inuolũtariũ. ¶ Ad scd̃m ꝙ dicit aug. ꝙ credere ẽ cogitare cũ assensione. nõ intelligit nisi de fide q̃ mouet in ipsam veritatẽ. moueri aũt est duobus modis. volũtate plena sicut est a fide formata: vel volũtate impfecta sicut ↄtingit a fide informi in hoĩb⁹ pctõribus. Volũtas plena significat per indicatiuũ. vt cũ dr volo Volũtas impfecta p optatiuũ. vt cũ dr vellẽ. ⁊ hoc iportat ipm̃ verbũ assentire. qd̃ est idẽ qd̃ sentire ad. vñ assentire ponit quodãmõ iclinari. vel ad ipam vitatẽ tẽdere. Vñ ẜm hoc dicim⁹ ꝙ credere dyaboli nõ hꝫ assensum veritatis: hꝫ tñ sensũ veritatis. Vñ possem⁹ ↄueniẽter distiguere sentire vitati. assentire veritati. ↄsentire veritati. Fides demonis ĩ suo credere hꝫ sentire: sꝫ nõ assentire vel nõ ↄsentire. Fides informis hoĩs hꝫ sentire ⁊ assentire. Fides vero formata hꝫ sentire. assentire ⁊ ↄsentire. Sẽtire eñ ponit accipere de vitate qm̃ ẽ. qd̃ facit demõ. Assentire vero est accipe de vitate qm̃ ẽ ⁊ ad ipam distãter iclinari qd̃ põt facere fidelis pctõr. ⁊ hoc notat hec ppositio ad. ad eñ dicit finẽ remotũ. vt cũ dico. vado ad ecclesiã cũ adhuc disto. Cõsentire vero ponit de veritate accipe qm̃ ẽ. ⁊ ipsi veritati amore ↄiungi. qd̃ facit fidelis existẽs. ĩ caritate: Vñ dr credere in deũ credẽdo amare ⁊ credẽdo adherere ⁊ credẽdo in eũ ire. qd̃ ẽ notabile. q2 in nõ dicit finẽ remotũ sꝫ finẽ pximũ: vñ nõ dicim⁹ ire in domũ nisi cũ sumus pximi. tñ dicim⁹ ire ad. cũ sum⁹ remoti. Ideo fide formata dicimur in deũ tẽdere. Fide vero informi prant in hoĩbus dicimur ad deũ tẽdere Ex his igit ptꝫ. ꝙ ex fide demonis ẽ cogitatio cũ sensu veritatis. ex fide informi in hoĩb⁹ cogitatio cũ assensu. ex fide vero formata cogitatio cũ ↄsensu. ¶ Ad tertiũ dd̃m. ꝙ pma veritas põt ↄsiderari duobus modis. Cõsiderat enim veritas vt veritas. ⁊ cõsideratur veritas vt bonitas. In ↄsideratione qua ↄsiderat veritas vt bonitas. dyabolus dissentit a veritate. ⁊ illud dissentire nõ est discredere veritati sed discordare vel non consentire veritati. Item in cõsideratiõe qua cõsiderat veritas vt veritas põt accipi vitas vt lucẽs vl' vt arguẽs sꝫ aug. Si

Cõtra. arg. j.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum Augu

Rñsio

So. ad arg. j.

Ad secunduꝫ

Ad tertium.

accipiatur vt redarguēs sic iterum dyabolus dissentit veritati: et illud dissentire nō est discredere: sed displicere. displicet enī ei veritas: q2 ipm offēdit. Si vero accipiatur veritas vt lucēs: sic dicit dyabolus. veritati nō dissentire. sed ex hoc ꝙ nō dissentit nō potest assentire vel ꝯsentire sicut dictum est. et est exemplū in oculo egro qui sentiēs lucē nō dissentit a luce vt lucēte. sed dissentit ab ea vt offendente.

Ad quartum

¶ Ad quartū dōm ſm quosdā ꝙ illud intelligit. dyabolus egit omnia male de moribus qui procedūt a suo li. ar. sed credere et cōfiteri ꝙ xps esset filius dei nō pcessit a li. ar. dyaboli. vñ dicit glo. super illū locū Luce. v. Scimus qm̄ filius dei es. Extorta ꝯfessio est. q2 dyabolus confitetur illū hoīem esse filiū dei. Sed pōt dici aliter. ꝙ nō dr ꝙ oīa q̄ egit dyabolus sint mala: ſ3 ꝙ male egit oīa. aliud enī est facere malū aliud facere male. bonū enim pōt male fieri. Dicendum ergo ſm hoc ꝙ credere dyaboli licet nō sit malus actus: fit tñ a dyabolo male semꝑ. q2 etsi credat sentiendo veritatē: tñ sentiēdo ipam resilit et dissentiendo discordat ab ipsa. et ideo male fit. ita et si cōfiteatur veritatē displicet ei veritas: quā penis vigētibus cogitur cōfiteri.

Ad quintum

¶ Ad vltimū dōm ꝙ illa autoritas aug. distinguit genus credibile: nō dicit distinctionem ex parte credētis. ideo quis credibile in tertio genere natū sit itelligi illo ordine. vt prius credatur et postea intelligat. non tñ semꝑ ꝯsequit intellectus fidē credibilis. et hoc nō ꝑpter defectū credibilis: sed ꝑpter defectum q̄ pōt esse ex parte credentis. defectus aūt iste est immūdicia cordis Dicēdū ergo ꝙ dyabolus credit tertio genere credibilia: nec sequitur ꝙ nō pōt esse mundi cordis. ergo nō pōt hoc genere credere. sed sequitur. ergo nō pōt intelligere. ſm ꝙ intelligere dicit actum beatitudinis qui est in vidēdo deum mūdo corde ſm ꝙ dicitur Matth. v. Beati mūdo corde.

Membrum octauum.

Utrū fides informis data sit demonibus ante vel post lapsum. Arg. pmum

Postea queritur. posito ꝙ in demonib9 sit fides informis: vtrū data sit eis ante peccatū vel post peccatū. Si diceretur ꝙ data fuit eis añ peccatum. ¶ Cōtra fidei est videre ꝑ speculū in enigmate. hoc est obscure sicut dicitur. xiij. pme ad cor. Videm9 nūc ꝑ speculū in enigmate &c. Si ergo añ peccatū nō erat visio in angelis in obscuritate. ergo nec fides

Secundum.

¶ Item boni angeli et mali pares erant ante peccatū. sed in bonis angelis nō ponit ante ꝯfirmationem fides seu cognitio ꝑ fidē: q2 nec in hoīe ante peccatū.

Hugo.

Vñ Hugo de san. vic. in suis sentē. dicit. Cognouit hō creatorē suum. nō ea cognitione qua deus a credētibus absens fide querit: ſ3 ea qua tunc per presentiam ꝯtēplationis scienti manifestius cernebat. ergo nec ponetur in demonibus fides ante peccatū.

Tertium

¶ Itē. x. Luc. Homo quidam descendebat de hierusalē in hierico. Ibi dicit glo. ꝙ peccatū vulnerat in naturalibus et spoliat gratuitis. Si ergo peccatū demonū est maximum. ergo maxime vulnerati sunt in naturalib9 et spoliati gratuitis. ergo post peccatū nullus habitus gratuitus in eis remanet. ergo nec fides. ¶ Itē si dicatur ꝙ data fuerat eis post peccatū fides in cōtrarium est: q2 fides informis est habitus gratuitus. ſ3 nullus reportat gratiā ex peccato. ergo nō ꝯuenit ei dare fidē post peccatū. ¶ Itē iij. ephe. super illud. Ut innotescat principibus et potestatibus multiformis sapiētia dei. dicit glo. Quia per predicationem aplor̄ accreuit angelis aliqd. q2 in his que euāgelizabātur ab aplis multa didicerunt. ergo sili mō demones ꝑ scripturas et miracula ad diuina sacramēta redēptionis humane peruenire poterūt. ergo ex doctrina vel predicatione et miraculis poterāt habere fidem post peccatum: sed fides huiōi acqsita est. nō gratuita vel nō infusa. relinquitur igit ꝙ nō sint susceptibiles gratie post pctm. ergo nec fidei informis que est donū gratuitum. Nō aūt nō sint susceptibiles ostenditur. Mors nō est susceptiua vite: q2 frigidus manēs frigidū non est susceptiuū calidi. nec odiosus deo gratie dei manēs huiōi. Cum ergo dyabolus maneat odiosus post pctm: reliquit ꝙ nō est susceptibilis gratie post peccatū.

Rñsio.

¶ Rñsio dōm ꝙ in demonibus fides dupl'r est. Uno mō fides q̄ est habitus acqsitus ex miraculis et predicationibus. Alio mō fides q̄ est habitus gratuitus ſ3 nō datus eis post pctm. Dicēdū ergo ꝙ primo mō fides eis aduenit post peccatū. sed hec fides nō dr fides informis de qua hic loquimur: sicut p3 ex dictis. Scdo modo dr habit9 gratuitus q̄ fuit eis datus ante pctm: ſ3 ꝑ pctm alteratus. Ad cui9 intelligentiam notādum ꝙ in generali de credibilibus dabatur noticia angelis ante lapsum.

Bernardus

vñ dicit. b. Bern. de lucifero. Nō preuidet rōnalem creaturam assumēdam in vnitatem persone filij dei. Hec autem noticia erat in eis sicut lux clara non admixta tenebris: tamen diminuta respectu lucis glorie. sicut lumē stelle respectu luminis solis ante peccatum. post peccatum vero fuit ipsa lux. tenebris admixta velut lux i vmbra. et ideo q2 est noticia in obscuritate est in enigmate et veritatis absentis. et ideo fides: q2 vero sine caritate est sicut lumē in vmbra sine colore. iō informis.

So. ad arg. j.

¶ Ad illud ergo quod primo obijcitur. ꝙ in angelis añ lapsum nō fuit fides: q2 nec cognitio enigmatica cōcedendum est: sed tamen in eis erat habitus cognitionis ante peccatum. qui interueniente obscuritate peccati factus est habitus cognitionis enigmatice. qd p3 per exemplum. Contingit enim aliquid cognosci per causam et iterum per ꝯiecturas ꝑbabiles. qd autē sic cognoscitur: scientia apprehenditur. Contingit autem interuenire obliuionem que est sicut tenebra respectu cause. et remanere ꝯiecturas ꝑbabiles. et ita nō deletur cognitio rei totaliter. sed solum manet in quātū cognoscebatur ꝑ causam. nō inq̄tū cognoscebatur per ꝯiecturas ꝑbabiles. Manet igitur idem cognitiōis habitus sed alteratus et diminutus. Habitus aūt iste cū erat ad cognoscēdum rem ꝑ cām erat habitus scie. Cum vero est ad cognoscēdum res per ꝯiecturas solum est habitus opinionis. Sit igitur habitus scientie opinio. Sili mō dōm ꝙ habitus cognitiōis credibilium ante pctm angeli dupl'r erat. Erat enim cognitio in diuina causa hoc in lumine cause diuine q̄ est summa sapiētia. et erat cognitio in effectu cause: hoc est i lumine imaginis vel spei veritatis credibiliū in intellectu angeli. Interueniēte aūt vmbra pcti subtractum est lumē quo cognoscebāt i cā et remāsit lumē quo cognoscebāt i effectu et tñ obseruatū mutata ē igit cognitio q̄ erat sicut scie cū cognoscebāt veritatē credibiliū i lumie cause i cognitione enigmaticā. i. i cognitionē i obscuritate. et ita hit9 cognitiōis q̄ erat sicut scia añ pctm. factus ē habitus fidei post pctm.

Ad secundū

¶ Ad scdm dōm. ꝙ pares erāt boni angeli et mali ante pctm. sed sicut in bonis angelis ꝑ ꝯfirmationē habitus cognitionis quā habebat factus est perfectus vt nihil eis deesset qd ptineret ad substātiā sue btitudinis ita i malis angelis ꝑ pctm factus ē diminutus et obumbratus

umbratus

umbratus ſm exigentiā sue damnationis. et sicut in angelis bonis eleuabat cognitiō hoc mō. vt q̄ prius cognoscebat effectū in cā: post ꝯfirmationem cognoscant plene causam effectus. Ita i malis angelis descēdebat cognitio: vt qui pri9 cognoscebāt effectū in causa: post pctm cognoscant effectum cause. Et ideo per speculū effectus causati vident post pctm in enigmate. ¶ Ad illud vero qd dicit de adam rñdetur alibi cū querit de fide et virtute.

Ad tertium.

¶ Ad tertiū vero qd obijcit. ꝙ angelus fuit spoliatus gratuitis. dōm ꝙ priuari bono gratuito est duobus modis. Nā bonū gratuitū dr vel q2 gratis datū vel q2 gratū faciēs seu ad esse gratum disponens Demones ergo priuati sunt bonis gratuitis inq̄tum gratū faciunt vel ad gratū esse disponūt: sed nō bonis oībus inq̄tum gratis datis. Manēt enī ex diuina iusticia ad eorū punitionē vt lumen fidei informis ad terrorē et horrorē vñ Jac. ij. Demones credunt et contremiscunt.

Membrum nonum.

De actu fidei informis in demonib9 Argu. j.

Ultimo querit de actu fidei informis i demonib9. Ad qd sic. Act9 fidei seu formate seu informis ē in duobus. in illuminando intellectū ad cognoscendū verū: et in mouēdo effectū ad bonū. Si ergo in demonibus nō est effect9 fidei quo moueant ad bonū. si in eis aliquis effect9 est: hoc erit vt illuminētur ad verū. Sed si hoc diceret: cōtrariū videt. ij. ad cor. iiij. vbi dr. De9 hui9 seculi excecauit mētes infidelium vt non fulgeat illuminatio. ibi glos. Uerū est ꝙ increduli nō vidēt splēdorē veritatis merito ꝑfidie excecantis. Si ergo ꝑfidia excecās maxime est in demonib9. ergo maxime in eis deficit illuminatio veritatis ergo fides informis nō illuminat intellectū eorū ad verū.

Secundum j.

¶ Itē ad idē ad ro. j. Obscuratū est cor insipiēs eorū. Glo. nebula erroris cōtexit cor illorū: q2 cū creatorē ex creaturis cognouissent: nec sicut deū glorificauerūt amplius obtusi sunt et loquit de phis. Si ergo hec cā obscuratiōis et obtusionis intellectus maxime est in demonibus: q2 cū deū cognouerint nūq̄ deum glorificāt. ergo maxime habēt intellectū obscuratum. ergo fides nō illuminat ipsos ad verū.

Contra. Dyoni.

¶ Cōtra. Beatus dyoni. in li. de di. no. dicit de demonibus ꝙ nō est alteratū totū bonū qd datū est eis sed ipsi ceciderunt a dato omni bono: et angelica dona dicimus in eis non fuisse alterata. Si ergo in generali cognitio credibiliū erat eis data ante peccatū: ergo manet in eis post peccatū. Illuminat igit ex illo dono ad cognoscēdū verū.

Secundū

¶ Itē dyo. in eodē. Ipsa lux semꝑ est lux que et tenebras illuminat.

Tertium.

Si ergo fides informis in eis est lux et semꝑ est lux. ergo eos illuiat. ¶ Itē ad gal. v. super illud Fides q̄ per dilectionē operatur. Gl. fides sine dilectione demonis est. nā demones credūt et cōtremiscunt Jac. ij. Qui aūt nō credūt tardiores sunt et peiores q̄ demones. ergo aliquis effectus fidei est informis in demonib9 qui nō est in hoib9 nō credētib9: q2 isti credūt illi nō: isti ꝯtremiscūt illi nō.

Responsio.

Rñsio. dicēdū ꝙ fides in demonib9 h3 effectū illuminationis et motionis. Illuminat enī q2 lux est tamen in hoc differt illuiatio ab illuminatiōe fidei formate. q2 hec illuminatio cōtristat: quēadmodū lux oculū egrū sic lux veritatis fidei demonis itellectū Illuiatio vero fidei formate delectat et confortat credentis intellectū. Iterū mouet. q2 habit9 motiu9 est. ſ3 differt motio a motiōe fidei iformis in hoibus et fidei formate. Nam fides informis demonum mouet ad sentire veritatem. Unde iste motus magis est. passio q̄ actio. vnde est in eis ad penam sicut vermis cōscientie in dānatis. Fides vero informis in hoibus credētibus dum adhuc sunt in carne: mouet ad assentire veritati. et fides formata ad cōsentire. sicut explanatū est prius.

So. ad arg. j3

¶ Ad illud ergo qd pmo obijcit. dicendum ꝙ non sequit. Si fides nō mouet i bonū ergo nō mouet. nō enim mouet i bonū sicut dictū est qd fiat ꝑ demonē. sed tñ mouet ad sensum pene quā sustineat in hoc qd sentire facit veritatem redarguētem.

Ad secundū

¶ Ad scdm qd obijcitur ꝙ demones habent maxime obscuratum intellectū. Distinguēdum ꝙ est obscuratio intellectus q̄tū ad iudicium veri et boni. et est obscuratio quātū ad electionē veri et boni. Primo mō demones non habēt maxime obscuratū intellectū. sed scdo mō. Et per hoc p3 rñsio ad scdm et tertiū.

Ad cōtra. j.

¶ Ad illud vo qd obijcit in partē oppositā ꝑ autoritatem. b. Dyo. Dicēdū ꝙ nō loquit de donis gratuitis sed de donis naturalibus q̄ manēt i angelis imutata tñ mutātur q̄tū ad vsum seu q̄tū ad habilitatē que est ad actum bonū.

Ad secūdū

¶ Ad illud vero qd obijcit scdo. ꝙ lux semper est lux. ergo semꝑ illuminat dicēdum ꝙ nō sequitur. sed lux semper est lux. ergo semper lucet. vnde posito ꝙ lux solis semꝑ irradiaret super oculū clausum. semꝑ luceret sol oculo: nō tñ illuminaret oculum. et hoc modo in demonibus est respectu electionis boni. vnde dicit b. dyo. in li. de di. no. c. de malo. Sunt integri et ꝑ totum lucidi: licet ipsi nō videāt claudentes suas boni cōtemplatiuas virtutes.

Ad tertium

¶ Ad vltimū p3 rñsio. tñ illud qd dr: hoīes sunt deteriores demonibus. nō est intelligēdum simpliciter. sed quo ad ꝙ illi credunt et isti non. illi tremunt isti non. hoc enī i demonib9 ponit bonū q̄uis sit eis ad penā.

Q. lxxv. de spe informi.

Postq̄ quesitum est de fide informi: querēdū est de spe informi. Et queruntur tria. Primo vtrū spes possit esse informis. Scdo supposito ꝙ sit: vtrū spes iformis possit fieri formata. Tertio. de actu et certitudine spei informis.

Membrum primum.

Utrum spes possit esse informis.

Ad primū sic. j. ad cor. xiij. Maior horū est caritas. nūc autē manēt fides et spes Glo. Caritas his decedentibus permanebit: cū fides et spes hic non possunt. sed fides et spes sine caritate possunt esse. sed fides dicitur informis. q2 non habet sociam caritatē. ad Ro. j. super illud. Ex fide in fidem. Glo. fides dicitur informis. q2 nō habet sociam caritatem q̄ est forma oīm virtutū. ergo spes erit informis q̄ nō habet sociā caritatē.

Cōtra arg. j.

¶ Cōtra sicut tota caritas ē i affectu sic tota spes. nō sicut fides q̄ in cognitione h3 materiā i affectiōe formā. ergo sicut nihil remanet caritatis qd dicat iformē post pctm pari rōne nec i spe aliqd remanebit. ergo spes nō pōt eē iformis sicut nec caritas.

Secundum.

¶ Itē ad maiorē euidētiā arguit. Fides formata h3 aliqd cognitiōis et affectiōis. et iō qñ ꝑdit qd est affectiōis ꝑ pctm qd ē mal9 amor amittit formā et fit iformis. Spes aūt formata nō h3 substātialiter aliqd cognitiōis ſ3 solū affectiōis. ergo cū ꝑ pctm destruat qd ē affectiōis: nihil remanet spei. ergo n pōt eē iformis

Tertium.

¶ Itē si qs h3 spem de beatitudine: iā expectat eā

Tertium.

et si expectat eam. desiderat. et si desiderat amat: et si amat tendit in eã. sȝ si tendit in beatitudinem spe: iam hȝ caritatem. ergo si hȝ spem hȝ caritatẽ ergo spes nõ põt esse sine caritate. ergo nec potest esse informis. ¶ Item spes formata nõ põt eẽ presumptio: qr virtus nõ potest esse vitium. sed spes formata est sicut dicit magister sentẽ. ex gratia et meritis puenies. sȝ si sit spes nõ ex gratia: iã ẽ presumptio. silr si sit nõ ex meritis ẽ p̄sumptio. Subtractis igit gr̃a vel meritis nõ est spes q̃ nõ sit p̄sumptio. sed positis gratia et meritis est spes formata. ergo spes q̃ nõ ẽ p̄sumptio ẽ spes formata. Nõ ẽ igit spes q̃ sit vtus informis. ¶ Rñsio. dõm ꝙ sicut fides põt esse informis ita et spes. ¶ Et ad illud qd̃ obijcitur pmo et scdo dõm ꝙ lȝ nõ sint diuerse rõnes cognitiõis et affectiõis i spe formata: sicut i fide formata: tñ de spe et vtute põt fieri nõ virtus. et hoc est: qr ipa affectio q̃ ẽ spes nõ destruitur p pctm̃: sȝ cõparatio ipsius affectionis ad meritum. Secus aũt ẽ de caritate. Nõ eñ exñs i pctõ mortali põt diligere oĩa diligẽda: sicut põt credere oĩa credẽda et sperare oĩa sperãda. qr inq̃ptum peccãs nõ diligit se nec deũ. vñ rõ pcti opponitur dilectioni sui et dei. nõ sic aũt in alijs vcȝ fide et spe et iõ per pctm̃ caritas totalr destruit: nõ aũt fides et spes. Vñ distinguit sm hoc. ꝙ quedam virtutes nec informãt nec iformãtur: sicut pollicite virtutes. et q̃dã ita iformãtur ꝙ nõ iformãt: vt vtutes gratisdate fides et spes. q̃dã vero ita iformãt ꝙ nõ informãtur vt caritas. Per hoc soluũt duo pma.

Rñsio
So. ad arg. j. et ij.

¶ Ad tertiũ rñdẽdũ. ꝙ ẽ volũtas plena: et volũtas semiplena seu iperfecta. Volũtas ipfecta designat p optatiuũ modũ. vt cũ dr: vellẽ. Volũtas pfecta p idicatiuũ. vt cũ dr: volo. desidero. Volũtas ipfecta seu semiplena cõcomitat spem iformẽ. volũtas vero perfecta spem formatã. Inde ẽ ꝙ pprie nõ põt dici de exñti i pctõ mortali ꝙ vult tẽdere i beatitudinẽ: sȝ qd̃ vellet. sm quẽ modũ dr i puer. xiij. de pigro. Vult et nõ vult piger etc.

Ad tertium.

¶ Ad quartũ dõm ꝙ nõ oĩs spes q̃ est sine meritis ẽ p̄sumptio indistincte. vñ cũ dr spes informis: cũ spes formata ponat respectũ ad gratiã et merita. est eñ ex gratia et meritis puenies: nõ priuat respectus ad gratiaȝ: sȝ respect⁹ ad merita. vñ spes informis est ex gr̃a sine meritis: tñ cũ distictiõe. Nã cũ p̄sumptio duplex sit. vna qua quis ↄfidit ex gratia sine meritis alia q̃ ↄfidit de meritis sine gratia. et hec ẽ maior Spes iformis dr vno mõ tm̃ q̃ q̃s ↄfidit de gratia sine meritis. gratiã dico eis gratisdatã. Aliter tñ dr spes iformis ↄfidere sine meritis q̃ p̄sumptio. nã merita ponũtur simplr i actu vel i habitu. ponuntur aũt sm q̃d et ↄditionaliter merita in potẽtia. Cũ ergo aliquis ↄfidit sine meritis: põt itelligi priuatio meritorũ simpliciter sm ꝙ sunt actu vel hitu. vel meritorum sm ꝙ sunt sm q̃d i potentia. Spe igitur formata ↄfidit q̃s ex meritis existẽtibus actu vel habitu. Spe informi ↄfidit quis sine meritis exñtibus actu vel hitu. existẽtib⁹ tñ in potentia. Quis eñ nõ habeat merita actu vel habitu tñ cõfidit: qr potest habere. presumptio vero confidit sine meritis omnino vel actu vel habitu vel in potentia existentibus.

Ad quartum

Membrum secundum.

Utrum spes informis possit fieri formata
Cõtra arg. j.

Deinde queritur vtrũ spes iformis possit fieri formata. Ad qd̃ sic. Fides generat spem. ergo formata generat formatã. ergo informis speȝ informẽ. sȝ fides informis põt fieri formata. ergo spes informis potest fieri spes formata. ¶ Contra. Fides informis et formata respiciunt vnum actum relatum ad vnã causam vt credere veritateȝ p̄pter ipam veritateȝ Inde est ꝙ fides formata potest fieri informis et econuerso. sed spes formata et spes informis nõ respiciũt vnum actũ relatũ ad causam vnam. qr sperare beatitudinem ex meritis est actus spei formate. sperare vero sine meritis spei informis. Cũ ergo respiciãt diuersos actus ex causis diuersis. nõ poterit spes informis fieri formata. ¶ Item sicut se hȝ timor seruilis ad timorẽ formatuȝ: sic spes informis ad spem formatã. qr sicut timor informis q̃ ẽ timor suilis nõ hȝ sociã caritatẽ: sic spes informis et sic timor format⁹ q̃ ẽ timor initialis vl' filialis hȝ sociã caritatẽ: sic et spes formata. Si ergo timor iformis q̃ ẽ suilis nõ põt esse formatus: imo adueniẽte caritate foras mittit. sicut dr̃. j. Jo. iiij. perfecta caritas foras mittit timorem. ergo spes informis nõ poterit fieri spes formata.

Secundum.

¶ Rñsio sm illos qui dicunt ꝙ fides informis non potest fieri formata: diceretur multo fortiori rõne de spe. vnde sicut supra dictũ est sm istos de fide informi ita diceretur hic de spe informi. Scdm̃ alios vero qui dicunt ꝙ fides informis põt fieri formata. similiter dõm est de spe. ꝙ spes informis põt fieri formata.

Rñsio

¶ Ad illud ergo qd̃ primo obijcit dõm ꝙ sicut credere est actus fidei formate et informis relatus ad vnam causam per prius et posterius. s. ad primam causam primã veritatẽ. Ita sperare est actus spei formate et informis relatus ad vnam causam per prius, et posterius. s. gratiam et merita sed gratia gratũfaciens accipitur in spe formata et merita existentia actu vel habitu. Gratia vero gratisdata accipitur in fide informi et merita i potentia. gratia autẽ sm analogiã dr de gratia gratisdata. et de gratia gratũfaciente. similiter merita sm analogiam dicũtur de meritis existentib⁹ actu vel habitu et de meritis existentibus in potẽtia.

So. ad argumentũ pmũ.

¶ Ad scdm̃ vero qd̃ obijcitur de timore seruili. rñdent. ꝙ nõ est simile de timore informi et spe. Nã timore seruili q̃ est informis aliud timetur. s. pena eterna. et timore initiali seu filiali q̃ sunt timores formati. qr in timore initiali timetur i sufficientia satisfactionis. filiali malum separatiõis a deo. sed spe informi et formata idem speratur scȝ beatitudo eterna. Utrũ aũt hoc verũ sit: in proximo declarabit cũ queretur de timore informi.

Ad secundũ

Membrum tertium.

De actu informationis spei.

Postea queritur de actu spei informis et certitudine. et queretur pmo cum fides formata actũ habeat credere i deũ. fides informis credere deũ vel deo. ergo cum similiter distiguatur sperare: sperare in deũ: et sperare in deo seu de deo. ergo spei formate actus erit sperare in deũ. aptus spei informis erit sperare in deo seu de deo. ¶ Cõtra. In fide est cognitio q̃ qñq; est cũ affectione: qñq; sine affectione. et ideo credere variatur cũ dr credere in deũ vel deo. sȝ in spe sola est affectio ad beatitudinẽ. ergo sperare nõ poterit variari vt dicatur aliqñ sperare in deũ: aliqñ sperare in deo sicut cõtingit in credere. ¶ Rñdeo ↄcedẽdo ꝙ sicut actus fidei formate est credere i deũ. fidei vero iformis credere deũ vel deo. ita sperare i deũ qd̃ est sperãdo tẽdere in deũ est act⁹ spei formate Sperare vero in deũ vel de deo est actus spei informis. qr spe informi vertit aĩa per confidentiã in deo q̃uis per cõfidentiã nõ tendat in deũ.

Rñsio.

Item queritur de §. j.

De certitudine spei informis.

certitudine spei informis. et queritur generaliter et spãliter.

et specialiter. Generaliter queritur. vtrũ eadẽ sit certitudo spei formate et informis: seu eiusdẽ rõis. Ad qd̃ sic. Eadem est certitudo fidei formate et informis: qr eadẽ vera cognoscũtur vtraq; fide et per idẽ. hoc est per primã veritatẽ. ergo pari rõne eadem seu eiusdeȝ rõnis certitudo erit spei formate et informis. ¶ Cõtra. Certitudo spei formate habet pregustationem beatitudinis. certitudo vero spei informis nõ est ex pregustatione. ergo nõ est eadem. ¶ Itẽ certitudo spei formate est ex cõsciẽtia meritorum actu vel habitu habitorum. Spes informis nõ est ex ↄsciẽtia meritorum: sed solũ ex fide quã hȝ ꝙ si meruerit habebit beatitudinẽ. ergo nõ est aliqua certitudo spei informis q̃ nõ sit ex fide. Sȝ spei formate est p̄pria certitudo q̃ est ex ↄscientia meritorũ relinquitur ergo ꝙ nõ est eadẽ nec eiusdẽ rõnis certitudo spei formate et iformis.

Contra

¶ Respõdeo dicẽdo ꝙ in fide duplex est certitudo. certitudo cognitionis: et affectiõis. Certitudo cognitionis eiusdẽ rõnis est in fide formata et informi. Certitudo vero affectionis nõ est oĩno eiusdem rõnis. nã in fide informi certitudo ex parte affectiõis est ex sensu assensiõis. hoc est ex hoc ꝙ hõ sentit se assentire pme veritati p̄pter se: lȝ nõ tendat in ipsam. In fide vero formata certitudo ẽ cõsentionis et amoris ex hoc scȝ ꝙ hõ sentit se ↄsentire et amare veritatẽ inq̃ptuȝ veritas est. In spe vero nõ est nisi vnum genus certitudinis. s. affectiõis p̄prie. Est tamẽ i ea certitudo quã accipit ex fide Ex fide enim accipit certitudinẽ spes vt qui pseuerauerit saluus erit. et ideo sperat ꝙ si pseuerauerit saluabit. et hec est certitudo ↄditionalis. Hec igit certitudo eadẽ est et eiusdẽ rõnis i fide formata et informi. Certitudo vero p̄pria nõ oĩno eadẽ est nec eiusdem rõnis. qr p̄pria certitudo spei est ex meritis. Spes aũt formata ↄfidit ex meritis habitis actu vel habitu. Spes aũt informis ↄfidit ex meritis nõ habitis sed possibilibus haberi.

Rñsio.

Item specialiter. §. ij.

De comparatione spei informis predestinati et presciti.

queritur de cõparatione spei informis predestinati ad spẽ formatã presciti q̃ptũ ad certitudineȝ. Ad qd̃ obijcit sic. Spes informis predestinati quam hȝ de vita eterna nõ falletur. spes presciti q̃ hȝ presentem iusticiã falletur. ergo prima hȝ maiorem certitudineȝ. ¶ Itẽ ille obtinebit illud cuius hȝ mõ certitudinẽ: ille nõ. Est igit etc. ¶ Contra Ille hȝ merita et nõ ponit merita sub ↄditione: sicut informis. Itẽ hȝ pregustationẽ seu preodorationem quã nõ illa. ergo certior. Itẽ illa q̃ hȝ merita est p̄pinquior fini: ergo certior. ¶ Rñsio. dõm ꝙ spes presciti q̃ est in caritate maiorẽ hȝ certitudinẽ q̃ spes p̄destinati iformis. qr illius scȝ p̄sciti spes radicatur in meritis et ponit certitudinẽ p̄cedẽtem ex meritis. tñ sub ↄditione. s. si pseuerauerit i meritis finaliter. Illa q̃ ẽ p̄destinati iformis nõ radicatur i meritis. vñ nulla ẽ eius certitudo ex meritis simplr: lȝ sit ex meritis potẽtia. nec seq̃t de p̄scito q̃ hȝ spẽ formatã ꝙ fallatur: q̃uis nõ saluet: qr nõ hȝ de salute nisi sub hac ↄditiõe si pseuerauerit et in hoc nũq̃ fallit.

Rñsio.

¶ Ad hoc aũt ꝙ obijcit ꝙ p̄destinatus obtinebit illud ad qd̃ est p̄destinat⁹: et ita est maior certitudo. Dicẽdũ ꝙ obtẽtus ille futurus nõ ponit aliquã certitudinẽ q̃ relinquitur ex meritis actu vel habitu existentibus. sed soluȝ ex meritis potentia existentibus. et p̄pter hoc nõ sequitur ꝙ si ille obtinebit: ꝙ p̄pter hoc maiorẽ habeat certitudinem q̃ alter q̃ nõ obtinebit. cuȝ illius certitudo sit ex meritis actu vel habitu existentibus. Certitudo eñ q̃ non est presumptio e meritis est: et ex meritis se cõmetit. Aliter respondẽt quidã. ꝙ est certitudo expectãtis: et certitudo rei. q̃ expectatur: et certitudo ex p̄te illius p quẽ expectatur. Certitudo expectãtis dependet ex meritis. Certitudo rei expectate dependet ex rõne diuine preordinationis. Certitudo ex parte illius p quem expectatur depẽdet ex gratia diuine reuelationis. Primo modo est certitudo in p̄scito existente in caritate. Scdo mõ est certitudo salutis in p̄destinato exñti i pctõ mortali. Tertio modo est certitudo salutis in viro perfecto cui facta est reuelatio salutis. sicut Paulo. ij. ad Thimo. iiij. Scio cui credidi et certus sum etc. Primo modo et tertio certitudo maior est q̃ptum ad illum cuius est: et hãc respicit spes. Scdo vero modo certitudo maior est q̃ptum ad rem: et hãc respicit rerũ ordo.

Ad obiectum.

Questio .lxxvi. de timore seruili.

Consequẽs est inquirere de timore seruili. et ad pleniorẽ intelligentiã pmo querendum est de differentijs timoris. Scdo de timore seruili an sit donum spiritussancti. Tertio de actu timoris seruilis an sit bonus vel malus. Quarto de differentia timoris seruilis ad alios.

Membrum primum.

De differentijs timoris.

Ad primũ obijcit sic. Differẽtie timoris multipliciter assignãtur. Uno mõ a Beda sup illud puerb. j. Initium sapiẽtie est timor dñi. ibi ponit duas differẽtias dicens. ꝙ est timor seruilis et amicabilis. Assignãtur autem a Cesario et Aug. super. viij. ad Roma. per quatuor differentias scilicet timor mundan⁹. seruilis. initialis. et filialis. Assignat etiã Joã. damas. sex differentias timoris dicens. Sex sunt species timoris. Prima est segnicies: que est timor future operationis. Secunda erubescentia. que est timor in turpi actu. Tertia verecundia: q̃ est timor in expectatiõe iudicij. Quarta admiratio: que est timor ex magna imaginatiõe. Quinta est stupor qui est timor ex insolita imaginatiõe. Sexta agonia: que est timor per infortunium vel casum. Cũ ergo sic differenter fiat assignatio differẽtiarum timoris: nec sint reducibiles differentie que sunt sm vnam diuisionem ad differentias alterius diuisionis. vel etiã diuisio q̃ est p pauciores differẽtias nõ cõp̄hendit illam diuisionem q̃ est p plures: videt incõueniẽs diuisio: vel insufficiẽs: vl' superflua. cũ ponat dam. differẽtiã timoris naturalis quã diffinit sic. Timor naturalis ẽ nolẽte aĩa separari a corpe p̄pter eam q̃ est imposita ei a cõditore naturalẽ ad corpus cõpassionem et familiaritatẽ p̄pter quã naturaliter timet et rẽnuit mortem. Sed hoc ↄstat in nulla differẽtia predictarũ diuisionũ ↄtinetur. ergo predicte diuisiones non sunt ↄuenienter assignate. ¶ Itẽ q̃rit q̃ sit differẽtia predictarũ diuisionũ.

Augustinus.
Damas.

¶ Rñsio. Timor accipitur dupliciter. Uno mõ vt solum nominet passionem que generaretur ex cõprehensione rei discõuenientis distantis. Alio modo vt concernat volũtatẽ seu affectũ vel motũ ipsius volũtatis circa ipam passionẽ. sm aũt ꝙ ↄsiderat pmo mõ ẽ sex mẽbris diuisio Damas. sȝ sm scdm̃ modũ sũt alie diuisiões accepte sȝ differẽter. Una ei ẽ cõtor q̃ cõprehẽdit motũ volũtatis circa passionẽ timoris meritoriũ et demeritoriũ. gratuitũ vl' ↄtrariũ. s. illa q̃ est p quatuor differẽtias. reliqua aũt q̃ ẽ spũalis

Rñsio.

cōprehēdit motū volūtariū vel affectū meritoriū
¶ Assignatio autē prime q̄ est ꝑ duas dr̄ntias ti
moris ē gratuiti: qꝛ cū sit duplex gr̄a. gratisdata ⁊
gratūfaciēs. a prima gr̄a est timor seruilis qui est
timor gratisdat⁹. a scđa ē timor ali⁹. s. amicabilis
qui diuidit in timorē initialē ⁊ filialem ⁊ etiā in ti
morē reuerētie. ¶ Assignatio autē diuisionū per
quatuor mēbra sic pt̄ patere. Est eñ diuisio timo
ris ſm ꝙ timor cōmuniter accipit pro motu volū
tatis meritorio vel demeritorio. Cū ergo sit timor
libidinosus ⁊ gratuit⁹ Timor aūt libidinosus qui
est ex improba volūtate male humiliās est timor
mundanus. Timor vero gratuit⁹ est cui⁹ princi-
piū est gratia. ⁊ recipit differentiā hoc mō. qꝛ aut
timore gratuito timet pena sed nō timet offensa
aut timet pena ⁊ etiā offēsa: aut timet solū offēsa
aut neutrū timet: sed est ipsius reuerentie magni
tudinis diuine maiestatis. Secūdū primū modū
est illa drīa timoris q̄ dr̄ timor seruilis. scđo mō
est timor initialis. tertio modo est timor filialis. ⁊
quarto modo filialis similiter. ſ; ſm diuersos sta-
tus. Scđm tertiū modū dr̄ ſm ꝙ est in via. quarto
mō ſm ꝙ est in patria Cōtinet aūt sub timore mū
dano timor human⁹ nā stricte loquēdo solem⁹ di
stinguere timorē mūdanū et humanū. ꝯmuniter
loquēdo diuidimus mūdanū in humanū ⁊ mun-
danū: humanū quo quis eligit peccare ne ledatur
in corpe. mūdanū quo quis eligit peccare ne ledat
in possessione. ¶ Assignatio timoris ſm cām est
ſm ꝙ timor dr̄ passio relicta ex ꝯprehensione cu-
iuslibet incōuenietis distantis. Discōueniens au
tem distās aut est ab operatiōe nr̄a. aut nō. Si sic
aut ſm ꝙ est in fieri: aut ſm ꝙ est in facto esse Si
ſm ꝙ est in fieri: tūc timet difficultas q̄ est in fiē-
do. ⁊ ſm hoc sumit prima spēs timoris q̄ est segni
cies: que est timor future operationis. Si aūt ſ;
ꝙ est in facto esse: hoc est dupliciter aut eñ time
tur inconueniēs confusionis seu indecentie q̄tū
ad aliā cognoscentē: seu q̄tū ad aliā cognitionē.
Aut timetur incōueniens displicētie seu infamie
q̄tū ad voluntatē alteri⁹ seu q̄tū ad aliū reprobā
tem. hec eñ duo sunt in facto bonū opus. postea
condecentia ex cognitione ipsius operis: ⁊ cōpla-
centia ex approbatione operis. vnde econtra acci
dit differentia timoris erubescentie que est timor
confusiōis seu indecētie in manifestatiōe turpis
actus. et etiā verecūdia que est timor displicentie
seu infamie vel conuicij ⁊c. Et ita tres sunt diffe-
rētie timoris que accidūt circa operationē nostrā
Si vero ꝯsiderat ſm ꝙ non est a nostra opatione
similiter sumunt tres differētie. et hoc mō aut est
enim inconueniēs seu discōueniēs q̄tū ad cogni
tionē aut q̄tū ad affectū. Si q̄tū ad cognitionē
considerat ⁊ hoc etiā est duplr̄. aut eñ attenditur
hec disconuenientia q̄tū ad cognituʒ. ⁊ sic est ad
miratio que est ex incōuenienti ex magna imagi-
natione. Aut est ex parte cognoscentis. ⁊ sic est stu
por qui est timor ex insolita imaginatione. Si au
tem est inconueniens q̄tum ad affectum: sic acci
pitur sexta ⁊ vltima differētia q̄ est agonia: q̄ est ti
mor cuiuscunq; aduersitatis offendentis affectū
¶ Ad illud quod obijcitur de timore naturali. di
cendum ꝙ non ponitur ibi differētia noua timo
ris. sed loquitur ibi de timore naturali christi quo
afficiebatur in agonia passionis et potest cōpre-
hendi sub illa differentia que est agonia: vt patet
ex verbis damas. dicentis. ꝙ naturaliter timet et
agoniam patitur et renuit mortem.

Membrum secundum.

Utruʒ timor seruilis sit donum spūsscti

DEinde queritur. an timor seruilis sit do
num spūssancti. Ad hoc sic. Timor ser
uilis nō cōpatitur secū spm̄. j. Joā. iiij.
Timor enim est in caritate. ¶ Itē. viij.
ad Ro. Non accepistis iterum spm̄ seruitutis in
timore ⁊c. Glo. Est timor q̄ non est in caritate scʒ

Arg primum

seruilis ⁊c. ergo si timor nō pōt esse cum caritate
nec cū spūsancto: nō erit donū spūssancti. ¶ Itē

Secundum.

cuius vsus malus est ipm̄ ē malū: ⁊ cuius vsus bo
nus est ipsum est bonū. sed timoris seruilis vsus
est malus: cū dicat aug. Timore seruili nullus be
ne vtit: ergo cū malū nō sit a spūs. neq; timor ser-
uilis cum sit malus. ¶ Itē aliquis diligēs aliq̄d

Tertium.

plusq̄ deū: diligēdo illud peccat mortaliter. ergo
aliquis timēs aliq̄d plusq̄ deū peccat mortaliter
Sed timēs seruiliter plus timet penam q̄ deū. er
go peccat mortaliter. ſ; qđ ē est hmōi nō est a spi
ritusancto. ¶ Itē ois diligēs deū ꝑpter aliđ pec

Quartum

cat: qꝛ vtit fruēdo. ergo ois timēs deū ꝑpter aliud
peccat. sed talis est timēs seruiliter timet eñ deū
ꝑpter penā. ergo hmōi nō est a spūsa. ¶ Itē. j. ad
cor. x. Oīa i gloriā dei facite. ergo cū seruiam⁹ deo

Quintum

timēdo ⁊ amādo: debemus eū amare ⁊ timere ad
gloriā eius. vñ oēm timorē debemus ⁊ tenemur re
ferre i deū. ſ; hoc nō facit seruilis timor. refert eñ
solū ad penā: q̄re pctm̄ vr̄ esse. ergo nec est a spūs.
¶ Itē. vij. Math. Nō pōt arbor mala fruct⁹ bo

Sextum.

nos facere. ergo mala volūtas nō pōt bonū opus
facere. ſ; i timore seruili est mala volūtas ſm ꝙ di
cit augu. sup illud ps. Cōfige timore tuo carnes
meas ⁊c. Timor seruilis nō trāsfigit carnem: qꝛ vi
uit in eo voluntas peccandi: ⁊ sequeretur opus si
speraret impunitas mallet eñ licere: dolet eñ li
cere qđ lex vetat. ⁊ ita timor qui est egrediens ab
ista volūtate non potest esse bonum. ergo nec erit

Septimum

a spūs. ¶ Item Grego. in moral. Job. iij. sup illud
Quare non in vulua mortuus sum. Glo. cum pe-
na timet ⁊ deus non amatur: timor ex timore na-
scitur: non ex humilitate: ⁊ loquitur de timore ser
uili. ⁊ ita cum timor sit malum: non erit a spūsa. ⁊
ita nec donum eius. vnde. ij. cor. vj. Que partici-
patio iusticie ad iniquitatem: ⁊ que conuentio lu
cis ad tenebras. vnde patet ꝙ si est malum: ꝙ nō
sit a spūsancto. et ita nec donum eius. ¶ Contra.

Contra

viij. ad Ro. Non accepistis iterum spiritum ser-
uitutis i timore. Glo. Unus spūs est q̄ facit duos
timore. duo enim timores insinuātur. Unus qui
est in caritate: qui est castus. alter qui non est i ca
ritate: qui est seruilis: ⁊ ita seruilem timorem fa-
cit spiritussanctus. est ergo a spiritusancto: ⁊ con-
sequenter donuʒ eius. ¶ Item timor seruilis pre
parat aīam ad caritatem: ſm ꝙ dr̄ in ps. A iudi-
cijs eñ tuis timui. Glo. timor seruilis pedagog⁹
me pressit: qui ad castuʒ timorem ducit. Sed ſm
ꝙ dicit ad caritatem est bonum. ergo a spūsancto
¶ Rn̄sio. cum dico timor seruilis duo dico. Ra-

Rn̄sio ⁊ solutio ad arg. j.

tione huius ꝙ dico seruilis: vnū est ꝙ timetur pe
na ꝑ se: seu timetur deus ne puniat eternaliter. si
cut aliquis seruus timet dñm suum ne puniat eū
pena corpali vel affligat. Aliud est exclusio amoris
iusticie seu amoris eius q̄ timetur. Quātum aūt
ad primū modū nulla deformitas notatur in hoc
ꝙ dico seruile. sed quātum ad scđm notatur defor
mitas: quare ponitur i timēte seruiliter ſm illū
modum volūtas peccādi mortaliter: Scđm ergo
primum modum dicitur timor seruilis donum
spūssancti: inquātū timor ille facit resilire a pctō.
Quātū vo ad scđm conotatū nō ē a spūs. ⁊ sic ptʒ
rn̄sio ad primū. qꝛ nō sequitur nō permanet cum
spūsancto. ergo nō est donum eius. Et notādum
ꝙ hoc

ꝙ hoc nō est rōne ipsius inquātum est a spūsan-
cto. Distinguitur enim. ꝙ quedam sunt a spūsan
cto ⁊ cū spūsancto. sicut formate ꝟtutes scʒ fides.
spes. caritas. Quedā autem sunt a spūsancto ⁊ nō
cū spūsancto. vt timor seruilis ⁊ fides informis et
hmōi. Quedam vero sunt cum spūsancto ⁊ non a
spūsancto: vt venialia peccata. Quedam vero que
nec sunt a spūsancto nec cū spūsancto. sicut mor-
talia peccata. Unde dōm ꝙ quedā sunt dona spi-
ritussancti vt preparent ad caritatem ipsum sub
iectum. Quedam vero vt perficiant ipsum. Que
vero sunt spūssancti vt preparent ad caritatem ip
sum subiectum: nō sunt cum spiritusancto. sed q̄
sunt vt perficiāt: ista sunt cum spūsancto. De pri-
mis est timor seruilis. ⁊ ꝑpter hoc nō manet cum
spūsancto. vnde dicunt ꝙ timor seruilis introdu-
cit initialem ⁊ filialē q̄ sunt perficientes ſm ma-
gis ⁊ minus: sicut seta filum. ⁊ etiam comparat
ori mello qđ preparat corpus ad receptionem me

Ad secunduʒ

dicine. ¶ Ad scđm etiam patet rn̄sio ꝑ interem-
ptionem illius ꝓpositionis. ꝙ vsus seruilis timo
ris malus est. Usus enim seruilis timoris est resi
lire a peccato ꝑpter penā eternam ne inferatur a
deo. Qđ vero dicitur ꝙ timor seruilis est quo ne-
mo bene vtitur. Dicēdum est ꝙ vti est dupliciter.
Dicitur enim large ſm ꝙ vti est aliquid assume
re in facultatem voluntatis. ⁊ ſm hoc est bene vti
timore seruili: qꝛ hmōi timor est preparatorius ad
caritatem ꝑ abstinentiā a malo. Aliter enim dici
tur vti stricte ſm ꝙ vti est vsuʒ referre ad illđ quo
fruēdum est. ⁊ ſm hoc timore seruili nullus bene

Ad tertium.

vtitur: cum ipse vsus nō referat ad deuʒ. Et sic pʒ
rn̄sio ad scđm. ¶ Ad tertium soluitur per interē
ptionem illius. timens seruiliter plus timet pe-
nam q̄ deum. ⁊ hoc est: qꝛ timor seruilis est respe
ctu rei potentis inferre passionem. Timens vero
seruiliter nō credit penam potentiorem deo ad
inferendum passionem vnde ꝓprie loquēdo non

Ad quartum

timetur pena plusq̄ deus. ¶ Ad quartum est re-
sponsio ꝙ nō sequitur. diligens deuʒ ꝑpter aliđ
peccat. ergo timens deum propter aliud peccat.
nam alia causalitas notatur hinc ⁊ inde. Cuʒ eñ
dico: diligens deum ꝑpter aliud. per hāc preposi
tionem ꝑpter notatur finis adipiscendus ad quē
est intentio diligentis. Cum autem dicitur timet
deum ꝑpter aliud. hec dictio ꝑpter non notat fi-
nem ad quem est motus: immo terminum a quo
est motus. vnde timens seruiliter timet deum ꝑ
pter aliud cauēdum. sed diligēs deum ꝑpter aliđ
diligit eum propter aliud adipiscendum qđ ei pre
ponit. vnde illius dilectionis est radix amor libi-
dinosus seu inordinatus. sed illius timoris non. ⁊
ꝑpter hoc istud peccatum est: illud non. Sed me
lius videtur dicēdum. ꝙ deus timore seruili non
timetur ꝑpter aliud sed ꝑpter se. Timetur eñ qꝛ
potentissimus est inferendi penam vel inferre: vñ
plus timetur potētia inferētis penam q̄ ipsa pe-

Ad quintum

na. Et sic ptʒ respōsio ad quartum. ¶ Ad quintū
dicendum. ꝙ cum dicitur omnia tenemur refer-
re in deum: seu omnia facere in gloriam dei: cum
sit tentio ꝑcepti affirmatiui: nō obligat ad sem
per licet semꝑ obliget. vnde dicendum ꝙ nō obli
gat nisi quātum ad statum. s. cum aliquis est po-
tens ⁊ considerās ⁊ cōprehendens deum: ⁊ confe
rens ipsum opus ad deum. Dico ergo ꝙ qui est
in peccato mortali nō est potēs referre omnia in
deum: eo ꝙ non hʒ gratiam. ⁊ etiam ille qui dor-
mit vel insanus est vel occupat⁹ est ad aliud op⁹
licet habeat gratiam: ⁊ hoc est qꝛ non est cōpřhē
dens vel conferens: ⁊ ideo q̄tum ad istos status

non est illud implendum. ¶ Ad sextum dicendū

Ad sextum

ꝙ timoris seruilis duplex est radix. Inq̄tum eñ
seruile dicit pene timorem ꝑpter se: vel timorē po
tentis inferre penam. radix eius est liberum ar.
cum fide iusticie dei ⁊ pene eterne. ⁊ ſm hoc radix
est bona ⁊ ipse timor fructus bonus. Inq̄tum ser
uile dicit exclusionem amoris iusticie cum volun
tate peccandi si esset impunitas. principium ha-
bet liberum ar. cum fomite. ⁊ ſm hunc modum si
cut dictum est prius. nō est donuʒ. Et sic pʒ rn̄sio.

Ad septimū

¶ Ad vltimuʒ qđ dicit Grego. dōm ꝙ cum pena
timetur ⁊ facies dei non amatur. hoc pōt esse du-
pliciter. Nō amare eñ dicit dupliciter. vel odiēs
vel non diligens. Si nō amare ponit odire: sicut
est i dyabolo ⁊ obstinatis qui timēt penā ⁊ odiūt
faciem dei. i. iusticiā diuinam. tunc verum est qđ
sequitur. s. ꝙ timor sit ex tumore. ⁊ timor hmōi ser
uilis est ex superbia: non ex spūsancto. ſm ꝙ dicit
Jacobi. ij. Demones credunt ⁊ ꝯtremiscūt. Scđʒ
vero ꝙ non amare nō ponit cōtrarium in volun-
tate: sed negat simpliciter dilectionē seu amorem
tunc debet intelligi ꝙ hec dictio ex non notat ibi
causalitatem sed cōcomitantiam. Est enim cum
timore timor ille. ſm quem modum dicit Glo.
Math. xij. Uiri niniuite sunt digni venia. quia
ex lege sunt fideles. i. cum lege.

Membrum tertium.

An actus timoris seruil' sit bonus vel malus.

COnsequēter queritur de actu seu vsu ti
moris seruilis an sit bonus vel malus.
Ad quod sic. Aug. sup illud ad Ro. viij.
Non accepistis iterum spiritum serui-
tutis in timore. Timor seruilis nō est in caritate
in quo etiam si bonū fiat. nō tamen bene. Nemo
enim inuitus bene facit. Cum ergo qui timet ser
uiliter nō bene facit timere seruiliter nō est bonū
⁊ etiam iste vsus timoris seruilis nō est bonus.

Contra

¶ Contra. Usu timoris seruilis abstinet homo a
peccato ⁊ preparatur via ad caritatē. sed hic est bo
nus vsus. ergo timoris seruilis est bonus vsus.
¶ Item cuius est vsus malus ipm̄ quoq; maluʒ
est. si ergo vsus timoris seruilis malus sit: ⁊ timor
sed timor seruilis est bonus. ergo ⁊ vsus eius est

Sol. ſm quos m.d a

bonus. ¶ Uoluerūt quidam soluere. ꝙ timor ser
uilis nō esset malus. sed ipm̄ timere ſuiliter. Di-
xerunt eñ ꝙ timor ſuilis nihil aliud est q̄ timor
serui. vñ cū dr̄: timor seruilis est bonus. bonitas
nō dr̄ nisi respectu essentie timoris. ⁊ nō respectu
adiuncti. s. seruilitatis. Sʒ cū dr̄ timere seruiliter
est bonum cū actus depēdeat a persona serui: nō
pōt dici bonū nisi respectu affectionis serui. Affe
ctus autem nomē imponit operi. vñ nō sequitur
q̄uis timor seruilis sit bonus ꝙ timere ſuiliter
sit bonum. ¶ Cōtra. Cū dr̄ timor ſuilis est bonū
bonitas dr̄ respectu essentie timoris. ⁊ hoc est re-
spectu habitus: ⁊ nō respectu adiuncti. scʒ serui-
litatis. ergo cū sit i actu ipso sit ipsa essentia act⁹
⁊ ipsa seruilitas adiuncta: bonitas poterit copu-
lari respectu substātie act⁹. Et ita vr̄ ꝙ sicut pōt
dici timor seruilis bonus: ⁊ timere seruiliter sit
pōt dici eē bonū. ¶ Itē si timor seruilis nihil aliđ
est q̄ timor serui. cū timor humanus ⁊ mūdanus
sint timores serui. ergo erūt timor seruilis: qđ nō

Scđm alio.

est verū. ¶ Propter hoc alij dixerūt ꝙ timor ser
uilis nō est timor serui. sed ꝙ seruilitas est diffe-
rentia essentialis qua est timor distinguit a ceteris
s. initiali ⁊ filiali: quo ē timere penā ꝑ se: ⁊ abstine
re a pctō ꝑpt penā. tñ cū notat i subiecto vitiū si-
cut dicit aug. ꝙ i timēte ſuilit viuit volūtas pec-
cādi. s. si speraret ipunitas. vñ dicūt isti ꝙ act⁹ ⁊ hi-

tus timoris seruilis est bonus.sed actus subiecti
est malus.¶ Cōtra.Qua ratione bonum dicitur
de timore seruili respicit essentiam habitus eadez
rōne cū dico timere seruiliter est bonuz: bonitas
respicit essentiā ipsius motus preparātis ad cari
tatem.Propter hoc dōm.ꝙ aliud est dicere face
re bonum:aliud facere bñ.Cū eñ dr̄ facere bonuz
dicitur bonum de genere bonoꝝ.Cū dr̄ facere bñ.
dicit̄ bonū ex circūstantia seu cum debitis circun
stantijs.Vñ ſm aug.dōm.ꝙ timere seruiliter est
facere bonum:nō tñ bñ.qꝛ nō est cum debita cir-
cūstantia.s.cum caritate.Exemplum est pħi aliō
est facere grāmaticalia:aliō facere grāmatice.Et
Queritur.
sic pꝫ responsio ad predicta.¶ Sed queritur de
illo ṽbo aug.Viuit in timore seruili volūtas pec
candi.in eo viuit volūtas abstinendi a peccato.
Timor enim seruilis habet iustum effectum.⁊ ra
tione huius est introductorius caritatis.⁊ ita in
eodem sunt cōtrarie volūtates.qō videtur impo
sibile.¶ Rñsio.Est voluntas absoluta:⁊ est vo-
lūtas cōditionalis:⁊ est volūtas actu:⁊ est volū-
tas habitu.vnde dico ꝙ ī timēte seruiliter est vo-
luntas actu ꝯditionalis nō peccādi.volūtas vero
peccandi est absoluta in habitu.vnde dicit ibi.vi
uit volūtas peccandi si speraretur impunitas.et
sic pꝫ ꝙ due volūtates sunt simul:sed nō eodem
modo.pma eñ nascitur ex fide ⁊ li.ar.Scōa vero
ex libero ar.cū fomite.⁊ vna est actu ⁊ alia hītu.

Membrum quartum.

De differentia timoris seruilis ad naturalem.

Postea queritur de differētia timoris ser
uilis ad alios.⁊ primo de differētia timo
ris seruilis ad naturalem.⁊ cū timere pe
nam sit cuicūqꝫ naturale.timor vero seruilis ꝑ se
penā timeat videt̄ ꝙ sit timor naturalis.¶ Re-
Rñsio.
sponsio.Est timere penam multipliciter.Est eñ
timere penam ex comprehensione naturali:⁊ est
timere ex comprehēsiōe que est per fidez.Timere
vero penam eternam ex apprehensione naturali
timoris est naturalis ⁊ non timoris seruilis.Sed
timere penam ꝑ comprehēsionem que est ex fide
est timor seruilis.Inde est ꝙ cū aliquis timet pe-
nam suspendij:⁊ ꝓpter hoc abstinet a furto.non
timet seruiliter sed timore seruili q̄ est donū spūs-
sancti.sed naturali timore.¶ Itē queritur de dif-
Q.de differētia timoris seruil'ad initialem.
ferentia timoris seruilis ad initialem.⁊ cum volū
tates sint eedem in specie:que sunt respectu eius-
dem in specie sunt eadem in specie:ergo idem ti-
mores erunt in specie qui sunt respectu eiusdem
in specie.sed timor seruilis ē respectu pene eterne
⁊ timor initialis respectu eiusdem.ergo sunt idez
timor in specie.¶ Rñsio.cum timore initiali ti-
Rñsio.
meatur pena eterna ⁊ etiaz dei offensa seu separa
tio a deo.vnum timetur per se:alteruz per accidēs
Per accidens enim timet̄ qō ꝓpter aliud:⁊ hec
est pena eterna.Dicendum ergo ꝙ nō est verum
ꝙ idem timeatur ꝑ se timore seruili ⁊ timore ini-
tiali.Nō enim timetur pena eterna timore initia
li:nisi ꝓpter offensam.i.pncipaliter timet̄ offēsa.
¶ Itē cū eadem sit virtus qua diligit aliqs ꝯiun
gi vite eterne:⁊ separi a pena eterna.ergo idez est
donuz timor seruilis quo quis timet penā eternā
⁊ filialis quo quis amat ꝯiungi vite eterne.⁊ ita
idē timor initialis ⁊ filialis sunt in specie.¶ Re-
spondent ꝙ est timere penā eternā vel inq̄tum
est destructiua subiecti.vel inq̄tum est separatiua
a deo qui est summum bonum.Inq̄tum vero ti-
metur pena eterna vt destructiua ꝑ se subiecti.sic
est timor seruilis.Inq̄tum vero timetur inq̄tum
separatiua a deo per se timetur timore filiali.timo
re autem filiali per accidens timetur ipsa pena..
sic patet solutio ad obiecta.¶ Obijcitur autem ⁊
Si timoris seruilis ratio sit amor aut hmōi amor
erit naturalis:aut libidinosus:aut gratuitus.Si
gratuitus:sed talis nihil aliud est q̄ caritas.ergo
ratio timoris erit caritas.ergo ꝓpter deum ama
tum sup omnia timebatur pena.quod est falsum
¶ Preterea si tu dicis ꝙ amor libidinosus.Con
tra.Tunc enim sequeretur ꝙ timor ille libidino-
sus esset.qꝛ radix eius libidinosus est amor.⁊ ita
malum esset.⁊ ita non a spūsancto.¶ Si dicatur
ꝙ est naturalis amor ille.Cōtra.Cuz amor sit na
turalis non est radix nisi naturalis.⁊ ita non erit
donum:sed erit timor naturalis ⁊ seruilis idem
in radice:⁊ vtrūqꝫ a natura:⁊ neutrum a gratia.
¶ Propter hoc voluerunt quidam dicere.ꝙ ser
uiliter timere habet duo principia.s.liberum ar.
cum fomite:⁊ etiam timorem seruilem qui est do
num spiritussancti.Et quātum ad primum dicūt
ꝙ est amor ratio timoris seruilis:sed non quan-
tum ad secundum.Sed ꝯtra hoc obijcitur Aug.
in lib.lxxxiij.questionum.q.xxv.Nulli dubiū est
nullam aliam metuendi causam:nisi ne id quod
amatur adeptū amittatur:aut ne adipiscat̄ ama
tum.Igitur omnis timoris ratio est amor.vel eñ
est ne adeptum qō amamus amittamus:vel ne
adipiscamur amatum.⁊ ita ratio timoris seruilis
est amor inquātum timor etiam seruilis est donū
Unde dōm ꝙ ratio timoris est amor.amor autez
ꝓpie salutis in presenti:est amor naturalis per se.
sed amor ꝓpie salutis in futuro est amor natura-
lis per se informatus fide informi.qꝛ salus in futu
ro nō cōprehēditur nisi per fidem vel comprehen-
sionē fidei.Scōm hoc ergo intelligendū:ꝙ timo-
ris naturalis ratio est amor salutis proprie in pre
senti.Sed ſm ꝙ est amor ꝓpie salutis in futuro
sic est amor ratio timoris seruilis.Ideo eñ timet
penam eternā quam credit ex fide informi:quia
amat salutem eternam.⁊ ita patet quomodo rō
omnis timoris sit amor:⁊ maxime pꝫ de timore
seruili.de quo quesitum est.

Questio.lxxvij. de gratia
gratisdata ad honorem dei ⁊ vtilitatem ꝓximi.

INq̄sito de gra
tijs gratisdatis homini pro-
pter se:querendum est de gra
tijs gratisdatis homini ad
honorem dei ⁊ ad vtilitatem
ꝓximi.Et pmo de gratijs ser
monis sapientie.scientie:⁊ fi
dei.Gratia autem sermonis est gratia predicatio
nis ⁊ doctrine.¶ Circa quod queruntur quatuor
Primo vtrum gratia sermonis sapientie.scientie
⁊ fidei sit gratia vna vel differentes gratie.Scdo
vtrū detur vel subtrahatur ex meritis.Tertio.q̄
maior sit gratia sermonis:an gr̄a ꝓphetie.Quar
to.an sufficiat ad edificationem gr̄a sermonis.

Membrum primum.

Utrum gratia sermonis sapiētie.sciētie ⁊ fidei sit vna gratia vl' differentes.

Ad primum sic.Gratia est vna que est ad
vnuz finem.Si ergo gratia sermonis sa-
pientie.sciētie.⁊ fidei sint ad vnum finez.
scꝫ ad edificationem proximi in his que pertinēt
ad salutem.ergo vna est gratia.¶ Itē gratia vna
dicitur ad vnum actum.sed vnus specie actus est
loqui vel sermocinari.gratia igitur sermonis vna
erit.¶ Contra.Gratie que separantur in diuer-
sis subiectis non sunt eedem.sed gratie sermonis
sapiētie

sapientie:scientie:⁊ fidei:separant̄ in diuersis sub
iectis:qꝛ sicut dicit Apl's.j.Corin.xij.Alij datur ꝑ
spiritū sermo sapientie:alij sermo scientie:alij ser-
Responsio.
mo fidei:ergo sunt gratie differentes.¶ Respon.
ꝙ gratie sunt differentes differūt aūt ꝑ differētes
fines ꝓximos:⁊ ꝑ differētes act⁹ ꝓprios.Nā gra-
tia sermonis fidei est ad edificandā fidē veritatis
in auditore.Gratia sermonis sciētie ad edificādā
distinctionē agēdorū que pertinet ad actiuā.Gra
tia sermonis sapiētie ad edificandā cōtemplatio-
nē eternoꝝ que ꝑtinent ad vitā cōtemplatiuā.Se
paratim aūt dant̄ iste gratie plurib⁹:q̄uis alicui
dētur simul.Et per hec patet respōsio ad obiecta.
Nam iste gratie nō dicuntur esse ad vnū finē pro
ximū:sed ad vnū finē remotū ⁊ vltimū:nec ad vnū
actū proprium:sed ad vnū actū cōmunē.

Membrum secundum.

Utruz hmōi gratie dātur ex meritis.

DEinde queritur vtrū hmōi gratie dētur
ex meritis.Ad qō sic.Gratia non dr̄ nisi
eo ꝙ detur gratis vel ex eo ꝙ gratum fa
ciat.Sed hmōi nō dicūtur gratie ex hoc
ꝙ gratū faciant:ergo dicunt̄ gratie eo ꝙ grat̄ den
tur:ergo nō ex merito vel ex meritis.¶ Itē malis
datur gratia prophetie ⁊ etiā gratia predicatiōis:
sicut illis qui dicent.Nōne in nomine tuo ꝓpheta
Contra. Grego.
uimus:⁊ in nomine tuo virtutes fecim⁹ ⁊c.Mat.
vij.ergo nō ex meritis datur vel subtrahit̄.¶ Con
tra.Grego.in moralibus.Sepe doctori verbū a do
mino ꝓ gratia tribuit̄ auditoris:⁊ sepe ꝓpter au-
ditoris culpā subtrahit̄ sermo doctori:ergo ex me
ritis alioꝝ dat̄.¶ Itē Greg.in morali.Cū prelat⁹
nō agit bona que loquit̄:ei sermo subtrahit̄:ne lo
qui audeat q̄ nō operat̄:sicut ꝑ ꝓphetā dr̄.Pecca
tori dixit deus:quare tu enarras iusticias meas.
¶ Itē Grego.in eodē.deprecatur ꝓpheta.Ne au-
feras de ore meo verbū veritatis vsqꝫquaqꝫ.Perpē
dit nanqꝫ ꝙ veritatis verbū oīpotēs deus faciē-
tibus tribuit:⁊ nō faciētibus tollit:q̄ ergo hoc de
ore suo nō auferri petijt:q̄d aliud q̄ gratiam bone
operatiōis quesiuit:ac si aperte diceret:vt iusto oī
potēt̄ iudicio dei in bono iam nec linguā habeat
qui habere bonā vitā recusat:quatenus cū mens
terrenorū amori intenditur:de terrenis rebus sem
Responsio.
per loquatur vnde in euāgelio Mat.xij.Vitas di-
cit.Ex abundantia cordis os loquitur.Respōsio.
Meritum dr̄ proprie ⁊ interpretatiue.Proprie me
ritū est seruitiū cui debetur aliquod premiū:⁊ hoc
modo nulla gratia datur ex merito in rōne gratie
nā si ex merito:iā nō est gratia:sicut ostēdit apl's
Ro.xj.Interpretatiue dr̄ meritū ꝯgruitas ad diui
nū donū:⁊ hoc modo gratia sermonis dicitur da
ri ex meritis ⁊ subtrahi.vnde Grego.Pro audito
ris nāqꝫ gratia datur bonis ⁊ malis sermo docto-
ribus:sicut potuerunt phariseis suppetere verba
predicatiōis:de quib⁹ scriptū est Mat.xxiij.Om-
nia ergo quecūqꝫ dixerint facite:ſm ṽo opera eo-
rū nolite facere.Per auditorū vero reprobationē
bonis etiam doctoribus sermo subtrahit̄:sicut ad
Ezechielē.Ezechie.iij.cōtra israel dicitur.Linguā
tuā adherere faciā palato tuo:⁊ eris mutus nec
quasi vir obiurgans:quia domus exasperans est.
Aliquando autē sermo ꝑdicationis ꝓpter vtrosqꝫ
datur:aliqñ propter vtrosqꝫ subtrahit̄.Propter
vtrosqꝫ eñ datur sicut diuina voce Paulo apud
Corinthios dr̄.Noli timere:sed loquere.Et paulo
post.Quia populus multus est mihi in hac ciui-
tate.Actu.xviij.Propter vtrosqꝫ vero subtrahitur
sicut Heli sacerdos ⁊ prauā filioꝝ cognouit actio
nē:⁊ dignā increpationis non exercuit vocē:cum
profecto futurū esset vt in mortis supplicio ⁊ istos
reatus flagitij:⁊ illum silentij pena mulctaret.

Membrum tertium.

An gratia sermonis sit maior gratia prophetie.

Origenes

POstea queritur vtrū gratia predicatio-
nis que cōprehēdit ꝑdictas sit maior q̄
gratia prophetie:⁊ cū gratia prophetie
eleuet aīam ad cōtēplationē in speculo
eternitatis:⁊ abstrahat ab actibus carnis.vnde si
cut dicit orige.Tempore quo vocatur amplexibus
cōiugalibus subtrahitur gratia prophetie:gratia
vero predicationis non ita eleuat aīam vel abstra
Contra.
hit a carne:ergo eminentior est gratia prophetie.
¶ Cōtra officium prophetie cōceditur viris ⁊ mu
lieribus:sicut Delbore.v.Judi.officium autē pre-
dicationis interdicitur mulieribus.j.Corin.xiiij.
Mulierē docere nō permitto:ergo officiū predica
Responsio.
tionis dignius est:ergo ⁊ gratia predicationis di
gnior prophetie.¶ Responsio.prophetia est diui
na reuelatio rerū euentus immobili veritate denū
cians.In prophetia ergo sunt duo:reuelatio et de
nunciatio.Quātū ad reuelationem que est in co-
gnitione dignior est gratia prophetie:⁊ actus pro-
phetizandi eminētior:⁊ maius est prophetizare q̄
predicare.Quātū ad denūciationē gratia predica
tionis est dignior.Prophetizare vero ſm ꝙ est ad
veritatis denūciationē est min⁹ q̄ predicare:quia
predicare est ad salutem animarū prophetare ad
veritatis denūciationē:⁊ hoc est min⁹ salute aīaꝝ.

Membrum quartum.

An sufficiat ad edificationem auditoꝝ gratia sermonis.

Postea queritur vtrū ad edificationem
auditorū sufficiat gratia sermonis:⁊
cū habitus gratuiti perfectiores sint
habitibus naturalibus ⁊ acquisitis:habitus aūt
naturales ⁊ acquisiti sufficiēter eliciunt suos effe-
ctus:qꝛ sicut dicit Aug.Habitus est quo aliquid
agitur cū opus est:ergo habitus gratuiti sufficiē-
ter suos effectus eliciunt:ergo gratia sermonis fi-
dei sufficiēter eliciet suū effectū q̄ est edificare fidē
in audiente.Similiter gratia sermonis sciētie est
edificatio discretionis faciendorum in audiente.
¶ Contra Grego.Nisi spūssanctus corda audito
Contra
rum repleat:ad aures corpoꝝ vox docentiū incas-
sum sonat.Itē idē.Grego.Formare vocē magistri
exterius possunt:sed hanc imprimere interius nō
possunt.Ex quib⁹ relinquitur ꝙ necessaria est ad
edificationem auditoris alia gratia.¶ Item Ro-
ma.x.Fides ex auditu est.auditus autem per ver-
Respondeo
bum xp̄i.ibi glo.Cū ex gratia sit auditus necessa-
ria est alia gratia que cor moueat.Rñdeo cōcedē-
do ꝙ ad edificationem auditoris necessaria est du
plex gratia.Una in doctore seu predicatore:q̄ sciat
dicere cōuenienter ea q̄ sunt ad edificationē.Alia
ṽo necessaria est in auditore q̄ moueatur ex sermo
ne ad cōpunctionē vel ad amorē vel timorem vel
spem ⁊ hmōi:⁊ hac ratiōe dicit Greg.ꝙ inuanum
laborat ligua ꝑdicatoris:nisi adsit gr̄a saluatoris.
¶ Ad illud ergo qō primo obijcit:dicēduz ꝙ act⁹
gratie sermonis nō est edificare auditorē:sed dice-
re ad auditoris edificationē:vnde sicut in alijs di-
citur ꝙ medicus nō semper sanat:nec rhetor sem-
per persuadet.Sed si nihil omittāt de contingen-
tibus:nihilominus cōsequunt̄ effectum operātes
ſm artem.Ita si doctor vel predicator habens gra
tiam sermonis nihil omittat de cōtingētibus ad
edificationē:cōsequitur suū effectum.Notanduz
tamē est ꝙ est effectus essentialis:⁊ hic est effect⁹
in ipso vt in medico cuz operatur ſm artē:⁊ in pre
dicatore cuz loquitur ad edificationē:⁊ est effect⁹

in altero accidentalis.vt in modico cum sanat: et in predicatore cum edificat.

Questio.lxxviij.de fide formata.

P

Ost tractatum de virtute in genere:inquirendũ est de speciebus virtutũ sm preassignatã differentiã.Et primo agat de virtutibus theologicis que sunt v̾tutes in finē.vt fides spes charitas.de q̃bus.j. ad Cor. xiij.Nunc aũt manēt fides spes charitas:tria hec Cõsequēter vero de virtutibus cardinalibus que sunt de his que sunt ad finē.vt prudētia. iusticia. fortitudo temperãtia.Primo ergo queri᷑ de fide. Scđo de spe.Tertio de charitate.Cum aũt queri᷑ de fide preintelligendũ est sicut dictũ est prius.et habe᷑ sm Aug.super illud ad Ro j.De fide in fidem ꝙ fides dici᷑ duobus modis.qđ credi᷑:⁊ quo credi᷑.fides aũt quo creditur est habitus credendi.qui accipi᷑ duobus modis cũ charitate: et sine charitate.Si sine charitate sic est fides informis: de qua dictũ est prius:cũ querebat de gratijs gratis datis.Presentis igi᷑ inquisitionis erit inquirere de fide sm alias duas acceptiões.Ut pmo queramus de fide qua creditur formata.hoc est de habitu credēdi.Scđo v̾o de fide qđ credi᷑.hoc est de credibili.¶ Et q̃tum ad primã inquisitionē erit iste modus.Primo quere᷑.an fides sit necessaria ad salutē.Scđo.supposito ꝙ sic:vtrũ habea᷑ per suasiones.Tertio an fides virtus sit. Quarto supposito ꝙ sic:an sit virtus generalis vel specialis ⁊ hec queru᷑ ad sciēdũ quid sit fides sm rē.Quinto queri᷑ quid sit fides sm diffinitionē. Sexto de actu fidei.Deinde de obiecto fidei ad cõsequenter de subiecto fidei.Item de cõparatione fidei ad ceteras virtutes.finaliter de articulis fidei ⁊ sufficientia eius in questionibus subsequentibus.

Membrum primum.

An fides sm rē sit necessaria ad salutē.

AD primum arguitur sic.Nulli dubium est neminem deum colere nisi qui credit ipsum esse:⁊ nisi qui credit de illo ea propter que debet ei cultum impendere. v̾. gra.Nemo impendit ei latrie cultum nisi qui credit ipsum deum.nemo impendit ei obedientie seruitium nisi qui credit ipsum dominũ.⁊ iuxta hũc modum nemo orat illum nisi qui credit ꝙ possit ei esse in adiutorium Si ergo necessarium est ad salutem deum colere:necessarium erit ipsum deũ ⁊ bonum credere.¶ Item si ad salutē necessariũ est deum amare super omnia ⁊ timere.sed nõ amatur nisi quia bonus:nec timetur nisi quia iustus creditur.erit ergo necessaria ad salutem fides bonitatis ⁊ iusticie.¶ Si diceretur ꝙ est fides dupliciter dicta.Uno modo fides credulitas veritatis manifeste cui contradici non potest vt fides principiorum.vt omne totum maius est sua parte ⁊c. et in diuinis deum esse iustum seu summũ bonũ Est iterum fides veritatis occulte: que non se ita offert intellectui manifeste.vt terram esse centrũ mundi:⁊ celum aliquod esse insensibile. quod nõ videtur.Secundum primũ modũ diceret forsitan aliquis incredulus ꝙ esset fides necessaria ad salutem.de secunda non. quia ei nõ potest firmiter muniri intellectus.¶ Contra. arguit beat⁹ Hylarius in.iij.de tri dicens. Neq̧ celestium per se scientiam humana imbecillitas cõsequetur: neq̧

Hylarius.

inuisibilium intelligentiã ipse sibi corporaliũ sensus assumet.Ex hoc accipitur talis ratio.Plus excedunt celestia ⁊ diuina humanũ intellectũ:q̃ intelligibilia humanũ sensum : Sed impossibile est sm ordinem nature ꝙ sensus capiat scientiam intelligibiliũ:ergo impossibilius erit ꝙ humanus intellectus sm ordinem nature cõprehendat scientiam diuinorũ. Si ergo saluti necessaria est intentio diuina:que non potest haberi sine preexistenti cognitione:preexistēs autē cognitio nõ potest esse scientia:ergo preexistēs cognitio erit fides diuinorum.¶ Item bea. Hyla.in.iiij.de trini.arguit sic. Non subeunt ingenia nostra celestem scientiã:ne ꝗ incõprehensibilem virtutē sensu aliquo infirmitas nostra concipiet.Ipsi ergo deo de se credendũ est:⁊ his que cognitioni nostre de se tribuit obsequendum.Ex quo relinquitur primũ.Ratio ista funditur supra hanc propositionem per se notam Incõprehensibilis virtus ⁊ infinita non concipi᷑ a virtute infirma ⁊ finita ¶ Item Hyla.in quarto de trini.Aut more gentilium denegandus est de⁹: si testimonia eius improbantur: aut sicut et deus creditur non potest aliter de eo q̃ ipse de se testatus est: intelligi.Sed intelligere testimonio alterius idem est qđ credere: vt ostendit August⁹ ad Paulinã de videndo deo. qꝛ his que videmus ipsi testes sumus:sed his que credimus alijs testibus mouemur ad fidem.Necesse est igitur de deo sm suũ testimonium credere.¶ Item Hylari⁹ in quinto de trini. Non est de deo humanis iudicijs sentiendum.Neq̧ enim nobis ea natura est: vt se in celestē cognitionem suis virib⁹ efferat a deo discendum est quid de deo intelligendum sit:qꝛ non nisi se auctore cognosci᷑.Si ergo cognitio dei necessaria est ad salutem:⁊ hoc non potest haberi ꝑ inquisitionem humanam seu scientiam : necessarium est vt habeatur per fidẽ ¶ Item Hylarius in primo de trini.Cum de rebus dei sermo erit:cõcedamus sui cognitionem deo:dictisq̧ eius piave neratiõe famulemur.Idoneus enim sibi testis est qui nisi per se cognitus non est. Ex quo relinqui᷑ ꝙ ad salutem necessaria est fides qua credim⁹ deo de seipso. fides dico:qꝛ scientia non est possibilis: sicut ostensum est.¶ Item ad idem sunt autoritates apostoli ad Hebre. xj. Ascendentem ad deum oportet credere ⁊c. ⁊ sine fide impossibile est placere deo ⁊ hmõi.

Oppo.arg.j.

¶ Ad oppositũ sic.Cõmunis animi acceptio est:q̃ assentire incertis in his que ad salutem pertinent est temerariũ. Item cõmunis est animi conceptio q̃ nullum temerarium cõfert saluti humane.Cũ ergo omne inuisum ⁊ incognitum sit incertum:assentire inuiso ⁊ incognito erit temerarium.Sed talia sunt quibus fide de qua q̃rimus assentimus:sicut dicit Augu . fides est credere qđ non vides:ergo huiusmodi fides est temeraria:ergo nec saluti necessaria.

Secũdum.

¶ Item dicit Petrus rauēnas qđ videtur cõcordare cum cõmuni animi cõceptione:ꝙ non est tutum credere sine ratione:ergo in his que pertinent ad salutem periculosum erit sine ratione credere. Sed tale est credere fide de qua loquimur:ergo non erit credere tale expediens ad salutē.

Tertium.

¶ Item cum homo sit rationalis creatura:natus est ⁊ ordinatus ad iudicandum ratione:⁊ ad operandũ ratione.Si ergo propter hoc quia homo rationalis est: si operetur sine ratiõe nõ est laudabilis:⁊ vituperabilis si operetur contra rationem: ergo similiter iudiciũ rationis laudabile non erit sine ratione:⁊ vituperabile contra rationem:ergo credere sine ratione nõ est laudabile: credere vero contra rationem vitu-

perabile

Quartum

perabile:sed tale est credere fidei de qua loquimur ergo tale credere vituperabile est.¶ Item vbi periculosũ ⁊ damnabile est falli:ibi maxime reprobãdum ignorare se falli:sed in diuinis ⁊ in via que est ad beatitudinē dãnabile ⁊ periculosum est falli:ergo in hmõi maxime reprobãdũ est ignorare se falli:sed vbi deficit sciētia ⁊ cognitio veritatis: est ibi ignorãtia opposite falsitatis: ergo per consequēs ignorãtia fallacie emergentis circa veritatē.Cum ergo in fide sm ꝙ hic loquimur deficiat cognitio ⁊ scientia veritatis:est hic ignorantia opposite falsitatis:ergo ⁊ ignorantia fallacie. Nescit igitur q̃ sic credit an fallatur:ergo tale credere maxime reprobabile.

Responsio.

¶ Solutio. dicendum ꝙ fides:hoc est apprehēsio ⁊ assensus veritatis diuine necessaria est ad salutem: ⁊ causa est quia cognitio creatoris necessaria est ad salutem:⁊ sicut rationalis creatura debet dilectionem summe bonitati : ⁊ obedientiam summe maiestati: ita assensum prime veritati.Ueritas autem diuina nõ potest capi per scientiam ab humana creatura propter duplicem causam quam assignat Hugo de san. victo.vna est excellentia prime veritatis: alia imbecillitas humane fragilitatis. excellentia veritatis: quod monstrat Hugo per diuisionem eorũ que a nobis cõprehenduntur. Nam cũ quedam cõprehendam⁹ sensu vt corporalia. quedã v̾o intellectu per rerũ similitudines:quedã vero experientia vt ea que in anima sentiuntur:vt gaudium ⁊ tristicia:timor ⁊ amor:diuina non cõprehenduntur primo modo: scꝫ sensu:qꝛ non sunt actu presentia nec corporalia nec secundo modo: qꝛ omnē similitudinem puritatis excellentia transcendunt:nec tertio modo vt illa que in nobis sentiuntur:qꝛ non de substantia animi sunt:nec de his que in animo subsistunt: ergo sola fide credun᷑ quia sunt:sed nõ qualia sunt comprehenduntur : ergo deus credi potest:cõprehendi non potest.Item infirmitas humane fragilitatis causa est:qꝛ sicut ostēdit Hugo in suis senten.erant tria quedam corpus spiritus ⁊ deus : et corpus quidē mundus erat anima spiritus:⁊ ipsa anima quasi in medio quodã erat habens extra se mundum:intra se deum:⁊ acceperat oculum quo extra se mundũ ⁊ ea que in mundo erant videret:⁊ hic erat oculus carnis . aliũ oculum acceperat quo seipsam ⁊ ea que in ipsa erãt videret:⁊ hic erat oculus rationis:aliũ rursum oculum acceperat quo intra se deum videret:⁊ ea que in deo erant: et hic est oculus contemplationis.Postq̃ autē tenebre peccati in illam intrauerunt: oculus quidē contemplationis extinctus est vt nihil videret. Oculus vero rationis lippus effectus vt dubie videret. Solus oculus carnis in sua claritate permansit. Homo ergo qꝛ oculum carnis habet:mundum videre potest ⁊ ea que in mundo sunt.Item quia oculum rationis ex parte habet:animum similiter ex parte videt ⁊ ea que in animo sunt.Quia vero oculum contemplationis non habet : deum ⁊ que in deo sunt videre nõ valet . fides ergo necessaria est qua credantur que non videntur .

Solo ad arg. primum .

¶ Ad primum ergo quod obijcit dicendum ꝙ duplex est certitudo mentis racionalis:vna per modum visus:alia per modũ gustus Per modũ visus ex parte cognitionis intellectus.Per modũ gustus ex parte deuotionis affectus.Et sm hoc distinguendũ in fide:qꝛ fides in quibusdam fidelibus habet certitudinem cognitionis:que habet incontradictiuam rationum probationem.In quibusdã vero est certitudo deuotionis sm gustũ affectus : vnde dicit Hugo de san.victo. in suis senten. Quorũdam fides cognitione magna est : affectu parua: quorũdam vero affectu magna:cognitione parua: verũ tamen affectũ magnũ laudabilē esse in fide q̃ cognitionem magnam dominus esse ostendit:vbi fidem grano sinapis cõparauit . Math. xiij. quod quantitate paruum est:sed non feruore.Mulieri chananee paruam fidem scienti:sed multum feruenti dictum est.Mulier magna est fides tua. Patet igitur ꝙ illa propositio quã assumebat est falsa. Omne inuisum ⁊ incognitum est incertũ:sm ꝙ inuisum ⁊ incognitũ sumuntur quantũ ad intellectum.

Hugo

Ad secũdum.

¶ Ad secundũ qđ obijcit : ꝙ non est tutum sine ratione credere.dicendũ ꝙ Petrus rauennas loquitur de credulitate generaliter: sm ꝙ se extendit ad consequentia ex articulis fidei.Et qꝛ multa de cõsequentibus ad articulos possent verti in verum ⁊ in falsum:ideo de illis dicit ꝙ non est tutũ credere sine ratione.Uel potest dici:ꝙ hoc dicit ad significandum vtilitatem rationũ ad defensionē fidei catholice contra hereticos. Non est ergo tutum ecclesie credere sine ratione:id est nisi habeat rationes ad defensionem fidei catholice:quia dicitur prima Pe.iij.Parati semper ad satisfactionē poscenti rationem de ea que in vobis est fide ⁊ spe. Illud ergo ꝙ dicit intelligitur de ratione prout est necessaria ad instructionem ⁊ defensionē: nõ ꝓut est necessaria ad probationem.

Ad tertium

¶ Ad tertiũ dicendum ꝙ non est simile in operatione ⁊ cognitione vt sicut operari contra rationem est vituperabile: ita credere contra rationem vel non sm rationem ⁊ ratio est:qꝛ operatio facienda subiecta est facultati rationis: veritas v̾o cognoscenda excedit facultatem rationis : ⁊ ideo necesse est vt per aliud a ratione credatur laudabiliter: vnde vniuersaliter ratio fidei non suffragatur:qđ ostendit Hugo de san.victo.in sen.per distinctionē dicēs. Tria genera credētiũ inueniuntur. Quidã fideles sunt:q̃ sola pietate credere eligunt: qđ tamē vtrũ credendum sit vel non credendum ratione nõ comprehēdunt. Alij ratione approbant qđ fide credũt. Alij puritate cordis ⁊ mũda conscientia interius iam gustare incipiunt qđ fide crediderunt . In primis sola pietas facit electionē. In secũdis ratio adiungit approbationem.In tertijs puritas intelligentie apprehēdit certitudinē.Et ponit exemplũ.Pagani in plures vnitatem diuinitatis scindunt.Iudei saluatorem nõ recognoscũt.In his omnib⁹ mēs fidelis influctuat:⁊ nisi pietate tenere᷑ : fortassis abiecta veritate falsitatem sequeretur:accedit spũ sancto suggerente ad hec ratio.Melius est confiteri vnũ principiũ q̃ multa : qꝛ vbi multitudo est: aut pluralitas superflua est : aut vnitas imperfecta.Amplius melius est creatorem pariter cõfiteri ⁊ saluatorē q̃ creatorem solum:quoniã q̃ creatorem dicit maiestatē cõfitetur:qui saluatorem credit pietatem veneratur.Itē maius bonũ hominis est vt in deo suo maiestatem inueniat quã oculo cordis cõtempletur:⁊ humanitatē quã oculo carnis speculetur:vt totus homo in deo beatificetur his rationibus animus confortatus ad ampliorē diuine religiõis deuotionē excitatur:deuotiõe autem mundatur ⁊ purificatur:vt iam quodãmodo ꝑgustare incipiat in qđ cognoscere festinat ⁊ quodãmodo per cõtemplationē deũ presentem habere incipiat:⁊ nulla iã ratione ab eius fide etiã si totus mũdus in miraculo cõuertatur auelli queat.

Hugo

Ad quartũ.

¶ Ad vltimũ dicendũ q̃ per fidem de qua loq̃mur certi sumus nos nõ falli:⁊ si ignota sit veritas cui assentimus:⁊ ratio est:quia in assentiendo ipsi veritati innitimur ipsi veritati q̃ deus est:q̃ sicut nõ

Ricardus

potest falli:ita nec fallere.vñ dicit Ricard. de sancto victo.in primo de tri.Quotquot veraciter fideles sumus nihil certius ⁊ cõstantius tenemus: ꝙ qđ fide apprehendimus:vtimur itaqȝ in eoꝝ attestatione seu cõfirmatione: signis ꝓ argumentis: prodigijs pro experimentis:vtinã attenderent iudei:vtinã animaduerterent pagani cum quãta cõscientie securitate pro hac parte ad diuinũ iudiciũ poterimus accedere:nõne cũ omni cõfidentia deo dicere poterimus. Domine si error est: a teipso decepti sumus:nam ista in nobis tãtis signis ⁊ prodigijs confirmata sunt:que nõ nisi per te fieri possunt:certe summe ⁊ talib9 sanctis viris nobis tradita:⁊ cum summa attestatione probata teipso cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.

Membrum secundum.

An fides formata sit p rõnes suasa vel probata.

Consequenter queritur an fides que est necessaria saluti sit per ratiões suasa vel probata. Ad qđ sic. Sicut aliud est diligere aliquem ex suis meritis seu ratione beneficij vel vtilitatis. Aliud vo diligere ipsum sine meritis ex sola vtute ⁊ gratia diligẽtis: sic aliđ est credere ex ꝓbabilitate vel euidẽtia ipsius credibilis:aliud ex virtute credentis. Similis ergo virtus est amare improbũ caritate ⁊ credere improbabile fide:nec minoris virtutis est credere improbabile ꝙ improbũ diligere si ergo ex caritate seu amore salutari cõtra merita improbus ⁊ inimicus diligitur:ergo ex fide salutari sine ꝓbatiõe ⁊ rationis suasione improbabili veritati credet. Item qđ absqȝ suasione ⁊ probatione creditur:virtute credẽtis creditur. Aut ergo deo hoc modo credendũ est ⁊ habemus propositũ:aut nõ sine suasiõe seu probatione:⁊ tũc obijcit:ergo nõ est ei alio modo credendũ ꝙ cuilibet alij:cuilibet enim alij probatiõe euidenti crederetur. Item nõ est a deo quis mẽdax cui probationibus idoneis a quolibet nõ credatur. Qui ergo nõ aliter deo credit ꝙ ꝓbationibus idoneis ⁊ certis:manifestũ est qm deũ in hac parte in nullo mẽdacibus anteponit: ⁊ ipsos deo in assẽsu credulitatis adequat:qđ aperte dei contumelia est. Relinquitur igitur ꝙ fides salutaris credit deo sine persuasione ⁊ probatione. Itẽ sicut deo debetur digna dilectio:ita ei debetur credulitas digna. Non est autem digna deo credulitas que propter persuasiones aut ꝓbationes impenditur:q2 hmõi credulitas nec etiã bono viro ⁊ sapiẽti digna est:ergo si dignior credulitas q̃ sic deo impendenda est:credendum est ei sine ratione et persuasione. Item sicut affectus rationalis debet summe bonitati dignum amorem:ita intellectus summe veritati dignam credulitatem: si ergo nõ est digna dilectio deo qua diligitur eius bonitas solum propter vtilitatem:non erit eadem ratione digna deo credulitas qua assentitur prime veritati propter persuasionem rationis vel probationẽ. Item cũ virtus ⁊ ars circa difficillima sint:credulitas autem que est per euidentes probationes non solum circa facillima est: sed etiam circa ea q̃ impossibile est vel difficile non facere. Impossibile enim est non credere manifeste vera:difficile autem est nõ credere probabilia. Relinquitur igitur huiusmodi credulitatem nõ pertinere ad virtutez. Item supposito exempli gratia: ꝙ similis sit ratio venditoris mercis sub pignore vel cautione et intellectus credẽtis probatione:quia sicut de manu talis venditoris merces non exeunt nisi prius securitatem pignoris vel cautiõis tenuerit:sic nec de huius intellectu erit credulitas donec medium approbationis habuerit. Item arguitur. Exactio pignoris nõ est nisi ex paruitate credulitatis: ꝙuis enim multitudo pignorum venditori securitatem faciat: testimonia tamen sunt incredulitatis ipsius: ergo ex parte intellectus exactio probationis testimoniũ est sue incredulitatis: ꝙuis sint huiusmodi probationes intellectui quedã securitates. Si ergo intellectus per incredulitatem non potest placere deo:nec per fidem que est coacta per probationem placebit deo: fides igitur salutaris non est per probationes. Item Ioh. Damasce. dicit. Fides est consensus non inquisitus seu impscrutatus:ergo relinquitur ꝙ fides laudabilis nõ est ex perscrutatione rationis. Item Grego. fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum.

Cõtra arg. j. Augusti.

Cõtra Augusti. ad paulinã de videndo deo. Creduntur illa que absunt a nostris sensibus:sed videtur idoneum testimonium qđ ei perhibetur:ergo ea que creduntur et si nõ videantur: idoneo tamen testimonio probantur.

Secundum

Item Augusti. in eodem. His que videmus vel audimus nos idem testes sumus: his autem que credimus alijs testibus mouemur. Ad fidem ergo que creduntur testimonio probantur.

Tertium

Item creditur testimonio apostolorum Actu.j. Eritis mihi testes in omni iudea ⁊c. Credit testimonio creaturarum quoniã deus est omnipotens ⁊ creator. ad Roma.j. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciũtur. Et Sapien.xiij. A magnitudine speciei ⁊ creature poterat bonum creator cognoscibiliter videri. si ergo fides qua creditur testimonio apostolorũ necessaria est saluti:⁊ etiam fides qua creditur testimonio creaturarũ:quia de9 est ⁊ omnipotens. Fides igitur salutaris est credere p ꝓbationẽ testimoniorũ.

Quartum

Itẽ sicut dicit bea. Bernard. ꝙ scientia innititur veritati: fides autoritati:opinio verisimilitudine se tuet: ergo si fides autoritati innititur: videtur ꝙ per autoritatẽ probari possit.

Responsio. Damasce.

Solutio ẽm Ioh. Damasce. in. iiij. lib. vbi dicit fides dupliciter est. Est enim fides ex auditu: audientes enim scripturas credimus doctrine spiritu. Est autem rursus fides indistabilis ⁊ inuidicabilis species eorum que a deo nobis nũciata sunt: igitur prima mentis nostre est: secunda carismatum spiritus. Vult ergo dicere ꝙ est fides ex auditu acquisita siue testimonio scripturarum: et est fides gratuita infusa a deo ad assẽtiẽdum prime veritati propter se. Fides primo modo dicta colligitur ex testimonio et ratione: ⁊ non est sufficiens ad salutem. Secundo vero infunditur ex superna illuminatiõe:et hec est fides salutaris ⁊ donum gratie.

Solo ad contra.j.⁊.ij.

Ad illa ergo que dicit Augustinus in libro de videndo deo. dicendum ꝙ loquitur de fide que est ex auditu exteriori que est fides acquisita: non de fide que est ex inspiratione gratie interioris que est fides gratuita. Illius causa est ratio vel apertum testimonium autoritatis. Istius vero causa est gratia illuminatiõis diuine ad cognoscendum veritatem que est supra naturã ⁊ assentiendũ ipsi propter se. Notanduz tamen ꝙ ratio et fides que est ex ratione se habent ad fidez gratuitam sicut preambula dispositio ad formã. Disponit enim animam ad receptionem luminis quo assentit prime veritati propter se:sed per modum nature non gratie:⁊ dicitur ipsam introducere sicut seta filũ:⁊ tũc ratio cessat humana quãdo ei non

Ad tertium.

ei non innititur fides itroducta. Ad tertiuz qđ obijcitur de credulitate q̃ est p testimonia aplõꝝ ⁊c. iã patet rñsio. aliud enim est credere ex testimonijs: aliud credere testimonia. Dico ꝙ fide suasa credit ex testimonijs: sed fide infusa credunt testimonia quia sunt vera. ⁊ hoc secundo modo fides testimonioꝝ est necessaria saluti non primo modo.

Ad quartũ.

Ad illud quod obijcit. ꝙ fides initit autoritati. dicendum ꝙ nõ innitit autoritati tanꝙ probanti:sed tanꝙ confirmanti ⁊ corroboranti.

Membrum tertium.

V. fides sit virtus.

Argu. primũ.

Postmodũ queritur. vtruz fides sit virtus. Ad qđ sic dicit philosophus. Finis speculationis est veritas. virtutis vero finis est bonũ. Cum ergo fidei finis sit veritas inꝙtuz hmõi: fides nõ erit virtus. Forte dicet ꝙ hoc non impedit quin fides sit virtus: q2 fides nõ est in quãtũcũqȝ veritatẽ:sed in veritatem primam. Prima autem veritas idem est qđ summa bonitas. ⁊ ita cũ prima veritas sit finis fidei:summa bonitas est finis fidei. ⁊ ita fides est in bonũ ⁊ est virtus.

Secundum.

Si sic dicatur. Cõtra Si penes fines ꝓprios differunt virtutes. ꝙuis vnus sit finis vltimus: non erit ponere ꝓpriũ finem ipsius bonitatez summam in quantũz hmõi cum sit finis caritatis ⁊ aliaꝝ virtutũ. ergo erit dicere ꝙ finis ipsius fidei erit veritas inquantũ hmõi. ergo cũ virtutis inꝙtuz virtutis finis sit bonitas non veritas. non erit fides virtus. Item si diceret ꝙ virtutis finis est bonũ generaliter. sz bonũ generaliter cõtingit multiplicari. nã est bonũ rationale. est bonũ irascibile. est bonũ cõcupiscibile. sicut autem bonũ concupiscibilis est finis caritatis. ⁊ bonũ irascibile finis spei. ita bonũ rationalis est finis fidei: quod bonum est prima veritas inꝙtũ huiusmodi.

Tertium.

Contra. Si bonũ ipsius virtutis rationabilis facit fidẽ esse in bonuz scdm rationem virtutis. ergo cũ scientia sit in bonũ rationale qđ est veritas ordinata in illam. relinquitur ꝙ scientia erit virtus. Si ergo non ex hoc scientia est virtus:relinquit ꝙ fides non erit virtus.

Quartum.

Itẽ Hugo de sancto Victore. Fides est certitudo quedã aĩmi de rebus absentibus supra opinionẽ ⁊ infra sciaz cõstituta. Ex quo accipit ꝙ fides est media inter opinionẽ ⁊ scientiaz. Si ergo duo extrema. s. opĩo ⁊ scĩa non sunt in genere virtutis: sz in pura speculatione. relinquit ꝙ medium scz fides non erit in genere virtutis sz in speculatiõe pura.

Quintum.

Itẽ differunt scĩa ⁊ virtus penes subiecta siue vires quia scĩa est in speculatiuo intellectu seu in pte aĩe speculatiua. virtus aũt in practico intellectu seu i pte anime motiua. Cum ergo fides sit in intellectu speculatiuo:relinquit ꝙ non erit virtus. Qđ aũt fides sit in speculatiuo intellectu. dicit. b. Greg. sup illud. Hiere. ij. Filij mẽpheos ⁊ taphnes constuprauerunt te ⁊c. Glo. malignus spiritus q̃si ab inferioribus mẽbris ad superiora ptingit cũ actiuam vitã polluens q̃si castam celsitudinem fidei morbo diffidentie corrumpit. Ex quo relinquitur ꝙ cũ actiua ad praticũ intellectum ptineat: contemplatiua vero ad speculatiuum: quaz dicit corrumpi per corruptionem fidei. ergo non erit fides nisi in intellectu speculatiuo.

Contra.

Contra. Habitus voluntarius est virtus vel vitiuz. fides est habitus voluntarius: quia nullus potest credere nisi volens ergo fides est virtus vel vitium. sed nõ vitium: ergo virtus. Item quicunqȝ habitus ordinatus habet contrariuz peccatum est virtus. sed fides habet contrarium peccatum infidelitatis. ergo est virtus. Item omne qđ est expulsiuum peccati ⁊ est principium ad meritum est virtus. sed fides est hmõi sicut dicit apostolus Ro. iij. Iustitia est per fidem Iesu christi. Et ad Ro. v. Iustificati ex fide pacem habeamus. Et Hebr. xj. Sancti per fidem vicerunt regna. operati sunt iustitiam ⁊c. ergo fides est virtus.

Rñsio secundum mẽtem al. oꝝ.

Quod omnes concedunt de fide operante per dilectionem. Nota tamen ꝙ ad hoc dixerunt quidam. ꝙ fides est i speculatiuo intellectu ⁊ nihilominus est virtus. ⁊ hoc dixerunt his rationibus: quia cuz anima sit remuneranda secundum omnes vires: ⁊ maxime secundum partem anime speculatiuam: necesse habet mereri secundum partem aĩe speculatiuam. ergo in parte anime speculatiua erit principium merendi qđ est virtus. Itez sicut se habet ꝓbabile ⁊ improbabile ad intellectũ: ita se habet approbabile ⁊ reprobabile ad affectum ⁊ econuerso. Si ergo ex virtute affectus ⁊ caritatis est diligere probabile. s. inimicũ. ergo ex virtute intellectus erit improbabile credere. sed credere est per fidẽ. ergo fides est virtus intellectus.

Scdm.

Sed cõtra hoc obijciunt. quia non est necesse vt in eo per se sit meritum in quo erit remuneratio vel premium. corpus enim glorificabitur ⁊ pars sensibilis. non tamen in illis per se est meritũ. ergo nec est ratio cum intellectus speculatiuus cõsequatur premium: qđ propterea in eo sit p se meritum. Itẽ intellect9 speculatiuus cogit necessario ad credẽdum p necessariaz ratiocinationem. ergo credere intellectus speculatiui est inuoluntariuz. nullus aũt actus inuolũtarius est virtutis. ergo credere intellectus speculatiui non est voluntatis virtutis.

Scdm alios.

Propter hoc dixerũt alij ꝙ fides est in pte animi motiua ⁊ est virtus. pars enim motiua est liberi ar. quod est quasi res in aĩa querens bonuz ⁊ beatitudinem ipsis viribus subiectis. ⁊ in eo est primo meritum ⁊ virtus. liberum aũt arbitrium est facultas rationis ⁊ voluntatis ⁊ est vis motiua ẽm rationẽ ⁊ voluntatem. ẽm rationez intendentem: ⁊ ẽm voluntatem appetentẽ dicunt ergo ꝙ fides est in libero arb ẽm rationẽ. Sed cõtra hoc obijcitur. Ad eandem vim ptinet virtus viẽ ⁊ premium patrie qđ succedit virtuti. ergo cũ visio prime veritatis succedat fidei in gloria. visio aũt veritatis ptineat ad partẽ intellectus speculatiui ergo fides est in intellectu speculatiuo. Si virtus est: virtus est intellect9 speculatiui.

ẽm alios.

Propterea dixerunt alij ꝙ duo sunt in fide. cogitare ⁊ assentire ẽm beatum Aug. Credere est cogitare cũ assensione. Cogitare est intellectus speculatiui: assentire practici. ⁊ ita fides ꝙtum ad actum cogitandi est in intellectu speculatiuo: ⁊ est habitus cognitiuus. ꝙtum vero ad actũ assentiendi est in intellectu practico: ⁊ est habitus motiuus. Ex primo ergo non habet esse virtus:sed ex scđo. Sed cõtra hoc obijcit. differentia est habituum ẽm differentiã potentiarum subiectarum. Si ergo nõ est eadem potentia speculatiui intellectus ⁊ practici ergo nec idem habitus erit vtriusqȝ. fides igitur non poterit esse in intellectu speculatiuo ⁊ practico.

Rñsio secundum mẽtem ꝓpriam.

Propter hoc aliter est dicendũ ad predictaz questionem qua queritur: vtrum fides sit virtus: vt sit questio de fide formata que est cum caritate. Dicendum ergo ꝙ fides potest cõsiderari materialiter:⁊ potest considerari formaliter. Materialiter fides est cognitio: formaliter fides est assensio. fides ergo materialiter considerata est in speculatiuo intellectu: nec est virtus. formaliter vero cõsiderata est in practico intellectu: ⁊ est vir-

Hugo. tus. Unde Hugo in li. de sacramētis. duo sunt in quibus fides constat: cognitio ⁊ affectus. In altero scʒ in affectu cōstat quia ipsa in illo est. In altero. s. cognitione cōstat: q2 de illo est. In affectu vero fidei substantia inuenit̄. in cognitiōe vero materia. ppterea fides in affectu habet substantiā: q2 affectus ipse fides est. in cognitione vero materiā: quia de illo est qd̄ est in cognitione. fides igit̄ qua credit̄ est in affectione: qd̄ vero credit̄ in cognitiōe. cognitionem aūt hic intelligimus scientiā rex. non illam que ex presentia ipsarū cōprehendit̄: sed illā que auditu solo percipit̄: ⁊ ex verborū signatione manifestat̄. v. gra. cuʒ id qd̄ dicit̄: ⁊ ab illo qui audit intelligitur qd̄ dicit̄: etiā si nesciat vtruʒ sit vel non sit ita vt dicitur: scientia tamē est inq̄tum intelligit ⁊ scit quid est qd̄ dicit̄. Ad hanc cognitionem si fides accedat vt credat̄ qd̄ audiebat̄ ⁊ intelligebat̄ est credulitas in cognitione. et inuenit̄ in affectu substantia: in cognitione vero materia.

Sol. ad arg. j. et scd̄m. ¶ Ad primo obiectum dicendū. ꝙ prima veritas est finis speculationis s̄m rationem veri. virtutis vero fidei finis est s̄m rationē boni. vnde prima veritas compatur ad finē dupliciter. vt obiectū seu materia: ⁊ vt finis. vt obiectuʒ s̄m rationē veri. vt finis s̄m rationē boni. ex cōparatione ipsius prime veritatis vt obiectū non deprehendit̄ fides virtus: sed ex cōparatione s̄m ꝙ finis. vnde sicut charitatis finis est simplicit̄ bonū: ita fidei est quoddam bonū scʒ verū sub ratione boni. Et p hec p3 rn̄sio ad scd̄m.

Ad tertium. ¶ Ad tertium qd̄ obijcit de sciētia. dicendū ꝙ scientia q̄tum est de ratione scientie h3 verū p materia non p fine. vel si habet p fine: nō tamē habet s̄m rationē boni. ⁊ ideo scientia speculatiua nō est virtus siue scientia que est donum. ¶ Ad qd̄ manifestandū notandū est. ꝙ cum scientia dicatur in ratione esse seu in intellectu: rō accipit̄ tripliciter. Uno modo dicit̄ ratio vis cognitiua veri ⁊ falsi: boni ⁊ mali. et scientia in rōne hoc modo accepta est habitus speculatiuus ⁊ non est virtus. Alio modo dicit̄ ratio vis cognitiua veri ⁊ falsi: boni ⁊ mali ad hoc ꝙ fiat vel nō fiat. vel vt tēdatur in illud: vel vt recedatur ab illo. ⁊ s̄m hoc ratio est pars liberi ar. vt diffinitur ab Aug. Liberum arbitrium est facultas rationis ⁊ volūtatis. ⁊ hoc modo ratio vis motiua est inclinans per intentionē. Tertio modo sumitur ratio large ita ꝙ comprehendat iudiciū ⁊ appetitum seu rationem ⁊ voluntatem. ⁊ sic idem est quod libe. arbi. et s̄m has duas vltimas acceptiones in ratione dicitur esse scientia que est donū seu virtus.

Ad quartū. ¶ Ad quartum qd̄ obijcit de Hugone. dicendū ꝙ loquendo de fide materialiter. s. s̄m cognitionem: media est fides inter opinionem ⁊ scientiam. nec ex hoc dicitur virtus: sicut nec opinio nec scientia. loquendo vero de fide formaliter scʒ s̄m assensionē: non erit dicere fidem esse infra scientiam ⁊ supra opinionē cum ipsa certitudo fidei equiparetur certitudini que est scientie. s̄m ꝙ dicit August. ꝙ nihil est homini certius sua fide.

Ad quintū. ¶ Ad vltimū dicendum. ꝙ est considerare intellectum speculatiuum absolute: ⁊ est considerare intellectuʒ practicū absolute: ⁊ est considerare intellectum speculatiuū s̄m extēsionem ad practicum: s̄m ꝙ dicit philosophus ꝙ intellectus speculatiuus per extensionem fit practicus. In primo est pura cognitio. in secundo est pura affectio. in medio vero est cum affectione cognitio: seu cum cognitione affectio. Proprie ergo loquendo in intellectu speculatiuo. primo modo sunt habitus cognitiui: qui non sunt virtutes sicut sunt scientie. In intellectu vero practico absolute sunt habitus virtutum: que materialiter ⁊ formaliter sunt circa affectiones ⁊ voluntates. sicut est spes charitas ⁊ huiusmodi. In intellectu vero speculatiuo extenso seu in practico comparato ad speculatiuum sunt habitus virtutum qui habēt cognitionem p materia ⁊ affectionem p forma sicut est fides in theologicis: ⁊ prudētia in cardinalibus. ⁊ hoc modo nō est incōueniens eundē habitum esse in intellectu practico ⁊ speculatiuo. quia hoc modo non est in intellectu practico ⁊ speculatiuo s̄m ꝙ diuidunt̄ seu separant̄: sed s̄m ꝙ vniūtur. vt scʒ intellectus speculatiuus intendit̄ in practicū: ⁊ s̄m ꝙ practic9 informat speculatiuum.

Membrum quartum.

Utrū sit virt9 gn̄alis an specialis. SEquitur querere vtrum fides generalis virtus sit an specialis. Ad qd̄ sic. Quia nō est vnicū genus appetendorum sed diuersa genera: nō est vnica virtus appetendorum sed diuerse in specie. ergo eadem ratiōe cuʒ non sit vnicuʒ genus credendorum sed diuersa genera: nō erit vnica fides sed diuerse in specie. ergo fides est differens specie.

Arg. primū. Scd̄m. ¶ Item aliud est donū qd̄ est de eternis. s. sapientia: ⁊ aliud est donuʒ qd̄ est de humanis. s. scientia. ergo simili ratione alia est fides que est de eternis vt de deo trino et vno: alia est fides que est de humanis. vt de resurrectiōe hominū futura ⁊ retributione ⁊ pena.

Tertium. ¶ Item dicit Augu. Quī diuerse voluntates sunt in specie s̄m diuersa volita in specie. vnde alia est voluntas in specie qua volo honores mundi: alia qua volo voluptates carnis: alia qua volo diuitias. ergo eadem ratione diuerse erunt fides in specie s̄m diuersa credita in specie. ergo alia est fides qua creditur diuinitas. alia qua creditur humanitas. alia qua creditur resurrectio ⁊c.

Quartum. ¶ Item maxima est distātia inter omnia ea que habent cōcomitantiam illa que est inter creatum ⁊ increatum. Si ergo aliqua differentia trahit in speciem differentem: et ista trahet. fides. ergo q̄ est de increato et fides de creato est differens s̄m speciem.

Quintum. ¶ Item fides est de supplicijs eternis: ⁊ s̄m hoc generat timorem. Item fides est de premijs eternis: ⁊ s̄m hoc generat spem. ergo cum spes et timor sint diuersarum specieruʒ. fides ex qua generatur timor: ⁊ fides ex qua generatur spes eadem ratione erunt diuersarum specierum.

Sextum. ¶ Item s̄m vnamquāqʒ virtuteʒ gratuitam est aliquid amatū: sed nihil est amatū diuinis nisi sit cognitum cognitione que est fidei. ergo fides circuit finem vniuscuiusqʒ virtutis gratuite: seu illud sit verum: seu arduum: seu bonum. non enim quereretur nisi cognitum. cognoscitur autem per fidem. Relinquitur igitur ꝙ fides est generalis virtus.

Contra. ¶ Contra. Licet multi sint articuli fidei s̄m temporale ⁊ eternum: creatū ⁊ increatum. vna tamen est veritas per quā omni articulo inheremus. ergo nō multiplicatur fides s̄m temporale ⁊ eternum: sed vna erit propter vnitatem medij qd̄ est veritas. ¶ Item oīe quod est verum: a prima veritate verum est sicut dicit Augusti. ꝙ nulla creatura veritatem habet in se nisi a prima veritate cū sit in se vanitas. ergo cum nulla creatura a se veritatem habeat: nulli creature veritati adherendum est per se. Cum ergo fidei sit pprium adherere veritati per se: non adherebit fides nisi solūmodo veritati increate. ergo cum prime veritati ⁊ soli per se adhereat fides: licet sint diuersi articuli: non multiplicabitur s̄m species. sed s̄m vnam adherentiam vna erit. ¶ Item bonum ⁊ malum s̄m ꝙ accipiūtur a fide: accipiunt̄ preter actum

actum scʒ sub ratione veri. s̄m vero ꝙ accipiūtur a spe ⁊ a timore: accipiunt̄ s̄m actuʒ suū ⁊ sub differenti ratione. ergo sicut differentia rationis acceptionis boni ⁊ mali facit differentē spēm spei ⁊ timoris: eodē mō vnitas vel indrñtia acceptiōis rōnis boni ⁊ mali q̄ est rō veri faciet fidē vni9 spēi nō multiplicabit̄ ergo p spēs.

Responsio. ¶ So. dicendū ꝙ fides est virtus spālis. lʒ enim sit diuersitas articulorum: q2 tñ est conuenientia in illis: est vna fides oīum illorum. Est aūt cōuenientia articulorum in tribus. primo ī subiecto creditionis. scd̄o in rōne credendi. tertio in fine seu in termino. In subiecto creditionis cōuenientia est. q2 oēs articuli sunt de increato vero. lʒ qñqʒ cuʒ cointellectu increati: vt de deo trino ⁊ vno ⁊ hmōi. qñqʒ vero cuʒ cointellectu creati: vt de deo incarnato passo ⁊ hmōi. In ratione vero credendi est conuenientia: q2 oībus credēdis prima veritas est ratio credēdi. In fine vero creditionis est cōueniētia: q2 s̄m oēs articulos tenditur in vnuʒ verū qd̄ est summa ⁊ prima veritas.

Solo ad arg. primum. ¶ Ad primū ergo dicendū. ꝙ non est simile in appetendis ⁊ credendis. qm̄ in appetēdis s̄m virtutem differentes sunt ⁊ particulares ⁊ pprie rationes appetendi. ⁊ ideo sunt differentes virtutes circa appetenda sicut patet. caritas appetit deuʒ s̄m rationē boni. spes s̄m rationeʒ gloriosi. fides s̄m rationem veri. q2 ergo diuerse sunt: rationes boni gl'iosi ⁊ veri: ideo diuerse sunt virtutes fides spes ⁊ caritas. similiter ī alijs virtutibus. In credēdis vero non similiter est: q2 vnica est ratio oīum credēdorum propria ⁊ particularis. circa oīa credenda seu circa omnes articulos que est prima veritas. Si enim queratur. quare credis hoc vel illud. nō est nisi vna respōsio. scilicet q2 ita docet prima veritas. Unde si Geometria dicitur vna scientia: q2 est de vno subiecto: licet diuersas passiones pbet de eo ⁊ p diuersa media Multo fortius vna erit fides specie: quia est de vno subiecto ⁊ p vnū mediū credit quicquid credit.

Ad secundū. ¶ Ad secundum dicenduʒ ꝙ sapientia donum simpliciter est de eterno: scientia vero de temporali per se. ⁊ ideo diuersa sunt dōa s̄m speciem. Fides vero licet sit de articulo continēte tempus seu continente diuinam actioneʒ circa hominem seu creaturam: semper tamē est de eterno et increato: et semper dirigitur in eternum et in creatum. et ideo non multiplicatur per species. sicut patet de caritate: que quidem est ex parte dilectionis proximi de temporali. ex parte vero dilectionis dei de eterno. et tamen charitas non multiplicatur per species. ⁊ hoc est quia vna est ratio diligendi deum ⁊ primum. scilicet summa bonitas. eodē modo ex hac parte vna est ratio credēdi eternū ⁊ tēporale. id est prima veritas.

Ad tertium ¶ Ad tertium respondent. quoniam non sequitur s̄m diuersa volita sunt diuerse voluntates. ergo scd̄m diuersa credita diuerse fides: non est enim similis ratio in actibus ⁊ habitibus. quia ex vno habitu possunt exire actus diuersarum specierum. Uerbi gratia. ex habitu naturali qui est visus procedūt diuersi actus. scilicet videre album: ⁊ videre nigrum. qui sunt diuersarum specierum. Similiter ex illo habitu qui est fides: procedunt diuersi actus in specie. scilicet credere deum esse: credere filium dei natum esse de virgine ⁊ huiusmodi. Sed quoniam omnia ista eadem ratione creduntur: vt predictum est. ideo non habent nisi vnum habitum in specie ex quo procedunt.

Ad quartum ¶ Ad quartū iam patet responsio. quia fides semper est de increato: sed aliquando cuʒ cointelletu creati. sicut infra patebit.

Ad quintum ¶ Ad quintuʒ dicendum sicut dictuʒ est. ꝙ fides est de penis eternis ⁊ premijs secūdum rationem vnam que est premium verum. ⁊ ideo non est differens specie fides huius ⁊ illius. Spes autem est de premijs: timor de penis. non secundum rationem vnam: sed secundum differētes que sunt bonum ⁊ malum. ⁊ ideo sunt differentes specie. ¶ Si quis tamē obijceret. ꝙ fides est de bono inquantum bonum: ⁊ de malo inquātum malum: quia aliter non generaret fides spē ⁊ timorem. Dicendum ꝙ ista duo verum ⁊ bonuʒ opponuntur tanq̄ disparata: alio modo non. Dico autem oppositionem disparationē s̄m rationes. nam bonum cum creditur esse bonuʒ inquātum bonum cognoscitur: ⁊ preter hoc cum sit cognitum manens hmōi est sub ratiōe veri: ⁊ ita in quantū bonū cognoscitur: ⁊ inquātū verū cognoscitur: sed cū dicitur inquantum bonū cognoscit̄: dicitur ratio ex parte cogniti: cum vero dicitur inquantum verū cognoscitur redditur ratio ex parte cognoscentis: hec enim est ratio generalis rei cognoscibilis: inquantum est actu cognitum apud intellectum. Si vero cognitum dicat rationem ex parte cognoscentis: s̄m hoc fides nō est de bono: sʒ potius de vero: s̄m ꝙ dicitur ratio ex parte cogniti est de bono: ⁊ s̄m hanc rationē bonuʒ mouet affectum seu intellectum practicum.

¶ Ad vltimuʒ dicendum: ꝙ licet fides sit generalis quantum ad cognitionem non tamen generalis est s̄m ꝙ virt9 nec genus est s̄m ꝙ genus habet sub se species: sed s̄m ꝙ dicitur genus a generando potest dici ꝙ fides generat spem: ⁊ spes caritatem: ⁊ caritas generat rationem s̄m quam reducit omnem virtutē in finem ipsius caritatis: scʒ in bonuʒ: ⁊ de hac generatione dicit̄ Math. j. Abrahā genuit ysaac ⁊c. intelligitur: fides generat spem: ⁊ spes caritatem: et cum fides virtus nō sit sine affectione: licet ambitus cognitionis circūeat omnem finem: tamen affectio restringit eam circa certuʒ finem propriū: et ideo non multiplicatur in species. Ad sextum.

Membrum quintum.

Quid sit fides COnsequēter queritur quid sit fides s̄m diffinitionem. Et queruntur duo. Primo queritur de diuersitate diffinitionum fidei que inueniuntur ab autoribus. Secundo queritur de diffinitiōe quā ponit apl's.

Articulus primus.

De diuersitate diffinitionū q̄s ponūt autoritates. CIrca primum notandum ꝙ Iohā. Damasce iuxta apostolum describit fidē in quarto lib. sic. fides est eorum que sperantur hypostasis. i. subsistentia rerum redargutio que non videntur: indistabilis ⁊ inuidicabilis species eorum que a deo sunt nobis annunciata. ¶ Item Damasce. alio modo. fides est non inquisitus consensus. ¶ Item Dyo. in lib. de di. no. fides est ratio simplex veritatis per se existentis. ¶ Item supra habitum est ꝙ fides est virtus qua creduntur que non videntur. ¶ Itē Hugo de sancto victo. fides est certitudo animi de reb9 absentibus supra opinionem ⁊ infra scientiam cōstituta: queritur ergo quomodo differunt inter se iste diffinitiōes fidei.

Responsio. ¶ Ad qd̄ dicendum est: ꝙ fides prout dictū est s̄m Hugo. in cognitione habet materiam in affectione substantiam: ⁊ ideo fides potest notificari s̄m cognitionē ⁊ s̄m affectionē. Secundum affectionem tribus modis: contingit em̄ considerare fidem per comparationem ad suū genus: est enim in genere virtutis: ⁊ sic ponendo eaʒ in genere diffinitur sic. fides est virtus qua credū

tur que non videntur. Item contingit considerare fidem per comparationem ad suum principalem actum qui est assentire prime veritati sup omnia: ⁊ s̄m hoc diffinitur sic a Johan. Damasce. Fides est assensus non inquisitus circa primam veritatem. Item contingit considerare fidem per cōparationem ad finem seu ad ea que ordinata sunt per eam in anima in presenti ⁊ in futuro: ⁊ s̄m hoc describitur ab apostolo Hebre.xj. Fides est substātia sperandarum rerum. argumentum non apparentium: ⁊ ponitur ibi comparatio edificij presentis in anima ad edificium spirituale in futuro. Et quia duplex dispositio respectu finis est necessaria vna in affectu: alia in intellectu: ideo dicitur substantia reruʒ sperandarum ratione eius quod pertinet ad effectum: argumentum non apparentiū ratione eius quod pertinet ad intellectum: sic ergo accipiuntur tres diffinitiones fidei ex parte affectus. ¶ Ex parte vero cognitionis diffinitur fides tripliciter. potest enim cognitio fidei considerari tribus modis. Primo modo in comparatione ad credibilia que per ipsam cognoscunt̄: et hoc modo diffinitur a beato Dyo. Fides est ratio simplex veritatis per se existētis: sicut enim ratio que dicitur argumentum in alijs facit noticiam veritatis conclusionis. sic lumē cognitionis fidei est ratio apud intellectum cognitionis veritatis que est in articulis fidei: ⁊ hoc per se sine aliquo medio qđ accipiatur s̄m humanam rationem: ⁊ etiā simplex ratio est ad differentiam rationis que est argumentum in logicis: ibi enim ratio dicitur ꝑ modum complexionis ⁊ compositionis consistens in duabus propositionibus s̄m modum sylogisticū vel in vna s̄m modum enthimematis. Ad huius ergo differentiam dicitur fides ratio simplex non enim complicatur per modum cōplexionis sicut medium in propositionibus ex quibus elicitur cōclusio. Item potest cōsiderari cognitio fidei in cōparatione ad cognitionem que est eiusdem generis. Est enim in genere cognitionis fidei triplex differentia: quedam enim est ex humana ratiocinatione: de qua dicitur ꝙ fides non habet meritū cui humana ratio prebet experimentum. Quedā vero est ex scripturarū autoritate seu testimonijs: s̄m ꝙ dicit Augusti. ad Paulinam. Si diuinaruʒ scripturarum que canonice in ecclesia nominant̄ perspicua aliquid firmat̄ autoritate: sine vlla dubitatione est credendum. ⁊ Hebre.xj. Hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. Quedam vero est ex lumine gratie infuso eleuante ipsum intellectum supra se ad assentiendū veritati prime propter se ⁊ super omnia: s̄m quem modum dicit Augusti. ad consentiū. Fides est illuminatio mentis ad summam veritatem. Et s̄m hunc modum diffinitur a Johan. Damasce. Indistabilis ⁊ iniudicabilis species eorum que a deo nobis annunciata sunt. Ista autem annunciata intelligit credenda sed quia credendis potest intellectus assentire per fidem habitam ex humana ratione: que quidem dijudicabilis est intellectu. Ideo ad huius differētiam dicitur fides species iudicabilis. Preterea qr potest assentire per fidem que colligitur ex scripturarum autoritate vel testimonijs: vt quia ita dicunt scripture: ⁊ quia ita antiqui patres crediderunt. ideo dicitur fides species indistabilis. Fides enim que est ex testimonio est velut remota dispositio ⁊ distans ratio respectu credendorum. Item potest considerari cognitio fidei in comparatione ad cognitiōes que sunt alterius generis: alterius enim generis sunt cognitio opinionis et scientie: s̄m quem modum diffinit Hugo de sancto victo. fidem sic. Fides enim est certitudo animi de rebus absentibus supra opinionem ⁊ infra scientiam cōstituta: quam diffinitionē sic explanat. Sunt quidā qui audita statim animo repellunt ⁊ contradicunt: ⁊ hi dicuntur negantes. Alij vero de his que audiunt necessariam partem eligunt ad cōsentiēdum: ⁊ hi dicuntur dubitantes. Alij vero alteram partem eligunt ad existimādū: sed non approbāt ad affectionem: quis vnū de duobus magis probabile intelligant: vtrum tamen idipsum verum sit asserere non presumunt: ⁊ hi sunt opinantes. Alij vero sic eligunt alteram partem vt eius approbationem in assertionem sumant: ⁊ hi sunt credētes: post ista genera cognitionis illud perfectius sequitur cum res non ex auditu solo sed per suā presentiam comprehendūt: ⁊ hi sunt scientes. Ex his ergo cōijci potest: quia fidem appellamus certitudinem: quia vbi adhuc dubitatio est fides non est ⁊ quia nimirum credere aliquid minus est q̄ scire: minus dico non quantum ad meritum: sed quantum ad cognitionem: plus enim est presentem videre q̄ absentem credere: ideo fides est certitudo infra scientiam: ⁊ quia plus est fide stare q̄ mutare existimationē: ⁊ plus credere q̄ existimare: relinquitur ꝙ fides est certitudo supra opinionem. Patet igitur diffinitio predicta: sic igitur patet ratio assignationis diuersarum diffinitionum fidei.

Articulus secundus.

De diffinitione fidei quaʒ ponit apl's. Argumen.j.

Queritur postea de diffinitiōe fidei quā ponit apostolus ad Hebre.xj. scʒ. Fides est substantia sperandarum rerum ⁊c. ¶ Circa hoc primo queritur: quare per duplicem actum diffinitur fides: scilicet per duplex genus actus: scʒ substare sperandis: ⁊ arguere non apparentia: cum alie virtutes non diffiniātur per actus plures sed per vnum.

Secundum.

¶ Item cum omnis diffinitio debeat assignari per priora et notiora: spes autem ⁊ speranda consequantur naturaliter fidem: videtur hec diffinitio: fides est substantia rerum ⁊c. dari per posteriora: ergo non est bene assignata.

Tertium

¶ Item cum omnis diffinitio debeat assignari s̄m illud quod cōuenit diffinito per se ⁊ non per accidens. fides autem non est rei sperande nisi per accidens: sed per se est rei credende: ergo non conuenienter dicitur substantia rerum sperandarum: sed magis rerum credendarum.

Obijcit̄ circa primā parteʒ diffinitionis

¶ Item queritur de singulis partibus: et primo quomodo dicitur substantia rerum spe. Nam cuʒ substantia dicatur multipliciter s̄m quatuor modos vt dicit philosophus in methaphisica: materia: forma: compositum: genus aut diffinitio nō potest dici fides substantia forma: quia fides nō est forma rerum sperandarum: sed magis credendarum: nec potest dici substantia materia: qr cum materia sit tribus modis in qua et ex qua ⁊ circa quam: non est fides materia ex qua sint res sperāde: cum nō permaneat cū bonis sperandis in gloria: nec etiā potest dici ꝙ fides sit materia ex qua: eo modo quo fidei succedent speranda eterna scʒ bona: quia s̄m hoc multofortius spes diceretur substantia rerum sperandarum: preterea non potest dici fides materia in qua reruʒ sperandarum: nec materia circa quaʒ sicut patet. ergo nec potest dici substantia cōpositum: nec sicut genus aut diffinitio

finitio sperandorū. ergo fides nō pōt dici substātia rerū sperandarum.

Scdm.

¶ Itē Cū bona eterna q̄ sunt res sperande fundent̄ in merito. meritū aūt est in oī virtute: ergo quelibet virtus dicet̄ fundamētum rerū sperandarum. si ergo eadem ratiōe dicit̄ substātia qua fundamentum sicut dicit Aug. relinquit̄ ꝙ quelibet virtus est substantia rerū sperandaruʒ.

Tertium.

¶ Item Cū fides sit non solum p̄miorū eternorum que sunt res sperande: sʒ etiam penarum eternaruʒ q̄ sunt res timende. videt̄ ꝙ non solum sit substantia rerū sperandarum. sed etiam timendarum. Nō ergo sufficienter dicit̄ cū dicit̄ substantia rerum sperandaruʒ.

Quartum.

¶ Item cū dicat Aug. in Ench. ꝙ fides est rerū p̄sentiū p̄teritarum ⁊ futurarum. spes vero est solum futurarū. ergo vniuersalior est fides q̄ spes. ergo fides non est diffinienda ꝑ res sperandas: cū istud non conueniat fidei vniuersaliter. nō igitur conuenienter dicit̄ substantia rerū sperandarum.

Quintum.

¶ Item cū dicit Aug. ꝙ ignota nō possumus diligere. ⁊ Greg. Nemo pōt amare qđ nō credidit sicut nec sperare. ergo fides est substantia rerū diligendarum sicut reruʒ sperandarū. ¶ Itē Diligenda sunt finis fidei sicut speranda. quare ergo non dicitur fides substantia rerum diligendaruʒ.

Obijcit̄ cōtra scdam partē.

¶ Itē querit̄ de alia parte diffinitiōis q̄liter scʒ dicitur. Fides argumentū non apparentiū. Naʒ cū argu. dicatur aliq̄n maxima ꝓpositio aliq̄n collatio p̄missarum ad cōclusionē. Nullo istorum modorum videt̄ fides posse dici argumentum. Relinquitur igit̄ ꝙ fides nō est argumētū.

Scdm.

¶ Itē Ubi est argu. est q̄si motus in rōne ⁊ ꝓcessus de vno ad alteruʒ sed fides cū credit articulo non ꝓcedit ꝑ aliud ad credendū illū: cū illuʒ suppōat ⁊ assentiat illi: igit̄ fides non dicet̄ argumentum.

Tertium.

¶ Iteʒ oē argumētum est ratio. virtus aūt diuidit̄ ex opposito rōni qr est habitus volūtarius. fides igitur cū sit virtus non erit ratio: ⁊ ita nec argumentuʒ. ¶ Si dicat̄ sicut quidam dixerunt. ꝙ fides est argumentum s̄m hunc modū. q̄n si aliquis dubitat resurrectionem futuram: vel aliquē alium articulū ꝑ fideʒ patriarcharum ꝓbabitur hoc modo. Ita crediderunt p̄triarche: ergo ita credendū est nobis. sʒ hoc argumentum est solum ꝑ locuʒ ab autoritate. talis aūt locus debilissimus est. ergo fides esset argumentū debilissimū.

Quartū.

¶ Item s̄m hoc nō esset fides argumentū vniuersaliter. sed solum fides priorum: nec etiā esset argumentum quo ad omnes. Nō em̄ apud antiquos qui primi crediderūt esset fides argumentum. Iteʒ s̄m hoc esset fides suasa ⁊ cius ratio imediata nō esset prima veritas. ¶ Si dicatur sicut dixerunt q̄dā: fides est argumētum rōne prime veritatis: cui innitit̄ ⁊ adheret ꝓpter se. Prima em̄ veritas est principium. mediū ⁊ extremū. prima em̄ veritas principium est s̄m ꝙ ab illa est fides habitus illuminās: ⁊ illi prime veritati adheret fides ꝓpter se: sed ꝙ adheret non habet a se sed a prima veritate ⁊ sic est principiū huius adhesionis. ¶ Itē ipsa veritas est cui adheret ⁊ ita est extremū. Preterea prima veritas est medium ꝑ qđ adheret: ⁊ ita est medium. prima ergo veritas est a quo habet ꝙ adheret. ⁊ cui adheret. ⁊ ꝑ qđ adheret ⁊ ita est principiuʒ mediū ⁊ extremū s̄m hoc ergo dicit̄ fides argumentū ꝑ similitudinē ratione prime veritatis. ¶ Sed si hoc dicatur. cōtra. s̄m hoc magis ipsa prima veritas diceret̄ argumentum q̄ fides: ⁊ ipsa fides diceretur conclusio quasi illata a prima veritate.

Quintum.

¶ Iteʒ queritur que sint illa non apparentia respectu quorum dicitur fides argumentum: aut enim nō apparētia dicunt̄ articuli. aut dicūtur bona futura. sed quocūq₃ modo dicantur: cum argumentū ducat in cognitionem eius cuius est argumentum ⁊ apparentiam: si fides est argumentum nō apparentium. faciet apparere non apparentia. sed cōstans est ꝙ in presenti non facit apparere. ergo nō est in presenti argumentū non apparentiū.

Sextum.

Item queritur quare dicitur argumentum non apparentium: et non argumentū dubiorum. Sic ergo obijcitur cōtra diffinitionem ⁊ partes diffinitionis.

Querit̄ de ordine partium diffinitionis.

¶ Item queritur de ordine partium diffinitionis cum intellectus prior sit q̄ affectus. fides autem dicitur argumentum non apparentium respectu intellectus. substantia vero respectu affectus. Ergo ecōuerso deberet ordinari diffinitio: vt diceret̄ fides argumentū non apparentium: ⁊ substantia rerū sperandarum.

Rn̄sio.

¶ Solutio. dicendum s̄m Hugo. de sancto victo. ꝙ diffinitio predicta non indicat quid est fides sed signat quid facit. Disponit em̄ ad ea que in patria habebuntur et cognoscentur. habebuntur affectu: cognoscentur intellectu. Inquantū disponit ad habere: dicitur fides substantia sperandarum rerum. inquantuʒ disponit intellectum ad cognoscere: dicitur argumentū nō apparentium: ⁊ ideo ista ratio apostoli non dat̄ per genus ⁊ differētias: sed datur ꝑ cōparationē ad primos ⁊ principales actus fidei.

Sol. ad .j.

¶ Ad primo obiectū circa diffinitionē dicendū ꝙ sicut dictū est. fides cōsistit in cognitione ⁊ affectiōe. In cognitione em̄ inuenit̄ fidei materia. In affectione substātia sicut dicit Hugo. Ratione ergo ipsius affectionis dicit̄ substantia rerum sperādarum. Ratione cognitionis dicit̄ argumentū nō apparentium: qr ergo esse eius materiale est in cognitiōe. ⁊ esse substātiale seu formale est in affectione. ideo ponit̄ in duplici genere: sed in vno formaliter: in altero materialiter.

Ad scdm.

¶ Ad scdm dicēdū. ꝙ queadmodū dictū est: hec diffinitio nō dat̄ ꝑ genus ⁊ differentiā formalem. sed dat̄ ꝑ actū in cōparatione ad finē s̄m ꝙ dicit Hugo. Fides est substātia sperandarum rerum: quia bona inuisibilia que per actū nondū sunt presentia: iam ꝑ fidem in nobis subsistūt. Scdm hoc ergo dicendū. ꝙ licet spes ⁊ sperāda sint posterius fide tp̄e ⁊ ḡnatione: tn̄ prius sunt s̄m rationē. s̄m ꝙ dicunt̄ actus ⁊ finis priora s̄m rōnem eis quoruʒ sunt actus ⁊ finis: que tn̄ posteritas scdm rōnem potest dici in ratione cause finalis: prioritas scdm naturam: s̄m ꝙ dicit philosophus in methaphisica ꝙ potētia prior est actu generatione ⁊ tempore. sed actus prior est potentia substantia ⁊ diffinitione.

Ad tertium.

¶ Ad tertium dicendū ꝙ fides cuʒ primus sit habitus gratuitus cōparationē habet ad obiectum cuius est. Et hoc modo diffinit̄ sic. Fides est qua credunt̄ que non videntur ⁊c. ⁊ cōparationem habet ad illud ad qđ est seu ad finē. Dicendū ergo ꝙ predicta diffinitio fidei nō datur per cōparationē ad obiectum seu ad illud cuius est: sed datur per cōparationē ad illud ad qđ est: et illud est bonū sperandū: ⁊ verum non apparens premium ¶ Et per hec patet responsio ad obiecta ḡnaliter circa diffinitionē.

Sol. ad obiecta circa p̄mā partem.

¶ Ad illud vero qđ primo opponitur circa primā partē diffinitionis. dicendum ꝙ fides dicitur substantia in rōne cause materialis. s̄m ꝙ dicit Johānes damasce. ꝙ fides est eorum que sperantur ypostasis. id est substantia rerū redargutio que non videntur. Dicitur autem in ratione cause materialis in qua velut prima dispositio materialis ipsius subiecti qđ est anima. Est enim materia in qua rerum sperandarum dupliciter si-

¶ Solutio. distinguendus est status. s. status añ peccatum: ⁊ status post peccatum: ⁊ ante legem: ⁊ status sub lege: ⁊ status gratie. In statu ante peccatum necessaria fuit fides creatoris quia est: et quia remunerator est: qr. s. est principium cōditionis ⁊ quia remunerator est inquantum finis ⁊ cōplementum beatitudinis: pro statu vero post peccatum necessaria fuit fides: non solum creatoris fm qd dicit Augusti. ꝙ scriptum est Actu. iiij. Nō est aliud nomen sub celo in quo oporteat saluari nos: ex illo tempore valet fides ad saluandum genus humanum: ex quo in adam vitiatū est: ergo fides mediatoris solūmodo necessaria est post peccatum. Post peccatum enim sicut dicit Hugo. duo sunt proposita credenda: creator ⁊ saluator. In prima parte discernit fides inter creatorē ⁊ ei⁹ opa. In scda pte discernit fides inter saluatorem ⁊ sacramenta sua. prima pars pertinet ad debitum nature. secunda ad debitum gratie: illa credere debemus: qr per naturam conditi sumus. ista credere debemus: quia per gratiam reparati sumus.

De fide mediatoris añ ⁊ post legē ⁊ tēpore gratie

¶ Nota igitur different. a fidei mediatoris ante legem: ⁊ sub lege et tēpore gratie fm Hugo. de sancto victo. Ante legem creator credebatur ⁊ ab eo salus ⁊ redemptio expectabatur. Per que vero ⁊ quo modo eadem salus complenda ⁊ perficienda esset: exceptis paucis quibus hoc scire singulariter in munere datum erat: a ceteris fidelibus nō cognoscebatur. Sub lege autem psona mediatoris mittenda predicabatur: ꝙ autem ipsa persona foret homo vel angelus vel deus nondum manifestabatur: soli hoc cognouerant qui per spiritum ad hoc illuminati erant. Sub gratia autem manifeste predicatur ⁊ credit modus redemptiōis ⁊ qualitas persone mediatoris. Scdm hoc respōdendū est breuiter ad oia obiecta

Solō ad primum quesi.

¶ Ad primū qd querit dicendum ꝙ apostolus ista duo ponit sicut principia ad oēs articulos. s. oportet credere qr est: ⁊ qr remunerator est. oēs enim articuli reducunt ad fidem: qua creditur alpha ⁊ o principium ⁊ finis. Apoca. j. ⁊ hec duo sunt que propinquiora sunt nobis quantū ad cognitionē ⁊ per quorū cognitionē manuducimur ⁊ eleuamur ad cognitionē eternorū: sicut ptz cōferēti singulos hinc ergo est ꝙ apl's ponit hos principaliter: qr est principiū cōditiōis: ⁊ qr est remunerator: hoc est finis beatitudinis.

Ad secūdum.

¶ Ad scdm iam patet responsio: qr pro statu ante peccatum

peccatū non dicitur necessaria fides mediatoris sicut patet ex dictis: sed pro statu post peccatum.

Ad tertium ⁊ quartum.

¶ Ad tertium vero ⁊ quartum dicendū: ꝙ in lege naturali fm dictamen rationis scriptū erat preceptū de fide mediatoris inquantū indita erat quodāmodo rationi humani; fides redemptionis: qr certum poterat esse rationi hūane naturam hoīs esse lapsam generaliter. Inditū autem erat rationi ꝙ semper melius ⁊ dignius est attribuendum summe bonitati: ⁊ ideo satis ex propinquo colligere poterat ꝙ summa bonitas nō pmitteret rationalem creaturā humanā que generaliter perdita erat ex toto perire. iuxta illud p̄s. Nunquid vane constituisti omnes filios hominū: ⁊ ideo dictabat ratio ꝙ credere deberet futuram hominis reparationem: per hanc ergo viam ostenditur in lege naturali quodāmodo scriptū preceptum de fide redēptionis.

Ad quintum

¶ Ad vltimū dicendū. ꝙ in potestate nostra potentia susceptiua est credere fidem mediatoris: sed nō est in potestate nostra actiua: immo ab ipsa prima veritate infundēte lumen fidei quo eleuet intellectus supra se. In potentia vero susceptiua erat disponere se per dictamē rationis: put iam dictum est ad receptionē huius luminis.

Articulus secundus.

Utrū necessariū fuerit credere oī tpe ea que credim⁹ de fide mediatoris.

Queritur postea vtrū semper oportuerit credere oīa illa de mediatore que nūc credimus. Quibusdam enim videtur sicut magister dicit in senten. ꝙ suffecerit antiquis tantum credere. s. natiuitatem: mortem: resurrectionem: aduentum ad iudiciū. Alijs videtur habita fide trinitatis id de ministerio incarnationis fidei suffecisse vt crederetur filius dei nasciturus de homine ⁊ iudicaturus: qui de Iohā. baptista documentum huius rei affirmant: qui de morte xp̄i ⁊ descensu ad infernos in euangelio dubitasse videtur fm expositionem Grego. quādo interrogauit per discipulos. Tu es q̄ venturus es ⁊c. Luce. vij. Mat. xj. quasi diceret. Es tu per teipsū descensurus ad inferos: an alium expectamus ad hec sacramēta.

Obijcit de Iohanne.

¶ Propter hec circa hoc queritur de sufficientia articulorum que minor esse potuit. ¶ Item queritur de Iohāne baptista vtrum fidē habuerit mortis xp̄i seu descensus ad inferos: qr dicit Ambro. in glo. super Luc. vij. ꝙ Iohā. nouit dei filium: sed nō ipsum descensurum ad inferos: ⁊ dicit ibidē ꝙ moriturū xp̄m sancti non crediderunt ergo nō habuit fidem mortis: nec descensus ad inferos. ¶ Item Greg. super Mat. xj. in omel. Tu es qui venturus es ⁊c. introducit Iohannē loquentem sic. An cōueniat filio dei mori: an alium ad hec sacramenta missurus es: ergo Iohānes dubitabat vtrū xp̄s esset moriturus. ¶ Itē Ambro. dicit: ꝙ poterat prius vates quē venturū predixerat non credidisse moriturum.

Contra.

¶ Contra. Hylarius dicit. ꝙ Iohan non dubitauit sed ignorantie discipulorū cōsuluit. ¶ Itē Crisosto. super Mat. xj. Iohā. qui a spiritusancto didicerat q̄cquid audierat: qui ⁊ ceteris predicauerat: qui testimoniū perhibuerat: qui colūbā viderat: quare sic querit Si ignorat quomodo testis fuit Ioh. Tu signa diuulgaueras modo post mortuos suscitatos quādo iam omnibus notus: nunquid tibi non notus tu sanctificatus heremi ciuis: nūc dubitas: absit.

Responsio Hugo.

¶ Solutio. dicendū ad primum fm Hugo. ꝙ hec sunt quibus ab initio fides recta nūꝙ minus habere potuit videlicet vnū deum esse creatorē oīm dn̄m ⁊ rectorem vniuersorū ipsumqz non esse mali auctorem eorū: sunt qui malis suis eius misericordiam quererent: ⁊ expectarent futurū redemptorem: hoc simbolum fidei in initio suffecisse credimus: ⁊ omnes qui futurā redemptionem crediderunt: ea quibus redemptio cōstabat credidisse nō inconueniēter affirmatur.

Solō ad id qd de Iohanne obijcitur.

¶ Ad illud quod obijcitur de Iohan. dicunt quidā ꝙ Iohānes nō dubitauit: ⁊ dicūt ꝙ in auctoribus verbū dubitandi ponitur improprie. s. pro verbo interrogādi: vt Lu. ij. dicitur. Inuenerūt eū in medio doctorū interrogātem glo. discit in terris qui angelos docebat in celis discit. i. interrogat ⁊ ad modū discētis se habet: ita etiam dicunt hi Ioh. dubitasse. i. interrogasse. Sed contra hoc est qd dicit glo. Ambro. predicta poterat prius vates quem venturū crediderat non credidisse moriturū.

Triplex.

Preterea dicunt alij ꝙ Iohānes dubitauit sed distinguunt ꝙ est triplex dubitatio. Est dubitatio infidelitatis qualis fuit in iudeis. ⁊ est dubitatio tarditatis qualis fuit in discipulis euntibus in Emaus Luce vlti. Et est dubitatio amoris seu pietatis que quidem nō est dubitatio sꝫ error quidam: quo anima se habet ad modum dubitantis: ⁊ sic dubitauit Iohā. vnde dicit glo. ibidem. nō fide sed pietate dubitauit: quia lapsus amoris fidem non impediuit: talis enim lapsus religiosus est.

Crisosto.

Alij vero dicunt fm Iohan. Crisosto. qui dicit ꝙ nec ignorans que fuit nec dubitans misit discipulos: dicit etiam ꝙ discipuli Ioh. inuidiose se habebant ad xp̄m: ⁊ ideo Iohānes in proximo moriturus magnum studiū facit ad hoc vt credant: ⁊ mittit duos quos nouerat persuadibiliores: xp̄s autem sciens consilium Iohānis nō respondit ego sum ad Iohannē sed rebus eos docet: quia testimonium quod ex ipsis rebus est credibilius est. Si ergo non Iohānes dubitauit: sed eius discipuli: ⁊ vt ita certificarētur per opera miraculorum xp̄i misit eos ad ipsum.

Membrum quartum.

De sufficientia fidei quātū ad simplices primo in generali.

Deinde queritur de sufficientia fidei quātum ad fidem simplicium: ⁊ primo generaliter. Secundo specialiter.

Articulus primus.

Circa primum queritur de fide simpliciū quibus nō erat incarnationis misteriū reuelatum sicut Abrahe ⁊ Moysi reuelatum erat: quemadmodum in ecclesia aliqui sunt simplices q̄ articulos fidei distinguere nesciunt vtrum sufficienter crediderunt credenda. ¶ Ad quod respondet magister in senten. fm Grego. super Iob. j. dicens. Reuelationem distinctam ⁊ indistinctam velatam et manifestam. Minores ergo habebant fidem velatam ⁊ indistinctā de mediatore: perfecti vero habebant distinctam ⁊ manifestam quorum fidei minores adherebant sicut etiam nunc est in ecclesia quod confirmat auctoritas Iob. j. boues arabant ⁊ asine pascebantur iuxta eos: simplices et minores vt dicit magister: sunt asine pascentes iuxta boues: quia humilitate maioribus adherendo ministerio docebant qualis forte fuit mulier samaritana.

Utrū possit haberi fides vnius articuli sine alio. Obijcitur. Gal. v.

¶ Propter hoc circa partem istam queritur de fide simpliciū et generaliter vtrum possit haberi fides vnius articuli sine alio. Ad qd sic Gal. v. Testificor omni circuncidenti se: qr debitor est vniuerse legis faciēde: ergo qui ad vnum preceptum tenetur: tenetur ad oia: ergo qui ad vnū credēdū tenetur: tenet et ad oia ergo q̄libet simplex tenet ad articulos oēs.

De mensura. ¶Item Leuiti. xiij. precipitur q̄ leprosus offerat sextarium olei ⁊c. glo. sextariū: qr fide agitur: et intelligitur vnū quodq; predictor̄: sextarius em̄ mē sura est nec plus nec minus capiens: qđ em̄ plus est effundit: si minus est nō est sextarius: sic fides ad nostre mētis mensurā datur: nec plus aut minus q̄ a deo dist ribuitur: qđ aūt plus aut minus est extra fidem est. Ex hoc ergo relinquitur: q̄ nō est fides nisi credantur omnes articuli de quibus est fides. ¶Item sicut se habet caritas ad diligenda: ita fides ad credenda: cum ergo caritate diligamus nos deum ⁊ proximū: ⁊ non contingat caritate diligere vnum sine alio: ergo nec similiter cōtingeret fide credere vnum credendorum sine alio.

¶Item cū vnus sit habitus credendi fides: ⁊ vn⁹ habitus est ab vnitate obiecti: erit igitur vna veritas obiectū fidei qua quidē veritate erit cōnexio ⁊ cōiunctio omnium articulorū: non credetur ergo vni articulo sine omnibus. Dpz ergo q̄ simplices

Contra. credāt oēs articulos. ¶Cōtra. credere est sicut dicit Augustī cogitare cum assensione: sed potest cogitari assentiēdo veritati vnius articuli sine alio: ergo potest credi vnus articulus sine alio. ¶Itez simplices nō cogitabant de incarnatione saluatoris: ergo nō credebant incarnationē: cū credere sit

Rñ. ad q̄stio. cogitare cum assensione. ¶Ad hoc breuiter est dicendum: q̄ est credere explicite vel implicite: distincte vel indistincte: simplices autem implicite dicūtur credere oēs articulos seu indistincte. Et hoc duobus modis. Uno modo quātū ad illud qđ credunt. Alio modo quantū ad illud quod credūt vt dicit Hugo. omnes qui futuram resurrectionem crediderunt: ea quibus redemptio constabat credidisse: non incōuenienter affirmantur: inquantū ipsam que hec oīa continebat venturam crediderunt: q̄uis eandem de ipsis omnes credendo cognitionem non habuerunt. Quantum vero ad illos cū quibus credunt: ſm q̄ dicit Hugo ⁊c simplicibus antiquis: q̄ fidem natiuitatis: passionis: ascensionis: in hoc p̄fissime eos habuisse credim⁹: qr credē tib⁹ ⁊ sciētib⁹, hoc fide ⁊ deuotiōe: sub spe ⁊ expectatione eiusdem redemptiōis adhesserunt: q̄uis modum cogitationis redēptiōis, similiter nō cogitauerint. ¶Secundū hoc ergo cōcedenda sunt obiecta que concludebant q̄ non potest credi vnus articulus sine alio: vt intelligatur explicite vel implicite. ¶Tamen ad illud q̄ obiiciebant de preceptis: dicendum q̄ nō est simile: qr precepta iam cōpleta erant ſm rationē precipiētis: sed credita nōdū erant oīa ꝓpleta: imo erāt q̄dā futura ⁊ ad hec capiēda creuit illuminatio ⁊ magis ⁊ magis ficut supra dictum est. ¶Ad illud vo qđ obiicitur de mensura dicendum q̄ equalis est omnium quantum ad habitū credendi: seu quantū ad credere in vniuersali omnes articulos ⁊ nullum discredendi q̄uis inequalitas sit quantū ad actū credēdi: qui attenditur quantū ad cognitionē ⁊ deuotionē credendi: seu quantum ad credere in ratione propria.

Ad obiectum Ad gal. v.

Ad id de mensura.

Ad contra. Reliqua vo patent. ¶Ad ea etiam que obiiciuntur in cōtrariū ptz respōsio p distinctionē p̄dictā: nā ⁊ si simplices possunt cogitare de vno sine altero: nō tñ est credere: qr credere ptinet ad fidē explicitam ⁊ implicitā cōmuniter: cogitare vo ad fidē explicitā ⁊ distinctam. Preterea credere potest esse in habitu vel actu: cogitare vero est solum in actu. Ad aliud iam patet respōsio ex iam dictis.

Articulus secundus.

In speciali vtrū necessaria fuerit fides distincta ſm determinationē tēporis.

Dbiicit. ſ.

Secūdum.

Tertium

Contra.

Rñ. ⁊ solo ad obie. ſ.

DOstea queritur specialiter de fide cornelij. Et queritur vtrū fuerit necessaria fides distincta ſm determinationē temporis. Ad qđ sic. Actu. x. Dictū est cornelio anteq̄ baptizatus esset ⁊ cōuersus ad fidem. Accepte sunt elemosine tue ⁊c. ex illo tertu videt q̄ cornelius per opera venit ad fidē: qđ falsum est. Non enim qr homo bona facit: ideo bonus est: sed quia bonus est: ideo bona facit. Cū ergo accepte essent elemosine cornelij ⁊ orationes a deo: iam habebat fidez quoniā sine fide impossibile est placere deo. ¶Item dicit Grego. q̄ p fidē peruenitur ad opera sicut dicit magister in. iij. sen. xxiij. di. vñ ibi dicit cornelius ⁊ per fidē venit ad opera. deū em̄ vnū credebat: sed filium eius incarnatū nesciebat: p fidem placuerunt deo opera eius. ¶Itē Augustī. dicit cornelio dictū esse per angelum accepte sunt ele mosine tue ⁊c. nec sine fide orabat vel donabat. Nam quomodo inuocabat in quē non credebat. Ex his ptz q̄ credebat cornelius. ¶Cōtra, dicitur in glo. sup Actu. x. Si sine fide posset esse saluus: nō fuisset ad eum missus ecclesie architectus. i. petrus. Petrus enim missus fuit ad cū vt ipsum instrueret ad fidē: ⁊ ita vt daret ei fidem ministerio suo: ⁊ iā dictū erat ei: accepte sunt elemosine ⁊ orationes tue: ergo per opera puenit ad fidē: ergo qr bene egit fuit fidelis qđ falsum est. ¶Preterea si tunc habebat fidem quando missus est ad cū Petrus: ad quid ergo missus est ad eum: non vt conuerteret eum ad fidem: quoniā iam habebat fidē: ⁊ ita ꝓ nihilo fuit ad euz missus. Solo. est fides distincta: ⁊ est fides indistincta: fidem indistinctā habebat cornelius: quando missus fuit ad cuz petrus quoniā ante illā missionē dictū est ei accepte sunt elemosine tue ⁊c. sed nō poterant esse accepte nisi per fidem: ⁊ ita constat q̄ habebat fidem sed indistinctā: quoniā credebat filium dei esse incarnādū indistincte: nec adhuc distincte credebat q̄ facta esset incarnatio: nondū enim per fidem susceperat qđ dicitur Joh. j. Uerbū caro factū est: qđ iam inceperat predicari per mundum: ⁊ ideo non poterat iam cornelius diu esse iustus, sine fide distincta: ⁊ vt eam haberet missus fuit ad cū Petr⁹ ⁊ hoc est qđ dicitur. Sine fide posset esse saluus: non fuisset ad eum missus ecclesie architect⁹: hoc est si posset esse saluus sine fide distincta: quia tūc temporis ceperat declarari. ¶Ad illud quod obiicitur: q̄ per opera venit ad fidem: dicendus q̄ per opera venit ad fidem distinctam cum prius haberet fidem indistinctam. Et per istam distinctionē patet solutio ad omnia obiecta.

Dembrum quintum.

De distinctione ⁊ expositione articulorum.

Sequitur de distinctione ⁊ expositiōe articulorum. Et notandum q̄ cum sint tria simbola. Primum apostolorum. Secundum patrum quod cantatur in missa. Tertium athanasij quod cātatur in prima. Articuli distinguuntur differenter ſm differentias simbolorum. Queritur ergo disciplinariter primo qualiter distinguuntur articuli fidei in simbolo apostolorum. Secundo qualiter illi exponuntur. Tertio de simbolo patrū qui cantatur in missa. Quarto de simbolo athanasij.

Articulus primus.

Qualiter distinguunt articuli fidei in simbolo apostolorum.

Primo queritur qualiter distinguunt articuli in simbolo apostolorū. Ad qđ dicendum q̄ dupler accipitur simboli huius diuisio: vno modo per duodecim articulos alio modo

Prima distinctio in duodecim arti

alio modo per quatuordecim. Prima accipit ſm numerum. xij. apostolorum. qui per inspirationez spūssancti in vnū congregati singuli singulos apposuerunt articulos. Petrus primus apostolorū primū posuit articulū. s. Credo in deū patrez oipotentem creatorē celi ⁊ terre. Johannes apposuit, secundum s. Et in Jesum xp̄m filiū eius vnicū dñm nostrū. Jacob⁹ zebedei apposuit tertiū. s. Qui conceptus est de spūsancto natus ex maria virgine. Andreas apposuit quartuz. s. Passus sub pontio pylato: crucifixus mortu⁹ ⁊ sepultus. Philippus apposuit quintum. s. Descendit ad inferos. Thomas apposuit sextū. s. Tertia die resurrexit a mortuis. Bartholome⁹ septimū. Ascēdit ad celos sedet ad dexterā dei patris oipotentis. Mattheus octauū. Inde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos Jacob⁹ alphei nonū. s. Credo in spm̄ sctm̄. Symō decimū. s. Sctām ecclīam catholicā. sanctoz cōmunez. Judas iacobi vndecimū. s. Remissionē peccatoz. Mathias vel sicut dicunt q̄dā iterato. Thomas apposuit duodecimū. s. carnis resurrectionē ⁊ vitā eternā amē. Distinctio ista significata fuit Josue. iiij vbi dixit dñs ad Iosue. Elige tibi viros singulos p singulas trib⁹. ⁊ pcipe eis vt tollāt de medio iordanis alueo: vbi steterūt pedes sacerdotū. xij. durissimos lapides quos pones in loco castroz vbi fixeritis hac nocte tentoria. Uerba ista sunt dei patris ad filiū iesum. q̄ elegit duodecim viros quos ⁊ apl̄os nōauit. Duodecim durissimi lapides sunt. xij. articuli fidei. tollūt aūt de medio iordānis alueo. i. de media pfunditate scripture vbi steterūt pedes sacerdotū. i. affectiōes sctoz patrū patriarchaz ⁊ pphetaz. Ponūt aūt i loco castrozū. i. in sctā ecclīa q̄ est vt castroz acies ordinata. in q̄ nocte p̄sentis vite q̄ est speculū in enigmate: figūt tētoria oēs fideles. vt diabolo resistāt fortes in fide. ſ. Pet. v. Hoc etiā signatū est Apoca. xxj. vbi assignant duodecim lapides in fundamēto muri ciuitatis hierm̄. fundamēta em̄ inqt muri ciuitatis oīm lapide p̄cioso ornata ⁊c. Hoc idē etiā signatū est in mysterio. xij. stellaz q̄ erāt in corona multeris. sicut dz. xij. apoc. Mulier em̄ est ecclesia. corona fides. xij. stelle. xij. articuli. ¶Circa

Querit circa istam distinctionem

istā distinctionē querit. cū nō sit assignat⁹ nisi vn⁹ articul⁹ patri. sextus filio. q̄ntus spūsancto. vnde ista diuersitas? quare nō assignant equaliter tribus ꝓsonis articuli. cū tres ꝓsone coeterne sibi sint coequales. ¶Itē querit quarevn⁹ tm̄ articulus assignat patri. sext⁹ filio. q̄ntus spūsancto. ¶Ad hoc dicendū. q̄ dicta distinctio nihil detrahit equalitati ꝓsonaz. sed monstrat appropriatio sicut dicit Aug. in li. de aīa ⁊ spū. Unitas appropriat patri. ⁊ hac ratione: quia vnitas est principium numeri. ipsa autem non habet principium sicut pater est principium non a principio. et ideo ei vnitas appropriat. ¶Ad illud ergo signandū quenīter in simbolo fidei. ei vn⁹ articulus est assignatus p appropriationē. Senarius vero numerus perfectus est. ⁊ ideo per ipsum perfectio designatur que filio appropriatur cōuenienter. Unde sicut dicitur ad ephes. vj. Deus pater posuit in dispensatiōe plenitudinis temporum instaurare omnia in christo que in celis ⁊ in terra sunt. et ideo conuenienter ser articuli filio assignati sunt. quinq; vero spiritu sancto. quoniam per quinarium signatur vniuersalis remissio peccatorum. que fit per gratiam que spiritui sancto attribuitur. que signatur p iubileum qui fiebat quinquagesimo anno. idez em̄ signatur per numerū simplicē ⁊ per multiplicatuz ⁊ ecōuerso. ¶Scōa distinctio est in quatuordecim articulos. quoz septem pertinēt ad diuinitatē. septem ad humanitatē. Septem qui pertinēt ad diuinitatem sic distinguunt. Nam primus est de vnitate essentie. ſ. credo in deū ⁊ singulariter dicit deū non deos: vt notet vnitatē essentie. vnde in maiori symbolo dz. Credo in vnū deū. Iste primus articulus dz retorqueri ad tres sequentes qui sunt de tribus personis. primus est de patre. patrem oipotētem ⁊c. ⁊ est sensus. Credo in deū patrē oipotētez. Scōs est de filio. in iesum xp̄m filiū eius. y. d. n. ⁊c. ⁊ est sensus. credo in iesum ⁊c. Tertius est de spiritu sctō. ſ. Credo in spm̄ sanctum. ecce quatuor articuli particulares ad deitatē pertinētes. Tres alij ponuntur pertinentes ad effectus. Primus indicat effectū creationis. ſ. creatorē celi ⁊ terre ⁊c. Secūdus effectū recreationis. ſ. sanctam ecclesiam catholicā. ⁊ est sensus. Credo q̄ deus efficiat remissionē pctoz in sctā catholica ecclesia. que est cōio sctoz ⁊ nō alibi. Tertius effectum glorificationis. Carnis resurrectionē ⁊ vitā eternā amē. carnis resurrectio ptinet ad corpus. vita eterna ad animaz. Tres articuli sunt pertinētes ad effectum diuinitatis. quatuor ad diuinitatē in se ꝓsideratā. ⁊ sunt septē. ¶Articuli pertinētes ad humanitatez sunt isti. Primus est ꝓceptus de spūsctō. Secundus q̄ natus de maria virgine. Certus q̄ passus mortu⁹ ⁊ sepultus. Quartus q̄ descēdit ad inferos. Quintus q̄ resurrexit a mortuis. Sextus q̄ ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris oipotētis. Septimus q̄ inde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Ecce habes septē articulos pertinētes ad humanitatē. ⁊ septē pertinētes ad diuinitatē. ⁊ sunt quatuordecim. que distinctio signata est in apoc. primo vbi dz. Et conuersus vidi septez candelabra aurea. ⁊ in medio septē candelabroz aureoz similē filio hois ⁊ sequitur. ⁊ habebat i dextra sua stellas septez. Per septē candelabra in medio quoz est filius hois: designant septē articuli pertinentes ad humanitatem. per septem stellas septem articuli pertinentes ad diuinitatez. j. ad Tbi. vj. Habitat lucem inaccessibilē: nec repugnat expositio text⁹ q̄ ibidem ponitur. septē stelle angeli septem sunt. et septem candelabra septem sunt ecclesie. naz per illas septem ecclesias vniuersitas ecclesie catholice intelligit. oīm. ſ. fidelium congregatio. per septē angelos vniuerse ecclesie rectores itelligunt ornati fide precedentium articuloz: sicut celū stellis sicut templum candelabris.

Scōa in quatuordecim articulos.

Articulus secundus.

Quare exponunt articuli fidei i symbolo apl̄oz.

Deinde dicendum est de expositione articuloz symboli apl̄oz. sed qr distinctio secūda planior est prima. eo q̄ singula resoluit ad numerum illaz exponere satis est. ¶Incipiamus ergo a capite. Credo in deum. expositio eius est in maiori symbolo. vbi dicit. credo in vnum deum. excluditur dupler error. ſ. error infidelitatis gentilium: per hoc qđ dicit in deum. ipsi enim non credunt in deum: sed in ydolis aureis siue argenteis. ꝑs. Simulacra gentiuz argentuz ⁊ aurum. Error manicheorum per hoc qđ dicit in vnum. Ipsi enim dicunt duo esse principia. vnum lucis alterum tenebrarum. vnum boni: alterū mali. vnum creatorem visibilium: alterum creatorem inuisibilium. Istos ergo errores euacuās fides ca-

tholica dicit. Credo in deū: nō in ydolis: nō ĩ crea
tura in deū: nō in deos: sꝫ in vnū deū. Accipiť autē
iste articulus deut.v. vbi diciť. Audi israel deꝰ tuꝰ
Queritur. vnus est. ❡ Queritur vtrū existens in pctō morta
li ⁊ odio fraterno possit dicere. Credo in deū sine
peccato: qꝛ videť ꝙ nō. per illud qđ dꝛ sup illō iiij.
ad Ro. Credenti in eū qui iustificat vbi dicit aug.
aliud ē dicere credere deo. aliud dicere credere deū
aliud credere in deū. Credere in deū est credendo
tendere in eū. ⁊ credēdo euꝫ amare ⁊ credēdo ei in
corporari. hec est fides quā deus exigit a nobis: et
nō inuenit quid exigat nisi donauerit qđ inueniat
Ex hoc manifeste sequiť ꝙ existēs in mortali men
titur dicens. credo in deum. ergo dicendo peccat.
Responsio ❡ Ad hoc dicēdū ꝙ sicut existēs in fraterno odio
potest dicere orationē dominicā sine pctō: qꝛ dicit
eam in persona ecclesie. sicut ꝓbatur per illud Ex
dꝛe.vj. Obtulerunt duodecim vitulos pro populo
dei. glo. nullus in oratione sibi aliquid petat vel ꝓ
se. sed pro omnibus qui habēt vnū cōmunez patrē
deū. Similiter existēs in mortali: pōt dicere. Cre-
do in deū sine pctō. nec mentiť: cū nō sit sermo ip
sius sed ecclesie: ꝑ recipue cū symboluꝫ in persona
ecclesie dꝛ sicut oratio quedā ❡ Sequiť patrē om
Oipotentem nipotentez. a pluribꝰ locis scripture sumitur iste
articulus ps. Oipotens nomē eius iste articulꝰ ꝓ
bat oēs sequētes. Nā si oipotēs est: pōt creare ce
lū ⁊ terrā ⁊ si e oipotēs est pt dimittere oia pctā: et
sic de alijs Sꝫ queriť cū tria sint que appropriant
tribus psonis. potētia patri. sapientia filio. boni-
tas spirituisancto. quare ponitur appropriatio pa
tris. cū dꝛ patrē omnipotentē. ⁊ nō apponitur ap
propriatio filij vt diceteť filiū sapientē: nec appro
priatio spūssancti: vt dicereť ĩ spiritū sanctū bonū
❡ Itē cū plura approprietur patri vnitas. eterni
tas. potētia. quare magis apponiť potētia ꝙ ali-
quod aliorū. ❡ Dicimus ad primū ꝙ sapientia et
bonitas que appropriant filio ⁊ spirituisancto nō
apponūtur. qꝛ satis per apposita intelliguntur. ꝑ
incarnationē em̄ ⁊ passionē sapientia ostendiť. qꝛ
sicut dicit Job. xxvj. Prudētia eius pcussit supbū
Eodē modo in iudicio viuorū ⁊ mortuorū sapiētia
intelligitur. Judicare enim nō pertinet nisi ad sa-
pientem inꝙtum talis. Eodez modo per effectus
qui spirituisancto attribuunť bonitas ostenditur
Remissio em̄ peccatoruꝫ. carnis resurrectio. vita
eterna: summam dei bonitatem declarant. ❡ Ad
aliud dicimus. ꝙ cuꝫ plures effectus dei apponē
di essent in symbolo fidei conuenientissimuꝫ fuit
ad remouendum omnez ambiguitatē premōstra
re potentiam a qua egrediuntur isti effectus. qꝛ po
tētia dicitur omnipotēs. ⁊ ideo inter ea que patri
appropriantur necesse fuit omnipotentiaꝫ magis
apponi ꝙ aliquod aliorū. ❡ Sequitur creatorez
Creatorē ce- li et terre. celi et terre: a capite scripture accipit illud. ĩ prin-
cipio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. Opponit manicheꝰ
celum et terra sunt visibilia. ergo deus de quo lo-
quitur moyses tantuꝫ creauit visibilia. Moyses
vero non loquitur nisi de creatione visibiliuꝫ. aut
si inuisibilia condidit: quare moyses sicut de visi-
bilibus nō expressit. ❡ Itē vlterius constat ꝙ deꝰ
ille non fuit lucis sed tenebrarum: sicut probať au
toritate Moysi. dicit enim tenebre erant super fa
ciem abyssi. Hunc errorem tollit fides catholica
in symbolo maiori vbi exponens illum articuluꝫ.
Creatorem celi et terre. dicit visibilium omnium
et inuisibilium. Propter hoc respondendum est
manicheo ꝙ celum dupliciter accipitur. Est eniꝫ
celum quod videtur. ⁊ quod non videtur. sicut pro
batur ex autoritate ps. Celū celi domino: nihil em̄
esset dictum celum celi. nisi essent adminꝰ duo ce
li. vtrumqꝫ ergo creauit deus cum vtrūqꝫ celū sit
sicut dicit scriptura. In principio creauit deus ce-
lum ⁊ terrā. similiter ⁊ cōtenta in eis. Inuisibile cō
tinet res inuisibiles. s. angelicas virtutes: celū visi
bile res visibiles corpales. ideo conuenienter ſm
expositionē per celum intelliguntur oia inuisibi-
lia que nobis reuelantur per terram oia visibilia
sicut videtur dicere ps. Terrā autē dedit filijs ho
minum. ❡ Quod obijcitur de tenebris distinguē
dum ꝙ tenebra accipitur dupliciter. Uno modo
pro obscuritate que est priuatio luminis ex obie-
cto corporis vmbrosi ⁊ in isto sensu illud non intel
ligitur: tenebre erant super faciez abyssi. Alio mo
do pro carentia luminis: ⁊ tunc idē est tenebra qđ
lucis absentia: ⁊ ita illud accipiť. tenebre erant ⁊c
idest lux non erat adhuc. Ad hunc autem articu-
lum contra manicheum disputatū est in primo li
bro de trinitate. ⁊ primo li. de conditione rerum. Et in iesuꝫ et christum.
❡ Sequiť ⁊ in iesuꝫ xp̄m filiū eiꝰ vnicū dn̄m nr̄m
dupl'r pōt legi vt dicas filiū eiꝰ vnicū. vt sit ibi psi
ctus vt sit sensus. filiū eius. i. patris. vnicū. i. vni-
genitū. In quo mōstratur ꝙ ꝙuis filius ꝓcedat a
patre ⁊ spiritussanctus. vnus est tn̄ filius qui ꝓce
dit per modū ḡnationis iesus xp̄s: nō spūssanctꝰ.
Aliter sic pōt dici. filiū eiꝰ vnicū dn̄m nr̄m. Augu.
in libro de simbolo. quādo audies vnicū dei filiū
agnosce deꝰ. si verꝰ est filiꝰ: hoc ē qđ pater: ergo si
deus pater: deꝰ filius. quicquid em̄ est id qđ ḡnat
est id qđ generať. nō generat hō bouē. ouis caneꝫ
sed hō hominē ⁊c. sic deꝰ deū: ⁊ qꝛ vnꝰ vnū: i. ovni-
cum. Itē quādo audis vnicū crede omnipotentez
creatorē ⁊c. qꝛ quicquid habet pater: hꝫ filius. Au
gu. Si aliquid habet pater qđ nō hꝫ filius. qui di-
cit oia que habet pater mea sunt Joh. xvj. hoc aūt
verū qđ dicit veritas. dicto ergo de patre esse om-
nipotentem creatorem'. sequitur filium esse om- Queriť pmo
nipotentem et creatorē. ❡ Sed queriť cuꝫ in sim Secundo
bolo athanasij dicatur dn̄s pater dn̄s filius dn̄s
spūssanctus. Quare dominiū appropriať filio. nō
patri nec spūisancto. ❡ Itē quare dicať nr̄. plusꝙ
pr̄ vel spiritussanctꝰ Indiuisibilia em̄ sunt opera Rn̄sio ad. j.
trinitatis indiuisibilis etiā essentia. ❡ Ad primū
dicendū. ꝙ est dominiū creatū ⁊ increatū. dn̄ium
increatū nō appropriať filio: sed dominiū creatuꝫ
ei appropriatur ad honorē ipsius: vt inꝙtum ho
mo dominus etiā crature credatur. Math. vlti.
Data est mihi omnis potestas ⁊c. ps. Omnia subie
cisti sub pedibus eius. glo. Potestati eius omnia Ad secunduꝫ
subiecisti vt oēs eū adorent. ❡ Ad secundum dicē
dum. ꝙ noster dicitur quia participat nostrā na-
turam quam sibi vniuit in vnitate persone: non
pater nec spiritussanctus. Similiter dicitur pro-
pter executionem misterij redemptiōis nostre in
carne assumpta. ❡ Sequitur. Qui conceptus est
de spiritusancto. sumitur autem iste articulus de Qui concep- tus est de spi ritusancto.
Math. j. vbi dicitur. Inuenta est habens in vtero
de spiritusancto. sed cū operatio spiritussancti im
perceptibilis sit: quomodo inuenta est maria ha
bens de spiritusancto? Preterea hoc ita debet le-
gi inuenta est habens in vtero. Et addit euangeli
sta de spiritusancto. Queritur etiam cum sit con-
ceptus de spiritu. vtrum dici possit filius spiritus
sancti: quod magister determinat. iij. sententiarū
secundum Augusti. dis. iiij. Nam dicit ita procul-
dubio non sic de illo vt de patre. non enim est cō-
cedendum quicquid nascitur de aliqua re conti-
nuo eiusdem rei filium nuncupandū vt enim alia
sileam. aliter de homine dicimus nasci filium. ali
ter pediculum lumbricū: quorū nihil est filius: vt
ergo hec

vt ergo hec omittam quoniam tante rei deformi-
ter comparantur. certe que nascuntur ex aqua et
spiritusancto non aque filij recte dici possunt: ⁊ ex
hoc patet ꝙ male dicitur filius spūssancti. ❡ Itē
Hieronymꝰ Hiero in symbolo suo ad Damasum papam: cō-
ceptus est de spūsancto: non sicut quidam scelera
tissime opinantur spūssanctus fuit ibi pro semine
sed virtute creatoris operatus est. ❡ Cōtra Esaie
Contra. xj. Requieuit super eum. glo. in euāgelio nazareo
rum. quod hebraice scriptum est: ita habetur: spūs
sanctus descendit super eum ⁊ dixit. Ecce expecta
ui te fili mi vt venires ⁊ requiescerez in te: qꝛ tu es
Crisostomus filius meus primogenitus. ❡ Item Johan. Criso
stomus super illud Math. quod enim in ea natū
est. vnigenito deo in virginem ingressuro: precessit
spūssanctus vt precedente spūsancto in sanctifica
tione nascatur xp̄s ſm ꝙ corpus diuinitate ingre
Psal. ij. diente pro semine. ❡ Itez in ps. Ego hodie genui
te. glo. licet illud possit intelligi de die qua natus
est ſm humanitatē. Si ita est ergo cum illa verba
sint patris: ego hodie genui te. filius erit pr̄is ſm
humanitatem: sed constat ꝙ in alio sensu non po
test illud esse verum nisi qꝛ pater operatus est eiꝰ
humanitatem. Ergo cum similiter spūssanctꝰ ope
ratus sit eius humanitatem poterit dici filius spi
ritussancti. s. ſm humanitatem. ❡ Propter hoc vo
Ad contra .sꝫ quosdam. lunt quidam dicere ꝙ sit filius spūssancti ſm hu-
manam naturam filius dico per gratiam seu per
adoptionem. Sicut econtra dicitur de filio ſm di
uinitatem respectu patris ꝙ est filius non adopti
uus se naturalis ⁊ eternus. qꝛ ad Ro. j. super illō
de filio suo. glo. non adoptiuo sed suo. s. proprio et
sibi substātiali coeterno ⁊c. quorum opinio ex tra-
ctatu de incarnatione manifeste patebit infra.
Scdm alios. ❡ Alij vero melius sumentes non concedūt istaꝫ
aliquo modo filius spūssancti. ⁊ respōdent ad ob-
iecta sic. ❡ Ad illud quod primo obijciť sic de glo.
Esa. dicunt ꝙ falso assumiť illa autoritas. nō eniꝫ
vt ipsi dicunt: ibi est sanctus ſm veram litterā. vn̄
ibi habetur sic. cum dominus Jesus ascendisset de
aqua fons spiritus descendit super eum ⁊ dixit ⁊c.
hec sunt verba patris qui est fons spiritꝰ a quo ꝓ-
cedit: ⁊ hoc est quod habetur Math. iij. Uox pr̄is
Ad auto. Cri sostomi audita est ⁊c. ❡ Ad illud quod obijcitur de Criso.
dicendum ꝙ de aliquando dicitur substātialiter.
vt cum dicitur filius de patre. Aliquando materia
liter. vt ſm assumptionez carnis de matre: aliquā
do potestatiue. vt cū dicitur xp̄s conceptus est de
spūsancto. vn̄ Ambro. in lib. de spūsancto. ꝙ ex ali
quo aut ex substātia: aut ex ptāte eius Ex substā-
tia sicut filius ex patre: ex potestate sicut ex deo oia
⁊ hoc modo accipitur hic cum dicitur: conceptus
de spiritusancto: qꝛ ex operatione ⁊ potestate spi-
ritussancti conceptus est xp̄s: propter hoc nō di-
citur filius spiritussanctus. Et ad illud quod dicit
Criso. de semine dicendum ꝙ in semine sunt duo
potentia effectiua respectu eius quod generatur:
⁊ potentia materialis. quantum ad potentiam ef
fectiuam dicit Criso. ꝙ diuinitas introiuit in vir-
ginem pro semine: quantum vero ad potentiā ma
terialem negat Hiero. ⁊ bene ꝙ spūssanctus non
Ad glo. ps. ij. fuit ibi pro semine. ❡ Ad illō quod obijcit de glo.
super illud ps. Ego hodie genui te. dicenduꝫ ꝙ im
proprie dicitur filius patris ſm humanitatem: qꝛ
operatus est humanitatem. Improprietates autē
non sunt extendende: sed exponende: vnde non va
let argumentum. simile habes Math. iij. Potēs
est deus de lapidibus ⁊c. glo. in huius rei presagiū
de sara genuit filium. non ideo dicenduꝫ est Isaac
filius dei: qꝛ illud improprie dicebať. sensus enim est
genuit. i. generationē operatus est. ❡ Sequiť na Natus ex ma ria virgine
tus ex maria virgine. vbi opponit hereticus math.
j. Peperit filium suum primogenitū. sed primꝰ nō
dicitur nisi respectu secundi. ergo habuit alium fi
lium: sed constat ꝙ ille alius nō fuit xp̄s. ergo ille
conceptus fuit ex semine viri ergo maria non fuit
virgo. ❡ Ad hoc respondeť ꝙ primū dicitur duo-
bus modis. Uno mō per abnegationem prioris: ⁊
tunc est sensus: primū ante quē nullus: ſm hoc pri
mogenitū diciť hic per abnegationē prioꝛū. i. ante
quem nullus. Alio mō diciť primū in cōparatiōe
ad posteriꝰ: ⁊ sic primogenitū diceret post qđ aliō
⁊ sic opponit hereticus. loquitur enim euangeli-
sta cōsuetudine legalis sermonis qua primogeni-
tum dicebať quod primo nascebať seu aliud seque
batur. seu non. ❡ Itē cum dicať natus de patre. ⁊
hic etiam dicať natus ex maria virgine. videtur ꝙ
bis sit natus. Sed contra aut est numeratio eter-
nitatis: quod esse non potest cuꝫ altera natiuitas
fuit temporalis: aut tpis quod iterū esse non pōt.
cum altera sit eterna: aut erit numeratio tempo-
ris ⁊ eternitatis: qđ esse nō pōt: cū eternitas inter-
ruptionē non habeat: qꝛ tota simul: ⁊ qꝛ eternitas
est totū: vel quasi totū ad tps. ⁊ ita non cōnumera
tur cū illo. Dicēdū ad hoc ꝙ nō est numeratio mē
surantis. s. nec eternitatis. nec tpis. sed mensurati
scꝫ natiuitatū. ❡ Sequiť passus sub pontio pyla-
to: crucifixus: mortuus ⁊ sepultus. ❡ Queriť qua Passus sub pontio pyla.
re hoc totū dicať esse vnꝰ articulus cū alij precedē
tes sint diuersi articuli. s. qui conceptus est de spi-
ritusancto natus ex maria virgine: ⁊ quare in nul-
lo symbolorū est diuisus iste. sicut ille qui cōceptꝰ
est. ❡ Ad hoc dicendū qđ isti actus consequentes
sunt in vnitate tpis. ↄceptio vero ⁊ natiuitas actꝰ
diuersi sunt. vt longo tpe distātes. ❡ Sequitur de
scendit ad inferos. hoc videtur non esse articulus Descēdit ad inferos.
cū Johānes baptista de hoc dubitauerit: dubita-
re enim de articulis fidei infidelitas est Cuꝫ ergo
constat ip̄m fuisse fidelem ⁊ sctm̄: ⁊ de hoc dubita
uit: videť qđ non sit articulus. Quod dubitauerit
patet per glo. super illud Math. xj. Tu es qui ven
turus es. dicit ibi glo. cum ab herode sim occiden
dus ⁊ ad inferna descensurus debeo te nūciare in
feris: sicut te nūciaui superis an conueniat filium
mori: an aliū ad hec sacramenta missurus es.
❡ Item glo. poterat pius vates quem venturum
crediderat nō credidisse moriturū. ❡ Ad hoc qui-
dam dicunt ꝙ contingit interrogare dubitatiue.
⁊ sic non interrogabat Johan. Contingit etiaꝫ in-
terrogare per modū disputātis: ⁊ sic Johānes in-
terrogauit. exemplū in luc. ij. de xp̄o. Inuenerūt eū
in medio doctorū ⁊c. Ambro. discit in terris qui an
gelos docebat in celis. discit. i. interrogat. Alij ali-
ter distinguunt ꝙ est dubitatio infidelitatis q̄ nō
dubitauit Johannes: ⁊ est dubitatio pietatis: ⁊ sic
dubitauit Johā. querens ex amore ⁊ pietate: tu es
qui venturus es: sꝫ non dubitaret: sicut mater vi-
dens filiū mortuū dicit es ne mortuꝰ fili mi: et hoc
est quod dicit glo. non fide: sed pietate dubitauit.
Aliter soluit Criso. ꝙ non pro se sed pro discipulis
quesiuit sicut dictū est supra. ❡ Sequiť tertia die Tertia die re- surrexit amor tuis
resurrexit a mortuis. quare Math. xij. sicut Jonas
fuit in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibꝰ:
ita xp̄s fuit mortuus ⁊ resurrexit. ❡ Cōtra Rom.
vj. Scientes ꝙ vetus homo noster crucifixus est.
glo. Augu. Quieuit vna die ⁊ duabus noctibus in
sepulchro. non ergo tribus diebus. Ad hoc diceu-
dum. ꝙ computatio fit in scriptura duobus mo-

dis. Uno modo cū p̄cisione vt tantū nec plus nec minus: ⁊ ita dicit Aug. Una die ⁊ duabus noctibus. Alio modo p synodochē: ⁊ tunc a parte intelligitur totū. ⁊ ita intelligenda est illa autoritas. Et vt melius pateat distinguendū est q̄m est dies naturalis ⁊ dies artificialis. Dies artificialis est noster dies. dies naturalis ꝯtinet vigintiquatuor horas. s. diē ⁊ noctem. Potest ergo cōputatio fieri dupliciter. Cōputatione s̄m diē naturalē cōputata est nox cū die sequēti s̄m morē antiquoꝝ. sicut dicit gl. sup Math. xij. Accipitur aūt dies parasceue in quo xp̄s fuit posit⁹ in cruce. ⁊ mortuus hora nona cū nocte precedenti. ⁊ habes vnam diē naturalem integram. Deinde accipe noctem precedentē diem sabbati cū ipsa die ⁊ habes aliū diē. Deinde accipe noctem p̄cedentem diem dominicam cū ipso die per synodochen: ⁊ habes tertium diem naturalem. ⁊ ita habes tres dies naturales ergo tres dies ⁊ tres noctes. si computatio fiat p diem artificialem. ¶ Item cū dicitur tertia die. nunq̄d intelligitur ꝙ de luce surrexit vel ante diē. videtur ꝙ ante diem: per illud qđ dicitur Judic. xvj. Dormiuit sanson vsq₃ ad medium noctis. glo. sanson in media nocte non solum exiuit sed ⁊ portas tulit. q: redemptor noster non solum de inferno liber exiuit: sed inferni claustra destruxit. ⁊ videtur sic ꝙ ante lucē surrexit. ¶ Sed contra. videtur ꝙ non ante lucem sed de luce. per hoc qđ dicitur ab aug. j. Math. iij. sup illud. Elegit lisias ⁊c. glo. ab hora mortis xp̄i vsq₃ ad diluculum resurrectionis ꝯstant hore quadraginta ⁊c. Cum ergo dixerit ibi ꝙ ī diluculo. ꝯstat ꝙ nō añ diē. imo ī die. ¶ Ad qđ dicendū. ꝙ nō sunt cōtraria. q: ꝙ dr añ lucē surrexit. respexit illud qđ dixit Jo. xx. Cū adhuc tenebre essent ⁊ sic intelligit illud ante lucē. i. añq̄ esset clara dies. In diluculo eīn nōdū est clara dies. ¶ Resurrexit a mortuis ad Ro. vj. sup illud. Christus resurgens ex mortuis ⁊c. glos. longe ex mortuis remotus: sed quare dicitur hoc cū semper fuerit longe a mortuis remotus. Dicendum ꝙ ante non erat longe valde a mortuis remotus. eo ꝙ erat moriturus. Unde Job. xxviij. sup illud Et solum mihi superest sepulchrum: pene se mortuum considerat qui se moriturum non ignorat. sed post resurrectionem longe a mortuis qui mori non potest.

Ascendit ad celos.

¶ Ascendit ad celos. s̄m ꝙ homo sicut dicitur Joan. iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. Aug. in glo. descendit s̄m ꝙ deus: ascendit s̄m ꝙ homo. Sed. xx. Joh. habetur ex glo. super illud. Nondū ascendi ad patrē meū qđ ascendere equalitatem dicit. vnde filiū ascendere ad patrem. est equalē esse patri. ¶ Sed obijcit ꝙ nunq̄ erat equalis ei s̄m ꝙ homo. nec ascendit ad equalitatem s̄m ꝙ deus: ⁊ ita non ascendit ad equalitatem. ¶ Solutio. non ascendit in re s₃ in noticia. i. innotuit. Simile habetur Math. vlti. Data est mihi omnis potestas. i. apparet mihi data. ¶ Sed videtur ꝙ aliquis possit credere absq₃ peccato in ipsum nō esse equalem patri. immo de magdalena dicit Joh. xx. super illud. Noli me tangere. in gl. dicit ei ⁊c. q: ista cum adhuc carnaliter in eum credebat quem sicut hominē flebat audit: Noli me tāgere. i. sic credere in me. nondū enim in corde. s. tuo ascendi ad patrem. idest. nondum credis me equalem patri tunc tangens. cū non imparem credes. sed probatur ꝙ ipsa caritatem habebat: q: vt habetur Joh. xx. super illud. Maria flebat ad monumentum ⁊c. glo. ex nimio amore. ¶ Item gregorius. discipulis recedentib⁹ mulieres que artius amabant non recedebant. et Job. xix. Pelli mee consumptis carnibus ⁊c. glos. consum. car. i. discipulis per infidelitatē. os meū idest fortitudo diuinitatis mee adhesit pelli mee. idest mulieres deseruientibus. Et ita videtur ꝙ haberet caritatem. tamen non credebat equalem esse patri xp̄m. ¶ Respondent quidam ꝙ non habebat caritatem. ⁊ exponunt autoritatem de amore naturali: vnde dicunt ꝙ in sola virgine stetit ecclesia cuius fides sola remansit in passione. Propter quod dicunt eius memoriam fieri in sabbato. Alij dicunt s̄m autoritatem Job. ꝙ fides ⁊ caritas mansit in mulieribus. ⁊ quod obijcitur de magdalena. Noli me tangere ⁊c. exponunt sic. Nondum credis me equalem patri. i. credendo nō aduertis. sicut ille q̄ scit oēm mulā esse sterilē: nō aduertit de hac quam credit habere in vtero. scit tamen in vniuersali. sicut ipsa nō aduertebat. tamē in vniuersali hoc credebat. quod patet quia si aduerteret ꝙ ei dimisit peccatum. cognosceret ipsū esse deum. Et ad hoc ꝙ alij dicunt de beata virgine ꝙtum ad sabbatum. respōdent ꝙ propter aliā causā deputatur sabbatum. quia sicut in sexta feria celebratur memoria passionis xp̄i: ita cū ipsa quodammodo passa sit. illius passionis fuit memoria celebranda: qñ sexta feria fieri non potuit. ad sabbatum translatum est. hoc enim est qđ quidam dixit. verum est eloquium iusti symeonis qđ promisit gladium sentiet doloris: ⁊ ita ꝙ sabbatū deputatur ei: signatur Ezech. xlvj. Hec porta nō claudetur vsq₃ ad vesperum. ⁊ adorabit ad ostium porte eius omnis populus in sabbatis. Prima opinio que dicit ꝙ in sola virgine stetit ecclesia videtur nobis vera: ꝙ autem magdalena hesitauerit in triduo in fide. videtur in pluribus locis. ibi Joh. xx. Mulier quid ploras. dicit glo. que nō credit. adhuc mulier adhuc corporei sexus appellatione signatur. Alia glosa quasi non lachrimas nudas sed fidem exigo. quo insinuatur ipsam dubitasse in fide. ⁊ in eodem. ibi. Dicit ei iesus fidem docens: et in corde illius ortulanus seminans et consequenter plane habetur in glo. illa: ꝙ nō credidit.

Quare beata virgo maria sabbato veneratur.

Sedet ad dexteram patris

¶ Sedet ad dexteram dei patris. glo. psal. super illud. Sede a dextris meis. duo notat scilicet eum post laborem passionis ⁊ quiescere ⁊ conregnare ⁊ in occulto esse. ⁊ ad Hebreos primo. super illud. Sede a dextris meis. glossa. victori filio confessus cōuertor a dextris. glossa. in potioribus bonis meis scilicet s̄m ꝙ homo. vel conregnat coequalis mihi s̄m ꝙ deus. ¶ Sed queritur de simplici vetula que credit eum materialiter sedere ad dexteram patris. vtrum sit infidelis. sicut si crederet materialiter conceptum esse de spiritusancto? Respondetur ꝙ non similiter. Nam materialiter sedere nōn interimit aliquem articulum. sed materialiter conceptum esse de spiritusancto peremptiuum est huius articuli: qui natus est de virgine. si intelligatur materialiter. idest per opus viri. Si autem intelligatur sic ꝙ spiritussanctus sit materia: peruersus est intellectus huius. qui concept⁹ est de spiritusancto vt supra diximus: et hereticum est. ¶ Sed iterum potest obijci patrē esse passum: non est peremptorium alicuius articuli. videtur ergo ꝙ credere illud non sit hereticum quod falsum est. quia talis esset patripassianus. ¶ Respondeo ꝙ cum dicitur: qui conceptus est de spiritusancto ⁊c. hoc relatiuum qui: refertur ad hoc antecedens vnicum filium vt sit sensus. vnic⁹ filius passus est. ⁊ sic patet ꝙ passus sit est huic oppositū: ⁊ sic relatiuū refertur ad ātecedens cū sua determinatione. Similiter ad Ro. j. Qui

j. Qui predestinatus est filius dei in virtute prius dixerat de filio suo qui factus est ei s̄m carnem: vnde qui predestinatus est, ⁊c. Sequitur inde venturus est iudicare viuos ⁊ mor. Ergo omnes iudicabuntur ⁊ boni ⁊ mali.

Inde venturus est iudi.

¶ Contra. glo. greg. super illud. Non resurgūt impij in iudicio. quatuor ordines erunt in iudicio. Alij nāq₃ erūt qui iudicabunt ⁊ nō iudicabunt. alij qui nec iudicabunt nec iudicabunt. q: iam iudicati sunt. Sñia enim damnationis eoꝝ toti ecclie nota est vt sunt infideles. alij iudicabunt ⁊ saluabunt: vt mediocriter boni. alij iudicabunt ⁊ damnabūtur vt mediocriter mali. Sic ergo instantia videtur impfectis ⁊ infidelibus. ¶ Rñsio. ꝙ dicitur ꝙ iudicabit viuos ⁊ mortuos. quia omnes vt dicit apostolus Ro. xiij. stabunt ante tribunal xp̄i. s₃ dr non iudicare illos. q: nō exercebitur in illis solēnitas iudicij. sc₃ inclinatio illa de qua dr Math. xxv. Uenite ⁊c. esuriui ⁊c. vñ glo. greg. dicit preiudicati infidelitatis sue tenebris eius quem despexerūt inuectiōe redargui non merentur. Illi saltem verba iudicis audient q̄ eius fidem saltem verbo tenuerunt. princeps nāq₃ terrenus rēpublicam gerens aliter punit interi⁹ delinquentem aliter hostem exterius rebellantē. ⁊ sic intelligitur illud Joh. iij. Qui nō credit iam iudicatus est. ¶ Ad idem potest facere qđ dr. j. ad Thimo. v. Quorundam peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium. quorūdam vo sequunt. Item glo. exponit de iudicio in presenti: quia si ea sequitur iudicium nō est temerariū.

Credo in spiritū sanctū.

¶ Credo in spiritum sanctū hoc exponitur ⁊ determinatur in symbolo patrum. Qui ex patre filioq₃ procedit ⁊c. sicut infra ostendetur.

Sanctā ecclesiam.

Sanctam ecclesiā catholicam. sanctorum communionem. Leo papa dicit ꝙ non debet dici in sanctam ecclesiam catholicā. sed sanctam catholicam ecclesiam. sed Anselmus vult ita dici vt in epistola ad philip. audiens caritatem ⁊ fidem quā habes in domino iesu ⁊ in oēs sanctos ⁊c. glo. quia in christum credebat ⁊ diligebat ⁊ eos diligebat. ⁊ p opera fidei ⁊ caritatis xp̄o seruiebat et sanctis. per hoc patet ꝙ aliter intelligitur credere in deum ⁊ credere in sanctos. vñ dicit glo. ibi: vel in sanctis. ¶ Si queratur quis motus notabitur cum dicitur in sanctos? dicendū ꝙ motus in conformitatem sanctorum ꝙtum ad perfectionem vite.

Sanctorū cōmunionem.

¶ Sanctorum cōmunionē. et est sensus. credo ꝙ sacramenta ⁊ participatio sacramentorum que sancti cōmunicant conferunt remissionem peccatorum. quia facit ꝙ concubitus qui als esset peccatū mortale nō sit peccatū mortale. Uel credo ꝙ vnitas ecclesie tanta est. ꝙ vnusquisq₃ qui membrum est: particeps est omnium q̄ sunt totius corporis. glo. in ps̄. Portio mea ⁊c. super illud particeps ego sum. membrū particeps est totius corporis. ita enim portio eius est dominus vt particeps sit. non vnius sed omnium ecclesiarum. tanta igitur virtus vnitatis: cū sit particeps christi humiliter dicitur particeps famulorum christi: qđ est esse xp̄i participem. ⁊ Hebre. iij. Participes xp̄i effecti sumus ⁊c. glo. per gratiam qua vniti sumus ei vt membra capiti. et ad collo. j. super illud. adimpleo ea que desunt ⁊c. glo. ad cōmunem hanc quasi rempublicam quisq₃ pro modulo suo exoluit quod debet ⁊ pro possibilitate virium nostrarum quasi canonem passionum inferimus peritoria plenaria passionum non erit nisi cum seculum finitum erit. Itē quasi vnus homo vna persona est caput cum corpore saluator cum saluandis.

Carnis resurrectionem.

¶ Carnis resurrectionem. congru⁹ ordo. nam remissio peccatorum est resurrectio anime: que est resurrectio prima. ad istam vo sequit resurrectio cordis gloriosa in bonis que est resurrectio secunda: sicut dicitur ad Ro. viij. Scimus quoniam si spiritus eius qui suscitauit iesum inhabitat corpora nostra. resuscitabit ⁊ nos propter inhabitantem spiritum. Tene tamen qđ dicit apostolus. j. cor. xv. Oēs resurgemus ⁊c. ad vtrūq₃ predictoꝝ scilꝫ resurrectionē aīe ⁊ corporis.

Et vitam eternam.

¶ Sequitur vitam eternam. que est beatitudo. Sed queritur quare non adiungitur pena eterna: cū vtrūq₃ oporteat credere. dicendū ꝙ natura oppositorum est vt vno dicto intelligatur reliquū. Sufficiant ergo que predicta sunt de expositione Symboli apostolorum.

Articulus tertius.

De symbolo patrū qui cātatur i missa.

Dicto primo de symbolo apostolorum. dicendum est de symbolo patrum qđ cantatur in missa: sed quia fere omnia que continentur in symbolo apostolorū continentur in isto: quia ista exposita sunt prius: hic sunt omittenda. mutata vo seu pretermissa ⁊ addita quedam ad presens sunt explicanda. Diuiditur autem symbolum illud in duas partes. In prima iudicatur vnitas cum dicitur. Credo in vnum deum. Deinde sequitur confessio trinitatis. ⁊ ideo illa continet tres partes. prima est de patre. patrē omnipotentem ⁊c. secunda de filio: ⁊ in vnum dominum ⁊c. tertia de spiritusancto: ⁊ in spiritūsanctum dominum ⁊ viuificantē.

Credo in vnū deum.

Prima pars de vnitate essentie exposita est prius. sed distinctio tamē personarum aliter exponitur in symbolo isto et in precedenti. De patre duo confitemur hic. omnipotentiam: ⁊ operationem celi ⁊ terre: hoc tamen sine dubio est cōmune tribus personis: sed per appropriationē patri attribuitur sicut expositū est prius. Querit tamen de diuersitate vocabuli significantis creationem. Nam ibi dicitur creatorē hic factorem.

Creare facere

¶ Ad quod dicendum quoniam creare est de nihilo aliquid facere. facere vo sicut cōmuniter dicitur cōmune est ad operari aliquid de materia. vt ergo monstretur operator eorū que facta sunt de nihilo: sicut angelorum animarū ⁊ prime materie: sed ⁊ omnium que producta sunt ex materia: profitemur non solum creatorem sed ⁊ factorem. Ipse enim est omnia in omnibus. ¶ De filio vo quedam exprimuntur s̄m diuinitatem quedā s̄m humanitatem. Scdm diuinitatem vo ponūtur quinq₃ ad excludendum quinq₃ errores arrianorum: quos ipsi mentiebantur de filio dei. Primus ꝙ non esset eiusdem substātie cum patre cōtra quos fides dicit. Et in vnum repete deum cū patre. Joh. xiiij. Ego inquit in patre ⁊ pater in me est. ego ⁊ pater vnum sumus. Secundus error arrianorum est ꝙ filius minor patre est. cōtra quos confitetur fides catholica dominum iesum xp̄m id est equalem patri ⁊ spirituisancto in potentia. ps. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. glo. cōregna equalis. Tertius error est ꝙ filius sit adoptiuus non naturalis sicut in Johā. j. Qui non ex sanguinibus neq₃ ex voluntate carnis: quod euacuat fides catholica. ⁊ dicit filium dei vnigenitū. Joh. j. Deū nemo vidit vnq̄ nisi vnigenitus filius dei. Quartus error est ꝙ natus est ex tempore nō ab eterno. cōtra quod fides catholica ꝯfitetur ex patre natū ante omnia secula. Joh. j. In principio erat verbum. Quintus error est ꝙ filius dei sit pura creatura: qđ fides catholica excludit dicēs. deū de deo lumen de lumine. Joh. j. Deus erat verbū. ¶ Soluit aūt oppositionem eorū fides catholica

cõgruo exẽplo.opponũt eñ si filius esset a patre
naturalis.cũ nullus pr̃ sine sui diminutiõe ⁊ deci
sione generet filiũ sibi equalẽ cũ de deo absurdũ sit
illđ asserere.relinquitur ꝙ de⁹ pater nũꝙ̃ habuit
filium naturalẽ.Manifestat ergo fides catholica
illos mentientes ⁊ dicit.lumẽ de lumine. sicut lu
men eñ absq̧ sui diminutiõe vel minoratiõe ex se
generat lumẽ aliud:sic pater filiũ.Radix aũt erro
ris eorũ est.ꝙ attribuunt creatori qđ est creature
Ex predictis erroribus ceciderũt in profundũ er-
rorũ vt dicerent xp̃m esse purã creaturã.⁊ deũ nõ
naturaliter sed adoptiue vel per gratiam sicut đr.
Exo.vij.moysi.Ecce constitui te deũ pharaonis.
sed ecõtra.fides catholica profitet deũ verũ de deo
vero.genitũ non factuʒ ⁊c.Joh primo.Oĩa per ip
sum facta sunt.Augusti. quomodo factus est per
quem omnia facta sunt.si eñ per ipsuʒ facta sunt
omnia.iam nõ est factus:iam nõ est creatura.

U. christ⁹ sit factus.

¶ Querit vtrũ possit cõcedi fact⁹.ꝓbatio ꝙ sic.
Ro.j.de filio suo qui factus est ei ex semine dauid
Item.iiij.ad Galla.Misit filiũ suũ factũ ex mulie
re ⁊c.ergo videt posse cõcedi ꝙ sit factus:quid est
ergo qđ dicitur genitum non factum. ¶ Ad hoc
soluit aug.super Joh.et ad Ro.factus dicitur s̃m
humanitatem non factus s̃m diuinitatem.ergo
factus et non factus non sequitur sed est fallacia
s̃m ignorantiam elenchi. ¶ Adhuc iterũ oppon[i]
tur Joh.j.Qui post me venit ante me fact⁹ est. sol
uit ibi interli.qui post me factus est tempore.an-
te me factus est dignitate et totũ refertur ad hu

Natus ante secula.

manam naturam. ¶ Queritur ratione eius ꝙ di
cit.natus ante omnia secula. vtrum possit conce
di semper nascitur:sicut conceditur semper nat⁹.

U. christus semp nascit.

et de hoc est magna disputatio in sent.lib.j.di.ix.
Nam sicut dicit Gregorius.super Job.Dominus
iesus eo quod virtus et sapientia est de patre an-
te tempora natus est vel potius quia nec cepit na
sci nec desijt esse.Dicamus verius semper natus
est non autem possumus dicere semper nascitur:
quia si semper nascitur nondum natus est.
¶ Contra ibidem.et habetur ab Orig.super Hie
re.xj.Inuenta est coniuratio saluator noster est sa
pientia dei.sapiẽtia vero est splendor eterne lucis
Sap.vij.Saluator ergo noster est splendor clari-
tatis eterne.Splendor autem non semel nascitur
et desinit:sed quotiens ortuʒ fuerit lumen ex quo
splendor oritur:totiens etiam oritur splendor cla
ritatis.sic ergo saluator noster semper nascitur.
Unde prouerbio.viij.Ante omnes colles generat
me:non vt quidam male dicit generauit.ecce ma-
nifesta contrarietas. Gregorius dicit quod bene
dicitur semper natus.male autem dicitur semper
nascitur.Orig.econuerso. ¶ Responsio vtrumq̧
bene dicitur sane.filius de patre semper nascitur.
vel semper est natus. et vt saluatur contrarietas
distinguitur.quod hoc verbum nascitur duplicẽ
habet consignationem.consignat enim presen-
tialitatem s̃m quod in presenti est.Iteʒ consignat
imperfectionẽ eo quod significat in fieri.s̃m hoc
dicitur si fit aliquid non est. Orige.ergo respexit
ad consignificationem primam.Gregorius ad se
cundam. Similiter autem distinguendum est in
hoc quod dicit natus.nam duplicem habet con-
signationem. consignat enim tempus preteri-
tum.consignat etiam perfectum.preteriti enim
perfecti est temporis.Aug.vero considerans con
signationem temporum dicit conuenienter sem-
per nascitur. Non semper natus et presentis non
et preterite.illi enim natiuitati eterne est perfecte
congruit presens:quoniam est ⁊ nõ preterijt.Gre-
go.vo respiciens ad cõsignationẽ pfectiõis signi-
ficantis natiuitatẽ perfectã:dicit semper nat⁹ est
non semper nascit qđ significat imperfectionẽ.di-
uersis eñ respectibus vtrũq̧ bene dicitur. ⁊ sane.

Utrũ ꝯcedat ꝙ xp̃us semp nascetur.

¶ Queritur vtrũ hec sit concedenda semp nascet
⁊ videtur ꝙ melius debeat concedi ꝙ̃ ista semper
natus.nam cũ presens magis cõgruat eternitati.
qđ magis se habet ad presens magis cõgruet. sed
futurũ magis se habet ad presens ꝙ̃ ad preteritũ:
q2 futurũ aliquãdo erit presens preterituʒ nunꝙ̃.
si ergo signando eternam natiuitatem cõcedim⁹
semp natus.multo fortiori ratione ꝯcedimus sem
per nascet. ¶ Sol.implicat falsum in predicta ar
gumentat one.non eñ concedit ista semp natus
rõne cõsignationis preteriti:sʒ vt dictũ est ratiõe
perfectionis.ista vo semp nasci t:cõcedebat rõne
cõsignationis p̃sentis.cũ ergo neutrũ inueniatur
in hac semp nascet nec cõsignatio pfecti simplici-
ter hec nõ est concedenda semper nascetur. ¶ Se

Qui propter nos hoies ⁊c.

quitur qui ꝓpter nos homines:⁊ ꝓpter nostram
salutẽ descẽdit de celis.hic ponunt quinq̧ pertinẽ
tia ad humanitatẽ.scʒ incarnatio:passio:resurre-
ctio:ascensio:aduentus ad iudiciũ. Circa primuʒ
vo notatur finis vel vtilitas incarnatiõis.ibi:in-
carnat⁹ est.auctor.ibi:de spũsancto.materia.ibi:
ex maria virgine.forma.⁊ homo fact⁹ est.q̃ sequũ-
tur exposita sunt sicut pri⁹. ¶ Sed q̃rit de intelle
ctu illius qđ dictũ est.descẽdit de celis.nã descẽde

Descendit de celis.

re moueri est.moueri aũt incedere ad locuʒ est vbi
res non est.qualiter ergo descẽdit qui nusꝙ̃ deest
vel ascendit.Jo.iij.Nemo ascẽdit in celuʒ nisi qui
descẽdit. ¶ Sol.descendere dicitur de filio dei nõ
ꝓprie sed transsumptiue.transsumptũ aũt est ver
bum ad significandum incarnationeʒ.nam sicut
iste qui descendit tẽdit a sursum in deorsum:sic cũ
deus factus est homo qui super omnes res est.na
tura:bonitate:dignitate.rem infirmam sibi vni-
uit.nihil aliud ergo est descẽdere nisi in carne hu-

Quare nõ ponitur ad inferos.

mili apparere. ¶ Querit quare i symbolo isto nõ
apponit articul⁹ de descẽsu ad inferos.Et ad hoc
respondet Inno.cuidam archiepo.ꝙ hoc fuit ꝓ-
pter hereticos.fuerunt nãq̧ heretici qui dixerũt
christum esse puraʒ creaturam ⁊ apud inferos re-
mansisse:propter quod adiudicauerunt sancti pa
tres illum articulum subticere.Alij aliter dicunt.
Nam cum semel dictum sit de filio verbum descẽ
sus:cum dicitur descendit de celis.Illud autẽ de-
scendere nihil aliud sit ꝙ̃ se exinanire. sicut dicit
apostolus ad philip.ij.Exinaniuit semetipsuʒ ⁊c.
Si iterũ repeteretur in eadem serie.descendit ad
inferos videretur duplex esse exinanitio.⁊ ita pos-
set esse materia errorum.Ideo adiudicauerũt san
cti patres illum subticere:⁊ maxime cum sufficiẽ-

Et in spm̃ sanctũ dominuʒ.

ter esset positũ in symbolo apostoloruʒ. ¶ Sequi
tur ⁊ in spiritũsanctum dominũ.de spiritusancto
quedam ꝓfitetur fides catholica in symbolo isto
que indicant dignitates eius speciales. Quedam
que indicãt effectus eius generales.Que indicãt
dignitates eius speciales sunt quinq̧. Potestas
indicatur cum dicitur dñm.Geñ.j.Spiritus do-
mini ferebatur super aquas.in quo indicatur ꝙ si
cut pater est dñs creature ⁊ fili⁹:sic spũssanct⁹ bo
nitas indicatur cũ đr.⁊ viuificantẽ.Joh.vj.Spi
ritus est qui viuificat.ex quo sequitur ꝙ qui caret
spiritusancto mortuus est.Ex hoc trahit autori-
tas Augu.sicut anima est vita corporis:sic de⁹ est
vita anime.Distinctio personalis indicatur cum
dicitur.qui ex patre filioq̧ procedit.Equalitas cũ
dicitur.qui cum patre et filio simul adoratur. do-
ctrina cum dicitur qui locutus est per prophetas
Ponunt

Ponuntur aũt effectus generales quatuor.prim⁹
vnitas seu veritas ecclesie catholice quam facit
spũssctũs que est duplex.vnitas intellectuum in fi
de.vnitas effectuuʒ in charitate:que due vnitates
notantur cum đr.⁊ in vnam sanctam ca.vnaʒ in fi
de in charitate.catholica enim grece idẽ est qđ vni
uersalis.Secundus effectus est remissio peccato-
rum in baptismo.Confiteor vnuʒ baptisma.Jo.iij.
Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu ⁊c.Ter
tius effectus est resurrectio mortuoruʒ. Quartus
est vita eterna. ¶ Queritur de hoc qđ supra dictũ
est de spiritusancto:qui ex patre filioq̧ procedit.
de hoc enim altercatio est iter grecos ⁊ latinos.cõ-
fessio enim latinorum est qm̃ ab vtroq̧ procedit.
Grecorum vero ꝙ tantuʒ a patre.Latini vero oñ
dunt suam confessionem per illud apostoli ad gal.
iiij.Spiritum filij sui.quid enim aliud est spiritus
filij.nisi qui procedit a filio.Iteʒ ad Ro.viij.Si q̃s
spiritum christi non habet hic non est eius.

Opponunt greci.

¶ Contra hoc opponũt greci.Primo q2 non inue
nitur scriptum in euangelio ꝙ procedit a filio sed
tantum a patre.⁊ subiungitur in fine.quicũq̧ ali-
ud addiderit anathema sit.vnde iudicant nos ana
thematizatos. ¶ Iteʒ Leo tertius scripsit in tabu
lis argenteis symbolum illud ⁊ reposuit illud iu-
xta altare beati pauli:⁊ ibi similiter non est appo-
situm. ¶ Item querunt greci vnde hoc habuerunt
latini.si eñ inquiunt illis reuelatuʒ fuit quare nõ
⁊ nobis. ¶ Rñ.ad illud qđ primo opponitur ꝙ nõ
inuenitur in euãgelio.Respondendum est interi-
mendo.Nam ⁊ si non inuenitur scriptum s̃m vo-
cem. inuenitur tamen secundum intellectuʒ cum
dicitur spiritum veritatis.idest filij.Si enim spiri
tus veritatis. aut quia spiritus est a veritate. aut
q2 veritas est a spiritu.sed q2 veritas a spiritu non
est.non enim filius est a spiritu.Si enim esset: sic
diceretur spiritus veritatis:sicut dicitur pater filij
si q2 spiritus est a veritate que est filius.hoc idẽ est
dicere qđ procedit a filio. ¶ Ad secundum respon
det magister in sentẽtijs.Qui aliud addiderit ana
thema sit.aliud.i.contrarium.qđ confirmatur ex
autoritate apostoli.Gal.j.Si q̃s vobis aliud euã
gelizauerit anathema sit.non dixit.Si quis aliud
addiderit.nam si sic:sibi preiudicasset apostolus:
sicut dicit augu.Cupiebat enim venire ad quosdã
quibus scribebat.j.ad Thessal.iij.Ut suppleret q̃
fidei illorum deerãt.sed qui supplet qđ minus est
addit:non quod inerat tollit.aliud ergo contrariũ

Ansel.

intellige. ¶ Ad tertium ⁊ quartum respondet An-
sel.in li.de processione spiritussancti. greci latinis
opponunt.vnde latini accipiunt ꝙ spiritussanct⁹
procedit a filio:⁊ quare si expediebat non fuit eis
intimatũ.Respondet ꝙ necesse erat propter quos
dam minus intelligentes:q2 nõ animaduertebãt
in illis que vniuersa credit ecclesia contineri.et ex
his sequi spiritum sanctũ de filio procedere.ne for
te hoc credere dubitarent.Quoniam ergo necessi
tas eos compellebat ⁊ nulla ratio prohibebat.⁊ fi
des vera admittebat:fideliter asserunt latini ꝙ cre
dendum esse cognoscebant.scimus enim ꝙ nõ om
nia que credenda nobis sunt ibi dicta sunt. Non
enim ibi dicitur ad inferos descendisse quod verũ
communiter credimus.nimis enim erat difficile
ad consulendum de hac re recolligere.maxime cũ
seiuncta essent concilia.Nec erat necesse vnde nõ
dubitabant in questioneʒ adducere. ¶ Queritur

U ss.ꝓcedat a filio.

vtrum absolute sit concedenduʒ: spiritussanctus
procedit a filio.Respondet ansel. in li.de ꝓcessiõe
spiritussancti. Quis non dicatur spiritussanctus
procedit a filio per se:bñ tamẽ đr spũs filij sicut bñ
dicit splẽdor ꝓcedit a sole ⁊ radio.nõ tñ đr splẽdor
ꝓcedit a radio per se:sʒ splẽdor radij. ¶ Cõtrarie-
tas aũt grecorũ ⁊ latinorũ sic soluit.idẽ eñ credũt
sed nõ eodẽ mõ ꝓferunt.Principiũ aũt ꝯtrarie-
tatis in ꝓlatione ortũ ẽ ex diuersa ꝯparatiõe acce
pta a creatura.vñ ad hoc nota:ꝙ ẽ verbũ interius
⁊ exterius.verbũ interi⁹ ẽ cogitatio vel intellect⁹.
verbũ exterius sermo est.Silr ⁊ spũs duplex inte-
rior ⁊ exterior.Interior spũs amor est.exterior aer
Latini ergo sicut august.⁊ alij exẽplificãtes de ver
bo increato ⁊ spiritu increato.cõparant spiritũ in
teriorẽ ad verbũ interius. Greci vero sicut dama
scenus cõparãt spiritũ exteriorẽ ad verbũ exteri⁹
⁊ hoc est qđ dicit Augu.in trinitate creato primo
accipitur mens:deinde verbũ seu cogitatio:q2 co
gitatio mẽte cõcepta verbũ dicitur. Relinquit vt
ex vtroq̧ spiret affectus seu amor.Mens patri at
tribuit.verbũ filio amor spiritui sancto.Ex hoc er
go latini dicũt spiritũsanctuʒ ab vtroq̧ procedere
sicut amorem ex mente et verbo interiori seu cogi
tatione. Damasce.sic primo est intellectus.dein-
de verbum exterius scilicet vox spiritus autem ve
hiculum est verbi:Intellectus enim format voceʒ
et in prima voce spirata ostenditur intellectus.ec
ce intellectus patri attribuitur verbum filio:spi-
ritus spirituisancto.Sicut ergo vidẽt greci ꝙ ab
intellectu procedit spiritus et vox et non spiritus
a voce sic a patre procedit filius et spiritussanct⁹
et nõ a filio spiritussancto. ¶ Queritur quare in

Quare omittitur ꝯmunio sanctorum.

symbolo isto omittatur communio sanctorum
Ad qđ potest responderi ꝙ intelligitur per hoc ꝙ
dicit vnam sanctam catholicaʒ ⁊c.vna enim est ec
clesia.et non solum fide et caritate.sed sacramen-
torum participatione que est communio sancto-
rum. ¶ Queritur cum septem sunt sacramenta.
quare fit mentio solum de baptismo in hoc sym-
bolo et non de alijs sacramẽtis:Ad hoc potest re
sponderi quoniam non fuit necesse ponere alia sa
cramenta.alia enim sacramenta a laycis dari nõ
possunt.illud autem sacramentum ab omnibus
datur in necessitate.In symbolo ergo qđ ad om-
nes pertinet.non fuit necesse ponere sacramentũ
nisi illud quod ab omnibus potest in necessitate

Quare dicit vnuʒ baptis.

ministrari. ¶ Queritur quare dicitur vnũ baptis
ma.Ad hoc respondet.quoniaʒ illud notabile est
propter hereticos qui dicunt.quotiens homo pec
cat baptismum debere repeti.Contra quos apo-
stolus ad Eph.iiij.Una fides vnum baptisma.

Articulus quartus

De symbolo Athanasij

d Eterminato de duobus symbolis in
duabus distinctionibus Restat ex
positio symboli Athanasij.Diuiditur
autem in tres partes.in prohemium.
tractatum et epilogum. Prohemium continet
tria vtilitatem.materiam.necessitatem. vtilitas
notatur cum dicitur. Quicũq̧ vult ⁊c.in hoc red
ditur auditor beniuolus. Materia symboli que
est fides catholica monstratur cum dicitur: ante
omnia opus est.⁊c.Unde Hebr.xj. Accedentem
oportet credere quia est et quia remunerator est.
in hoc redditur auditor docilis.Necessitas tangi
tur cuʒ dicitur.quã nisi quisq̧ fideliter firmiterq̧
crediderit saluus esse ⁊c.In hoc redditur auditor
attentus. Et sic sumitur prohemium in duobus
versibus.Hic tamen notandum.qđ primus ver-
sus trahit ad amorem.Quicunq̧ vult saluus esse

Secundus terret per penā cum dr absq; dubio ꝛc.

Quicūq; vult saluus esse

Queritur de hoc q̄ dicit vult saluus esse.qr cū nihil fit in potestate nostra tantum quantum volūtas sicut dicit Aug.videt q̄ in potestate nostra sit saluum esse.¶ Contra ad ro.vij.dicitur.velle mihi adiacet.perficere autem non inuenio.¶ Soło.ad heb.xij.Videte ne quid desijt gratie dei.ex hoc trahitur q̄ si facit homo qđ in se est:dns infundit ei gratiaz que est pignus salutis.¶ Querit de differentia istorum duorum inuiolatam integram.Ad hoc dicendum q̄ integritas respicit id qđ credendum est.Inuiolatam qđ operandū.Jaco.ij. Fides

fides aūt catholica.

sine operibus ꝛc.¶ Hic incipit tractatus.Fides aūt catholica hec est vt vnum deum in trinitate ꝛ trinitatez in vni.ꝛc.qui diuiditur in duas partes. In prima parte describūtur ea que credenda sunt de diuinitate.In scōa parte ea que sunt credenda de humanitate.que icipit ibi.Sed necessariū est ꝛc. prima pars ꝓtinet tres partes in vniuersali.Ostēditur primo q̄ credenda sit in vnitate essentie trinitas.ꝛ in trinitate vnitas.scōo agitur de vnitate essentie.tertio de distinctione personaruz. Prima pars continet quattuor versus. Primus instruit cultum diuinum.Fides autez catholica hec est ꝛc. Secundus confundit errores sabellij ꝛ arrij simul. Necz confundentes personas. Tertius ostendit distinctas esse personas contra sabellium.Alia ei est persona patris.Quartus ostendit simplicitatē

Sed pris ꝛ filij ꝛc.

essentie personaruz.s.patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti Sed patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti vna ē diuinitas. Contra hereticos monstratur vnitas essentie in trinitate personarum multiplici exēplo creature. Aug.ponit tale exēplu.memoria:intelligētia:voluntas.hec tria sunt.Sunt enim tres vires anime sed in vna essentia que est anima.Item ansel.de in

Ansel.

carnationeverbi.fons.riuus.stagnū.hec tria sunt ꝛ vnum non est alterum.nam fons non est riuus: ꝛ sic de aliis.Item a fonte riuus est ꝛ non econuerso.ab vtroq; fluuius ꝛ non ecōuerso.ꝛ tamen sunt aqua vna ꝛ vna res.Item Heb.j.Splendor glorie sol ꝛ splendor ꝛ calor tria sunt ꝛ vna res.a sole splēdor ab vtroq; calor. Item Deut.vij. Deus noster ignis est consumēs.In igne tria sunt.carbo.flamma.ꝛ ardor.vel calor.vnum non est alterum.ꝛ sunt res vna.a carbone flāma ꝛ non econuerso.ab vtro

Diony.

q; calor.Item exēplum Dionysij de diui.nomi.cō iunguntur tres candele.tres sunt candele accense singulariter ꝛ vnum est lumen.nemo enim posset diuidere in lumine illarum.Item exemplu iudei conuersi.fiant tres plice in panno vno: tres plice sunt singulariter:vnus tamen est pannus.Itez exēplum generale ponit aug.in li.de anima ꝛ spiritu.

Aug.

Tria hec omni existenti insunt.essentia qua sunt. species qua differunt.vsus quo proficiūt:quasi vestigia trinitatis patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti. Ista eadem alijs nominibus nuncupantur vel nominantur ab Augustino modus:species: ꝛ ordo. In libro sap.xj.dicuntur numerus:pondus:ꝛ mensura. Habes ergo exemplu generale in vestigijs trinitatis que apparēt in omni creatura.habes etiā exemplum speciale in creatura spirituali.s.anima habet enim trinitatem potentiarum cum sit simplex in essentia.s.vegetabilē sensibilē ꝛ rōnalē. Itē secundum aliam assignationem: concupiscibilem irascibilem ꝛ rationalem. Item secundum aliam mentem noticiam ꝛ amorem seu memoriam intelligentiam ꝛ voluntatem.Itē in omni creatura corporali naturali artificiata.naturali supiori seu celesti:sicut in sole.inferiori sicut in elemētis in igne ꝛ aqua.in artificiata vt in panno.

¶ Sequitur de vnitate essentie specialiter de qua profitemur in presenti tria per modum priuatiōis hec sunt.increatus:immensus:eternus. Per hoc q̄ dicitur increatꝰ:priuatur causalitas.per hoc q̄ immensus situs ꝛ figura.per hoc q̄ eternus durationis terminus.Et sic remouetur ab eo oīs paruitas creature. Paruitas enim creature in tribus ostenditur.primo in hoc q̄ creata est:ꝛ habet causam.ꝛ hoc remouetur cum dicitur. Increatus pater.increatus filius ꝛc.Ex quo monstratur cā omnium non habens causam.Secundo ostendit paruitas nature in hoc q̄ circūscripta est tempore ꝛ loco:qđ remouetur cum dicitur immēsus pater.immensus filius ꝛc.Ex quo relinquitur q̄ eius essentia est infinita.Tertio ostēditur creature paruitas in hoc q̄ habet durationis sue terminū.vel ex parte vtraq;.s.principij ꝛ finis.sicut res tēporales que habent principium ꝛ finem.vel ex parte aliqua vt res perpetue que principium habent:licet non finem vt sunt angeli.ꝛ anime.celum ꝛ terra.illud totum remouetur cum dicitur eternus pater eternꝰ filius ꝛc.Nota tamen differentiam inter eternuz ꝛ perpetuuz ꝛ tempozale. Tempozale est qđ habet principium ꝛ finem.eternum qđ caret principio ꝛ fine sicut deus.perpetuum qđ habet principium. sed caret fine.¶ Sed qr ostensum erat ista tria nomina increatum.immensum.eternum.conuenire singulis personis:ne crederetur q̄ essentia triplicetur ꝑm tres personas:subiungit ꝛ tamē nō tres eterni sed vnus eternus.ꝛ hoc'est qđ dicit Boe.in li.de trini.philosophi inquit ita arguunt.fortes est homo.plato est homo.ergo fortes ꝛ plato sunt homines:non homo.duarum enim repetitio vnitatum pluralitatem facit.sed theologice contra arguunt.pater est deus.filius est deus.spiritussanctus est deus.ergo pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus sunt vnus deus non dij.trina enim repetitio non facit hic numerum.¶ Sequuntur tria per modum positionis.Omnipotēs deus dominus. omnipotēs pater: omnipotens filius ꝛc. ¶ Contra.opponit hereticus.non est omnipotens.quia omnia nō potest.sed deus non potest mentiri nec prava agere. ergo non est omnipotens.Respondet aug. q̄ potētia peccandi non est potentia sed impotentia. nec peccare est facere sed deficere.peccatum enim est actus incidens ex defectu boni.

¶ Sed adhuc opponit hereticus.nō potest comedere nec bibere.hoc autem posse est posse.Respondet augu.q̄ posse currere defectiuum est posse cum perfectum ꝛ diminutum.omnis defectus ꝛ diminutio longe est relegata a deo:ꝛ q̄uis deus posset hoc ꝛ operetur in alijs.hec tamen ei non attribuūtur.Ipse enim est qui operatur omnia in omnib⁹. ab eo enim accepit creatura q̄ hoc possit.non aūt ei attribuuntur:qr sonant in defectum ꝛ indigentiam. ¶ Cōtra.Ro.viij.Spūs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.glo.postulat.i.postulare facit.Queritur ergo cū verbū postulādi sonet indigentiā ꝛ tñ attribuitur deo:quia deus operatur illud p creaturam.quare nō sīr attribuuntur ei oīa alia vt diceret deus comedit:qr nos comedere facit. ¶ Ad hoc fidek q̄ cū sit duplex creatura corpozalis:ꝛ spūalis actus spūalis creature magis ei conformantur ꝛ conueniunt.ꝛ ideo ipsi attribuuntur.Actus vero corpozalis creature propter sui elongationē ꝛ dissimilitudinē deo non conueniunt: q̄uis ipse operetur illa. ¶ Queritur cuz tria sunt nomia essentialia generalia que aliquando appro priant

De vnitate essentie.

Tpale.
Eternum.
Perpetuum

Boe.

Dns pr ops.

Opponit hereticus.

priant tribus personis.potētia. sapiētia. bonitas. ficut profitemur in symbolo isto. Omnipotēs pater. oipotens filius ꝛc.quare similiter non profitemur.Sapiēs pater sapiens filius ꝛc.bonus pater bonus filius ꝛc. Videri pōt q̄ ista duo intelliguntur per duo sequentia.in hoc enim noīe deus intelligitur sapientia.in hoc noīe dns bonitas. Deus enim grece interpretatur theos qđ est videns: seu cognoscens. Sapientia ergo notatur cū dr deꝰ pater ꝛc. Bonitas in dño:qm̄ eius est regere ꝛ conseruare ꝛ protegere qđ ad bonitatē pertinet.vñ bonitas intelligit cū dr.dns pater dns filius ꝛc.

Quare nō dr sapiēs.

Quare dicit dns pr.

¶ Queritur cum dns relatiue dicatur ad seruum Relatiua aūt posita se ponunt ꝛc. Sequitur ergo si seruus est:dns est.ꝛ si seruus non est:dns nō est. Ergo eodem addito vtrobiq; adhuc sequitur: ergo si non fuit seruus ab eterno:nō erit dns ab eterno. Vñ.per distinctionem. Nam hoc nomen dns potest significare dominium habitu:ꝛ tunc nō dicitur relative sz absolute.vel potest significare dominium actu:ꝛ tunc dicitur relative. In prima ergo significatione concedendum est q̄ deus sit dominus ab eterno.in secunda non.

Quia ficut sigillatim.

¶ Sequitur qr sicut sigillatim vnāquāq; personā expone sicut pater.additur enim illud ad significādum:quoniam q̄uis predicta conueniant singulis personis per se:singulariter tamen ꝛ non pluraliter conueniunt omnibus simul sumptis.

Pr a nullo ē factus.

¶ Sequitur distinctio personarum.pater a nullo factus est ꝛc.pater distinguitur hic ab alijs duab⁹ personis per duo.per paternitatem.ꝛ innascibilitatem.paternitas intelligitur in hoc q̄ dicitur pater.innascibilitas per hoc q̄ sequitur a nullo est factus ꝛc.ꝛ remouetur a patre omnis modus essendi ab alio. Quedam enim sunt a deo de materia.ꝛ hec dicuntur facta propzie.ad hoz differentiaz dicitur pater non factus.Item quedam sunt ab alio non de materia.ꝛ hoc dupliciter. Maz quedā sunt a deo de nihilo ꝛ hec sunt creata.ad quorum differentiam dicitur non creatus. Quedam autē sunt ab alio vt de sua substantia non materialiter: sed substantialiter vt filius a patre.ad hoz differē tiam dicitur nec genitus.pater igitur nullo modo est ab alio nec per factionem vt naturalia ꝛ artificialia.nec per creationem vt creata:sicut sunt prima materia.vt angelus ꝛ anima.nec p generationem vt filius.¶ Sed obj̄icitur cum per hec distinguatur pater sufficienter ab alijs personis.ꝛ omnia ista conueniant spiritui sancto.a nullo enim factꝰ est nec creatus nec genitus videtur q̄ spiritussanctus ꝛ pater sint eadem persona. Respondendum q̄ ingenitum dicitur duobus modis.s.negatiue.ꝛ priuatiue simpliciter.ꝛ tunc ingenitum est nō genitum:nec dicit aliquam dignitatem.ꝛ sic conuenit patri ꝛ spiritui sancto. Vel dicitur priuatiue cū positione quadam vt sit sensus. ingenitum.i. non genitum:ꝛ alius ab eo genitus. ꝛ hoc modo dicit dignitatem.isto sensu non conuenit spiritui sancto sed est necessario distinguens patrez ab alijs personis. Eodem modo potest non genitum distingui. ꝛ hoc habetur plene determinatuz tractatu de trinitate inquisitione de notionibus in libro primo.

Obj̄icitur Nō pr.ꝛ.ff. sint eadē persona.

Filius a pre solo est.

¶ Sequitur filius a patre solo est non factus nec creatus ꝛc.filius distinguitur ab alijs duabus personis per proprietatem generationis cum dicitur genitus a patre solo.in hoc q̄ dico. non factus nec creatus.priuatur omnis modus causalitatis effectiue. Omnis causa efficiens aut operatur ex materia preiacenti.aut sine materia preiacenti ex nihilo sicut solus deus.ꝛ illud dicitur creare.inde sic filius a patre est.ergo filius habet principium vel est a principio. Opponit ergo hereticus. pater est principium filij.ergo filius est principiatum a correlatiuis. Sed omne principiatum est creatum vel factum.ergo filius est factus vel creatus. Item pater est principium filij.sed principium est prima cā causarum.ergo pater est causa filij. ergo filius est creatus.ꝛ sic vt prius. ¶ Ad hoc respondeo q̄ hoc nomen principium aliter accipitur in natura. aliter in theologia.sicut enim dicit philosophus.descendunt nomina sicut descendunt scientie. Similiter dicendum q̄ ascendunt sicut ascendunt scientie. Ergo qr naturalis scientia inferior est confidē ratione theologica.distrīctius accipiunt in ea nomina q̄ in theologia que superior est. ratio enim huius nois principium:in naturali philosophia ē q̄ est prima causarum.ꝛ ita hoc nomen principiuz sonat in causam. In theologia vero cōmunius accipitur.ita vt non accipiatur solum in ratione causę:sed dicatur principium a quo est aliud. fallacia ergo consequentis est in theologia.si inferatur pater,est principium filij.ergo causa a superiori ad inferius affirmando. Similiter intelligit q̄ hoc nomen principium in natura relative sumitur ad principiatum. In theologia vero aliquando sumit absolute.aliquando relative.ꝛ ideo non sequitur:pater est principium filij.ergo filius principiatum. p phane enim nouitates verborum vitande sunt secundum apostolum.j.Thi.vj.Ita solvitur primū ꝛ secundum. ¶ Sequitur spiritussanctus a patre ꝛ filio ꝛc. Proprietas per quaz distinguit ab alijs personis.spiritussanctus est ꝓcessio de qua dictuz est supra. Sed hic notandum est q̄ sicut ille exitus seu relatio,qua filius exit a patre dicitur generatio sic exitus quo spiritussanctꝰ exit ab vtroq; dicitur processio.ꝛ ideo sicut filius genitus sic spiritussanctus procedens distinctis personis. Unus ergo pater hoc planum est ꝛ sequitur ex predictis.

Opponit hereticus.

Spūssctūs a pre ꝛ filio

¶ Sed ne crederetur ex eo q̄ dictum est vnam p̄sonam esse ab alia:vt filium a patre ꝛ spiritumsanctum ab vtroq;.q̄ in hac trinitate essent prius aut posterius. Sequit̄ in hac trinitate nihil prius aut posterius ꝛc. Aug.euacuat omnes errores hereticoz,qui fuerunt de trinitate sic dicens.nihil creatum aut seruiens in trinitate credendū est:vt vult dionysius arrianus. Nihil inequale vt vult eunomius. Nihil ergo,coeq̄le vt vult eutbicius. Nihil posterius anteriusue.maius vel minus vt arrius. Nihil extraneum aut officiale alteri vt macedonius. Nihil persuasione aut subreptione insertum vt manicheus. Nihil corporeum vt tritulianus. Nihil corporaliter effigiatum vt antromorphus et vadianus. Nihil inuisibile sibi vt orig. Nihil creaturis visibile vt fortunatus. Nihil morib⁹ aut voluntate diuisum aut diuersum vt marchion. Nihil de trinitatis essentia ad creaturas deductum. Nihil officio singulare nec alteri incommunicabile vt Origenes. Nihil confusuz vt sabellius: sed totum perfectum ex vnoz vnum:non tamen solitarium vt filuanus. Ecce quindecim errores euacuat Augustinus. Recapitulatio itaq; breuis eorum que dicta sunt superius.

Nihil prius aut posteri⁹. Aug.

¶ Sequitur ita vt per omnia sicut iam supradictum est.ꝛ sic sumitur prima pars huius symboli sez que ptinet ad ea q̄ de trinitate credenda sunt.

Sed necessariū est ad eterna salutē

¶ Sequit scōa pars in qua agit de humanitate ꝛ in capite istius ostēdit fidem humanitatis necessariā esse ad salutem cum dicit.sed necessariū est ꝛc.

Queritur ergo de philosophis vtrum omnes sint dãnati vniuersaliter. eis enim sacramẽtũ incarnationis non fuit reuelatum. Qđ non sint iuste damnati. probatur sic. Nullus peccat ĩ eo qđ vitare nõ põt. sed hec ignorantia de deo incarnãdo erat eis inuincibilis: qꝛ certificati nõ erant ꝑ reuelationẽ nec poterant venire in cognitionẽ huius rei ꝑ naturalẽ rõnẽ: ergo hoc ignorãdo non peccauerunt.

[Scđm] Silr̃ est questio de alijs gẽtibus que fuerũt añ incarnationẽ. ¶ Queritur etiã de iudeis simplicib⁹ qui nõ habebant noticiã prophetarũ ꝛ legis. Constat enim ꝙ nõ habuerũt noticiã incarnationis. damnabunt ne ergo vniuersaliter. probatio ꝙ sic. aug. nec vixerũt nec viuẽt sine fide incarnationis xp̃i. profecto qꝛ scriptum est Act.iiij. Nõ est aliud nomen sub celo in quo oportet nos saluari: ex illo tp̄e valet ad saluandũ genus humanũ quo in adã viciatũ est. Greg. super Ezech. Et qui preibant ꝛ q̃ sequebant clamabant. Osanna filio dauid. qꝛ oẽs catholici qui in iudea esse potuerunt. seu qui nunc

[Tertium] in ecclesia sunt in mediatorem dei ꝛ hoim crediderunt ꝛ credunt. ¶ Queritur etiã de surdo baptizato q̃uis ꝑ naturalẽ rõnẽ ꝛ suã possit habere fidem de diuinitate iuxta illud ps. Scitote qm̃ dñs ipse est deus ꝛc. nõ põt tñ per naturalẽ rõnẽ de humanitate fidem habere.

[Responsio] ¶ Ad hoc per ordinẽ respondendũ est sine preiudicio.

[Ad primum.] ¶ Ad primũ rñdet ap̃s de ph̃is Ro.j. Cũ cognouissent deũ non sicut deũ glorificauerunt: ꝛ sequitur. obscuratũ est insipiẽs cor eoꝝ dicẽtes eni se esse sapiẽtes: stulti facti sunt mali ergo ph̃i qui sibi vsurpant gloriã que dei est. excecati sunt nec est eis facta reuelatio incarnationis. tumor enim mẽtis obstaculũ est veritatis: vt dicit Greg. De bonis vero sic credo ꝙ eis facta fuerit reuelatio: vel ꝑ scripturã que apud iudeos erat vel per prophetiam: vel per internã inspirationẽ: sicut fuit de Job ꝛ amicis eius. dñs enim superbis resistit. humilibus aũt dat gratiã. Jaco.iiij. silr̃ et de alijs simplicibus gentibus intelligendum est.

[Ad secundũ] De simplicibus ꝟo iudeis solutũ est supra. Nam sicut dꝛ in sentẽtijs. ꝙ oẽs electi ex eis habuerũt fidem incarnationis: sed aliter q̃ docti. Qđ enim illi

[Ad tertium] explicite cognoscebãt ꝑ scripturas: isti implicite: vt crederẽt qđ credidit ecclesia. ¶ De surdo ꝟo põt dici ꝙ si lumẽ gratie nõ fuerit extinctum per peccatum. cũ peruenerit ad perfectã etatẽ necessario gratia baptismalis docebit eũ de oibus vel implicite vel explicite credenda. s. vt credat quicquid credit ecclesia: si ꝯferre põt ꝛ percipere quid sit ecclesia. Si aũt non: põt scificatio baptismalis sufficere ad salutem sibi sicut paruulo. ¶ Sequitur. ẽ

[Est ergo fides recta.] ergo fides recta ꝛc. Ista pars diuiditur in quinq̧ partes. In prima agitur de incarnatione. In scđa de passione. in tertia de ascensione ꝛ de aduẽtu ad iudicium. in quarta de resurrectione mortuoꝝ. in quinta de premio bonoꝝ ꝛ pena maloꝝ. Prima ꝑs ꝯtinet duo. Primo. s. duas naturas in xp̃o ꝑfectas ꝛ veras. s. diuinam ꝛ humanam. Scđo ostẽdit vnitatem persone in duabus naturis. Dicit ergo. Est

[Querit hereticus.] ergo fides catholica ꝛc. s. tunc planum est qđ dicit Deus est ex substãtia patris. Querit heretic⁹ vna simplissima est essentia pater ꝛ filius ꝛ sp̃ussanct⁹

[Ansel. rñdet.] Si ergo filius est incarnatus: pater ꝛ spiritussanctus est incarnatus. Respondet Ansel. in li. de incarnatione verbi: instans tali exẽplo. fons. riuus. stagnum. tria hec vnum sunt. ꝛ vna aqua. riuus a fonte. stagnum ab vtroq̧: sed riuus est fistulatus: ꝛ argumẽtetur. fons. riuus. stagnũ. sunt vna aqua: ꝛ riuus est fistulatus: ergo fons ꝛ stagnum: non valet: similiter nec illud. ¶ Item aliud exemplũ. vegetabilis: sensibilis: rationalis: sunt idem in essentia vel substantia. In homine enim est vna anima si ergo sensibilis ꝛ vegetabilis corpori cõmiscent. ergo ꝛ rõnalis nõ sequitur: q̃uis enim sint vna essentia seu substantia. tñ potẽtie sunt diuerse. scđm quas differt esse separatum a corpore ꝛ. coniunctũ vnde eadem secundum substantiam anima vegetabilis ꝛ sensibilis corpori coniungitur separatur aut secundum vim rationalem: sic vna substantia pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus: sed tres persone diuerse. ꝛ diuinitas in persona filij incarnata est: nõ in persona patris vel spiritussanctus.

[Quare filius incarnatus est ꝛc.] ¶ Queritur quare filius magis q̃ pater vel spiritussanctus incarnatus sit. Ad hoc respondet aug. Nõ pater carnem assumpsit nec spiritussanctus sed filius tãtũ vt qui erat in diuinitate dei patris filius. ipse fieret in humanitate hominis filius: ne nomen filij ad alterum transiret: qui nõ esset natura filius vel natiuitate. ꝛ sic veritas geniti non adoptione nec appellatione: sed in vtraq̧ natura filij nomẽ haberet nascendo: vt esset verus deus: verus homo: verus filius. Alias ratiões inuenies in principio tertij sen. vsq̧ ad illum locum: planum est.

[Equalis pr̃i ſm diuinitatem.] Equalis patri ſm diuinitatem ꝛc. Queritur vtrũ de filio ſm diuinitatem posset dici ꝙ pater maior est eo. sicut ipse dicit in Jo.xiiij. Pater maior me ẽ ergo inequalis patri: qđ error est. Ad hoc respõdet hylarius in libro de trinitate. pater maior est filio generatione non genere. non tamen filius minor patre. hec ratio est ꝙ maior non sumitur comparatiue sed absolute: ꝛ signat autoritatem in patre qua a nullo est: ꝛ a quo alius: vt dicitur maior ciuitatis: non tamen est maior aliquo ciue in persona. immo cuilibet ciui est equalis.

[Qui lꝫ de⁹ sit ꝛ homo.] ¶ Sequitur secundum in quo ostenditur vnitas persone in duabus naturis. Qui licet deus sit ꝛ homo ꝛc. In hoc versu remouentur tres errores: quia ostenditur veritas persone christi in duabus naturis. ꝛ hoc remouet errorem hereticorum mentientium duas personas esse in christo. Secundus error remouetur cum dicitur. vnus autem non conuersione ꝛc. Dixerunt enim diuinitatem in deo factam: cum factus est homo. Tertius error remouetur cum dicitur. vnus omnino non ꝯfusione ꝛc. Dixerunt etiam confusas esse naturas diuinam ꝛ humanam: cum vna substantia esset christus de⁹ ꝛ homo. Contra qđ fides catholica dicit non confusione substantie: ꝛ probat hoc exemplo. Nam sicut anima rationalis ꝛ caro ꝛc. Due enim substãtie penitus impermixte corpus ꝛ anima rationalis sunt vnus homo ꝛ vna persona: sic diuina ꝛ humana natura: in christo vna persona.

[Aug.] ¶ Nota augusti. errores hereticorum contra humanitatem assumptam ita euacuat dicens. Natus est filius dei ex homine. non per hominem et non ex virili semine ꝛ ex coitu: sed carnem ex virginis corpore trahens: ꝛ non de celo secum afferens. sicut marchion ꝛ origenes affirmant. Nec in fantasia idest absq̧ carne sicut valentinus. neq̧ putatiue imaginatum: sed corpus verum non tantum carnem: sicut Martinianus. sed anima cum ratione sua. ꝛ ratio cum sensibilibus suis per quos sensus in passione sua: ꝛ ante passionem dolores carnis sue sustinuit. neq̧ sic natus est de virgine vt diuinitatem non nascendo acciperet quasi anteq̃ nasceretur de virgine deus non fuerit sicut anthemon ꝛ marcellus docuerũt. sed eternus homo deus de virgine natus. Augu. in li. lxxxiij. questionũ.

xj.q.

xj.q. ꝯtra hereticos mẽtiẽtes corpus xp̃i fuisse fantasma. Si fantasma fuit corpus xp̃i. fefellit xp̃s. et si fallit: veritas non est. Est autẽ veritas xp̃s. non ergo fantasma fuit corpus eius.

[Nã sicut aia rationalis] ¶ Queritur de hoc sicut anima rationalis ꝛc. si anima ꝛ caro sunt partes hominis idest totius compositi. ergo deus ꝛ homo sunt partes xp̃i: quod est error. omnis enĩ pars inquantũ pars diminuta est qꝛ caret integritate totius. sic ergo esset deus diminutus. ¶ Ad hoc respondetur ad Ro.j. super illum locum. qui factus est ei ex semine dauid ꝛc. glo. non ex duab⁹ naturis vna facta est natura composita. xp̃s vero vna persona est gemine substantie. nec tamẽ de⁹ vel homo pars huius persone dici potest. Alioq̃n dei filius anteq̃ formam serui acciperet non erat totus: ꝛ creuit cum homo diuinitati eius accessit. Respondendum ergo ꝙ non est penitus simile: ꝛ ita est ibi fallacia consequentis. Idem enim est ac si diceretur est simile quo ad hoc. ergo simile quo ad omnia.

[Qui passus ẽ pro salute] ¶ Sequit qui passus est pro salute nostra ꝛc. illud expositum est supra vsq̧ ad illum locum. ad cuius aduentum hic querit augus. quare xp̃s tam ignominiose mortuus est. Unde in libro de symbolo de cruce eius loquitur. quid dicã. xp̃s tale genus mortis elegit vt aliquod genus mortis martyres non formidarent. vnde in lib. de vera religione. Satellites voluptatum diuitias appetebant pauper esse voluit: honoribus inhiabãt. rex fieri noluit. mortem metuebãt: morte damnatus est. ignominiosum genus mortis crucẽ horrebãt crucifixus est. Non enim vllum peccatũ cõmitti potest nisi dum appetuntur ea que ille contẽpsit. aut fugiuntur ea que ipse sustinuit.

[Ad cuius aduentũ omnes homines] ¶ Sequitur ad cuius aduentum omnes homines ꝛc. Aug. de ecclesiasticis dogmatibus. vj. ca. Erit resurrectio mortuorum ꝛ omnium. sed vna ꝛ semel. nõ prima iustorum. secunda peccatoꝝ. vt fabula est somniatorum sed vna omnium: ꝛ si id resurgere dicit qđ cadit: caro ergo nostra in veritate resurget sicut in veritate cadit. ꝛ non ſm orig. immutatio corporũ erit. i. aliud non corpus nouum pro carne sed eadẽ que corruptibilis cadit tam iustoꝝ q̃ iniustoꝝ resurget incorruptibilis. ¶ Itẽ in eodẽ. ix. c. Non est alia resurrectio futura post generalẽ quã origenes delirat: vt demones vel impij hoies post tormẽta quasi supplicijs expurgati: vel illi in angelicã redeunt qua creati sunt dignitatẽ: vel isti iustoꝝ societati donentur eo ꝙ hoc diuine pietati ꝯueniat ne quid de rationalibus creaturis pereat: sed quolibet modo saluent. Nos credamus ipsi iudici oim ꝛ retributori iusto: qui dixit. Ibunt impij in supplicium eternum. Iusti aũt in vitam eternam vt percipiant fructum operum suoꝝ.

[Hec est ergo fides ca.] ¶ Sequitur epilogus. hec est ergo fides catholica ꝛc. Repetitur materia cum dꝛ. hec est fides ꝛc. Et subditur cõminatio cum subditur. Quã nisi quisq̧ ꝛc. ¶ Queritur que sit differẽtia inter ista duo fideliter ꝛ firmiter qꝛ vnũ sufficere videtur. Respondeo per hoc ꝙ dicitur fideliter. notatur fides ꝛ rectitudo in motu fidei que est assentire prime veritati propter seipsã. Per hoc ꝙ dꝛ firmiter. notatur modus charitatis: qui est annexus fidei. Purificatur enĩ anima per fidem Act.xv. fide purificans corda eoꝝ. sed firmatur per charitatem cum. s. fides per dilectionẽ operatur: sicut dicitur ad gal. v. vnde in cañ. vlti. fortis est vt mors dilectio. Et sic terminat istud symbolum.

¶ Tertia pars summe alexãdri de ales theologorum parisiensium monarche doctoris irrefragabilis q̃ diligenter emẽdata ꝛ ad ordinẽ redacta. Impensis Antonij koberger. cõsummata. Anno christiane salutis. M.cccccxvj. die. ij. Julij.

UNIVERSITARIA DE GRANADA